Scaligeri in Theo[illegible] phrastum

N° 1
12-176

17.a.3
-6-

2 480 40 Data

Del Colegio dela Comp.ª de Jesus de Gran.ª

IVLII

CAESARIS SCALIGERI VIRI CLARISS. COMMENTARII, ET ANIMADVERSIONES,

IN SEX LIBROS DE CAVSIS PLANTARVM THEOPHRASTI.

¶ Exquisitam rerum ac dictionum penitus abstrusarum Græcæ Latinæq; linguæ explicationem in his commentariis reipsa comperient Lectores: & ipse Index Operi additus commonstrabit.

Comprose año de 1678.

Ex commissione Officij S.ti Inquisitionis liber iste expurgatus est ad prescriptum Indicis expurgatorij novissimi. Granatæ an. 1709.

LVGDVNI,

APVD GVLI. ROVILLIVM.

M. D. LXVI.

EX priuilegio REGIS in calce Operis exscripto.

SYLVIVS SCALIGER, HOC PATRIS MONIMENTVM, AVTHORE R. CONSTANTINO, DEDICAVIT GENEROSISSIMO VIRO D. IACOBO DE LVXEMBOVRG, COMITI LANNEO, ET DOM. SAMMARCELLI, &c.

IOANNES CRISPINVS PHILOSOPHIÆ AC PHILOLOGIÆ STVdioso Lectori, S.

SIEA ſcripta meritò probantur, quæ cum rei cognitione coniunctam habent doctam & exquiſitam orationem, hi ſanè libri quos IVLIVS SCALIGER πολυΐστωρ ſcripſit, & quos nunc exhibemus, nominibus iſtis commendabiles eſſe debent. Nam præter ſummã rerum excellentium quas habent, dignitatem, eluceſcit peculiaris quidam dicendi nitor, vt vix ſtatueris quid magis ſit admiratione dignum, an res & argumentum, an eiuſdem præclara & concinna tractatio. Ac quemadmodum ridicula eſt, & nimium, in Philoſopho præſertim, pudenda ea curioſitas quæ in verbis affectatis, vndique conquirendis ac conſtruendis verſatur: ita certè importuna & impudens eorum hominum moroſitas, qui quaſi ἀσύγατον eſſet bene ſentire & bene loqui, conſectantur horridum & ſpinoſum loquendi genus: & ſuperbè reiiciunt ſi quid commodiùs & felicicùs ab aliis fuerit dictum. Sed ſanè illorum veſaniam iam pridem, Dei beneficio, noſtrum hoc ſeculum agnoſcit: & doctorum hominum labore & induſtria effectum eſt, vt non ampliùs de vera Philoſophandi ratione ſit dubitandum. Verùm nec huius loci nec noſtri eſt inſtituti, in hoc ſermone immorari: hoc tantùm volo, Lector, in his libris quos modò edimus, illius quam dixi rei & verborum ἀναλογίας illuſtriſsimum exemplum apparere. Quod dico, de vniuerſo opere puto ſtatuendum, vt doctorum quidem iudicio, & THEOPHRASTVS librorum iſtorum author, & SCALIGER interpres his dotibus ornati meritò cenſeantur. Cuius rei non obſcura eſt aut difficilis probatio. Quis enim neſcit THEOPHRASTVM & in ſentiendo, & in loquendo nomini ſuo reſpondere? In rerum quidem & naturæ cognitione quaſcunque tandem partes reſpicias, omnino mirabilis eſt, vti librorum numerus qui à Laertio commemorantur, & illa maximè ſcripta quæ in hæc vſque noſtra ſecula peruenerunt, ſatis ſupérque indicant. Atqui ſi in omnibus

ſcriptis admirandus eſt, omnino in his libris qui ſunt de PLANTARVM CAVSIS, ſeipſum prorſus videtur ſuperaſſe. Ampliſsimum enim eſt argumentum de Plantis, & iucunda vtiliſque earundem cognitio, & hac de re aliàs quidem egit, ſed certè non pèræquè vt in his libris. Nam τὸ ὅτι quiuis perſpiciet, dummodo ſit ſenſu præditus: videbit quilibet eſſe plantas, admirabitur illarum pulchritudinẽ, varietatem, fructum, cognoſcet nomina: ſed tenere illarum τὸ διότι, nempe principia & veras cauſas, tantum præſtat leui illi & externæ per ſenſus cognitioni, quantùm mens & intellectus, eáque doctrina quæ certis conſtat principiis, antecellit vagam & incertam alicuius rei opinionem. Hìc vero THEOPHRASTVS agit de cauſis plantarum, & iis quidem quantum poſſunt eſſe, ſempiternis & ἀμεταπτώτοις, illíſque ſtabilitis deducit varia principum cauſarum effecta: explicat mirabiles Naturæ ortus, incrementa, exitus, & quicquid denique varium in Plantis architectata eſt Natura: quæ altiùs & prolixiùs repetere omnino eſſet ἀπροσδιόνυσον. De Theophraſti verò ſtilo illiuíſque decoro & decenti ornatu, nihil eſt aliud proferendum quàm ex optimi iudicis ſententia. quem enim Ariſtoteles ex Tyrtamo Θεόφραστον auguſtiſſimo nomine, propter ſummam & ſingularem dicendi facultatem, nuncupauit, quis non eloquentiſſimum exiſtimauerit? Cæterùm, quod maximè erat optandum, eloquentiſſimo viro, doctiſſimus obtigit Interpres, SCALIGER ille nimirùm Latinè & propriè explicans quæ Theophraſtus Græciæ quondam tradiderat. Hoc quidem permulti conati ſunt perficere, inter quos THEODORVS GAZA vir eruditiſſimus, & ſuæ, id eſt Græcæ Linguæ peritiſſimus: cuius ſanè laudandus eſt conatus, ſed tamen hactenus vt agnoſcamus illum ſiue Græci aut Latini ſermonis non ita diſtincta cognitione, ſiue rei (quod veriſimilius eſt) ignoratione, infinitis propemodum in locis adeò fuiſſe hallucinatum, vt Iulio Scaligero ἁρμοστῇ & emendatore opus habuerit. Accedit interpretationis exquiſita proprietas, conciſi ſtili & compoſitionis breuitate condita, cui nihil poſſis detrahere. Memineris ergo hìc te legere non vulgarẽ aliquem Interpretem, de Lexicis ſapientem, & aliena ſcrupuloſè inſectantem: ſed SCALIGERVM, id eſt, priſcum illum & germanum ſermonem, quem Varro cum Scaligero aut Scaliger cum Varrone locutus eſt. De nobis verò nihil eſt neceſſe vt pluribus agamus: hoc tamen verè poſſumus teſtari, nos in hoc opere emittendo, quantum potuimus maximam habuiſſe huius argumenti, quod per ſe difficillimum eſt, rationem: vt præclari iſti ac minimè vulgares Commẽtarii ab omnibus emendatè & planè legi poſſent. Iam verò hoc certè quidem fatebor in hunc vſque diem, mihi in aliis nimirum ſtudiis ſemper propemodum verſato, non licuiſſe, quantam optarem, in literis Philoſophicis operam adhibere: & libentiùs Iuriſprudentiæ noſtræ operam dare

dare: ſed quandoquidem Philoſophiæ cum aliarum literarum ſtudiis rectè conuenit: ſpero, Deo adiuuante, aliquid item adiumenti ex hoc noſtro labore Philoſophiæ impoſterùm allatum iri: ſicut & hi libri, & alii iam nunc à nobis editi in aliquot ARISTOTELIS libros Commentarij, teſtantur. Interim, Lector, accipies hoc noſtræ fidei ἐνέχυρον & pignus, à R. CONSTANTINO viro doctiſſimo profectum: & Theophraſti cum Scaligero modò coniunctiſſimi, amicitia & ſocietate frueris. Vale, & noſtris ſtudiis faue.

IVLII CAESARIS

SCALIGERI COMMENTARII in libros De cauſsis plantarum

THEOPHRASTI.

TRES eſſe particularis Philoſophiæ tradendę rationes diximus in Commẽtariis, qui nuper editi ſunt IN LIBROS DE PLANTIS ARISTOTELI ATTRIBVTOS. Prima contenta eſt ſimplici narratione: qua quęque res eſt facie, quibus affectibus. Operoſior altera ſcrutatur generationes: hoc eſt, quo quicque modo, a quo, vbi, quando, quatenus fiat. Difficillima nobiliſſimáq; omnium tertia, conquirit cauſas ſubſtantiarum: à quibus elicit affectuũ productiones naturaliũ, atque ea principia, quibus ii inhęrẽt illis: ſiue ſint apparatus ad generationes, ſiue rei generatæ perfectiones: quibus omnia Naturæ opera finem ſuum conſequuntur. Ac duorum quidem capitum priorum Commẽtationes abſoluimus in Hiſtoriis: nunc reliquum eſt, vt tertiã partem expediamus: vnde inchoata de plãtis ſcientia penitus abſoluatur. Quod igitur Græci ſapientes ὑποκείμενον vocant, noſtri SVBIECTVM: id eſt rem, qua de agitur, tam præcedentium, quàm horum Librorum, eſt planta. Sed in prioribus Commẽtariis ratio conſiderationis, qua circunſcribitur autoris opus, eſt natura ipſa, qua & generãtur plantæ tales, & ſunt tales. Sunt autẽ ad finem aliquem. Is ducebatur à materia, & â forma. Facit enim materia, vt quædam ad ignem tantùm expetantur: vnde tum Græcis, tum Latinis nomina, φρύγανον, Cremium. Aliæ parãtur ad vſum edificiorum: vt tigna, trabes, valuæ. Quemadmodum ad inſtrumenta cæduntur nonnullæ, velut ad capulos, manubria, ridicas. Sunt etiã, quæ propter carbones, aut cineres aliis anteferuntur. A forma vis ea manat, qua generantur vel totæ, vel partes, vel fœtus ipſi, quos FRVCTVS appellamus: vnde propter hominũ vitam, vel conſeruetur ſanitas, vt à cibis: vel reparetur, quod fit per medicamẽta. Hæc fuit ratio prioris tractationis. In hiſce verò quanquã eſt & idem ſubiectum, & eadem ratio: tamen rationis huius, modus alius eſt. In illis enim ſimplex erat, ac, quemadmodum dicebamus, in nuda planáq; narratione cõſtitutus. In his autem tum exactus in ſe, tum ſeſe promouens ad cauſarum diſquiſitiones. Quarum duæ ſunt, vt Ariſtoteles vocare ſolet, κατ' ἀνάγκην, MATERIA ſcilicet, ac FORMA. Tertia ἕνεκά του, qui dicitur finis. A terra nanque habet Robur contumaciam: ab aqua Vimen flexibilitatem: ab vtriuſque forma communi vtrũque grauitatẽ: priuatim verò Quercus vt glãdem ferat: Salix vt nihil, aut nucamenta ſolùm. Hoc eſt plenum propoſitum, quem ſcopũ vulgus vocat: & hæc ratio totius contemplationis, quam Methodum appellant. Huius autem rationis modus omnibus artis conſtat partibus. Interdum enim (ſuo quicque loco declaratum eſt) vtitur cõmuni ac probabili ratiocinandi modo. Nonnunquam etiam demonſtratione, vel ex propoſitis, quam vocãt διότι, vel ex principiis

SVBIECTVM.

RATIO SCRIBENDI.

SCOPVS.

cipiis ipſis, quæ iam cognita ſunt in libris vniuerſalibus. Eſt etiam, cum adducit authoritates, tum ex popularibus agricolarum opinionibus, tum ex ſententiis eorum, qui hac in materia quid ſenſerint, prodiderunt. Quin & exemplorum, & inductionum perſuaſionibus ambit fidẽ legentium: veluti cum Amygdali caſtigat luxuriam, aut corrigit amaritudinem: illius rationem tranſfert ad præcepta vinearum: huius inſtitutum communicat cum Malorũ punicorũ aciditate: adductus ſcilicet naturę cõmunis proportione, quã analogiã dicimus. Is ergo modus eſt. ORDO verò hic. Cùm ad vſum hominis artes omnes cõparatę ſint: quam ob cauſam Socrates apud Xenophontẽ mathematicarũ excurſum circunſcribit ciuilibus vtilitatibus: videtur hæc philoſophiæ pars ad agriculturam principia ſtatuere. Idcirco efficientẽ cauſam non attigit: propterea quòd ea tota eſt in ſemine: cuius partem principalem, quæ forma eſt, autorẽ facit generationis Philoſophus, in libris de Generatione animalium, & in ſeptimo Diuine philoſophiæ. In ea cõmuni diſceptatione, ſi quid hîc ea de re dubitari poteſt, nobis eſt acquieſcendum. Dirigimus enim hîc pleraq; omnia ad Philoſophi cognitionem: ſed ita, vt haud contẽnenda pars ad vſum agrorũ commẽdetur. Huius operæ partes cùm ſint tres, in aruo, in arborũ generibus, in prato: de hoc poſtremo nihil ſeparatim: propterea quòd & parabilis eſſet ei⁹ cultura, & ad conſitiones referri poſſet: de aliis duobus ita dicere inſtituit Theophraſtus: vt quaſi ad ſumma capita duo redegerit omnem contemplationem. His igitur partibus eruit præceptiones ex naturæ ſinu. Ita explicat in arboribus fructus, quorum partim ἀφέλιμα, partim diximus ἀκέφαλα. Aruũ habet frugum genera, quæ iã diſtinximus in Hiſtoriis, per frumẽtacea, legumina, & tertiam eorũ claſſem, quæ referuntur ad Milii naturam, quibus etiam Seſamũ atq; alia eiuſmodi attributa ſunt. Nec ab iis abſunt multum oleracea. eo nanq; ſolo diſtãt, quòd frugum ſemina modò: olerum etiam folia ipſa, & caules ſunt veſcẽdo. Arbores autem partiebamur in vineas, oliueta, & ficeta ſeorſum. deinde in viridaria. Hæc ob mites arbores. Propter feras verò, in ſyluam fructiferam, & ceduã. Talis eſt ſumma totius inſtituti noſtri. Quoniã verò his omnibus naturæ quædã cõmunes ſunt: atque inter eas vna potiſſimùm, quæ eſt generari, vt ſint nunc: & generare, vt eſſe porrò queãt: de hoc primùm, déque eius generibus, ſiue modis, atque affectibus dicendum fuit. In ſecundo autẽ libro de ſylueſtribus. Hæc de arboribus: à quibus incipere oportuit tanquam à notioribus, tum ob magnitudinẽ, tum ob diuturnitatem. Et vetuſtior eſſe videtur apud mortaliũ animos arborum quàm frugum cognitio: quod & diuinus Poeta, atq; ante hunc Varro, ac eo priores Thucydides, & Ariſtot. teſtatum reliquere. Itaq; poſteaquã in tertio libro induxerit artis principia ad arbores colẽdas: in quarto explicabit arationũ rationes. His ita conſtitutis, in quinto expedit multarũ cauſas ſpecierũ: quibus quæque affectibus præditæ ſint. Ac deinde alios, qui præter cõmunes, aut ꝓprias formas naturales eueniant: quos morbos appellamus. Poſtremò his abſolutis, aggreditur eruere cauſas earũ qualitatum, quæ maximè videtur inſignes in plantis: odores dico, & ſapores. Hæc ſunt, quæ de toto hoc opere, propoſito, fine, docẽdi ratione, partibus, ordine dicenda mihi viſa ſunt. Ex quibus ſatis ꝓponi videtur nobis, quid ſequi liceat, quid min⁹ approbare. Ac mihi quidẽ videntur illi priſci ſapientes artiũ, atq; ſcientiarũ vel inuẽtores vel cultores minùs exactè quædã tradere coacti. Sic enim cõparatum eſt in natura omnium principiorũ, vt quoniã ſemina cohibeãt in ſe omnia futurę molis, cõfuſa multa contineãt. Quãobrem vt quicque venerat in mentẽ, ſæpe importuna inuaſione aliarũ commentationũ ſedes occupauit. Quo factũ eſt, vt non pauca videamus coaceruata, alia repetita, plurima inculcata, nec pauciora præpoſtera. Id quod cùm in aliis obſeruauimus autorib⁹, quos honoris cauſa non nomino: tũ hisin libris etiam licet animaduertere. Principiò nõ rectè videtur à mitibus ar-

ORDO.

CASTIGATIO.

boribus auſpicatus ad ſylueſtres poſtea tranſiſſe: ſunt enim ſylueſtres vtroque modo notiores nobis,& natura ſcilicet, & facilitate. Neque tueri poſſum⁹ hoc diuini Præceptoris exẽplo: qui in Hiſtoriis corporis humani partes extimas pro formula ſtatuit ad cognitionẽ partiũ, quę in aliis animalibus conſiderãdę ſunt, quaſi maximè notas nobis ad ignotiores agnoſcendũ. Non enim ratio par. Nã homo ſibi præſens eſt: arbores mites nihilo magis vel præſentes, vel obuiæ, vel frequẽtes, quàm ipſæ feræ. Quocũq; oculos circũtuleris: illico naturã inuenies ſuo de ſinu pandentẽ ſpõte opes ſuas: tuæque arti proponentem, quæ imitãda tibi ſint, exẽplaria: tuũque ſtudiũ operæ ſimilitudine prouocantẽ. Tũ verò quis neſcit inſitiones ipſas,& ſerò inuectas,& ſæpe à natura repudiatas, nõ rectè priore loco poſitas ab hoc viro, quàm eam generationẽ, quæ quotidie videtur, etiã inuitis nobis occupare arua ipſa vel ſummis artibus exculta? Quis enim nõ videt tribulos,& ſcolymos,& anemonas,& lumas naturæ cõſilio & obſtrepere iã poſitæ operæ,& augere futuram? Præterea, quæ ſuis monebimus locis, multa cõfundit, multa repetit: quædã tã perplexè, atq; miſerè tractat, vt explicatio lõgè maiorẽ pariat dubitationẽ, quã ipſa quæſtio. Illud nõ poteſt ferri: cũ pri⁹ de morbis egit, quàm de affectib⁹ naturalibus. Nã ſi morbus eſt conſtitutionis deprauatio: quis neget, pri⁹ agnoſcẽdas ipſas qualitates, quã earũ viriationes? Nã & hoc apud medicũ imprimis cõſideratur: In qualibet ęgritudine, quo quiſque habitu prius fuerit naturali. Hęc enim eſt primaria indicatio. At iſte vltimo loco docuit, quib⁹ principiis ſapores in plãtis odoréſq; cõſtarent: quorũ corruptionẽ in ipſa ſubſtantia depraua ta iã legebamus in præcedẽti libro. Sic igitur & eõ modius & prudẽtius ſtatuiſſet. Plantarũ cauſa atq; principiũ ſeminiũ quoddã eſt: ſed aliis manifeſtũ, aliis occultũ. ſunt enim certis locis principia cæleſtia quędam, quibus elementorũ miſtiones animãtur in plãtas: quales eę ſunt, quę ſpõte dicuntur prouenire. Aliæ generantur ex plantarum partibus ſeſe prorogãtibus: vt quæ pullulãt ab radice. Aliæ ex plãtæ parte ſeparata: vt ex talea, paxillo. Nõnullę ex plãtæ fœtu, quod ſemẽ appellatur. Eius modi duo, aut enim idẽ generatur ſpecie, vt è glãde robur: aut ꝓportione, vt è braſſicæ ſemine rapũ. Similis talearũ rationi eſt inſitio. Quippe huic ſurculo matrix arbor eſt: ſicut terra taleæ. Auulſiones autẽ nihil mutãt, aut addũt naturę, præter locũ. Radix enim iã ꝓduxit: vnde & viuiradices appellamus: ars vero trãſſert. Horũ igitur modorum maior, atq; potior pars cũ ſit in feris plantis: ab his primũ exordiri par eſt. Secundo loco trãſferenda opera in cauſas cicurũ plantarũ. Et quia ſunt arborũ naturę præſtantiores, ab arboribus prius incipiendũ. Hic verò explicaret in feris τὰς ἀλλοκαύλους, ſcilicet quę ſine aliarum opera cõſiſtere nequeũt: ſimul quę nõnniſi in aliis proueniunt, vt viſcũ. Atque huic naturæ adiungeret artẽ inſitionũ. Tertio loco diceret de virgultis, ſiue fruticibus, & quæ ipſe vocat, coronaria. Ac deinde de oleraceis. Quarto de frugibus: ſunt enim oleribus eę poſteriores. Tum ſequerẽtur affectus naturales: ſcilicet odor, & ſapor: atque etiã color: quẽ tamen omiſit ipſe. At non prætériit autor eorũ librorũ, qui Ariſt. attribuuntur. Et ſanè quærendũ fuerat, quare viriditas penè omnibus cõmunis. Cur deficit trũcos veteraſcẽtes. Quãobrẽ ligna viridia nulla: lutea nõnulla: rubra aliquot. Quæ cauſa buxũ nouellã facit dilutiore viriditate, vetulã fuſciore: contrà in aliis frondes per initia ſaturo virore: decliui ætate fiũt pallidiores. Qui fiat, vt autũno vitibus, rubis, malis, ſorbis videamus folia viriditatẽ cũ rubore cõmutare? Sunt & ſpeciebus quibuſdã colores peculiares: vt biſtortæ: ſubtus enim foliorũ ſuperficies cæſia eſt. Cyclamino rubra. Atriplex tribus coloribus totidẽ ſpecies diſtinguit, ſicut & beta, viridi, pallido, ſanguineo. Sunt & alia generis eiuſdem in floribus, in radicibus, in fructibus: quæ omnia nobis fuerant hîc excuſſa, ad ſuam quicque cauſam, reducenda. Ac poſthæc morborum, ſeu vitiorum conſiderationi poſtremus fuerat relictus locus.

IVLII

IVLII CAESARIS SCALIGERI IN LIBROS DE CAVSIS PLANTARVM THEOPHRASTI, COMMENTARII.

CAPVT PRIMVM.

Caput primum continet rationem conſilii ſui, quare cauſas plantarum ſit tractaturus. Cur è ſemine prodeant. Cauſæ ſpontaneæ generationis. Generationes ab auulſione, & taleis: in quibus, & in quibus non, & quare.

A

ΩΝ φυτῶν αἱ γενέσεις. Cauſarũ tractationem hunc in locum delatam eſſe poſt priores enarrationes, oſtẽdit. Partitur autem in duas neceſſitates. Prima eſt: Tametſi, inquit, ſatis à nobis pictæ ſunt plantæ: nec minus indicata natura propagationis: item quot, quibuſque modis (multos enim narrauimus) prouenire queant: tamen quia non omnibus omnia competunt: neceſſe eſt, priuatim quid cuique ſpeciei debeatur, deducere ad cauſas vſque. Altera neceſſitas. Quia, inquit, animaduertere oportet, quemadmodum ratio cohæreat narrationi. Non enim

B

ſatis eſt, quæ aut auditione accepimus, aut vſu cõſequuti ſumus, aut caſu comperta ſunt, cognoſcere: ſed videndum porrò eſt, an ea cuncta conſentanea ſint rationi. Hæc cùm dixit: incipit conſtituere principia generationis: atque ait ſementiferis omnibus communem eſſe naturam, vt è ſemine prouenianr. Ita modificauit hîc ſententiæ amplitudinem, ac circumſcripſit cancellis ſementiferarum. In ſequentibus tamen libris conari videtur oſtendere arbores omnes è ſemine naſci. Hoc axioma, quia perplexè admodum agitatur, ibi commodiùs explicauimus. Primò igitur ponit hanc concluſionẽ, πάντα δύναται γενέσθαι. Duplici via probat. Primùm dicit, eſſe manifeſtum ſeſui. Deinde

C

etiam demonſtrari poſſe nihilominus. Hoc eſt quod maxima duo lumina frequenter profitentur, Ariſtoteles, & Galenus. Demonſtrationem dico, ἀπὸ δείξεων ἐπιστημονικήν. Iccirco dixit, ἀναγκαίων: ſed modeſtè, vt ſolet ipſe: & Plotinus ad faſtidium dubitationis, addidit, fortaſſe, ἴσως. Hoc etiã modo temperat periculum iudiciorum princeps Aboali. quanquam in hoc à barbaris Latinitatem fruſtra profitentibus calumniam paſſus eſt. Apponit deinde probationes. Prima propoſitio: Natura nihil facit fruſtra. Hoc toties à præceptore dictum fuit: vt citare loca, ſit vel oſtentatio, vel ſuperſtitio. Et ratio eſt. Quod enim fruſtra eſt, finem non ſpectat. Autor igitur inconſultus. At Deus & Natura, vnum. Minor propoſitio. Natura fecit ſemen. Non ergo fruſtra. Auget vim argumentationis, cùm ait, ἥκιστα ἐν τοῖς φερόντοις καὶ κυεωτάτοις. Nihil fruſtra, id eſt nunquam: tanto minus in principiis. At ſemen principium eſt. Hoc patet in multis. Quare in cæteris quoque lex eadem agnoſcenda eſt. Dixit, φερόντοις, quaſi dicat, ἐν ἀρχαῖς, καὶ σπερμάτοις, καὶ αἰτίαις. tot enim ſunt genera principiorum. Et addidit, κυεωτάτοις. Quia poſſunt eſſe φερόντα, non tamen κύεια: tanto minus κυεώτατα. Eſt enim κύειον, quod habet in aliis poteſtatem. Sic cerebrum, & cor, κύεια, Galeno & Ariſtoteli. Materia in compoſito φερόντων eſt: at non eſt κύειον. Apud Thucydidem βουλὴ, φερόντων eſt: at non eſt κύειον: ſed inſanus ille populus. Ob id Philoſophus hîc addidit πρὸ φερόντων τὸ κύειον. At ſemen adeò κύειον eſt, vt ſua poteſtate tota ipſa planta ſit. Pòſt adiungit conſequentem concluſionem, ſed inuerſam. Semen, inquit, fruſtra eſſet, ſi non poſſet generare. Recta concluſio ſic. Igitur ſemen non eſt fruſtra. Auget ſententiam verbis illis, εἴπερ χάειν πύτου ἀεὶ τὸ ἀπέρμα, καὶ φεῦ πῦτο πάφυκεν. In quibus videtur palilogia. Quippe idem, πύτου χάειν, καὶ φεῦ πῦτο. Sed intelligendum δύναμιν καὶ ἐντελέχειαν, cùm dicit, πύτου χάειν: vt inſtitutum ſit à Natura. in illis autem, καὶ φεῦ πῦτο, ἐνεργείαν, vt deducatur ad effectum. Atque ita oſtendit: & factum propter generationem, & conſequi finem ſuum. Quòd autem ad hoc ſit comparatum, & quidem ſemper quoad naturæ ſuæ principia, manifeſtum eſt ex omnium vſu ſine vlla controuerſia. Quòd verò aliter videatur: factam eſſe hanc ſuſpicionem ex agricolarum cõſuetudine: qui non omnem propagationem ſeminibus comparent. Hanc obiectionem diluit ſic: Hoc, inquit, ab illis fieri: non quòd inutile ſit: ſed quia multa ſpontè prodeant. Tum quòd tam in arboribus, quàm in herbaceis non omnibus facile eſt ſemen ad ſeminium ſumere. Hæc fuit, inquit, cauſa, vt arbitrarentur quidam non ſemper eſſe ſemen vtile ad quancunque generationem. Poſtea dat viciſſim obiectionem huic obiectioni. In ficubus, inquit, non videtur vſus ſeminis ad generandum: & eſt tamen, quemadmodũ diximus in Hiſtoriis. item de aliis eſto ſimile iudicium. Ex arboribus præter ficum, exempla petes à moro: in aliis plantis, vt à fraga, & thymo cuius flos herbaceus eſt, nec minus ſemen. Iccirco dixit, πωδῶν paulo laxiùs, vt & φρύγανα comprehenderet, & δάμνους. Hæc eſt ſententia. Verba verò

paulo perplexiora. Inquit, σπέρμα μάτην ἂν εἴη, μὴ δυνάμενον γεννᾶν. Iam hæc fateri cogimur ex antecedentibus. At subinfert: γὰρ τούτου χάριν ἀεὶ τὸ σπέρμα. Siquidem generationis causa semper est semen. Hoc non potest esse probatio, sed probatum. Videtur ergo, non per γὰρ inferri debere. Sic tueamur. Iam probatũ esse, & probari per inductionem. Factum esse à Natura non frustra, sed ad generationem. Igitur si non posset generare, in eodẽ esset cõtradictio: esset enim frustra, & nõ frustra. Sed illud non est supinè prętereundum, cùm dixit, δυνάμενον γεννᾶν. constitutum enim est ex materia, quæ potest passiuè, & ex forma, quæ potest actiuè facere ad generationẽ. Vtroque enim modo hîc δύναμις valet. Dixit, ἐκ τῶν ἄλλων πάντων. Quomodo? Nam de omni semine disputat. Quænam igitur sunt illa ἄλλα? Nõ probat ex omni semine seminium fieri: non enim necesse est: quia quædam sunt in cõfesso. Sed de quibusdam agitat controuersis: quorum naturam docet eandem esse oportere, quę sit & in aliis. ἔτι δὲ κατ' ἄλλον τρόπον. Postquam verba fecit de vno principio, id est de semine: ait alio quoque modo fieri plantarum generationem. Quippe ex materiarum concursu, atque putrefactione. Imò, inquit, ex naturali alteratione. Tribus verbis insignib⁹ vsus est: συρροῆς, σήψεως, φυσικῆς ἀλλοιώσεως. συρροὴν, in sequentibus libris sæpe ponit. συνδρομὴν veteres medicos appellasse causarum coitionem ad morbos constituẽdos, ex Galeni methodis patet. Hîc concursus: ibi cõfluxio. Similis est apud Thucydidem compositio pactorum inter duos exercitus, quam ipse vocat σύμβασιν: Paulus Iurecõsultus conuentionẽ. Materiarum eiusmodi constitutionẽ atque conflationẽ Lucretius cœtum dixit à coeundo. Hîc igitur συρροὴν & materiarum inter se, & vnitarum cum forma vult esse confluxum atque cohæsionem. Hoc satis nõ est: sed oportet ἀλλοίωσιν interuenire. Nisi enim mutetur materia certis qualitatibus, quibus apparatus fiat ad formæ susceptionem: non introducetur forma. Ideò dixit, γινομένης. Fit enim temporis tractu: deinde momento indiuisibili forma subit. σῆψιν autẽ principium statuit generationis, non per se, sed tanquam priuationem actiuam. Sic enim cogimur loqui, præter antiquorũ atque recentiorum morem, in re valde subtili. Cùm enim putrescit humus, putredo non est forma futuræ plantæ: sed priuatio formæ προϋπαρχούσης. Absentia igitur formæ plantæ in terra est priuatio absoluta. Putrefactio verò terræ, est priuatio actiua: quia priuat terrã forma sua. Ita præexistit in terra priuatio formæ plantæ: infertur autẽ priuatio formæ propriæ, per putrefactionem. An verò putrefactio sit priuatio? non est: sed putrefactio est principium priuationis. Quia igitur putrefactio non est principium per se: correxit illico suam sententiam, & dixit, μᾶλλον δὲ ἀλλοιώσεως φυσικῆς. Propterea quòd natura noua introducitur, & fit ἄλλο à priore Id quod est generatio. Non enim putrefactio est natura, sed naturæ instrumentum ad ablationẽ eius formæ quæ impedit futuræ formæ in-

A uectionẽ. ὅτι μὲν οὖν κοινὴ πᾶσιν. Hactenus duo principia posuit: vnum, semen: alterum, naturalem materiæ mutationem ad formã extrinsecus aduenientem suscipiendam. Deinceps modos alios positos in historiis repetit: eisque causas assignat. Sed, antequam aggrediatur, colligit quæ dixit. Et addit, non solùm semine semenifera omnia, & spontè quædam prouenire: sed etiã nonnulla vtraque natura frui. Idque animalium eorum exemplo, quæ & sexu per semen, & ex putredine oriuntur. ἐξ ἀλλήλων, per sexus. Commodiore fuisset vsus eorum historia, quæ sine mari concipiunt: vt channæ & erythrini. Ad horum enim naturã propiùs accedunt plantæ. καὶ ἐκ τῆς γῆς. quoniam de plantis loquitur, terram solam nominauit. At alia multa ex alia, quàm è terræ proueniũt putredine: vt vespæ, apes, cossi. An verò Culices lentisci & vlmi nascantur è B putredine, discussũ est suo loco. διὸ καὶ αἱ γενέσεις. Alium aggreditur modũ. Ex his, inquit, cognoscere licet, pro variis generibus suum cuique modũ esse generationis. Deinde partitur genera per has differẽtias, ξηρὰ, μονοφυῆ, ἀπαράβλαστα. De quibus statuit iudicium, οὐδεμίαν δέχεται φυτείαν. Negat eas, quæ præsiccæ sunt: aut quę singulari prodeunt stipite: aut quæ ab radice non pullulant, arte produci posse ad generationem. Et quia φυτεία cultum omnem designat, qui ad agricolam pertinet circa φυτὰ, latiùs explicat significatum ad duo: scilicet οὔτε ἀπὸ παραφυάδος, οὔτε ἀπ' ἀκρέμονος. Igitur præter σπέρμα & αὐτόματον, est etiam βλάστησις, siue γένεσις à matrice, eáque duplex: nẽpe aut à stolone auulso, aut à talea. Dixit autem ὡς εἰπεῖν, respiciens ad μονοφυῆ. Salix enim vnico tãtùm est stipite: cæsus tamen ramus, atque pactus crescit in arborẽ. Hinc C reddit causam, quare non propagentur ex iis generationes ad eos duos modos, cùm dicit: τὸ μὲν ἀπὸ παραφυάδος, τὸ μὴ ἔχειν τὰ μονοφυῆ. Quæ non emittunt stolones sed vni stipites sunt, ab iis stolo peti nõ potest. Quæ sunt sicciores: ab iis ramus inutilis est ad arborẽ futurũ. Vbi subtiliùs etiã cõsiderandũ est. vnúmne sit genus μονοφυὲς, καὶ ἀπαράβλαστον, an duæ naturæ. Nã vnã esse suspicari possumus ex eo quod hîc attribuit τὸ παραφυάδα τοῖς μονοφυέσι. Et sanè idẽ videtur: vnicũ habere stipitẽ, & non multos habere stipites. Illa erunt μονοφυῆ, hæc ἀπαράβλαστα. Ex aduerso videtur esse nugatio palilogiæ, si duabus vocibus designetur vnum. Et sanè verum est, aliquã horũ esse differentiã. vt μονοφυεῖς sint ita vno stipite: vt non omnes sint ἀπαράβλαστοι. D Exempli gratia: salix & μονοφυὴς est, & nullũ emittit ab radice pullum. Pyrus est μονοφυὴς, & emittit. Illa est μονοφυὴς ἀπαράβλαστος: pyrus autẽ μονοφυὴς παραβλαστική. Quarum scilicet natura per se est arborea. At punica malus, & corylus, & myrtus, nõ sũt natura sua vnistipites, sed fruticosæ & penitus παραβλαστικαί. Vt nõ temere dixerit in historiis Theophrastus, plãtarũ naturã esse πολύχουν. ἀεὶ γὰρ τὸ μᾶλλον βλαστάνειν. Ratio quare nõ procedat ab iis generatio. Quia, inquit, siccitas in ipsis causa est. Oportet enĩ quod emittere debet ex se germẽ, habeat in se humiditatem. Neque verò τυχοῦσαν, id est, cuiuscunque

cũque modi, qualis esse possit: verbi gratia, à terrę A vligine, vel cæli lentore: sed ἔμβρυον, id est ἔμφυτον. Non temerè maluit, ἔμβρυον, quàm ἔμφυτον. Quia dixit βλαστάνειν: & loquitur de generatione: prægnãtem voluit esse. hæc est prima conditio: vt sit propria, & natiua. Altera: καὶ δύνασθαι τηρεῖν. Quæ tandiu seruari possit in principiis internis: quoad radices capiat: vnde nouã nãciscatur humiditatem, quæ genuinæ illi priori cõsumptæ succedat. Sanè deductio plena. Verùm illud acutiùs considerandũ. An μονοφυῆ sint sicciora. Est enim huius syllogismi terminus medius, siccitas, sic. Sicca nõ producunt. vnistipites sunt siccæ. Ergo vnistipites nõ producũt. Profectò minor eget multa probatione. Corylus enĩ longè siccior est, quàm pyrus, aut malus. & plus tamen germinat ab radice. Itẽ punica multo siccior, multo etiam myrtus, quàm vitis B ipsa. Mirum verò quantum hæc ab illis pullulatione superetur. Minoris autẽ propositionis probandæ conditiones multæ. ξηρὰ, inquit, διὰ τὸ ὀλίγην ἔχειν ὑγρότητα. Parum habent humidi. non enim dicũtur sicca, propter totã priuationẽ: sed quia sibi quidẽ satis habent: ad generationẽ, non satis. Hæc prima πρότασις. fulcit eam illis, ὅταν ἀπὸ τοῦ δένδρου ἀφαιρεθῇ. Cùm à matrice planta recisus est ramus. Quia iam inde ab ea non potest haurire porrò. Itaque suis in thesauris repositã habere oportet. At nõ habet. Altera ratio ταχὺ διαπνεῖται. Ecce, & nõ multã habet: & id parũ abit. Quoniã verò, sicut & Galenus notabat in excrementis, quod resoluitur duplici natura constat, aquosiore scilicet & aerea: posuit vtrũque. διαπνεῖται, expirat. Hoc tenuius est. & ἀτμίζεται, euaporat. hoc aquosius paulo. Hæc satis declarata sunt in primo meteoron. Atque hæc quidẽ materia est. quod addit postremo loco, aut forma est, aut instrumentum formę. ξυνεξάγον, inquit, ἅμα τὸ σύμφυτον θερμόν. Exhalat igitur humor innatus: qui cùm sint innati caloris sedes, secũ educit illũ quoque. Quamobrẽ fit ramus ille sterilis, & quod Gręci efficacissimè dicũt, ἐξίτηλος. Sic in epicheremate intelligitur axioma illud: calidũ & humidũ sunt principia generationis. Verba multa notanda hîc quasi prædita sunt efficacia. μᾶλλον βλαστάνειν. hic tractus tẽporis respõdet illi proposito, δύνασθαι τηρεῖν. Alterũ infinitiuum, τὸ ἔχειν sic respondet. Quæ germinãt, ea oportet habere humidũ. Quæ μέλλει germinare, oportet seruare humidum quod habent atque incorruptum, D quidem, hoc est τηρεῖν. Ideo dixit ἔχειν, scilicet in sua potestate: atque ita sanè, vt regere possit. Hoc verbũ satis, alibi ex Cratylo, & in voce ἐντελέχεια est à nobis explicatũ. φύσει ξηρά. Quia multa humida natura, casu ac fortè possunt esse sicciora. τὰ δὲ παραβλαστικά. Atque hæc quidẽ περὶ τῶν μονοφυῶν, quæ nõ habẽt stolones. Nunc dicamus de iis, quæ pullulãt. Hæ plãtæ, inquit, ob moderatum humidum & calorem, vtrunque valẽt: retinere scilicet quod habẽt, & seruare. Idque adeò, vt non solùm auulsę viuiradices, atque aliò trãslatę perpetuari possint: sed etiã rami, etiã taleæ, tum viuẽdi principia in se habeãt, tum principiorum seruẽt efficaciã ad viuẽ-

A dum. Ponit exẽpla vitis, & ficus. Amplificat autẽ historiã ita, vt non solùm tales fructiferæ sint, verumetiã & sterilium quædã: quas inter enumerat salicẽ, sambucũ, populũ vtrãque. Causam adiungit breuissimis verbis, τὸ φίλυδρον: vt humor sit autor fœcunditatis. vbi fœcunditatẽ fructuum intellexit eorũ, qui in cibos ad hominis vsum reciperentur. Non enim populus omnis sterilis, & sambucus fert baccas in vmbellis frequẽtissimas. Hæc cùm expediuit, more suo, quẽ instituit ex diuini legibus pręceptoris, ait: tanquã formula quadã iecisse fundamenta exactioris disceptationis. Hoc enim est, ὡς τύπῳ, quẽadmodum alibi declaratũ est. Trãslatum à pictoribus & architectis: qui antequã iustum opus aggrediãtur, delineamẽta quędã fingunt, quasi vestigia futuri ædificii: vnde etiã ἰχνογραφίαν dicunt: B vulgus Italicũ à modo diminutiuo duplici *modellam*. Videamus nunc, quæ in codicibus circunferuntur. Tãtis enim mendis hi libri deformes sunt, vt quẽadmodum in historiis quoque faciebamus, non vulgarẽ operã hac in re ponere coacti simus. Sic igitur scribẽdum puto καὶ διὰ ποίας αἰτίας ἀποδιδόασι μέλλουσι χρῆ τὰς ἰδίας οὐσίας, παραθέον εἰπεῖν. ἀεὶ δὴ γὰρ συμφωνεῖσθαι χρὴ τοὺς λόγους τοῖς εἰρημένοις. Quę postrema decẽ verba apud Gazam desiderãtur, vbi scriptum est, συνεξάγον θ' ἅμα. scribẽdum, συνεξάγειν. Quia dixit, τὸ ἔχειν τε, nũc συνεξάγειν τε. Alioquin illud τε, priori loco eradendum fuit. & παραβλαστικὰ, non autẽ ἀπαράβλαστα. vbi sequitur συμμετρίᾳ τινί. Alterum enim mẽbrum est de iis, quę apta sunt ad generationem. At ἀπαράβλαστα non esse, iam dixit. Rectè verò Theodorus aut dissimulauit, aut abie- C cit illa verba, καὶ μονοφυῆ δέχεται, καὶ τὰς ἄλλας. Sic enim continuandus est contextus orationis. Τὰ δὲ παραβλαστικὰ συμμετρίᾳ τινὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ δύναται τηρεῖν τὴν ὑγρότητα. οὐ μόνον ἀπὸ παραφυάδος: nõ autem, καὶ μόνον. Theodorus, καὶ ποίας αἰτίας, quasque ob causas. Quales, ille dixit. Quia causam esse oportet, & hanc, & talem. vt & sit essentialis effectui: & sit causa omnium accidẽtium: quemadmodum septimo diuinæ scientiæ probatum est. Idem abutitur sermonis proprietate, cùm ita scribit: generatio quæ semine administratur. Sæpe virum optimum tali dicẽdi ambitione peregrinum agnoscere licet. Nulla sanè administratur generatio. Non enim est opus nostrũ. Sed satio est agricolæ opera: generatio est naturæ opus. ἀπ' αὐτομάτου παρα- D γίνεται. Theodorus more suo addidit, adolescunt: non necessariò. De sola generatione hîc agitur. τῶν ποωδῶν, herbis. Herbaceis potius. vt & herbas, & analoga comprehẽdat. οὐδεμίαν, ὡς εἰπεῖν, δέχεται φυτείαν. Nullum serendi tempus admittunt. De tẽpore nulla mẽtio: de re ipsa loquitur. Nõ enim malè cõuenit eis cum tẽpore, sed omnino cum satione. ξηρὰ siccissima: pessimé. siccissimũ enĩ est, quod penitus humore caret omni. ἔμβρυον, ingenitũ. nõ expressit vocis plenitudinẽ: in qua est idea quędã futuri fœt⁹. Sic potius. Eas oportet humore quodã quasi pręgnãtes esse. συνεξάγειν, amittũt. Imò educũt. Duplex enĩ motus externus, tractio ἕλξις: pulsio, ὦσις. Hos apud Aristotelẽ. Tertiũ addemus, ὄχησιν,

vectio. Sed vehēs & vectum non est vnum per se. Calor naturalis, & humor, sunt vnū subiecto. Vectio autem reducitur ad tractionē, quia prorsum fit. An acutius ad impulsionē, si in equo sis: Quippe equi motus cū ex vtroque constet; pulsio prior est. Prius enim mouet posteriora. φιλύδρων, aquarum prauidas. Onerauit inuidia verbū moderatum. φιλεῖν enim non est πλεονεκτεῖν.

CAPVT II.

Caput secundum quærit causam propter quam inter eas quæ sunt vnistipites sola Palma seratur ramo, atque proueniat.

OΥ μὴν ἀλλὰ μάλιστα μόνον. Priuata nunc historia subtexitur: qua cognoscitur, non esse vniuersale quod dicebatur: vnicauliū arborum satos ramos non esse vtiles ad generationum. Palmæ naturam hoc præditam narrat beneficio. pro causa apponit meatuum densitatē: quorū scilicet crebritate atque cohæsione ita spiritus obsepiātur, vt nequeāt exhalatione dissipatos exhauriri. Cæteras arbores eiusmodi nullas, ac ne cupressum quidē. Nam in Creta, inquit, quòd cupressus aliter quàm semine proueniat: fit hoc, quia παραβλαστικὸν ibi est. Soli ergo id euenit prærogatiua, non autem natura speciei. Tamen salicis exēplum suprà ponebamus nos. Nā quod posset obiici de fructiferis solis hîc agi, tāto acriùs instabimus. Magis esse mirandū in sterilibus: quibus desit plus humoris illius genuini, quàm fœcūdis. Posuit tria, ξηρῶν, μονοφυῶν, ἀπαραβλάστων: quia ficciora quædam fruticosa: quod & suprà monebamus: vt Coryli. μονοφυᾶ quędā propria idea, quę locis quibusdam pullulant ab radice: vt in Creta cupressus. Icçirco dixit. μάλιστα μόνον παραλλάττει. Quia mutat in specie naturā: vt ex vnistipite fiat fruticans: mutat etiam in accidentibus, quæ consequuntur illā: vt apti nati sint eius rami tum habere, tum seruare humidum genitale ad futuræ arboris constitutionem. Quinetiam vt mutetur idea hęc in cupresso: nihilominus in Palma quoque mutari patet eadē lege, loci scilicet. Ait enim circa Babylonem fieri hoc. Quin præscribit certa conditione. Ramos enī non omnes, sed tenerrimos eligere ad id opus. videlicet in iis est, quem quærimus, prægnans humiditas illa. Ex iis plātaria institui, quæ trāsferant postea, vbi eam adepta fuerint perfectionem, quę possit matricis terræ tolerare mutationem. Iccirco dixit, ἐμβιώσωσι, viuendi efficaciam nactæ fuerint. Hoc verbo sępe vtitur ad hunc significatum. Addit tamen præter Babylonici agri beneficium, etiam in Gręcia factitari solitum. Quod si ita est: iam speciei sit ea propensio, non autem (sicuti nos dicebamus) terræ. Quippe cùm in locis maximè alienis, & in quibus vel nullum, vel serò, vel minus commendabilem fructum fert: tamē in iis talis esse pergit. καὶ βλαστάνειν. Explicat naturę illius inclinationē ad generandum. Non solùm superiori ex parte (hoc ἐγκέφαλον appellauimus in historiis) germina fūdere: sed etiā subtus emittere radices. Videātur cuipiā verba hæc superflua. Nam si vitales Palmæ ramos pactos dicit: quis dubitat, quin ra-

A dices agāt? si sufficere scribat ad generationē, quis non fateatur etiā germinare? Denique si ἐμβιῶσι, si μεταβάλλονται, quis non putet, vtrūque horū peractum esse? Tamen ita subueniendum. Demissi in scrobē rami aliquando supernè germinarunt: infernè radicē nullam compararūt. Quod in populis & salicibus quotidie videmus. Quin alibi duo posuimus exēpla domi nostræ nata. Ramum seuimus sesemini. Is eodē anno etiā flores tulit: altero verò copiosiores. Cùm tamē nō adolesceret, rati minus idoneo loco situm, effodimus alio translaturi. Ibi nullā penitus inuenimus radicem. Populi truncus sanè magnus, atque ad columnæ officium excisus, plus septē menses cum iacuisset humi, postea germina extulit è cortice frequentia satis, &
B satis longa. Ne igitur de Palma quis idē suspicaretur: vtrunque coniunxit. ἔτι δ᾽ ἂν πλάγιος. Quin, inquit, tam facilis est ad radicandū, vt etiam si obliquus deponatur, idē faciat: sed addit cōditionem. Modò, inquit, terra subsit ἔκνικμος: vdo scilicet solo. vsqueadeo semper fouet hoc principium humiditatis. Et respōdet illi, ξηρῶν: quæ propterea negat ad hæc apta esse. Mihi tamen ex agricolarum præceptis, & ex œconomico Xenophontis, minus mirū videtur, si obliquus ramus faciliùs radices emittat. Nam quāto plures oculi sub terra fuerint, tanto plura erunt loca radicularum, vt ita dicā, emissaria. Nam quemadmodū quæ supra terram sunt partes, ex oculis gemmas protuberantes exigunt, vnde rami perficiantur: sic terra qua teguntur, similibus ex locis agūt radices. Quā rem indicauit
C radicum crebritate, cùm dixit, πολλαχόθεν. Addit tamē, ad iustam non prodire magnitudinem. ἐπὶ δ᾽ πεύκης, καὶ ἐλάτης. Nequis multa exceptione labefactaret id quod pro vniuersali propositū est: negat in aliis cōgeneribus, hoc est μονοφυέσιν, id euenire, cuiusmodi abies & pinus. Ac ne cupresso quidē, nisi in Creta. neq; id in omni Cretę parte, sed certo demum loco: quasi sit is locus propria illa præditus humiditate, qua possit vnistipitis naturā amplificare, atque producere ad pullulantium fœcunditatē. locum nominat, περὶ τοὺς καλουμένους δρυΐτας. Quin ne ibi quidē à ramis depactis prouenire, sed à stolonibus ā úm. Sic enim sonant illa verba, παραφυάδας ἀπορρίζους αὐτὰς. vult esse stolones, eósque cum radicibus. Tum asseuerat, si radices non sint,
D haud facilè adepturos illos ramos arboris naturā atque incrementū. hoc est, quod dicebat, χαλεπόν. & addit, ἢ ἀδύνατον. Adeò perstat in pristina sententia. Quod autē ibi fruticent cupressi causam designat. cùm ait, ἔνυδρος. Vt cùm Cretēse solum suopte genio aptū sit cupressis procreandis: qui locus in Creta fuerit vliginosus: in eo etiam habeāt cupressi facultatem ab radice pullulandi. Quāquam autem addiderit rationem: tamen vt modestiam suam, quod vbique facit, profiteatur: ait, hæc à se nō perinde fulta rationibus explicata esse: sed per ὑπόθεσιν tantùm. Petit ergo sustineri hanc sententiam, quoad exactiùs disceptetur. Quæ sequuntur verba, redintegrant historiam Palmæ. ὁ δὲ φοίνιξ. Duo docet. Primum, quare Palma. Alterum,

quare

quare à tenerrimis. Duas causas in ima ponit: χώρας εὐβοσίαν, & εὐφυΐαν. Præposuit locum: quia est perfectio speciei. Postposuit speciei εὐφυΐαν, quia non est cognita nisi loci beneficio. εὐφυΐα, quia naturæ facultas est, πρὸς τὸ φύεσθαι. Loci autem εὐβοσία, quia loci materia talibus affecta qualitatibus ipsas plantas alit. εὔβοτος terra, succulenta, Latinè dicas, propter tum vbertatem soli, tum nascendi facilitatem. maxima efficacia orationis. Nam suprà dicebat, oportere & habere, & seruare tum humorem, tum calorem. Si ergo soli bonitas ea sit, vt faciat ad generationis celeritatem: naturam iuuabit illam ad humorem conseruandum. iccirco addit θᾶττον. Nam si tarda esset vbertas agri ad id officium præstandum: fieret interea quod suprà causabatur, & spirituum calorisque διαπνοὴ, & humoris illius τοῦ ἐμβρύου ἐξάτμισις. Diximus εὐφυΐαν ad nascendum, etiam addes ad producendum: vt sit καὶ φύειν, καὶ φύεσθαι. Atque hæc de virgis Palmæ, vt à tota natura: nunc priuatim à partibus. ait enim, τὸ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἁπαλωτάτων. Consentaneum magis est vires hasce humiditatis in tenerioribus ramis contineri. & addit, καὶ τμητικώτατα. sanè facies orationis dissimilis. non enim vocis huius modus is conuenit cum superioribus. Iccirco Theodorus aut nō habuit, aut abiecit. sensus tamen optimè cohæret. Significat enim facilè pari posse hanc teneritudinem à subeunte alimento, quod summittit tellus illa, quam εὔβοτον dicebat, nos feracem. Ita τμητικώτατον erit alimentum ipsum: quia soluet continuitatem nouelli rami. Nisi mauis vulgata commodiùs vti significatione. Significat enim, compendiosissimè: scilicet propter facilitatem & subitionis, & receptionis. Illa propter εὐβοσίαν: hæc ob εὐφυΐαν. Hæc ratio virgarum molliorum. Sequitur causa, quare germinatio prodeat è cerebro. Quia, inquit, etiam in Palma vetula indidē est potissimum origo germinum. Hoc est, quod dicebat statim. ἀπὸ δ᾽ τοῦ ἐγκεφάλου. vt potius ab summo, quàm ab imo. Et sanè tota natura plantæ talis est, vt habeat ima nudiora. appellauit hîc ῥάβδων φύσιν, ortum. Non enim significat communi more Naturam, sed exitum: atque vt ad verbum respiciamus, fusionem. Quippe fundus παρὰ τὸ φύειν. Hæc ratio est à proportione loci. Nam qui locus ad fundendas virgas est in matrice: cum in surculis quoque depactis esse, par est. Altera sequitur ratio à forma. ait ergo. καὶ ὅλως δ᾽ ἀρχή τις αὕτη ζωτική. Dicit in palma, cerebrū esse principiū vitale. Nēpe quia medulla est: quod & in aliis. Non tamē principiū simpliciter. iccirco addidit τις, suo modo, atque idea. Namque alia quoque sunt principia vitę, scilicet conseruantia: vt cortex. sanè si delibretur tota, perierit. Itaque est ἀρχή τις: nimirum constituēs. Probat autem, quod aiebat: esse principium. διὸ καὶ ἐξαιρουμένου. Si cerebrum eximatur: fore, vt intereat. & auget probationē alia historia. Nam suprà dicebamus defossa transuersa virga multo plures demitti radiculas. Quare videri poterat huius situs cōmoditas facere: vt etiam exciso ce-

A rebro radicaretur, ac porrò viueret. Non est, inquit, ita. ἐπεὶ καὶ ἡ ἐκ τῶν πλαγίων. Dixit ἐπεί, nota est consequentis quidē orationis: sed præcedentis probationis. atque hîc vocat ἔκφυσιν, quod modò φύσιν. εἰ γὰρ καὶ πεφυκότος, καὶ ἐρριζωμένου τοῦτο συμβαίνει. Argumentū à maiori. si contingit, vt in ea Palma, quæ iam & radices egit, & adulta est, exēptio cerebri exitio est. quanto magis tenella? & ratio est, quam etiam in sequentibus ostēdemus: eáque duplex. Nam antequam radices fundantur, vtrunque peragendū est naturæ: nempe vt & radices agat, & habeat quod sibi retineat, vt in germina refūdat. Itaque distracta laborat magis. Altera pars rationis est in arbore confirmata. Namque radices sunt validiores, succus vberior intus in tota: vt videatur posse, quantum fuerit ademptum, substi-
B tui atque reparari. Nec tamen fit: ne igitur in surculo quidem. ἡ δ᾽ ἔκφυσις. Quoniā dixerat à cerebro germina prodire: ne quis ab eo solo suspicaretur: ait, multis ex partibus erumpere. Quod tamen paulo liberiùs ipse dixit, παντοχόθεν. Sanè nō intelligit, ex omnibus meatibus: sed ex omnibus iis vnde commodiùs natura potest. Notandum quod dicebat, nō solùm extracto cerebro, sed etiā malè affecto. Sic enim duo sunt causarū genera in morbis: vnum externum, quod procatarcticum vocant: externū voco, quod aut penitus extra corpus est, vt falcula, qua cerebrū excisum fuerit: aut quod tametsi fuerit in corpore, tamē abiit: vt caloris æstus, aut rigor frigoris. Alterum genus est intus: vt humor alienus, exempli gratia, ab imbribus, aut aliunde. Ideo duo dixit, ἐξαιρουμένου, & πο-
C νήσαντος. Εὐαίνεσθαι κτ̓ λόγον. Quæ ratio est in iustæ magnitudinis Palma, vt exiccetur: eadē est etiā in virga. Quippe cerebrum, aut ablatum, aut malè affectum. πανταχοῦ δ᾽ διαμένει. Minor propositio syllogismi. Maior illa subticetur hîc, quia suprà fuerat posita. Vbicūque fuerit humiditas illa prægnans, nec delebitur exhalatione, inde erit germinatio. Minor hîc. vbique persistit humiditas illa. Conclusio iam antecessit illa, παντοχόθεν. Sic enim semper loquitur accuratissimus hic Philosophus diuinum imitatus præceptorem. διὰ τὸ μὴ ἀξήραντον εἶναι. Ratio quare maneat. quia non facilè siccatur. Rationis ratio, τῇ πυκνότητι τῶν πόρων. Meatuū angustia prohibet exuctionem illam. Is igitur ordo. Materiæ obex, quo minus transmittatur humor. Humoris coerctio. Prohibitio exiccatio-
D nis. Retentio caloris, cuius est humiditas fundamentum. δυσδιάπνωτον. explicatio causæ: quare vtilis sit pororum densitas. Quia cohibet, ne efflari possint spiritus. Ita duo respondent hîc duobus superioribus. Dicebat διαπνεῖται, & ἐξατμίζει. huic posteriori redditur hîc τὸ ἀξήραντον: illi priori, τὸ δυσδιάπνωτον. Postquam hæc ita narrauit, colligit. Inter vnistipites solam Palmam multis prouenire modis propter hasce causas. Alias cōgeneres non posse, quia non sint simili præditæ natura. In quibus verbis etiam inuenies implicitū syllogismū.

Legendum, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διὰ τῶν ἀπονάτω, μᾶλλόν ἐστι τοῦτο εὔλογον. Est enim

cõparatio partiũ superiorũ, & inferiorũ. &, δυσδιάπνωτον, non διαπνευστόν. Theodorus, ἀπαραβλάστων, ambitiosè, & insuauiter. Nepotum exortia. & metaphora κακόζηλος est, & altera vox vasta. Neque forte quicquam obtigit cuiquam in Natura apud Peripateticos. At ipse verbo hoc, sortiri, vel vsque ad fastidium vtitur. μονοφυῆ, non malè vnicaulia. Vnistipites δέχεται ἢ ἑτέρας φύσεις. Alia proueniendi genera patitur. Nullo modo placet phrasis, *patitur prouenire*. Verùm ei verbo in historiis animalium longè duriorem fecit vsum, cùm dicit: Equæ non patiuntur pasci, & eiusmodi alia talia. veluti si dicam: Ego non patior me scribere. πλάγιον malè interpretatus est, inuersum. est inuersum cuius ima pars summa facta est. πλάγιον, cuius summa & ima ad eandem libellam, aut non multum inter se distant elatione, ac depressione. Habemus apud Galenum, ὀρθόν, λοξόν, ἐγκάρσιον. hoc postremum est πλάγιον. Neque abest ab eo situ multum τὸ λοξόν. Horum significationes transtulimus alibi ad ἀντοίκους, καὶ περιοίκους Macrobii, propter somnium Scipionis: vbi ostendimus etiam doctiores maleuersatos esse. Inuersus ergo ramus erit is, qui cacumine infossus deorsum spectat, cæsura sursum. Idem est inuertere & supinare, vt acutius amplificemus inuersi definitionem etiã ad plana, & alia: quorum cacumen nullũ: partes tantùm imæ, & summæ. ὑπορρίζους ὄντας. Confibratas Theodorus, non inepto verbo. omisit enim τὸ συσσημαῖνον, τὸ ὑπό. flexu etiam vocis minus apto. Hic enim, modo radice aliqua confibretur. Hic est tractus temporis. At Theophrastus ait, ὄντας. quæ iam sint radicatę subtus. Iam fibrata est, non fibratur: & secum radices affert, non accipit. Itaque viuiradicem rectè vertit. εὐβοσίαν frugalitatem. minus rectè. Non est enim frugalis potius opulentus, quàm mediocriter parens. vbertate potius. Hoc enim est vber glebæ Virgilianum: dictum à succo ὕειν: vnde vligo. quia Syri vnde Græci per Cadmum acceperunt, ὕλαν aquam dicebant. εὐφυΐαν, habilitatem, optimé. Aptum natum Cicero, πεφυκός. id est qui natura sua est aptus ἐξαιρουμένου, καὶ πονήσαντος θνήσκει. De suo addidit, mox, neque fideliter, neque verè: ἐπὶ καὶ ἡ ἐκ τῶν πλαγίων ἔκφυσις, ἔχοντός τιν ἐγκέφαλον. Theodorus, Nepotum illa procreatio non nisi cerebri copia fieri solet. Malè intellexit hunc locum. πλάγιον enim à latere interpretatur. sane hoc quoque significat, sed non hic. Non enim ait, propter cerebrũ fieri, vt stolones generẽtur. Nam in omni ætate cõtingeret. sẽper enim cerebrũ habet. At nõ semper emittit stolones, sed ætate iam stata. Ideo Theodorus de suo addidit, copia. Cæterùm non vult hoc Theophrastus: sed, vti docebamus, etiam transuersum surculũ satum, ait, non radicum copia, quas potest emittere: imò potius cerebri beneficio germinare. Hoc manifestum est cùm subdidit: non esse mirum, si surculus, tametsi transuersus, ablato cerebro exacescat: ὥσπερ καὶ πεφυκότος, καὶ ἐρριζωμένου τοῦτο συμβαίνει. si quidem hoc etiam contingit palmæ iam confirmatæ. πεφυκότος καὶ ἐρριζωμένου. Cùm palma integerrima stat, & radicibus plenè adhæret. Calamistrata oratio. δυσδιάπνωτον exhalatu difficilis. Hoc est, δυσέξατμιστον. Illud ad spiritum potius.

CAPVT III.

Caput tertiũm causam docet, qua quædam oriuntur à stolonibus, & surculis: à ligno, & ramis, non contrà, à surculis alia nequaquam, sed à summis virgulis, & ligno. De prærogatiua radicum longarum & quæ profundæ non sunt. Tres fruticationum modi, & eorum causæ.

ΟΣΑ δ' πλείους γίνονται τρόπους. Posteaquã vniusmodi posuit in palma generationem: nunc agnoscit in aliis multiplicem. Atque inter eas quæ sint differentiæ. Duas comparat naturas. Ait enim: Quæ auulsione, radicéve, aut surculo proueniunt: eadem non omnino etiam à ligno, & crassioribus proueniunt ramis. Contrà, quæ germinant è ligno & excisis brachiis: ea non item prodeunt è surculis. exemplum primi generis ponit vitem, & ficum. Ad exemplum secundi adducit oleam. Nam vitis & ficus ex palmite, & stolone procedunt. è trunco nunquam. Olea ex talea, & virgis crassioribus: è summis surculis nequaquã. τὰ δ' πάλιν ἀπὸ βλαστῶν. Maximè concisa oratio. Sic enim dicendũ fuerat: τὰ δ' πάλιν ἀπὸ ξύλου μὲν καὶ ἀκρέμονος, οὐκ ἀπὸ βλαστῶν δέ. Propterea quòd olea non producitur à germinibus, id est à ramulis tenuioribus. Atque hæc non dixit, se describere per hypothesin, vt solitus est. & decuit tamen. Minus enim accurata sententia est. Namque hic ad castrum Maurum secũdum Oltum fluuium nata est ex pacto ramulo olea, eáque hodie iustam nacta magnitudinem, & ab radice sobolescit, & fructum fert optimum. τὸ δ' αἴτιον. Rationes agnoscit easdem diuersorum subiectorum. Ex eadem, inquit, aut simili causa. Vitis enim & ficus trunci sicci, etiam asperi. At siccum iam diximus ineptum esse ad generationem. Asperum verò nihilo magis aptum. Atque ibi sistit probationem. Resoluamus ad causam superiorem. scilicet asperum item siccum: ac plerunque durum etiam. Non ergo ἀτμιστόν, vt suprà περὶ ἀπαλῶν dicebamus. κλῶνα intelligit surculum, id est paruum sucum: ἀκρέμονα succum iusta crassitudine. Sic enim *virgam crassam* veteres vocabant. surculum voce diminutiua, κλῶνα. Græci à motu: quoniam vento κλονεῖται. ἀκρέμονα, ὅτι ἐν ἄκρῳ μένει. Itaque τὸ ἔτυμον, quod Latinè dicitur verum, in eo verum non est. Vt desinat Theodorus in præfatione Latinis insultare: quasi non habeant quî designent ἀκρέμονα voce patria. Habent verò: brachia namque dicimus, eadem transferendi lege, qua Græci dixerunt, cor, matricem, alas, cerebrum. Neque verò brachiis nostris obiicitur etymologiæ deprauatio: sicuti Græcis in acremone. Non enim in summo manẽt rami grãdiores. Mox autẽ κλῶνα βλαστὸν nomine designauit. nouellũ scilicet ramum. αἴτιον αὐτό, καὶ παραπλήσιον. αὐτὸ significat essẽtiæ cognationẽ: παραπλήσιον affinitatẽ proportione. Igitur eadẽ causa pro eo est: quia

quia humor ibi pręsentis est vitę sedes, & auspicia futuræ. Similis autem: quia quod est asperum non est idem quod siccum. Propinqua tamen natura sunt. ξηρὸς ἢ ξυλώδη. Quia partes aliquæ siccæ queunt esse, veluti frondes: non tamẽ ligneæ sunt, quomodo truncum dicimus, aut ramum ligneũ. Iccirco addidit: ξυλώδη, nec ab re. Nam ξηρὸν nota est absentis vitalis qualitatis: lignosum significat ineptam substantiam ad germinationem propter duritiam. Ideo dicebat, ἀπαλῶν. Neque solũ siccæ ac lignosæ trunci partes, sed etiã τραχεῖα. Iã verò diximus, quare sit asperum δυσβλαστές. τὴν ἐλαίας τὰ τῶν ἀκρεμόνων ἔνικμα. Causam dat, quare oleę brachia sit apta ad germinandum. ἔνικμα. Hoc semper requirit: scilicet humidum. Declarat modum huius humidi. λιπαρώτατα. Quia duplex est humiditatis genus: vnum aqueum, alterum aereum, hoc est pingue, hîc λιπαρόν: alibi γλίσχρον dicitur, cùm densius est. Hæc est vna causa, quare non διαπνεῖται. Patet ex opere nostro id. nam oleum & aqua multa feruecant in lebete: soluitur in vaporem aqua, oleũ manet. Altera causa est, quam & suprà notabat in Palma, πυκνότης. Prohibent enim meatuum parietes inter se cohærentes. & habent igitur humiditatem, & seruant. Quorum vtrumque à natura ad germinandum exigebatur. Iccirco dixit ἀμφοτέρως. Vtraque de causa οὐκ ἀξηραίνεται, non facilè exiccantur, minus apta ad exiccationem. τὰ δ' ἄκρα. ἄκρα intelligit τοὺς κλῶνας, surculos qui in summo nouelli nuper extitere, eos ait ineptos esse propter siccitatem. Tum siccitatis addidit causam non à temperatura, aut situ partium, quod suprà innuebat in asperitate: nam sunt sanè leuissima superficie, nõ igitur sunt vel lignosi, vel scabri: sed tenues. Ita ea paruitate haud multo succo abũdare queũt. respõdet illis superiorib⁹ cùm dicebat, ἰσχὺν ὑγρότητα. ἰσχὺν notat id quod est, τὸ ἐνόν: vt in quinto primæ Philosophiæ. Hoc autem obtinet loci proportionem. Ideo materiam Plato χώραν appellabat. Si ergo locus angustus est: etiam quod eo capietur loco, paruũ erit. est enim locus locato par. Vnde sequitur contrarium eius, quod suprà dicebat: τηρεῖν, seruare μέχρι τοῦ. Horũ verborum æquant sensum illa: καὶ οὐ δυνάμενα διαμένειν. In paruo nanque humido paruus calor. Imbecillus igitur. Addit aliarum arborum differentias, Pyri, Amygdali, Mali: & ait, ὡσαύτως. quomodo ὡσαύτως? Sicut in vite, & ficu, an sicut in olea? verba sequẽtia declarãt. à maioribus ramis hęc non prouenire maiore ex parte. Apponit etiã inter hasce differentias. In Amygdalo raro. in Lauro nunquam. Addit causam, quia sicca Laurus. confirmat. Nã ne auulsione quidem facile. Tametsi eius rei gratiam facere possit illi, quæ subest, radix. Quanto minus si radice careat? Sed est imprimis animaduertendũ, cùm addit pro causa densitatẽ. suprà enim fauebat hæc germinationi: propterea quod cohibebat intra se humidũ, quominus exhalaret. Nunc facit aduersariam eiusmodi generationis. Dicendum videtur: densitate contineri humidum internum in eo officio, quod requiritur in materia vitali. At vero si densitas comes sit siccitatis: tum verò æquè prohibeat succi egressionem ad informanda germina, atque ipsa siccitas. Densitas igitur, quod multum est, fouet: quod parum, suffocat. ἀβλαστῆ τε γάρ. Videtur haud multũ referre, vtrum dicatur ἀβλάστητα, an ἀβλαστητικά. quia in eodem est actio & passio. Nempe forma & vis, vt impellãt materiam extrorsum: hoc est, βλαστητικόν. materia, vt impellatur à forma: hoc est, βλαστητόν. Ita subtiliter explicandi sensus Peripateticorum: ἐθέλει. Asteismus Græcis. Sic loquitur & Plato, & Aristoteles, & alii magni viri elegantes, ἐθέλει, βούλεται. φιλεῖ, quæ verba nihilosecius rebus inanimis attribuunt. Velut in Phædro. τὰ δένδρα οὐ βούλεται μεδιδάσκειν. Hîc non est omittendum: cùm hîc eximit vitem, ac ficum ex humidorum censu. At in sequentibus agnoscit succosissimas. Et sanè sunt quàm olea longè humidiores. Dici posse videtur: vitem, ac ficum, cętera humidiores: trũco exuctiores. Ac de vite quidem satis patet. de Ficu verò potest ambigi. fortasse Fici stipes humidior est oleagino. Etiam hîc foueamus partes diuini viri. In vtroque humidum videmus: esto etiam, ne litigemus, par etiam in vtroque γλίσχρον. At Ficùs admodum rara textura est. vt in olea meatus densiores succum fortè commodius arcere queũt. ἀσθενέστερον γὰρ καὶ πρὸς τὸ διατηρεῖσθαι τὸ μᾶλλον. Obscura breuitas, ac potius mutila: sensus videtur esse is. Naturam hanc imbecilliorem esse ad seruãdum id, quod magis interest germinationis, τὸ μᾶλλον sic, perinde valebit, ac si dicat: τὸ κυριώτερον. nota locutionem. καὶ πύτυ γε ἔτι, tanquam si diceret, καὶ πρὸς τούτοις. ἴσως δ' ἀπὸ ξύλων. nunc expedit cur è ligno possit in illis expediri germinatio. Quibuscunque, inquit, in ligno vita continetur (hoc enim est ἔμβιον, sicuti suprà ἔμβρυον: atque eo nomine vtitur sæpe, sicut & verbo ἐμβρυῶναι) ea seruare posse densitate sua vitale principium, quod continetur in eiusmodi quam dicebamus, humiditate. Affert historiam oleę, myrti, oleastri. Suprà dicebat humore contineri vitale principium: hîc dicit, humorẽ contineri vitali principio. rectè vtrobique. Continet humor vitale principium tanquam vehiculum: sicuti materia formam. Continetur humor à vitali principio, perinde atque à rectore. Seruat enim: vt sit nunc, quod futurum debet esse. Apponit rationes tres: cur sufficere nequeat ad generationem, πυκνόν, ξηρόν, ἀπαράβλαστον. Oportet, inquit, vt si densum est, habeat etiam humidum. Alioquin οὐχ' ἱκανὸν non satis est esse densum, si sit siccum. Quod autem ait, καὶ ἀπαράβλαστον, respondet superioribus. Nanque vnistipites amouebat ab hac fœcunditate. Vbi acutius intelligendum. Non esse causam huius ineptitudinis, ipsius stipitis vnitatẽ, sed signũ. Nempe cùm viderimus hãc solitudinẽ: concipiamus animo vtrũque, & antecedentem causam, quæ est siccitas: & subsequentem affectum, qui est, inutilem esse ad germinationẽ. ἴσως καὶ ἡ παραβλάστησις. Dicebamus hîc τὸ παραβλαστικὸν non posse sumi pro causa futura generationis ex ligno: sed pro affectu. Quare positum

in propoſitione. Nō faciet demōſtrationē à priori: ſed eam quam vocāt τὴν ὅτι ἐστὶ δεικνύουσαν. Vt ergo perfectiùs cognoſcamus hinc ad finem vſque capitis περὶ παραβλαστήσεως ita agit, vt eius naturam reſoluat in cauſas. propinqua illa eſt. συνεστραμμένην ἔχειν τὴν ῥίζαν. Quia fluxuoſa radix eſt, videtur habere proportionem multarum radicum. Propterea quòd ex dorſis ipſarū ſinuationū videtur ſeſe proferre ad aliquid expromendum: hæc eſt cauſa cauſę. altera. Quia ſuccus in contortis diutius immoratur: igitur & coquitur magis. Immoratur autem propter operoſiorē motū. Tertia. In omni flexu, vel ligni, vel metalli pars exterior fit rara magis. Inde igitur prodire ſuccus poteſt. Quē cùm prodigere nolit temere natura: quod optimum factu ſit, excogitat, atque efficit. Creat igitur ſobolem. ſic habes cauſarū à Philoſopho poſitarum noſtris inueſtigationibus ad vltimas vſque reſolutionē. Cauſam verò quare ſit συνεστραμμένη, ponit ipſe, quia ſcilicet στρεμμώδης. Duæ ſunt cauſæ fluxuoſitatis in plantis, eæque contrariæ. vna eſt duritia. Itaque ſuccus obiecto lignoſo retentus atque etiā repulſus, enititur aliquā in partem ſibi viā facere. In eo nixu torquetur ea pars impulſu videlicet ſucci primùm, deinde etiā inceſſu. Altera eſt mollitia. Nō enī ſeipſā ſuſtinere quit. Quocirca & ſibi ipſa oneri eſt, & ſibi ipſa cedit. Tertia cauſa externa eſt. Nimirū cùm obiectu rei durioris reflectitur. Hoc patiuntur à rupibus, aut aggeribus flumina. Poſuit autē more ſuo cauſam prius, mox effectū. prius inquam, στρεμμώδης, quam συνεστραμμένον, quia demōſtrat à priori ἰσχύει γὰρ μᾶλλον. præter ſuprà dictas cauſas aliā ſtatuit: quippe robur. Quia validę ſunt naturæ, multum etiam poſſint operę ponere. Hæc tamen eſt cauſa valde remota. Nam vt multum poſſe fatear: an hoc quoque poſſint quærā. ἢ καὶ δυσώλεθρα. Pertinaciter reſiſtunt omnibus incommodis, quibus generatio prohiberi poſſet. Non facilè verò ſunt exitiis obnoxia: quia ſunt compactæ naturæ. Denſa omnia minus admittūt externas impreſſiones. Itaque radices hæ ſunt viuaciores. τὸ γὰρ καταπλεκόμενον. multa hîc includuntur: primum, cognoſcimus flexuoſas non facilè auelli integras. Alterum, declarat quare tam robuſtæ ſint. Quia non vitiantur diſcerptæ, ſed nihiloſecius fundunt reliquiæ. Tertium, fœcunditatem colligimus. Quòd remanet, diſpendia reparat, ac reponit quantum eſt ademptum. Quæret aliquis obiiciendo: de tortis radicibus accipio: at de pruno, pyro, aliis quarū ſunt radices prolixæ? His reſpōdet illis verbis τῶν δὲ μακρορρίζων. Per ſe, inquit, alia ratione iis radix robuſta eſt. Duæ fuerint ergo cauſæ. vna cùm radix retorquetur ad ſuperficiem: altera in profundis. In ſuperficiariis eſt natura facilitatis: tum quia coquuntur ab aere, & Sole: tum quia non premuntur terra multa, ſed ſoli tenuis cruſta facilè cedit. In profundis ratio eſt roboris. non enim tam altè vel demitterent ſeſe, vel occuparent, niſi lōgè abeſſent ab imbecillitate. Ita explicata eſt probatio quam ſubticuit ipſe. ὅτι μετέωροι, καὶ οὐ βαθύρριζα. Monuimus alibi priſcis

A omnibus etiā breuiloquo Hippocrati, etiam cōciſo Ariſtoteli morem fuiſſe ſic loquendi, quo & Homerus vſus eſt, ἐοικότες, ὄντοι ἄγκες. quod & Plutarchus animaduertit. Ita hîc, ſuſpenſæ ſiue ſublimis in ſuperficie ſoli, neque profundæ radices. εἰ καί τινας. obiectio. Nō videtur natura poſſe ſimul, & multum demittere in radices, quas agit porrò deorſum, & in pullulationes ſurſum ſuppeditare. reſpondet. Tametſi producit in profundum: tamē etiam nonnullas ſubigunt ad ſuperiora. Quid tū poſtea? ἔπειθ᾽ ὅτι πάντων συῤῥοῆς γενομένης. vbi, inquit confluxerit eò ſuccus: coit eò faciliùs Solis vis cū materia: quippe ad ſuperficiē: atque ita coquitur ſuccus, atque habilitatē recipit ad ſtipitis formā induendam. Ideò dixit καὶ διὰ τὸ κυῆσαν ἐκτίκτει. ſcilicet δένδρον. Quaſi concipiat inde quod pariat poſtea.

B Ita duo argumenta vnum vides. Non enim duæ ſunt rationes illæ, πρῶτον μὲν, ἔπειτα: ſed vna demōſtrans priore loco ſitum radicis, ſecunda ratione, propter ſitū, facilitatē adeptionis apparatus ad formam ſuſcipiendam, qui fiat beneficio Solis. ἐπιπολῆς, non penitus ſuper faciem ſoli, ſed quaſi penſiles (hoc eſt μετέωρον) ſi reſpicias ad profūdas illas. ſic natare ἐπιπολῆς quoſdam piſces dicimus: non qui ſuper aqua, ſed qui haud ita multum ſubtus. Sic plantarum radices ſubter ceſpites, & ſumma ſoli: καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων οὕτω. probat ſimilitudine. A ſummis ſemper fit ramis, aut maiore ex parte germinatio. Ita ab ea radicis parte, quæ ſuperior eſt. τούτων ἀποκειμένων. Quibus ſuppoſitis. Nam ſa- C nè repetit hîc, quæ modò dicebat. nominauit συῤῥοήν, hîc nominat. Dixit, τεθέν. Dixit πέττουσα. Quin vberiùs ſcripſit, quàm nūc ſcribit. Deducebit enim calorem à Sole, quem adiungeret plantæ ſeu radicis calori. Nunc ſolem omiſit. Iccirco prius dicebat συνθερμαίνῃ: Mox ſimpliciter dixit, θερμαίνουσα. Dixit autem θερμαίνουσα καὶ πέττουσα, quia calor eſt inſtrumentum. Forma in materia ſita, eſt agens in materiam alienam vt ſuæ proprię ſimilem faciat, atque etiam eandem ſpecie. Effectus eſt, coctio. Qua apparatur ſuccus, vti dicebamus. Quænam igitur intelligit, cùm ait, τούτων ἀποκειμένων? Intelligit ſimilitudinem germinationis in ramis quoad frondes, & ramulos cum germinatione ſtolonum à radice. Neque eſt repetitio, ſed ſyllogiſmi concluſio, ſic. Coquitur in ſum- D ma radice ſuccus ad ſobolem. Probo per ſimilitudinem generationis in ramis. ergo quemadmodum in ramis coquitur, in radice coquetur. Sic à reprehenſione vindicandus autor. Ne duo extrema vitia hîc, & alibi obiiciant critici: nempe conciſam, atque etiam interdum mutilam breuitatē: & deteſtabilem Peripateticis palilogiam. Quoniam verò in omni perfecta ſcientia cognoſcitur ſubiectum, ſubiecti ratio, principia & accidentia cùm dedit hîc ſubiectum, generationem, ſpecies, & modos: nunc accidētia dare aggreditur à loco. ait igitur τὰ μὲν οὖν πλεῖστα. Plurimi ſtolones, inquit, ad ſtipitem oriuntur: quia prope ſuperficiem ſunt. Hæc igitur concluſio pendet ex antecedentibus, vt ſuperficies ſit medius terminus in ſyllogiſmo

giſmo pro cauſa. Dixit μετεωρότατα, quia etiam πλεῖστα. Nā ſi ſtolones dicimus pullulare quia πολλοί: & ii pullulant ab radice, quia radix eſt μετέωρος: ergo quæ partes erunt maximè μετέωροι: ab iis pullulabunt maximè multi. Tam verò eſt efficax noſtra: vt oliua etiam fœcundet noua ſobole ſtipitem ipſum. ſcilicet ſtipitis ea parte cauſa maximè coniuncta eſt cum radice propter affinitatem. Nā ſi arbores omnes ab ſummo poſſūt ſtipite ramos fundere: ſi multæ ab radice nouam ſummittere ſobolem: media natura quarundam poterit in ſtipite vti beneficio propinquitatis radicis ipſius. Iccirco dixit, ἥγε ἐλαία. particula illa γε magnā habet efficaciam aſſertionis in rara natura. Vt quaſi ſit probatio eorum quæ profitetur. Nam pullulationem dicit ab radice. Cauſa, propinquitas ſuperficiei: vnde cum Sole magnus ei ſit vſus ad coctionē, ac deinceps ad germinationem. Quàm, inquit, conſentaneum eſt veritati: quando in oleæ imo ſti- B pite, etiam qua nulla radix agitur. vis eſt ad pullulationem. ἄπιος δὲ καὶ ῥόα. Adiungit aliam differentiam eorum quæ profunda nituntur radice. Nam Pyrus, inquit, & punica & non ſolùm prope ſtipitem poſſunt: ſed etiam procul: vbi ſcilicet radix profunda non fuerit. Hoc quoque pertinet ad probationem. Nam ſi procul fit: neque fit, niſi in ſuperficiariis partibus: manifeſtum eſt fauorem hūc ab eiuſmodi ſitu conciliari. Maiorem ſyllogiſmi propoſitionem ſubdit. ἐνταῦθα γὰρ ἡ συῤῥοή, καὶ πέψις: ſic enim eſt in figura. vbicunque fuerit confluxus, & maturatio ſucci: inde erumpant ſtolones. Coquitur autem radicis pars, qua ſol afficere poteſt. Ea eſt qua attollitur flexuoſa. ita habes concluſionem. Addit affectus declarationem. διὸ καὶ ἄτακτος ὁ τόπος. Quia radicum illarum prolixa- C rum tractus inæqualis eſt, & quaſi fluctuans: incōditus item ſitus erit ſtolonum. Ratio verò, quare ſit inæqualis radicum porrectio, eadem eſt quę & in fluminibus. Loca enim ſunt inæqualia. Igitur quæ cedunt vacua: in ea ſeſe radix induit. Manifeſtū eſt hoc in mōtanis. Inter ſaxorū hiatum perſequentibus ius ſuū radicibus. Nec fruſtra eſt huius inquiſitio cauſæ. Nō enim radicis intereſt ſumma quærere, ſed profunda, duabus de cauſis. vna eſt à forma: terreſtris enim maximè omniū partium pars illa eſt. Altera à fine ſuo, & à fine plantę. A ſua vtilitate: quia plus alimenti conſequitur ex profundo. non enim exugitur locus ille ab aere, vel ab ſole. Propter plantam verò: quia firmiùs hæret, quo eſt profundior. Hæc ſunt ergo fruticā- D dæ differentię: circum ſtipitem ab radice, vt Lauro: circum ſtipitem ab ſtipite, vt Oleæ: procul à ſtipite, vt μακρόρριζα. Inconditā eſſe hanc ſobolem: quia radicum item elatio ſuperficiē verſus ſit inęqualis. An verò quia in iis ſuccus plurimus, vbi is erumpere nititur, ſurſum ſeſe euehit in radice ad arborem creandam, quam ſubtus meditabatur? Natura enim quo poteſt cunque modo ſeipſam fœcundat ſemper: atque ab ipſis indiuiduis ſumit operam quotidianam quaſi obſidem futurę perpetuitatis in ſpecie. Hæc cùm dixit: ad ſimiles

A trāſit. Similes quidem in fruticatione, diſſimiles in fructificatione: Quæ tamē circūſcribit certa differentia. vult enim eſſe viuacia. Ait igitur. τὰ δ᾽ ἄκαρπα: verùm non omnia, ſed illa, καὶ εὔζωα non ſolùm poſſunt βλαστάνειν, ſed etiam συμπληροῦν, id eſt cōplere, ac perficere ad iuſtam perductas ſoboles magnitudinem. Hoc quotidie videmus in Populo, alba præſertim. Vna enim modo depacta, latè loca multa complet. Eſt autem viuaci pertinacia, quia & plurimum habet humidi: & plurimum lentoris. Calorem quoque in ea temperatum teſtatur odor ſuauis. In hoc genere paucæ admodum aliæ, aut nullæ, ſi arbores ſpectes. Potius enim inuenies eſſe frutices. Quamobrē minimè eſt eorū operoſa perfectio ad magnitudinē hāc vulgarem. Nō enim requiritur inſignis, quāta in arboribus. Hæc ratio eſt, quare ſoboles in fruticibus ęqualis ſit parenti: in arboribus nō ſit: niſi ſiqua ſint lento B humore multo vitali prædita quales populi Hoc eſt quod dicebat, συμπληροῦν τὸ βλαστάνειν potius τὸ βλαστανόμενον. Nā omnes cōplent ipſam actionē: id eſt agunt. At non complent, id quod egerunt. Ita ponunt operā: opus non abſoluunt. εὔζωα dicit: ſicut præceptor animalia εὔβια. Sed differunt. Quia βίος non modò actum animæ in corpus, quem ſolum ζωὴ ſignificat à calore, ſed etiam & tractum & conditiones quæ ad actus illius conſeruationē requiruntur: vt cibus, potus, & alia quæ à medicorum vulgo falſò dicuntur non naturalia. Itaque etiam actiones ad huius ambitum ſpectant ſignificationis. Quare εὔβια dicit ille animalia, quæ facili victu vitā tuentur. In arboribus autē talis eſt ζωή: quę non multis egent officiorum interpolationibus ad trahendum vitā. Simul hæc dicit: ſimul pa- C rat trāſitum ad hiſtoriā fruticū, capta occaſione ex eo, quòd eos nominauit in comparatione: cùm dixit, τὰ δ᾽ ἄλλα οὐχ᾽ ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ὑλημάτων. Nō tamen ea eſt ratio tranſitionis huius: ſed quia pars eſt inſtituti noſtri conſequēs arborum cognitionem. Quorum tractatio cùm ſit abſoluta: reliquū eſt, vt frutices expediantur. Iccirco dixit, περὶ τῶν δένδρων ἱκανῶς εἴρηται.

Corrigēdus codex, ἐν αὐτοῖς διαφορᾶν. ſcribe, αὐτοῖς. Quod mendum tam frequens eſt in libris autorū Græcorum penè omnium: vt quàm parum ſit laboris animaduertere, tam multum ſit, manus adhibere. κλῆμα, καὶ κεράδια. lego, κράδα. Ficus is ramus eſt, ad quē ſignificandum non habemus vocem ſingularem. κλῆμα dicunt illi in vite: nobis D multa ſunt vocabula: vſitatiſſimum, Palmes. etiam palma legitur, & virga, & ſarmentum, & pampinus, eiúſque modi multi, vt focaneus, ſagitta, & alia quæ à noſtris agricolis cōmemorantur. In olea θάλλος Græci, nos termitem, Palmæ ſpadix. quidam Ægyptiam vocē dicunt, alii Siculā. Illud verò ſimilius, pro eo quòd Ægypto, non Siciliæ peculiaris arbor illa. Hæc vulgata. Illud minus. Æſychius ſcribit, ramum quem manu tenere ſoliti eſſent ii, qui Deorum laudes concinerent, ab antiquis αἴσακον nominatur eúmque Laurinum fuiſſe. καὶ ἀμφοτέρως εὐβλαστοῦντα. appone negationem. Su

prà enim dicebat item, à densitate humidum conseruari. ἐπεὶ δ' ἡ παραβλάστησις, scribẽdum, ... καὶ πεμφθὲν ὑπὸ τῆς ἡλίου. repone, πεφθέν. Lego συμπληροῦσι δυνάμει τὸ βλαστάνειν, addito articulo. Id est τὸ βλαστανόμενον. vt sit, καὶ βλαστάνειν, καὶ συμπληροῦν.

Quod emendabamus ἐν αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς, Theodorus sic. Quæ pluribus exeunt modis, differentiam in his quoque ipsis habere latè videntur. vt videatur intellexisse, ἐν αὐτοῖς, scilicet τρόποις. vtrum placuerit, non displicebit. Coniunctio καὶ multùm sustinet vulgatam lectionem: quasi sit sensus hic & diuersis generantur modis, & in vno quoque modo habent diuersitatẽ. Sanè veró. Nã quę semine prodeũt, non vno serũtur modo. A situ: quædam mucrone prono, quædam supino. Item à numero: quædam singula, quædam plura, vt Palmulæ. A tempore, à deffosionis quantitate, & eiusmodi. Quæ producuntur à partibus: alia à ligno, alia à brachiis, alia à surculis. Quædam etiã à folio. Veluti noua planta hæc, cuius folium satum creuit in truncum. eius amplitudo, quanta palma hominis maximi. Figura plurimùm accedit ad humanæ soleę vestigium, tota est tuberosa. E singulis tuberibus prodit spinula. Fructũ nondum tulit, vt possimus iudicare: sitne *Muba* siue *Maus* Ægyptiorum. Quæ vero ab imo pullulant, quot modos habeant in differentiis, iam dictũ est. Non displicet ergo Theodori iudicium; displicet audacia tum hìc, tum alibi: cùm addit de suo, laté. Nam, vt ait Galenus, summa interpretis fides est, vt explicet non quid ipse sentiat, sed quid autor, quem suscepit interpretandum. Non enim simile est hoc negotium, atque id quod de Sophocle, atque Euripide circunfertur. Horum alter personas quales fuissent: alter, quales esse debuissent, sese effingere professus est. At Latinus, qui Gręca ignorarit: si ei Theophrasti authoritate vtendum sit: falsò semper imponet aliquid illi ex Theodoro: quod ipse de suo nunquam prompserit. αἴτιον ταυτὸν καὶ παραπλήσιον. Theodorus causa vna & eadem. Nõ est παραπλήσιον, idem. Nos exactiùs per idem, & simile. καὶ ἐδυνάμενα διαμένειν: Nec ad educandum valida superextant. ἀσυνηθεστάτη phrasis. Nec superextare est, superstitem esse. ἐν δυνάμει βλαστάνειν. In codice scriptum est, pullare. Si non est mendum: vsus est primigenio pro diminutiuo, pullulare. καὶ ὡς ἐν παραλόγῳ. & præter naturæ ritum. Hoc paralogum vocat Aristoteles παράβασιν: quod præter leges ordinarias naturæ fit. Theodorus semper euitat vsitatiora verba, si habeat alia minus vsitata. Ita ritum hìc maluit, quàm legem. At λόγος est origo & anima legis, tam rei quàm vocabuli. λέγω, λόγος, lex. αἰτία δὲ ὥσπερ ἐλέγομεν, ἡ ξηρότης, καὶ τοῦτο γ' ἔτι ἡ πυκνότης. Theodorus nõ agnouit spissitatem, sed raritatẽ: atque ita reposuit. Credo, quod suprà legebamus, densitate seruari humiditatẽ, atque inde fieri generationẽ. Hìc cùm auferatur generatio: causam esse contrariã oportet. Cæterùm densitas iuuat, humidum cohibendo. At vbi cum siccitate coniuncta est, nocet. Suffocat enim, & obtundit. Iccirco mox sibi constat cùm ait, ἂν γὰρ

A ἰσχνὸν, ἐὰν ᾖ πυκνόν γε. ἢ ξηρὸν, καὶ ἀπαράβλαστον. At Theodorus errorem errore cumulauit: nam hìc quoque μανὸν, non autem πυκνὸν legit. ὅσα δ' ἀπὸ ξύλων ἔμβια. Quæ autem ligno conualescere, germinaréque pollent, vt omittam illam peregrinitatem: non enim cum infinitiuo iungitur polleo verbum, sed nominibus applicatur: quod ad sensum attinet: longè distat tum significatio, tum infinitiui illius langor ab efficacia Græcæ vocis, ἔμβια: de qua suprà satis. Neque expressit illa: διατηρῆσαι τὸ μᾶλλον. & languescere fecit vim orationis illius: αὐτὰ τηρεῖν τὴν ζωτικὴν ἀρχὴν, ἔχοντα ὑγρότητά τινα, cùm dixit, non sine adiumento humoris naturalis. B Dixerim, Hæc possunt vitale seruare principium: quia certum habeant humorem vt non solùm sit φυσικὴ ὑγρότης, sed etiam τὶς, καὶ ποία, καὶ πόση, suæ scilicet speciei. Nam quæuis, & qualiscunque, & quantacunque humiditas naturalis, nõ est cuius naturalis. Itaque τὸ τὶς astrĩgit τὸ φυσικόν. διὰ τὸ κρεμνώδη πως καὶ συνεστραμμένην ἔχειν τὴν ῥίζαν. Radice detorta, scrupulosa, flexuosáque. duobus verbis vnũ dixit, detorta, flexuosa, συνεστραμμένην. hoc primum, secundum, medium alienum interposuit, scrupulosa. Tertium, non est detortũ συνεστραμμένον, sed contortum. Detorta est radix quæ in se redit, neque procedit. Quartum, neutiquam κρεμνὸν significat scrupum. Aliud saxum, aliud stipes. δυσώλεθρα, mori contumacia. peregrina oratio διὰ τὴν τῶν ῥιζῶν ἰσχύν. ex radicis copia. C Nequaquã. Nõ vbicũque vel copia, vel magnitudo: ibi continuò robur. ἰσχὺς robur est. μετέωρα. per summa cespitum hæreant: malé. Nam neque hærent, sed iacent, & serpunt. neque per summa cespitum, sed subter superficiem. συνθερμανθεῖ sufferuescant. τὸ σὺν non est sub, sed præpositio Græca significat ab vtroque calefactionem tum ab Sole, tum à principiis internis caloris naturalis. Concalefiat. Sic enim fit accessio caloris à Sole ad calorẽ naturalem. Omnino Peripatica tum veritas, tum seueritas respuunt orationis lenocinia. Neque sine magno periculo affectantur diuerticula. sic mox etiam illud. ἐκθερμαίνουσι sufferuefaciens. Cæterùm pręposítio ἐκ, significat hìc exitum, vt ita dicam, caloris ab radice, in illam συῤῥοήν. Si hoc durum sit, dicas, promotionem. D sanè principium signant actionis, τὸ ὅθεν. Sic addit aduerbium, latissimè de suo, sicut suprà facillimè ἀεί. Non enim quod est ἀεὶ βλαστητικὸν, facillimè fundit. Illam comparationem deformauit. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, οὕτω καὶ ἐκ τῶν ἄλλων οἱ βλαστοί. Sic enim simplici ductu dixit. Nam & ramis, ac cæteris partibus hac ratione germen erumpit. At Theophrastus confert naturas, vt probet, sic, Perinde in aliis fieri par est, quemadmodum fit in ramis. διὸ καὶ ἄτακτος ὁ τόπος. Radix, quánam sui parte summa telluris petat: constat nemini. Aliud est esse ἄτακτον, id est certis æqualibúsque non emergere, aut subire interuallis: aliud est, nobis ignotum esse locũ ἐπὶ τῶν ὑλημάτων. summisso genere. Suo more lasciuit. Nam quare Phrygana dixit summissum genus: nisi vt faceret desiderium Gręcæ

cæ

cæ lectionis: quod tamẽ scripturæ candore decuit aut tollere penitus, aut saltem lenire. Hìc monendi sumus nos legisse sic: διὰ πολλοῦ μακρόῤῥιζα ὄντα, ἢ ὧν ἂν ἡ ῥίζα μετέωρος ᾖ. Theodorus autem ita legisse videtur: ἢ ἂν ἡ ῥίζα μετέωρος ᾖ. & sanè sententia facilior.

Quarto capite queruntur causæ generationum in herbaceis & fruticibus, à semine, radice, surculo. In bulbaceis, coronariis, oleribus, aliis. Item à stipite. Cur oleaceæ taleæ cortex non auferatur. Allio auferatur ad sationem. Qua naturæ lege peculiaris sit in fruticibus è gummi generatio.

TOYTΩN δὲ τὰς μὲν γενέσεις. Arborib⁹ expeditis, aggreditur frutices, & eiusmodi alia, ea diuisione quam posuimus in argumento. Ac primùm ordinem instituit simul & modum tractationis. Persequendas esse horũ generationes, quemadmodum in arboribus factum est. Incipiendum à maximè communi. At maximè generalis est ea quæ fit ex semine: cùm alioquin ab radice quoque fiat. Is modus duplex. Nã quędam spontè ab radicibus oriuntur: quædam satione, scilicet radicibus translatis. Prioris modi ratio varia. Nanque stolones alio modo pullulant à radice principali: & alio modo stipes à radice: cuius pars ablata, pars relicta est: & alio modo, quibus arescit stipes: ac postea subit nouus. Similiores inter se sunt ii duo modi posteriores: Non enim nouus exit caulis à cicatrice, sed aliunde. Quæ verò transferuntur, aut simul cum caudice panguntur, vt stolones: aut sine stipite nuda radix, vt fit in Arundine. Hoc quoque non vno modo. Nanque aut oportet integram esse radicẽ, vt Rapi, Cyclamini, Croci: aut non refert, totáne, an pars defodiatur. Quin partes hæ non vno modo. Quippe aut mutila, vt Asparagi: aut integra, vt Allii spica. Hæc ita vides vt accuratiùs à nobis exædificata sunt super fundamentis à Theophrasto iactis. Dixit modum generationis à semine, κοινότατον: propterea quòd alii quoque sunt κοινοὶ, sed non adeò magno ambitu. Hìc nõ est animaduersio prætereunda. Nam cùm hanc, quæ fit à semine, generationem maximè dixerit communem: tamen ab ea non incœpit, sed ab illa quæ fit ab radice. Huius consilii, ac potius licentiæ, causa me latet: nisi fortasse ordinem, quẽ modò relinquebat in arboribus, continuãdum esse duxit. Appellat κεφαλόῤῥιζα Bulbacea, sicut & nos porrum capitatum, & allii capita legimus in fastis apud Ouidium. ἢ δ' ἔχουσι τῶν περιφρυγμένων (?). Hæc est causa, quare non cœperit à semine: quia continuare vult in fruticibus ordinem qua sunt affines arboribus ea parte, quæ tractabatur. Qua, inquit, attingunt de arboribus institutam narrationem. Verbum vsitatissimum optimo cuique autori, Aristoteli, Xenophonti, Thucydidi. τὸ ἐφάπτεσθαι, quod Cicero dicit coniunctum esse: vt sæpius pro Cluentio. Contra Rullum verò etiam attingere. δεῖ δ' καὶ τὸ μὲν ὑδατῶδες. Conditiones affert radicibus necessarias: quę seruari debent ad sationem. Duæ sunt eæ, vna vt

A humiditas interna pinguior sit. Nam si est aquosa dissoluitur: Altera, vt tunicis muniantur, quarum præsidio cohibeatur intus humor, ne exhalet. Ita habes causam internam & externam. Adiungit exemplum Rapi & Raphani. Sanè vtrunque citò rugatur: raphanus verò citissimè. Abeũt enim tenuiores partes: quib⁹ ille cõstat acrib⁹. eæ in rapis nõ sunt. Itaque diuti⁹ seruãtur. ideo amouit aquosum humorem ab eo priuilegio, cùm dixit μηδεμίαν scilicet radicem ἔχειν ὑδατώδη. vt Rapum, sed γλίσχρον, id est lentum, vt Allium. Cui etiam munimentum aliud à natura comparatum est. Quippe tunicæ. ἐνσκέπονται γὰρ αὗται. Semper hoc exigit: vt & habeant ὑγρότητα certam, & perpetuationem. Suprà enim & διαπαντὸς dicebat, & διαλαμβάνεται (?): & sicut suprà δυνάμει διαμένειν: sic hìc, εἰς διαμονήν. καὶ ὅλως εὔχυλόν τινα. expositio est illius ὑγρότητος: cùm dixit εὔχυλον. succulẽtum nanque medicis εὔχυλον est, quod probum generat succum. B τὸ δὲ significat finem transmutationis. At hìc τὸ δὲ significat suam sibi bonitatem ad perdurandum. Et quia in omni plantæ parte, sicut & in animalibus, est portio liquida, & portio densa: in animalibus enim sanguis, siue ἰχὼρ, & caro: in plãtis succus & crassum, quod in stipitibus & analogis dicitur lignum: in fructibus & radicibus quibusdam caro per translationem appellatur: vtrunque attigit & succum & carnem, cùm dixit, εὔσαρκον. Et quia in capitatis solis suspicari quispiam poterat has esse προτάσεις, vt in Dracontiis, Bulbis, & similibus: apponit exemplum longè diuersi generis: cùm dicit: καθάπερ αἱ τοῦ ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ. C Nõ igitur pręcisè circumscribit huius generis ambitu: cùm vult esse nouellam. Non igitur pari διαμονῆς ratione: αἱ γὰρ τοιαῦται. Solæ, inquit, eæ translationem patiuntur. Dixit, φυτείαν, id est plantationem. Quam? καὶ μετάθεσιν, transplantationem. ἀλλ' ἐν (?) verbum frequentissimum Thucydidi ad tollendum. ἄρσις, & Musicis & Grammaticis θέσει contraria. καὶ τούτων μέν. Hactenus comparauit radices diuersas, inter affirmationem, & negationem. Videlicet, quæ vtiles essent, aut inutiles. Nunc inter se comparat vtiles: atque ait, non esse omnium æqualem facultatem ad retinẽdum sui vsum: sed aliis aliam maiorem, aut diuturniorem. ἄλλας δ' αὖ πάλιν. Hìc alterum ponit membrum. Quædam, inquit, transferenda non sunt. Quippe si non auferantur è natiuo loco: germinant. Si locum mutant: intereunt. D Addit causam: propter siccitatem. Nominat, quæ sint. ἐπετειόκαυλα. Quæ quantumuis amisso caule sufficiunt nouum. Itaque aliud est ἐπέτειον, aliud ἐπετειόκαυλον. Additamentum τοῦ καυλοῦ præscribit, cuius sit illa annua perpetuatio. Cauli scilicet. Si nihil addatur: tum totum designabit, esse annuum: totam, inquam, plantam. Annua sunt, quæ tota durant annum solum. Annicaulia sunt, quorum caulis solus annum viuit: tum interit. Radix autem etiam porrò viget. διὰ τὴν ξηρότητα. Hanc potissimùm causam, si cuiusquam, putat esse siccitatem. Conuenit hoc cum superioribus. Quæ enim patientes erant translationis, erant εὔσαρκοι, εὔχυλοι,

γλίχεσι radices. ἔστι δ' ἔμπυον ἢ ἀπὸ βλαστάλιος. Aliæ A differentiæ duæ: scilicet à stolonibus, & à cacuminibus. Prioris exempla in oleribus à Brassica, & Ruta. In coronariis, Abrotono, Sisymbrio, Serpyllo. Quæ cùm adduxit, narrat naturæ progressum: ait enim statim radices summittere à germinibus. Itaque τὰ ἄκρα hîc appellauit βλαστούς. Atque hæc cùm dixit, apponit etiam Ederæ historiam. Eam propter peculiarem viuacitatem radicari adeò, vt (quemadmodum illa in terram) ita ipsa vel in ipsarum arborum corpora subeat radicibus. Addit aduerbium ἄνθυς, vt respondeat superioribus, διαστρεῖν ὑγρότητα μέχρι τοῦ. & διαμένειν. Appellauit Ederam ἔμβρυον, prægnantem, sicut & suprà, ἔμβρυον ὑγρότητα. Emittit enim singulis ex articulis radiculas. & dat eius rationes duas. Alteram, cum aliis communem: cùm terra operta exit, ὑπὸ τῆ γῆ κρυπτόμενος. Alteram peculiarem, cùm B penetrat atque infert sese in arbores, εἰς δένδρεα εἰς αὐτὰ τὰ δένδρα. Quam equidem illi postposuissem: vt orationis crescret efficacia. Tantam esse eius vim, vt & communem naturam foueat: & peculiarem tueatur. Adderet etiam, captare qualecunque etiam lapidum vel humiditatem, vel etiã mucum: & vbi sedem captet, & vnde capiat alimentum. Non est prætereundum, quod de Brassica prodit. Nam eam ab radice pullulare vidimus: neque ab alio accepimus auditione. Τῶν δ' λαχάνων δῶν. Eximiam inter oleraceorum exempla, naturam appingit. Nam Ocymum, tametsi lignosum est, tamen ab summo recisum atque pactum, & radices fundit, & adolescit. Sanè peculiaris ideo generationis: siquidem caret illis tribus. Non enim vel εὔσαρκον, aut ὄμφυλον, aut γλίχεσθαι. Mihi tamen exuctior videtur Amaraci natura: quod si quis dictum nimis acriter putat: at sanè perequa siccitas, τοὺς ἀπὸ φυτείας, scilicet βλαστούς. Cultũ suscipit ad fundendum germina ex superiori parte, si recisa pangatur. Oratio tamen videtur corrupta: nisi sit aliquis Atticismus: id quod equidem puto. ait enim, κράμβη ξυλῶδες ὄν: ἀλλ' ἔτι ἢ δυσξήραντον ὄζη. Quã quam lignosum: sed præterea etiam non facilè arescit. Illud, ἀλλ' ἔτι καί. Explicata oratio sic fuerit, τοῦτο γὰρ κράμβη ξυλῶδες, ἀλλ' ἔτι δυσξήραντον· ἀλλ' ὅμως. διὸ καὶ πολὺν χρόνον διαμένει. Adiungit ex historia testificationem viuacitatis. Carptum diu durat incolume. Hoc verum non est. Illico enim flaccessit. Et illud verum commune cum omnibus habet coronariis, κολούομενον, πάλιν βλαστάνει. Secta enim rursus pullulant coronariæ, & olera: ac fortasse omnia, omnésque arbores, præter eas modò, quæ non sustinent decacuminationem, vt Abies. ξυλῶδες δὲ καὶ τὸ ἄβρωτον. Alia historiæ similitudo in Abrotono. Et causas similes ex præscriptionibus superioribus. Nam per ὑπόθεσιν subintelligit habere humidum illud requisitum: addit autem, habere densitatem, qua conseruare possit humorem. Sed & calorem genitalem: quem intellexit ex ea quam attribuit, acrimonia. Suprà dicebat habere plantas densitatem ad conseruandum: nunc dicit, habere conseruationem ex den- C sitate. Ita eleganter voces cõmutauit: manfit sententia. Hactenus prima capitis pars. Deinceps de iis quæ peculiari magis natura constant. Vt in Lilio & Rosa rarior generatio ex depactis. Itaque vtitur καταβάσει, cùm ait, αὖ πως μὴν οὐδ' κοινά. Trãsitio verò est ad illas, αἱ δ' τοιαῦται μὲν ἀσθενεῖς, καὶ ὀλίγαι: non æquè susceptæ effectionẽ caloris. Nõ æquè patitur. Vt quid? δεῖ δ' βλαστικὸν, vt germinet. Notalo cutionẽ prægnantẽ. Διάπλωσιν ἢ ἀρχήν. scilicet germinationis. vt ἀρχὴ hîc sit principiũ in tempore, sub principio essentiali, id est sub forma quæ est autor germinationis. Διὸ καὶ τὰ σκόροδα διαμένουσι. Continuat aliũ naturæ historiã propter similẽ causam. In his igitur intelligit esse aliquid alienũ à natura germinationis, scilicet in vetulis & magnis, quasi moles sit impedimẽto. Ita, inquit, impedimẽto est B cutis in Allii spica cũ seritur. Itaq; auferunt. Nisi sic suppleas, nõ cohærebit oratio: neq; poterit subinferre particulã illam διό. Et mox ταῦτα γὰρ παρέχει πᾶν τὸ ἀλλότριον. Necesse enim est etiam in magnis taleis esse aliquid ἀλλότριον. Cæterùm nõ explicat ipse: & passim nos similibus fatigat anfractib⁹. Fe licẽ Theodorũ qui hosce angulos, vbi libuerit, possit dissimulare. Dixit καταπόπηξιν, scilicet à matrice: deinde καταχίζειν, scilicet τὸ καταποπήγμενον. διαφοῦσι, capita partiuntur in spicas. Hoc nõ fit, quia sit ibi quicquam alieni: sed ne confertim exoriantur, atque ita mutuis damnis labefactẽtur propter vicinitatem. καὶ κρομμύων. Eadem ratione adimi radiculas cępis. Quare? quia alienum quiddam sunt. Quare alienum? quia non viuunt. Omne au tem non viuens, viuenti alienum. At quare non vi- C uant, non declarauit. In historiis quæsitum est atque agitatum, in Cæpis & eiusmodi: vtra esset radix, bulbus an fibræ. Ibi discussimus ab ipso perplexissimè atque morosissimè, vt solet, implicatam potiùs quàm explicatã quæstionem. Nũc ad hæc satis sic. Omnino constat radicis obtinere rationẽ bulbũ. Siquidẽ sub terra est, & quædã sine fibris ea tantũ natura vtuntur vice radicũ. Vbi verò fibræ subsunt, erit fibra bulbi radix. aut vtraq; fuerit radicis pars: quarum potior est in Cepulla bulbus: quoniam etiam mortuis fibris viget nihilominus, & ad generationem aptus est. Quòd verò ait ἢ τὰ κελύφη, & tunicas, quas ei placuit appellare putamina, aufert ad sationem: hoc non faciũt holitores nostri. Qui tamẽ fibras abscindũt, quas D barbulas non ineptè nominant. Quòd verò neutrum impediat generationem, satis ex eo compertum est, quòd etiam non satæ cepullæ germinant in cellis suspensæ. Omnino nihil tunica prohibet, quin potiùs defendit putrefactionem. Tolluntur autẽ fibræ, nouellas vt fibras summittere queant. Non enim in vetulis fouendis abutetur opera sua calor naturalis: sed sublato, cui fruſtra det beneficium: nouum opus in quo collocet meditabitur. Vt tuearis Philosophi partes, dicas de Allio intellexisse. Quanquam ei non detrahitur cortex, nisi vt spicæ dissipentur. Hoc enim fuit lectum vetus verbum, sipare, pro ferere. ὥσπερ καὶ περὶ δένδρων. ab exemplo argumentum. Ideo quæ in ar-

diu posit, quoad sit opportunum vt educatur: in A borib us exaruerint, amputari. τῆς μὴ οὕτως ἐλαίας. Obiectio. Aisin cepulla tolli partes non viuentes, vt fibras: ab Allio tunicam: quemadmodum in arboribus ea quæ sunt arefacta. Igitur in arboribus quare non itidem cortices auferantur? Non enim à talea, quæ seritur: non à Myrto. Respondeo. Non solùm non impedit cortex, sed etiam seruat. At quæ à cępis auferuntur fibræ, non sunt partes ζώντες. At olcæ cortex est ζῶν. Non sunt illis fibræ partes νύειμ. At est cortex oleæ. seruat enim vitam. ἐπεὶ κ' ἀπέψυν. Partes mutilæ Allio & Cæpis adimuntur: itaque germinant. Quòd siquis illis quoque, scilicet Oleæ ac Myrto abstulerit, æquè germinabit. Exempli gratia, si qua corticis pars vitiosa sit. ἰδιωτὴν δὲ βλάστησις. Atque hi quidem modi similes modis illis qui in arboribus agnoscebantur. Peculiaris verò est generationis modus in fruticibus, de quo nunc in hac tertia capitis parte dicit. Maximè, inquit, propria fruticum est generatio è gummi, si seratur. Sanè si ita sit, neutiquam erit excrementum gummi. Quod tamen ab omnibus autoribus hactenus proditum est: sed fruticis pars, in qua viget seminium genitale. Hoc de Smyrnide fruticello dictum est in historiis. Sed & de Apio maiore, quod Væapiũ diximus alibi, ac præterea de Lilio dicunt idem. ὃν ἄλογος δέ. Quia non constat in hac generatione ratio. quippe Gũmi neque totum, neque pars, neque fœtus esse videtur plantæ. Sustulit admirationem cùm dixit, nõ solùm consequi naturam caulium per proportiones, sed etiam confessam ac liquidam esse perinde oportere atque ex caulibus. Et quia hoc non minus mirum videbatur, infert, In Gummi coactam esse vniuersam fruticis naturam. Quãobrẽ in se continere principia seminis genitalis. Sic enim dicit, ἀρχὼν τῶν γόνιμον. Et resoluit ad vltimã vsque causam: calorem scilicet. οὐ γὰρ ἄνευ θερμότητος ἡ τοιαύτη γένεσις. Scilicet Gummi non erumpit absque calore. De Gummi causis iciunè hîc admodum, atque in transcursu. At nobilissima natura est hæc ad medicamenta. Quare decuit exactiorem operam ponere. Quæro an à calore fiat Gummi. Huius quæstionis triplex consideratio. Nempe substantiæ, motus, qualitatum. Substantia plantæ succus aqueus est. Huius non est autor calor magis quàm aliarum partium omnium fabricator, rector, conseruator, δημιουργὸς, νύειος, σωτὴρ, οἰκόνομος. Motus, quia multis ex partibus in vnum confluit. Huius motus calor autor est, sicut omnium motuum in corpore viuente. Quippe secretricis atque expultricis minister facultatis. Qualitates primæ non eædem omnibus. Euphorbio calida: Opio frigida: sicca Acaciæ: humida Tragacantho fortasse. Sed verbi gratia sumptum sit impresentia. Qualitates secundæ à situ partium. Durum, quia densum. Densum quia humidum coactum. Hoc in luto fit à frigore, hyeme: in fornace, à calore. Gummi densitas vtro fit? Nam duratur & à frigore & à mul-

to calore: eóque dupliciter, aut conferto aut per ſucceſſionem. A modico igitur frigore, & à calore modico denſari videtur. Hæc in libro de miſtorum affectibus accuratiùs diſputata. Quæro præterea. Siue gummi pars eſt, vt innuere videtur: ſiue fœtus, vt fructus: non videtur ea generatio, quæ ab eo fit, eſſe affinis, quod ipſe profitetur, ei quæ fit è caule: ſed quaſi è ſemine: non quale in fructu, ſed quale in animali. Dicendum igitur, quibus in plantis gummi genitale ſit, non id eſſe excrementum, ſed ſemen proportione ſeminis animalis. In quibus autem non eſt vitale, an ſit excrementum? Fortaſſe ne in iis quidem. Sed imperfectius ſemen: propterea quòd illæ plantæ ſint operoſiores. Illud non eſt prætereundum. Si Gummi ſit genitale in quibuſdam ignobilioribus: quare nobiliſſimum Gummi non erit præditum principiis maximè validis ad generationem? Videtur enim quamplurimum ſubſtantiæ, quæ in planta eſt eò contuliſſe calor ille, quem in locum mirificas virtutes cum illuſtriſſimis qualitatibus coniunctas conſtituit. Exemplum petes è Myrrha, Bdellio, Laſere, Balſamo. Lacrymæ nanque ſunt omnia hæc. Itaque Philoſophus hic & lacrymas nominat δάκρυα, & ſuccos, ὀποί. De quibus affert ſententiam hanc, non omne Gummi eſſe habile ad generationem. Hoc dixit, ne quis putaret, quod proximè accederet ad ſeminis naturam: quemadmodum omne ſemen ad id vtile profitetur eſſe: ita de Gummi quoque exiſtimandum. Et ſanè ex propoſitis ſequitur hoc. Nam cùm dixerit ὁμολογουμένως. ſequi caulium in hoc naturam: cùm ne omnes quidem caules eiuſmodi ſint vt ab iis fiat generario: nec ab omni Gummi fiat. Illud addendum fuit. An quorum caulium apta eſt Idea ob generationem: eorum omnium Gummi ſpecies perinde ſit idonea? Non eſt compertum: neque eſſe verum puto. Quòd ſi verum non eſt; alia defectus huius atque interruptæ proportionis cauſa quærenda eſt. Idcirco dixit πρὸς τὰς ἐπάνω αἰτίας ἀνενεκτέον. Ex cauſæ erant, quia neque caules omnes erant apti, neque radices. Poſtremò apponit axioma luculentum, quod ab hiſtoriis tum plantarum, tum animalium petitum: tum in libro de generatione animalium repetitum atque ſancitum, in hiſce libris ſæpe faciet ad multas probationes. Id eſt, faciliùs imperfecta gigni. Nam tametſi principia ſunt imbecilliora, tamen finem habent propinquiorem: ac propterea opus habent operæ minus interpolatæ. Celeriùs igitur abſoluuntur. Hoc eſt, quod dicebat, κατὰ λόγον καὶ τοῦτο. His rationibus maxima ratio adiuncta eſt. Quæ è Gummi ſato proueniunt ea eſſe imperfectiora. Nec repugnat hoc iudiciis iis quæ habentur de ſponte naſcentibus. Longinquiora nanque, ac ſenſibus ignotiora ſunt in agro nudo, atque rudi plantæ futuræ principia quàm in Gummi, quod aliquid aliquando illius plantæ fuit. εἴ τι παραλέλειπται. Aurea ſententia viri optimi & modeſtiæ noſtræ conſulentis. Audiant Canes impuri, qui Diuini viri Topica tanquam confuſam tractationem, libros tranſnaturalis Philoſophiæ, quaſi nihil eorum quæ profitentur præſtent, impudicis latrant buccis. Iacta nanque ſunt fundamenta omnium artium atque ſcientiarum ab ingeniis illis nunquam ſatis laudatis: ſuper quibus nobis, qui omnia bona debemus illis, tutò liceat exædificare. Niſi enim tradita eſſent ab illis ea, nobis ipſis inueſtiganda recentibus atque incertis laboribus fuiſſent. Id quod an melius quàm ii fecerint qui tum ita fecerunt, facere nos potuerimus: ſi vnuſquiſque ſui conſcius conſideret, gratias illis debere ſe ſentiat, quòd eorum ipſorum telis nobis dederint illi facultatem ſeſe oppugnandi. Ait igitur vir humanæ imbecillitatis conſultiſſimus, ſi quid ab ſe relictum deſideretur, nouis operis expleri atque ſarciri poſſe. συνιδεῖν communi conſilio, induſtria, vtilitate perſpicere atque iudicare.

Legendum ἢ δὲ ἕκαστα τῶν προειρημένων. Non εἰδῶν. Non enim dubitat an quæ dicturus eſt, ad ea quæ dicta ſunt, referri queant: ſed deſignat diuiſiones eodem modo faciendas, quo & ſuperiores, qua res ipſæ rebus affines ſunt, id eſt fruticum generatio arborum generationi. Duobus locis βλαστάνειν ſcriptum eſt, per initia capitis, καὶ αὐτόματα βλαστάνειν: & ad finem, εἴ τις ἀφαιρεῖ ἡ τούτους, βλαστάνειν. Aut βλαστάνει reponendum, aut cedendum ſchemati. Vt ſubintelligatur aliquid tale, εἰκὸς, δεῖ, φασί. Nam his omnibus libris ſæpè occurrit is modus, ſi non eſt mendum. Sublatis illis, φύεται καὶ, ſic continuandum. ἔστι δὲ τινων καὶ ἀπὸ παραφυάδος, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων γένεσις. Et illa tota delenda. Τῶν αὐτῶν πηγάνου τε, καὶ ἀβροτόνου, καὶ τῶν στεφανωτικῶν. ſunt enim iam poſita. Et lego ὅτι καὶ οἱ καυλοί: non autem ὅτι δ' οἱ. Theodori verba fateor me non intelligere.

Διὸ δὲ καὶ τὸ μὲν ὑλιτῶδες μηδεμίαν ἔχειν, ὥσπερ τῆς γογγυλίδος. Sed nulla, & tenui, & diluto cortice (ſic enim lego, non, integretur) ad modum Rapi & Rhaphani opus eſt. λείριον, quare Lirium transferre maluerit quàm Narciſſum, neſcio. ἔστι γὰρ δὴ μάλιστ' ὅλως ἔμβρυος. Theodorus non per cauſæ redditionem, ſed per aduerſatiuam malè, ſic, Illa tamen omnium maximè viuax. Videtur ἔμβιος legiſſe, aut ἄβιος: ſicut ſuprà ἄζωον. εἰσδυόμενος εἰς αὐτὰ τὰ δένδρα. Ille ſuo more licenter laſciuit, Arboreſcandens amplexu ſuo perſtringit. Longè aliter ſonat mens orationis. Nam radices in corticem ſeſe induunt. Neque rectè illam ſimplicitatem, καὶ ἐν τῇ γῇ κρυπτόμενος additione illa tuetur: in terra abdita ima ſubeat. Non enim adigitur ad ima terræ. κολουόμενον, tonſum & diminutum. Simpliciſſimè, mutilatum. Quod Theophraſtus ταύτῃ φύεται: ille, regerminat. Peſsimè. non enim à cæſura germinat, ſed à foliorum commiſſura: quemadmodum etiam ſi non

non carpatur. Al às enim fundit etiam integram. Non igitur iteratur germinatio, ſed procedit. Non ſanè eſt ταύτῃ, ſcilicet ἢ κολουόμενόν ἐστι: ſed ἐκ τῶν πλαγίων. Vt etiam Philoſophi ipſius diligentiam intelligamus. Non poteſt Theodoro condonari illud, cùm acorem dixit Abrotoni δριμύτητα. Aliud eſt acor in aceto, & vino vitiato, cùm acuit: aliud acrimonia. Illud ὀξύτης: hoc δριμύτης. καὶ πότε καταχίπτειν, καὶ καταχίζειν ἄλογον. Nec procul augmento præcidi ſolent (ſic lego, non argumento.) Hîc augmentum nihil eſt, tanto minus argumentum. Et omiſit καταχίζειν. γέλγεις, nucleos interpretatus eſt. Plinius ita vocat ſpicas. Spicæ autem dictæ, quia in mucronem deſinunt. Vnde inſpicare & ſpiculum. In Acharnenſibus ἀγλίθες apud Ariſtophanem, capita. τὰ ἀφαυαινόμενα, quæ obareſcunt. Imò quæ iam arida facta ſunt. Addidit, vt paraphraſtes, abſcindere aſſolent. Et omiſit illa omnia, ἀλλότειον δὲ τῶν ζωτικῶν τὸ μὴ ζῶν. ἀποστέγει, obſepit. non: ſed obtegit. Sepire poteſt agrum ſepes, obtegere non poteſt. Allium tunica non ſolùm obſepit, ſed etiam obtegit. τὸ στέγει tegminis ſignificat vtilitatem: τὸ ἀπὸ conſignificat nocumenta, quorum iniuria corrumpi queat. Tale eſt Latinum verbum abdo & depono: in quibus τὸ ὅθεν, καὶ τὸ ποῖ. μὴ δὲ τοὺς κυρίους. Primatum cauſæ obtinent. Luculentius, Non habent imperium, ſiue principalem facultatem ad vitalis ſucci rectionem. οὐδὲν γὰρ ἕτερον, ἢ συνηθροισμένοις δεῖ εἶναι καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀρχὴν τὴν γόνιμον. Nihil enim aliud quàm quòd illarum quoque fœcundum principium coactum eſſe oportet. Coactum, ſignificat συνηγμένον ad punctum. Et coactum ſignificat τὸν ἄκοντα. Planius dicas. Nihil aliud gummi eſſe conuenit, quàm neceſſarium principium genitale ab ipſis caulibus congregatum. Ita vt, quaſi ſemen, omnibus è partibus vnum confluxerit in locum. οὐ γὰρ ἄνευ θερμότητος ἡ τοιαύτη ὑγρότης. Non enim ſine calore humoréque generatio talis conſequitur. Primùm, Philoſophus non dicit hoc: ſed humorem illum calore gigni. Non enim ὑγρότης hæc humore fit: eſt enim humor ipſe. Deinde, non eſt verum hanc generationem eſſe conſequentem, ſed fieri & conſtare. Abutitur autem (ſicuti ſæpe monuimus) verborum laſciuia Theodorus. Tum ſatis patet, quemadmodum humoris autorem faciat calorem: caloris enim eſt, homogenem in vnum coaceruare. Et caloris ſubiectum humorem indicauit. Theodorus autem nihil. συνιδεῖν, concerni. Conſpici vſitatius, conſiderari.

CAPVT V.

Capite quinto narratur: ſponte prouenire minores plantas. Maiores rariùs. Cauſæ generationis imbres, & ſolem: fortè & aerem. Aliis etiam ſeminibus aliunde, vi fluminum. Non verè eſſe ſpontaneas. Naturas ſeminum, in Salice & aliis latere. Florum ſatu quaſdam prouenire. Fortaſſe nullam eſſe arborem natura ſterilem, ſed euentu. Sterilitatis cauſæ.

AI δ' αὐτόματοι γίνονται. Plãtarum principia cũ ſint, aut manifeſtiſſima, vt in ſtolonibus: ibi enĩ ſunt radices: neq; aliud ei quicquã ad arboris perfectionẽ deeſſe videtur, quã magnitudo: aut proportionalia, vt in ramo. Cætera iã ſunt, ſola radix futura eſt: aut minus abſoluta, vt in talea: pars enĩ rami eſt: aut occulta, vt in ſemine: nõ enim eadẽ ſemini quę plãtę facies, aut occultiſsima, vt in ſpõtè naſcẽtibus: latẽt enim ſenſũ omnẽ: poſtquã de illis verba fecit, de his poſtremis dicere deinceps aggreditur: quibus ſcilicet ſpõtè naſcẽdi principia ſunt Naturæ beneficio attributa. Huiuſmodi eſſe ait genera fruticũ, atque omnino quę plãtæ ſunt minore magnitudine. Tũ attẽtat periculoſiſſimũ negotiũ. Audet enim ſuſpicari è ſemine omnia prouenire. Nã etiã in Salice abdita eſſe vitæ ſeminaria ad generationem. Hoc autẽ lõgè abhorret à cõmuni cõſẽſu Philoſophorũ, qui ita cẽſuerũt, Omne quod naſcitur, principiũ aliquod habere, neceſſe eſſe. At id appellare ſeminis nomine perinde eſt atq; vocẽ ratã pro ambigua ſtatuere. Nã ſemẽ eſt plãtæ fœtus figuratus. Quæ figura atq; cõformatio vbi nõ ſit, & tamen expectetur generatio: illud ibi principiũ quidẽ fuerit: ſemẽ iure nullo dici queat. Nã quis Muris ſemẽ eſſe profiteatur in Boue, propterea quòd è fimo bubulo prodeat? Tamẽ huius rei rationẽ quẽadmodũ ineat, videamus. Primũ in vniuerſũ dicit, puſillas prouenire. τῶν ἐλαττόνων. Quaſi ſit hoc fũdamẽtũ probationis, quod & alibi ſtatuit, & innuebat ſuprà cũ dicebat, imperfectiora faciliùs abſolui: quia minoris egeãt operæ. Minores igitur plãtæ paratiora nãciſci elementa in Naturæ officina. Quod axioma quia non poteſt per omnia puſillorũ õniũ genera deduci: addidit ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. ἁπλῶς. Hęc ſimplicitas aduerſaria eſt exactæ diligentiæ: quæ nõ pauca depromat è puſillis operoſæ generationis, vt verbi gratia, Laſer. Hoc tametſi ſpõtè prouenit aliquãdo, tamen adeò eſt nobilis naturæ: vt perpetuò nõ potuerit ſuſtineri. Itaq; defecit, ſaltẽ in Cyrenẽſi, vbi maximè cõmẽdabatur. Sed ad hãc inficiationẽ magis facit Balſamũ, tã puſilla arbuſcula: neq; tamẽ facilè proueniẽs. Ideo aſtrinxit ambitũ ſententiæ ad ſpecies Annuarũ, cùm dixit μάλιστα τῶν ἐπετείων, καὶ ποωδῶν. Itaque ſubdit eius diligẽtiæ motũ, ἐμὴν ἀλλά. Tametſi hæc ita effati ſumus valde lata ſentẽtia cõplexi rẽ magni ambitus, tamẽ ſimplici narratione dicta ſunto. Non ſolũ enĩ minutæ plantæ, ſed etiã maiores quãdoq; proueniunt. καὶ τῶν μειζόνων ἐστὶν ὅτε συμβαίνουσι. Atticiſmus. Deeſt enim rectus caſus partiẽs illã amplitudinẽ, τῶν μειζόνων. τινὰ, ſcilicet. Potuit dicere ἐστὶν ἅ. Verbum συμβαίνουσιν, hîc multa cõplectitur. Primũ, quia ſuprà dicebat συῤῥοῖν: vbi conuenit materia, qualitates apparantes ad formæ ſuſceptionem, inſtrumentum formæ calor internus, forma ipſa, cæli habitus à Sole, & ſideribus aliis, & eorum miniſter atque ſequeſter aer. Præter hæc, quæ ſunt principia generationis, indicat verbum illud etiam euentum. Contingit enim eò conferri

tot conditiones. Non enim ſtati ſunt calores, aut ordinariæ pluuiæ, quorum efficaciæ tanquam ex conſtituto queat attribui plantæ generatio. Atque ea quidem priuatio legitimi ac neceſſarii circuitus appellatur à Græcis συμβεβηκός. Dat cauſam materialem ἐπομβρίαι. Dat eius potentiam, κατασχῶσιν, obtinuerint. Sic Cicero dicit, Obtinere litem & cauſam. Adeò ſint imbres validi, vt terram occupent. Addit alias cauſas partim à loco, vt à terra: partim ab agente, vt ab aere. In aere nanque multas exiſtere poteſtates, multa ſunt indicia, fulgura, fulmina, irides, cometæ, pluuiæ lapidum, ferri, ranarum. Hæc effuſiùs hîc non nominauit, ſed aſtrinxit ea voce ἰδιότης. Exemplum habes naturæ peculiaris ſub cælo Noruegiano. Pluit enim ſæpe puſillis animalculis, haud abſimili muribus ſpecie, *Lemmer* vocant. Ipſe, vt in plantarum propoſita hiſtoria, Silphii attexit originem. πιττώδους τινός. Piceo imbre compluto agrum Libycum ediſſe Laſerpitium. καὶ τὴν ὕλην δὲ τὴν νῦν ὖσαν. Adiicit imaginem quaſi quandam demonſtrationis, ſic. Quæ nunc eſt materia, prius non fuerat. Et Piceum imbrem illum eſt conſequuta. Ex imbre illo igitur traxiſſe nouæ ſpeciei principia videtur. Vbi quæſtio ducitur ſanè vetus. An nouæ ſpecies quæ nunquam extiterint gigni queant. Nam propterea mundum imperfectum dicebat Empedocles, quòd quotidie noui eſſet aliquid generari. Hoc non negant Peripatetici: at nihil noui generari, quòd ſit ſpecies: ſed in ſpecie quæ iam eſt indiuiduum. At ſpecies propter nouam materiam non mutatur: eadem nanque materia ſemper manet. Alii mundum ſtatuebant æternum hanc eandem ob cauſam: Quia, inquiunt, ſemper gignitur, imperfectus eſt: ac nunquam deſiſtet generatio, quia nunquam abſoluetur. Nugæ. Materia prima non augetur. Non enim fit quicquam illius, ſed ſub aliam transfertur formam. Reſtat ergo ſolum id quærendum: An noua forma fieri poteſt quæ materiæ ſeſe aptet? Hoc enim eſſentia eſt, & quam ſpeciem appellamus. Iam ſi quæ de Silphio narrat vera ſunt, nouam exoriri poſſe cogimur fateri. Qui negabit pertinacius, ſi non in Libya, at alibi Laſer fuiſſe ante id tempus profitebitur. Cautiores atque elegantiori homines iudicio, à proportione ducunt & argumentum & aſſenſionem. Nam ſi in fimeto muris forma non eſt, & mus generatur ibi: muris ibi formam eſſe nouam neceſſe eſt. Quis eam conſtituit? Vt Solem neges autorem, alium quempiam ſtatues neceſſariò. Nihil enim fit à ſeipſo. Igitur ratione pari, poſſunt eſſe ſpecies in efficientis poteſtate. Quæ poteſtas non educitur in actum, niſi cùm patiens rite affectum fuerit. Itaque è ſpuma Apuas, è ſitu Araneos, è rore vermiculos, è fimeto Muſcas exire videmus. Quæ igitur ſpecies ſunt nobiles, vt Equus, Leo, Bos, Homo: eæ non niſi per vniuocam generationem per indiuidua

A propagantur. Quæ verò ſunt imperfectæ: earum Ideæ in autoris ſunt poteſtate, quoad ſeſe offerat idonea materia. Ipſorum verò indiuiduorum actus, quam Philoſophi vocant exiſtentiam, poteſt ita per tempus intercipi, ſicuti per locorum interualla intermittuntur. Quare nunc è Cyrene Laſer habemus nullum. Nam neque Benioin ad Laſeris antiquorum accedit commendationem: neque iſti Vaporarii, alienorum laborum compilatores, ſano ſunt cerebro, cùm in Germania Laſer audent oſtentare. Dixit δὲ ἑτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας. Quatuor ſunt. αἴτια, cauſa. Quodcunque enim fit in Natura, cauſam habet. ἑτέρας: ſcilicet alia à ſemine vniuoco. τινὸς, quia non eſt cauſa vniuerſalis, ſed ἰδία. Vocem hanc ἰδιότης ad hunc vſum ſæpè videmus his in libris. τοιαύτης. quia dixit πιττώδους. B Oportet enim certis qualitatibus eſſe præditum: quarum generalem cùm poſuit πάχεος (latè nanque patet craſſitudinis natura) ſubdit priuatim πιττώδους. Nam pix, præter craſſitudinem, etiam lentorem præ ſe fert, & odorem proprium, atque etiam calorem: quæ oportuit eſſe futuris Laſeris ſeminaria. Præpoſitio δὲ, ſignificat hîc materiam, veluti cùm dicimus ex auro. αἱ δ' ἐπομβρίαι. Explicat quod propoſuit de imbribus, idque verbis exquiſitis. καὶ σήψεις τινὰς ποιοῦσι, faciunt putredines. Quomodo faciunt, ſi materia putredinis humor eſt, & imbres humor ſunt? Materia ergo ſunt, non effectores. Dicamus, materiam eſſe internum humorem à calore C deſtitutum. Calorem deſtituere, quia extinguatur ab extranei humoris impreſſione. Extraneus humor imber eſt. Eſt igitur effector imber. καὶ ἀλλοιώσεις. Etiam diximus alibi, fortaſſe non eſſe putrefactionis calorem vlli rei naturalem: itaque mutationem ad naturalia eſſe putrefactionem illam. Idcirco addidiſſe ἀλλοιώσεις. ἐπὶ πολὺ διικνουμένου τοῦ ὑγροῦ. Sanè ſi ſola ſuperficies perſtricta ſit humore, non poteſt intus corrumpi naturalis calor. Itaque introrſus adactum imbrem penitus ſubire vult. Dixit τινάς, quia non ex quauis putredine planta naſcitur, ſed tali. Semper ita loquuntur Peripatetici, quod explicent poſtea. γένεσις ἐστὶν ἀφή τις. Aliâs etiam ποῖον. D Dixit autem ἀλλοιώσεις, quia poſt putredinem fiunt ἄλλο. Hoc enim eſt εἶδος. Itaque vult demitti multum. Non enim ſatis eſt principia ſtatui generationis: ſed oportet operam in opus exire, vt in ſe inchoata in opere abſoluatur. Idcirco addit δύνανται καὶ τρέφειν, καὶ ἐπαύξειν τὰ συνιστάμενα. A ſuperficie nanque, etiam ſi conſtituta ſint, nequeant haurire τὰ ἐπιτήδεια. Rectè coniunxit hæc duo, quia alimentum eſt incrementi materia. Et compoſito vſus eſt ἐπαύξειν: vt tractum ſimul explicaret augmenti: ſicuti dicimus accretionem: ſimul ordinem: nam primò alitur, pòſt augetur. τὸ ἐπὶ, inſuper. συνιστάμενα, quia conſiſtentia eſt finis confluxionis, tanquam motus quies. Ideo ſuprà συῤῥοή, hîc σύστασις. Sicuti διανοίας ἐπιστήμη. Ratiocinatio motus quidam eſt, ſcien-

ſcientia quies: vnde & nomen, tum apud Græcos, tum etiam noſtrum. παρὰ τὸ ἐπὶ ἵστασθαι, ἐπιστήμη. Siſtitur enim mentis agitatio, & fit ſpecies in animo. Sic Latinum Scientia, ὅτι γίνεται σχέσις τοῦ ὄντος. Nam Latini quod nomen Entis ſimplex ab vſu abiecerunt atque repudiarunt, omnibus actiuis participiis iidem adiunxerunt. Audiens, ἀκούων ὤν. Sciens, χῶν ὤν. θερμαίνοντος τοῦ ἡλίου: aut adiutorem caloris naturalis ſtatuit, aut autorem: idque duplici opera, calefaciendo & exiccando. Niſi ſiccaret, non conſtaret planta: quod non neſciuit Catullus poeta noſter, cùm dixit, *Firmat Sol, educat imber*. συνίσταται igitur quia deſiccat: quòd prohibet debitum rigorem. Niſi calefaceret, non ſiccaret. Non enim ſiccitas actiua qualitas eſt, vt falsò putauit Olympiodorus. Si non calefaceret, non viuificaret. Hoc enim eſt ζωή, παρὰ τὸ ζεῖν, τὸ ζῆν. ὥσπερ καὶ τὴν τῶν ζῴων. Exemplum à maiori naturæ opera. Nam ſi animalia quæ ſunt operoſiora, naſcuntur eodem modo: atque extant ex putredine, tanto faciliùs planta. Dixit, οἱ πολλοὶ ποιοῦσι. Non λέγουσι, faceta oratione, vt indicaret conſenſum Philoſophorum: eam pro certo tenent: vt facere videantur. Vnde ſectæ & factiones. Et verbum *facere*, ſimpliciter poſitum tam apud Ciceronem, quàm apud Thucydidem ποιεῖν. Dixit autem οἱ πολλοί, non ſine ratione. Nam in imbribus aqua eſt: ii terram ſubeunt. Terræ igitur admiſcentur. Sole animantur: Calor ineſt ergo. Aerem non introduxit, propterea quòd Anaxagoras in aere ſolo ſtatuit ſeminii principia quædam. Ideo dixit πολλοί: Non enim Anaxagoras. Hoc eſt, quod mox ſubdit. Εἰ δὲ δή. Vbi dixit συγκαταφέρων, conferens, quaſi ἔρανον: ſicuti dicimus συμβάλλων. vnde ſymbolæ & ſymbolum. Sed maluit vti verbo motum ſignificante, non iactum: ſic vtimur φορά. Dixit σύν, quia cum aliis: κατά, quia neceſſe eſt aerem deſcendere. καὶ πολλῷ μᾶλλον. Ex illis fit proportio ſeminii, aqua, terra, Sole. Quòd ſi aer quoque aliquid conferat: iam tanto impenſiùs eiuſmodi alia dicemus eſſe occulta ſeminum principia. Nec otioſum verbum δίδωσι. Sic enim dii dicebantur δωτῆρες. Eſt enim datio motus rei tranſlata poſſeſsione. Itaque ſeminis illud principium non ampliùs aeris eſt, ſed plantæ. ἄλλας γὰρ ποιεῖν. Explicatio illius πολλῷ μᾶλλον. Etiam ſine γὰρ ſic, Καὶ πολλῷ πλείους εἰ δίδοιμεν ἀρχὰς τῶν συστάσεων, καὶ τροφὰς τῶν συνισταμένων. Sic enim manifeſtò cognoſcemus alia multa principia, quibus tum plantæ conſtituantur, tum conſtitutæ nutriantur. Ideo dixit ἀρχὰς καὶ τροφάς. Et ποιεῖν, ſicuti modò ποιοῦσι. ἔτι δ' οἱ ποταμοί. Hinc aquarum non materiam, ſed opus. Cæterùm non tam pro principio, ſicuti ſuprà ποιοῦσι σήψεις, quàm pro inſtrumento. Fluuii, inquit, & aquarum colluuiones, atque eruptiones multis è locis inuehunt ſemina tum arborum, tum minorum ſtirpium. Tria, ποταμοί,

A συῤῥοαί, ἐκρήγματα. Fluuii ſunt nobiliores aluei. συῤῥοαὶ à riuis in conualles. ἐκρήγματα, è ſpecubus cùm plus ſolito fontes exiliunt largiores. Etiam lacus cùm ripas ſuperant: denique omne genus aquarum cùm reſtagnant. ἐπάγουσι, quia ex agro in agrum. Verbum mercatorum & nautarum. Hæ igitur aquæ vehicula ſunt ſeminum, non autem principia, vt illæ ἐπομβρίαι. ἐκρήγματα, ſicut erupit Peneus è Theſſalia: & multi fontes terræ motu, ſicuti diximus in Meteoris. Διὸ καὶ αἱ μεταστάσεις. Auget narrationem. Fluuiorum curſibus tranſlatis, locorum quoque fieri mutationes quoad plantas. Sed abuſus eſt tranſlatione. Etenim μεταστάσεις vocat fluuiorum qui tamen non ſtant, ſed fluunt. Intellexit tenores ipſos, atque adeò alueos: ii enim ſtant: in eis fiunt curſus. Dixit ὑλώδεις, & ἀνύλους. Quoniam mutatur ſoli facies: ita vt quæ pura fuerat ſuperficies, ſylueſcat. Sicut B dixit ὑλήματα, ſic ὑλώδεις, materialis. Nam malleolos & alia inſtrumenta, ſiue fomenta ad ignes, etiam materiæ nomine appellatos paſſim videmus in hiſtoriis. Cùm hæc ita narrauit, oſtendit de his iudicium ſuum. Non enim haſce plantas eſſe ſpontaneis annumerandas, ſed è ſemine ortas videri. Inuecta enim ab aquis ſemina. Quare aquæ illæ tanquam agricolæ cenſendæ videantur. Et duo dixit, σπειρόμεναι propter ſemina: φυτευόμεναι, quaſi etiam herbulæ integræ importentur. Quænam ergo fuerint αὐτόματοι declarat. τῶν δὲ τῶν ἀκάρπων. Argumentatio talis eſt. Si ſemen non eſt fruſtra, vt indicauimus, ſementiferæ ipſæ, quæ aquarum inuectionibus exoriuntur, videntur furtiuo C ſeminio ſuas origines debere. Quod ſi iiſdem tractibus etiam ſteriles enaſcantur: non eſt dubium quin eę verò ac certò ſint ſpõtaneæ. Cæterũ quoniam non probat hanc opinionem, & conabitur refutare, addit ἀηδής τις. Nam quemadmodum dicebamus, & mox videbimus, putat omnes arbores ſuum ſemen habere: quod quoniam abſurdum videtur è ſententia eorum qui in ſyluis verſantur: adumbrat hâc opinionem rei tenuitate atque obſcuritate. Latere enim ſemina earum quæ nullum ferre exiſtimantur. ὅπερ δὴ ἀναγκαῖον μηδ' ἕτερον τούτων. Senſus eſt apertus. Si plantæ proueniunt omnes aut ſatu, aut plantatione, aut ſponte: & illa duobus modis prioribus non proueniunt: tertio prouenire neceſſe eſt. Ita digeritur ſyllogiſmus. Verba verò ſunt obſcura. ὅπερ δὴ ἀναγκαῖον, ſcilicet D αὐτόματον εἶναι, μηδ' ἕτερον τούτων, ſcilicet cùm neutro modo ſint. deeſt verbum & aduerbium, ὅταν, ἐπεί, ξυμβαίνει. ἀλλὰ μήποτε. Refutatio. Modus loquendi elegans. Negatio aliquando per interrogationem, aliquando ſimpliciter in vſu. Sic & apud hunc, & apud Comicos, atque etiam Xenophontem. ἀλλὰ μήποτε οὐκ ᾖ ἀληθές. Non eſt, inquit, verum hoc, ſaltem in maioribus. Hoc dixit, quia & dudum, & aliâs demonſtrauit, in minoribus minorem operam à natura poni. Τοῦτο, id eſt, hoc quod arbitrantur, abſque ſemine generari. ἀλλὰ

μᾶλλον λανθάνουσι. Poſtquam ſententiam illã mendacii redarguit, apponit veritatem. Inſunt, inquit, ſemina: ſed latent nos, quemadmodum diximus in hiſtoriis. Exempla Salicis adiungit & Vlmi. At de Salice poteſt eſſe aliqua ſuſpicio ſeminis occulti. Nucamenta nanque demittit quædam. Ea in ſe vt nihil ſolidi continent: (talia nanque inania progenerat etiam Corylus, cui ſemen alioqui fructus ipſe eſt) tamen poſſunt habere proportionem quampiam ſeminis, vt mox de Thymo dicet: cuius ſemen in flore ipſo ineſſe aſſeuerat. At Vlmi ſemen & conſpicuum & confeſſum adeò, vt etiam nomen inuenerit: Samaram enim vocant priſci. ἐπεὶ καὶ τῶν ἐλαττόνων. Exemplo minorum ſuam fulcit opinionem. Adducit enim Thymi naturam, cuius flore ſato planta veniat. Eſt autem modus tanquam medius quidam. Hîc enim neque prorſus latet, vt in Adianto: neque penitus patet, vt in Apio. Itaque viſu non percipitur, euentu percipitur. Ideo dixit κατὰ τὴν δύναμιν φανερά. Nam exit in actum generationis, quia talis poteſtas eſt. καὶ δυσόρατα. Diceret aliquis. De minoribus non mirum, puſilla nanque ſemina exiliorum eſſe, par eſt. Idcircò ſubdit, id quoque in maioribus deprehendi. Elegit ad exemplum maximam arborem Cupreſſum: cuius ſemen ſit minimum. Quare ſubinferri poſſit, nihil eſſe mirum ſi minores, quàm ſit Cupreſſus, arbores (tantam eſſe Salicem vidimus) in ſe occulta inuiſáque contineant ſemina. Abutitur tamen ſenſibus noſtris pudentiſſimus alioqui Philoſophus, cùm ait, δυσόρατα. Quis enim multum laborat in videndo Cupreſſi ſemen? Ταύτης γάρ. Nequis totam nucem ſemen eſſe putet, docet pilam illam à ſeminis opinione amouendam: ἀλλ' ἐγγινόμενον, ſed quod intus eſt. Inſitum dicit Cicero. Quod intus naſcitur: λεπτὸν, non ſolùm exiguum, ſed etiam tenue. Eſt enim vt rectè vocat, πιτυρῶδες. Furfuraceum, καὶ ἀμενηνὸν, & flaccidum. ſic enim transfereretur ab auribus animalium, quæ propter mollitudinem propendent, ad ſeminis huius naturam, quæ minimè rigida eſt. ἀμενηνὸν enim ſignificat imbecillum. νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Homeri, vertit diuinus Poeta, *tenues ſine corpore vitas*. Itaque cùm ſit & exiguum & tenue, ἐκπέταται, auolat. Proprium eſt rerum non craſſarum, cùm ſua latitudine ab aere ſuſtineantur, eius motu iactari. ἐκ, ſignificat locum, ſcilicet pilas (quas dicit hiare) διαχασκόντων. διὸ καὶ ἐμπείρου τινός. Cùm ſint δυσόρατα quædam ſemina propter exiguitatem: alia propter naturam cum florum natura confuſam, aut nucamentorum: repetatur etiam quod de gummi ſatione dicebat atque generatione: cùm hæc ita ſint, experto homine opus eſt ad eius cognitionem. & dixit συλλέξαι τὴν θεωρίαν, colligere quid ex quaque planta diligenter animaduerterit. Et τὸ ἔμπειρον illud explicauit duobus capitibus, παρατηροῦντος, & γνωρίζειν δυναμένου. Vt ſit & diligentia & ſcientia. Poſsit obſeruare nec noſſe quiſpiam. Alius nouerit, ſed negligens fuerit ad diſpiciendum atque comparandum. Qui ex varia frequentíque inſpectione pararit ſibi facultatem ad ſemina cognoſcenda. ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν. Proſequitur ſuam ſententiam. Conſtare, quod dicit, in multis: videlicet non ſpontè naſci ac temere. Argumento eſſe quæ in ſaltibus aſperis oriuntur. Non enim eas poſſe frequentari, niſi aut ab radicibus emiſſa ſobole aut à ſemine. Argumentum ergo eſt à facilitate, quam declarat arborum crebritas. Cæterùm quanto facilius illa αὐτόματος generatio, ſi à cælo tantùm pendet & ab agro. Nam eadem eſt vbique agri vis, in omnibus ſcilicet agri partibus, eadem cæli quoque. At non tam fuſa radicum aut ſeminum ratio. Quare ſi vnam modò potuit agri natura cæli auxilio arborem producere, multas ibidem poſsit eadem ratione. Τοῦτο συμβαίνει, vt videantur à ſemine proficiſci, non temere. συνεχῶς, continenter, non vnitate ſed frequentia, vt ſit potius συχνῶς. ἐν ταῖς ὕλαις. addidit ἀγρίαις, quæ cultu vacant. De iis enim quæſtio. Quia loquitur περὶ αὐτομάτων. οὐ γὰρ ῥᾴδιον. Natura illa ſpontè naſcendi, id eſt principia à quibus nanciſcuntur hanc naſcendi facultatem, ſi eſſent ſpontanea, non fuerint ſatis ad ſyluas immanes frequentandas. Mihi contrà videtur: neque Arduennam, neque Hercyniam, neque eas quæ ſunt in Rutenis, ſucceſsiua prole factas arbitror: ſed quemadmodum non communicatione aut confluendi motu terrarum tractus alii aliis coloribus, odoribus, ſaporibus, partium conſtitutionibus apparent: ita diuerſis quoque facultatibus ad variarum ſpecierum productiones, cum ipſa cæli facie conſtitiſſe. Dixit συνεχὲς, reſpondet aduerbio συνεχῶς. Cæterùm minus accuratè, διαμένειν, permanere, durare. non enim de vita nunc quæritur, ſed de generatione. neque περὶ τῶν ἤδη συνεστωμένων διαμονῆς, ſed περὶ συστάσεως. ὀλίγα δὲ ἄκαρπα. Ad ſuæ ſententiæ confirmationem adducit lignatorum atque ſaltuariorum obſeruationes. Eos ſolitos profiteri: paucas eſſe arbores quæ fructum non ferant. Idcircò ſuperioribus illis συνεχὲς, συνεχῶς, opponit hîc ὀλίγα. Quin etiam ſuppoſuit aculeum, quo aduerſariorum ſententia ſtringeretur, cùm dixit τῶν ὁμογενῶν. Quaſi dicat non à ſpecie id habere, vt fructum ne ferant, ſed ab euentu. Siquidem eodem in genere ſint quæ ferant. Ratio eſt in communi ſpeciebus omnibus differentia quæ genus conſtituit. Nam ſi genus fructiferum eſt, ergo & omnes ſpecies. Quòd ſi quæ ſunt pro ſterilibus habitæ vulgaribus agreſtium hominum opinionibus: non continuò tales à ſapientibus ſunt cenſendæ. Sed transferenda cauſa, vel ad illorum ignorationem, vel quòd eæ arbores peculiari commodo alendi ſui, ſeſe fruſtrentur ſemine. Hoc eſt, quod dicebat: διὰ τὸ καταναλίσκειν εἰς ἄλλα τὴν τροφήν. Omnia tangit: quæ ſunt illa ἄλλα? Nempe ipſa τροφή. Hoc in ſequentibus

docet

docet libris. Habitiores plus iuſto arbores, minus eſſe fructiferas. Igitur non conuertunt alimẽtum in alia quàm in ſemen: ſed conuertũt ſuccum in alimẽtum, non in ſemen. & rectiſſimè ex iis dixit, ἄκαρπα γίνεσθαι, fieri ſteriles, non autem eſſe. eſſe nanque genere fœcundas. Dixit λανθάνειν εἰκός. Videtur operas agreſtes ſenſibus intẽtas latere vis occulta Naturæ, quæ impediat fructificationem. Quibus rationibus colligimus eum negare, vllã eſſe arborem ſterilem natura ſua: vt omnino tollat αὐτόματον generationẽ à grandioribus. καθάπερ ἀμπέλους. Steriles eſſe non ſpecie, ſed accidẽte, probat exẽplo vitis, cùm luxuria ſterileſcit. Hoc incommodum in Hiſtoriis dicebamus, τραγίζειν. Quia in prouerbio veteri eſt, cùm quid fruſtra fit, hircos mulgere. Quod tetigit aptiſſimè diuinus Poeta. Quaſi ex diſtentis lacte capellis vites fœcundæ factæ ſint hirci, cùm amiſere fœcunditatẽ. καὶ ὅσοις ἄλλοις. Hoc videbimus infrà in Amygdalo, & Iuglande. Iuglandi namque niſi recta radix, cùm plantatur, abſecta fuerit, in eam ſe totam cõdit & abſumit. καρπίμων, ἢ καρποφόρων. Tã ſtudioſus breuitatis: quamobrem diſtinxit κάρπιμα περὶ τὰ καρποφόρα. Hîc quoque tueamur diuinum virũ. An ſunt καρποφόρα, quæ fructum ferunt: κάρπιμα, quæ ipſa tota edendo ſunt, vt Tubera? & quædam plantæ perfectiores, vt Rapum, Petroſelinum, & eiuſmodi. Eæ totæ vtiles, totæ fructus, fiũt inutiles aliquo euentu. τί δὴ κωλύει ἐπὶ τῶν ὅλων. Si igitur in vna vite, Amygdalo, Iuglande, Corylo contingit, vt præter ſpeciei naturam amittant generandi facultatem: nihil prohibere videtur, etiam totam quampiam ſpeciem ſub genere fœcundo ſterileſcere. Ratio hæc nulla eſt: argumentatur enim à minori ad maius. nam in indiuiduo materia in cauſa eſt, in ſpecie non poteſt tolli tota differentia, niſi altera contraria differentia. Dixit ὅλων, quia ſpecies eſt totum eſſentiale. Indiuiduum eſt ſpeciei (vulgò ſic tenetur: nos alibi ſubtilius) pars materialis. Hoc enim eſt, numero differre. ὥσπερ πηρουμένων πρὸς καρπογονίαν. Alia cauſa finalis, ſed vrbanior, quàm verior. Vt abſtineant à generando, quaſi ſeruent & operam ſuam & materiam ad tempus aliud magis idoneum. Hoc euenit ſanè etiam cùm inuitæ diſtinentur. Nam quæ vinea gelatione cohibita eſt, ne hoc anno fructũ ferat: in ſequenti duplum dabit: vt & illum dependat, & alterum addat. Quia igitur & ſententia periculoſa, & probationes veriſimiles potius quàm neceſſariæ: vir optimus, vt ſemper ſolet, addit modeſtiæ ſuæ pignora verba illa: ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς ἐπιδοξαζόμενον εἰρήσθω. Quod aliâs, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς τύπῳ, καθ' ὑπόθεσιν: cùm excuſat ſe, quare non exactiùs tradiderit. Vt ſit quaſi ex auctario, non autem προὔργου. Ideo compoſuit participium cum præpoſitione ἐπί. Quanquam eſt nota indicii multis in locis. Ergo tanquam δόξα, non tanquam ἐπιστήμη ſumenda erit. Omnino videtur ex ipſo ἐπί, adiuncta probatio facilior rationibus magis neceſſariis. Ideò remittit nos ad acriorem atque exactiorem diſquiſitionem. Cæterùm non ſolùm σκέψασθαι, contemplari: hoc enim ſibi quiſque commodi comparabit, ſed etiam ciuili animo ἀνιστορῆσαι ad communem vtilitatem referre in cõmentarios. τὰς αὐτομάτους γενέσεις. Ecce quàm non fidit priori ſententiæ, quæ tollebat ſpontaneas arborum generationes. Quamobrem etiam adiungit cauſam, ac ſanè talem: vt etiam ex ea producat neceſſariam αὐτομάτων generationẽ. Nempe συῤῥοὴν illam terreſtrium qualitatum, aptæ materiæ, ſolis virium. & argumento à maiori: καθάπερ ὁρῶμεν καὶ τὰς τῶν ζώων. Quia ſi animalia quæ ſunt plantis ipſis longè toto genere præſtantiora, fortuitis cauſis abſque parentum ſemine progignuntur: quãto faciliùs quod minoris eſt? Ita videmus hanc tractationem eſſe confuſam ac fluctuantem. Et quæ tam præteritarum in Hiſtoriis, quàm futurarum in ſequentibus libris quæſtionum facies repræſentet. Vt diuinandũ ſæpe ſit, vtram in partem vergant eius ſententiæ poſt multas implicatorum argumentorum iactationes. Vt neutiquam nos pœniteat barbarorum noſtrorum diligentiæ atque explicationis. Qui vbi quippiam controuerſum habent, de quo quid ſentiendum ſit, quærant: adeò luculentè ſimul atque ſubtiliter diſputant, vt ſoli docere ſciuiſſe videantur.

Lego, τῶν δὲ ἀκάρπων οἰκεῖα τις, non autem καρπῶν. &, διαλανθάνουσι, non διαλαμβάνουσι. &, ὁ καρπὸς, ὁ σφαιροειδής, addito articulo. &, πιτυρώδης furfuroſum, non πιτυώδης piceum. Non enim piceum eſt Cupreſſi ſemen, ſed furfuri ſimillimum. Quod ſi piceino ſemini ſimile feciſſet, de vtroque ſimul potius narrandum fuiſſet. &, παρατηροῦντος, καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα γνωρίζειν δυναμένου, in ſecundo caſu: vt reſpõdeat illi, ἐμπείρου. &, τραγῶσαι, non τρυγῶσαι. non enim fæculentæ ſunt.

Theodorus pingit orationem ſuam variis verbis, vt ſuo quęque loco declarabuntur. ſic hîc, τῶν ἐλαττόνων, quæ minora conſiſtunt. Niſi Græcis adiuuarer, non intelligerem. κατασχῶσι. cùm aut imbres frequentauere. Aliud eſt frequẽtare, aliud occupare. Poteſt eſſe frequens impreſſio, non tamen diuturna, aut efficax. κατασχεῖν ſignificat potẽtiam. ἐκρήγματα præruptiones: imò eruptiones. συῤῥοαὶ, concurſus. melius colluuiones. μεταστάσεις, digreſſiones, tranſlationes, immigrationes. Sic Grana fluuius in prætura Salinarũ, vbi reſtagnat, ſolùm conueſtit recentibus herbis, conuecto ſemine ex dilutis atque deterſis Alpinis glebis. ἐπὶ πολλῶν μὲν οὖν τοῦτο συμβαίνει. Ergo in multis ſolitũ id quoq; habetur. Vix tueri ſe poteſt à culpa barbarè loquẽdi. Solitũ habetur· ὅσα συνεχῶς, quę cõtinua: imò frequẽtia. Nã quomodo cõtinua ſiũt, ſi ne ſe contingunt quidẽ. Aliud συνεχὲς, aliud ἁπτόμενον, aliud ἐφεξῆς aut ἐχόμενον, aut ἑπόμενον. Hæc iam in principiis naturalium cognitionũ declarata ſunt. Eſt enim continuum, ſubtiliſſima definitione, cuius partium extrema ſunt vnum. ſed omnino longè infeliciùs vertit τὸ συνεχὲς, continentiam. Quis enim intelligat, quomodo ſeruent arbores continentiam: [redacted] Legit πιτυώδης Theodorus, non

πιτυΐδες, vt nos. Sic enim vertit, Semen Larici simile. Cùm tamen Laricem non norit Theophrastus. Tota namque Græcia nulla est. Sed & Larici si comparasset, simul vtrunque dedisset ad exemplum, & Cupressum, & Laricem. Sic itaque dixisset, ὡς κυπαρίττου καὶ πίτυος. omnino autem τὸ ἀχυρῶδες declarat furfures illos. & nihil est propiùs furfuris faciē, quàm semen illud. τῶν ὁμογενῶν, quæ generis habent societatem. Tametsi Cicero ita loquitur, & subest doctrinæ ratio, quia species secāt genus: à secando autem, & sequor, & secta, & societas: tamen cum Plinio planiùs, congeneres. Abest enim nescio quid illius essentialitatis, quæ debent intelligi communis speciebus, in laxa illa societatis coniunctione. Quis nescit, aliud esse socium, aliud affinem, aliud cognatum, aliud congenerem? Verùm de his in primo exotericarum exercitationum. ὑλοτόμοι, rustici. Non satis. Nam rus est ager magna ex parte domitus. At de iis qui versantur in syluis loquitur. Saltuarios vocat Iurecōsultus. Lignator ad verbum. καρπίμων, ἢ καρποφόρων. Theodorus vnum agnouit, alterum abiecit. Omisit illa omnia Theodorus, τὴν θεωρίαν παρατηρουμένου, καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα γνωρίζειν δυναμένου. Itaque non dixit, obseruari oportere ab homine rerum perito atque exercitato, vt ex omnium cōtemplatione colligeret illorum dignotionem: sed mutilè admodum, & absurdè: legi nonnisi ab experto homine potest. Scilicet semen si est manifestum, abs quiuis legi potest. Si est obscurum, vt in Salice, & Thymo: nihilominus etiā ab imperito potest. Nam quæ difficultas ad legendum? ἐπιδοξαζόμενον, opinionis adiectitiæ, translatitiæ. ἀνιστορῆσαι, commentari: malé. Commentari enim est, sola mente agitare: non etiam dicere, vel mandare literis. Idem, quod comminisci, μιμνήσκειν. hinc enim nostrum.

CAPVT VI.

Caput sextum agit de insitione. Propter naturæ similitudinem ex duobus vnum fieri. Tempestates idoneas eligendas: quarum commoda comparat in vere, & sub Cane. Inde obseruationes ad cæsuram. In postrema parte comparat cum temporibus loca, item cum plantarum naturis. Tum naturas inter se mitium, ac ferarum.

ΛΟΙΠΟΝ δ' εἰπεῖν περὶ τῶν ἐν ἄλλοις φυτειῶν. Hactenus prima libri pars, quæ tractauit naturales generationes. Hinc altera incipit, qua declarātur arte institutę. Primùm proponit, qua de re dicat. περὶ ἐνοφθαλμισμοῦ. Deinde ostēdit similitudinem sationis & insitionis. Quippe surculum vti arbore, sicut terra taleam. Ex vtriusque naturæ concordia consentionéque in vnum coalescere. Tertio loco disputat de anni tēporibus. Quarto de modo & arte inoculandi. Quinto de locis & temporibus. Attentū facit auditorem, quia simplicem dicit esse rationem: & docilem ex facilitate. Iam, inquit, penè suprà explanata sunt. ἁπλοῦς δέ τις λόγος, καὶ σχεδὸν εἰρημένος πρότερον, scilicet in Historiis. Sunt enim pi-

A ctura quasi quædam horum librorum. Pollicetur ergo causas. Causa verò, vt coalescant, est eadem, qua fit vt sata proueniunt: nempe responsus mutuus recipientis taleæ, sumministrātis soli: sic haurientis surculi, suppeditantis arboris. Duo ponit ἐμφυτείαν καὶ ἐνοφθαλμισμόν. Videtur ἐμφυτεία, id esse, quod immissio surculi in ramum præcisum. Hāc peculiari voce vocat Plinius insitionem: qua vulgò vtimur. *Incalmare* dicunt nostrates, quasi incalamare: quoniam surculum quem adigerēt, calamum priscis placuit appellari: *graphium* alii vocant, quia graphium & calamus ad idem vsum, & ad graphii scriptorii modū radi iubet Didymus. Tamen neque is, neque Florentinus, cùm de modis scriberent insitionū de hoc quicquam dixere. Sed treis alios docent, ἐμφυλλισμὸν, ἐγκεντρισμὸν,
B ἐνοφθαλμισμόν. Duorū priorum eadem ratio. Differunt subiecto tātúm. Quippe scisso cortice immittunt surculum, quem propterea vocāt ἔνθεμα. Cæterùm si tenuis cortex est, vt Citrio, corticem solùm scindunt, hunc vocant ἐμφυλλισμὸν, credo quoniam foliorum tenuitatem imitatur. Sin est crassus, vt Fico: etiam scalpellum in stipitem adigunt: à qua vi, ἐγκεντρισμὸν nominarūt. Horum duorum, ac magis prioris similis est maiorum nostrorum emplastratio. Scutulam detrahunt crassicortici arbori, eiusdem magnitudinis cum suæ gemmæ papilla imponunt aliam, ex qua fructum habere intendunt. Labia luto muniunt: vnde nomen emplastrationis. Tertius modus est illis, est is secundus Theophrasti, ἐνοφθαλμισμὸς, quam Plinius vocat inoculationē. Ramum anniculum decurtant eatenus, vbi nulla gemmę spes sit. eum de-
C glubunt. Quantum puræ subulæ relictum est, tātam fistulam induunt ex paris crassitudinis ramo ea ex arbore sumpto, de qua fructū sperant, exempto intus ligno, ac relicto cortice cum oculis: vnde appellatio. Hac plurimum Santones vtuntur. Hoc enim modo plures fructuum species in eadem spectantur arbore. ὥσπερ γὰρ γῆ. Quia dixit, penè esse iam declarata: ostendit, quomodo. Nam eadem, inquit, & sationis & insitionis ratio. Nam in satione terra matrix est: in insitione arbor. Itaque inoculatio non solùm est appositio quædam & aptatio, παράταξις, non temeraria, sed ritè atque ordine instituta: verumetiā satio quædam: φυτεία τις. Syllogismus patet. Quia medius terminus est matrix, quæ est terra ad arborem in satione: arbor ad surculum in insitione. παράτα-
D ξις, apparatus, ordinatio, seriatio, vt simile simili adiūgatur. Appellauit autem ordinationem, quoniam est hîc primum, quod προϋπάρχει, arbor: secundum, quod ἐπάγεται, surculus. ἀλλ' ἐνταῦθα. Reddit rationem simplicitatis in hac natura. Simpliciores namque mutui respectus principiorum, quàm in satione. Namque in satione duo diuersa sūt, arbor, & terra: atque adeò genere toto diuersa. At in insitione vna eadémque natura, & alētis, & alimoniam suscipientis. Est enim arbor quiddā plusquam matrix: quippe idem cum surculo, non solùm genere altiore atque remotiore, puta plantæ, sed

tæ, sed

tæ, sed etiam propiore, quod est nobis ignotum: quale intelligimus esse commune genus Pyro ac Cydonio: sicuti quoddam item commune est Asinę & Equo, vnde fiat Mulus. Itaque dixit, τὸ βλαστάνον, καὶ τὸ γενῶν ἢ ὑγρότης ἐστιν ἢ γόνιμος. Genitalis humor est & agens & patiēs quoad subiecta, quia alterutrum videtur esse horum alterum: est tamen vt materia in alimentū transformabilis: vt vniens, habet efficientis proportionem. Ratio est, quia in humiditate illa est & liquor materia: & calor cælestis, id est anima ipsa, forma: & calor elementaris instrumentum formę. Itaque quatenus materia est, ὑγρότης est: quatenus forma, γόνιμος. ἣν ὁ ὀφθαλμὸς ἔχων. Non, quemadmodum nos, duobus attribuit humidū illud genitale: sed oculo tantúm. Quod quare fecerit, ratio nobis explicanda est.
B Nam sanè tam in arbore, quàm in oculo humor ille communis est, & vnus. Neque vnum fierent corpus naturale, atque vna mista species, sicut in Mulo, nisi vnus esset humor. Igitur de surculi humore solo dixit: quia formæ speciē tenet: arboris autem humor vices gerit solius materiæ. Iccirco dixit: surculum haurire quidem ab arbore alimentum, vt ex eo sibi augeat transformato suam illam genitalem humiditatem. Nec abhorret ab ipsa natura sententia hæc. Nam surculi vis ea est, vt in tantillo corpusculo, tamen præponderet arboris viribus totius. Non enim arboris prodit, sed surculi fructus. Ideò verbis illis omnia cōplexus est. ὑγρότης, materia. γόνιμος, forma & vis in surculo. ἁρμόττεται, materiæ facultas ad glutinādum, aptatur: hoc enim humidi est. τροφὴν, ab arbore. ἔχων, po-
C testas transmutandi: habēs in sua potestate. magna namque verbi huius vis est. ἀποδίδωσι. quia ab arbore acceptam in potentia reddit. οἰκείαν, quia sibi fecit propriam. βλάστησιν, quæ non iam est τροφὴ, sed actu germinatio, & tot apparatuum finis. αὐξῆ δὲ πάντα. Postquam declarauit substantiam, declarat affectum consequentem, atque ait, Insitiones omnes facilè capere incrementum. Vnam tantùm reddit rationem: διὰ τὸ κατειργάσθαι τὰς τροφάς: quia nō, quemadmodum in satione fit, à terra sumitur alimentum, quod multa eget interpolatione: sed iam elaborata est ipsa alimenti materia in arbore matre, quæ adoptauit. Addo alterā. Quia in arbore multa subest materia: quare multa etiam subit. καὶ τὰς διὰ τῶν
D ἐνοφθαλμισμῶν ἔτι μᾶλλον. Præsertim, inquit, inoculationibus: earum namque succos esse maximè puros. Quare verò sit in eis succus elaboratior, non satis apertè constat: Par enim omnium ratio videtur. non est tamen. Namque in surculatione (nomē enim mihi fingere necesse est, ne insitionis vox, quæ generis est, importunè contrahā ad eius speciē) matricis arboris materia, qua ex capit surculus alimētum, longiùs distat à gemma, quæ turget in surculo, quàm ab oculis qui sunt in fistula. Hæret enim cortex totus toti ligno. Itaque seipse declarat, cùm dicit: καθαρωτάτη γὰρ αὕτη. purissima. respondet hoc nomen illi verbo, κατειργάσθαι. Καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς στελέχεσιν ἤδη τῶν καρπῶν. Tam est

A pura, ac tanta cognatione cōiuncta simul vtraque materia, quanta est affinitas materiæ quæ est in ramis aut truncis, cum materia quæ est in fructibus. Vsqueadeò similem esse naturæ commeatū in fistula, & in matrice. Sic enim dicebat, τὴν τροφὴν ἔχων ἀποδίδωσι τὴν οἰκείαν βλάστησιν. Oculus quasi portitor est alimenti, quod capit à matrice, ac transmittit ad germinis augmentum. Sic à ramo peciolus, quod traducat ad crementa fructus. Tū ponit maiorem syllogismi propositionē ex axiomate communi, sic. Εὐπροσφυὲς ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. Tanto magis, τῷ αὐτῷ γένει, ἢ εἴδει. Si simili simile coaptatur, cúmque eo coalescit: quanto cōmodiùs ac minore negotio ea quæ sunt secūdùm formam eadem? Ratio est apud primum Philo-
B sophum. Nam forma sua sibi facit accidentia. Ergo si eadem insit forma: eadē suberunt accidentia. Igitur similitudo. In qualitatibus namque similitudo. Sic habes demonstrationem. Ac sanè quòd substantiæ congeneres facilè coalescant, id causę est quòd idem sunt re: finibus atque interuallis diuersæ. Amota igitur loci diuisione, ac terminis: nihil iam intererit. Quorum autem similes sunt qualitates, in iis apparatus vnionis fit per ipsas qualitates. Oportet enim prius vnū fieri Mathematicum, scilicet quantitatis tractu: vt in id vna forma postea introducatur. Iccirco in minore propositione auxit sententiam. In prima erat, ὅμοιον: in secunda ὁ δὲ ὀφθαλμὸς ὥσπερ ὁμογενής. Quia forma est autor similitudinis, plus est, esse generis eiusdem quàm eiusdem qualitatis. Deinde con-
C firmat coalescendi facilitatem: additque causas & conditiones, quas vocant Græci περιστάσεις, cùm dicit: ἀλόγως ἡ ἀντίληψις, μάλιστα τῶν ὁμοφλοίων: præsertim si inter cortices conuenerit. Non est ratio à forma, vel à substantia, sed à commoditate cohæsionis. Vnio enim non solùm fit inter similia, sed etiam requirit quandam quantitatis æqualitatem. Itaque cùm per corticum adhærescentiā fiat vnio: cortices & similes, & æquales esse decet. Igitur vtrinque teneritudinem quærunt, vtrinque leuitatem, vtrinque crassitiem parem. Mutua tum fit coalescentia: quia vterque & capit, & contrà capitur ab eo, quem capit. Hoc enim significat plenior illa vox, ἀντίληψις: vindicatio. Sibi vterque vindicat, quantum interest sua. ἐλαχίστη γὰρ ἡ
D διαλλαγή. Reddit facilitatis & cōiunctionis rationem. Non enim multam fieri interpolationem. Nam quid traiectionis esse quit inter duo, quæ sunt vnum? Sanè perquam pauca. Nam loca inter se contingunt. Quantulum interuallū intercedit, id vbi completū est succo sequestro, qui vtrique similis, vtrique communis est: is vnus efficiet, vt illa sint vnus. Itaque scitissimis verbis vsus est. καὶ ὥσπερ μετάθεσις γίνεται μόνον. Non fit mutatio substantiæ, sed coniunctio. Fit ergo tantùm loci mutatio, quam translationem dicimus. Hęc sanè succi μετάθεσις fit οἴκοθεν οἴκαδε, vt est in prouerbio Græco. Qui succus in matrice fuit, cùm est in oculo, non est alius à seipso, nisi loco. ἀπαρτίζει δὲ συμβαίνει καὶ τοὺς καρποὺς ὀργᾶν. Quid hîc sibi vult καρ-

τὸς ad demonstrandam similitudinẽ, atque æqualitatem affectuum inter arborem, & oculum insitum? An appellat hîc ipsum oculum fructum? Sic enim videtur dicere: simul turgere gemmas in fistula, simul incitari arbores ad germinationem. Declarat igitur vtriusque partis consensionem atque conspirationem sub iisdem temporis momentis ad germinandum. hoc enim est ἅμα ὀργᾷν. Quamobrem suprà quoque potuit τὸν καρπὸν ad hanc eandem accõmodare significationem: cùm dicebat καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν καρπῶν. Vt sit adeò purus succus oculorum, vt & cum succo qui fructibus debetur comparari, & fructus nomine designari queat. Ita nos lancinant libri hi. Quod non semel questi sumus. Nihil enim grauiùs hac commentandi seruitute, quæ nos tenet & aliena obstrictos libidine, & non rarò mendosissimis codicibus captiuos. Quòd autem καρπὸν sic acceperit, facilè percipitur ex sequẽtibus verbis. Ait enim. ὡς θ' ὅταν ὅμοιόν τε ᾖ καὶ ὁμοιοπαθὲς τοῖς καρποῖς, ἐξ ἀμφοτέρων εὔλογον τὸ τάχος τῆς αὐξήσεως. Cùm idem affectus parturiendi similis sit atque æqualis tum in stipite, tum ἐν καρποῖς: tum ex vtriusque officio, facilè fit opus ad vtrique communem finem. Id est facilis cohæsio, facilis vnio, facilis accretio, vt postea fructus edantur: αὐξήσεως τάχος, respondent illi, ἐπαυξῆ. εὔλογον, autore natura, quæ statis consultisque rationibus omnia temperat. εὔλογον igitur significat facilè, τάχος: citó. Alteri alterũ hęret, vtrunque alteri socium. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν ἧττον. Hîc videtur inoculationem statuere in solis congeneribus. Quod si ita est: facilè iam patet, quamobrem dixerit suprà, inoculationibus gemmas afferre succum purissimum, simillimum, paribus affectibus præditum, paruæ indigentẽ mutationis. Quòd verò ita sẽtiat, videtur: cùm dicit ἄλλοις: scilicet generibus insitionũ. ὅταν ἧττον, quãdo minus conuenit inter arborem & surculum: veluti cum Quercus inseritur Vlmo. In quibus propter diuersitatem naturæ, opus operosius est. Tres diuersitates designat, γένει, ὀποῖς, καιροῖς. Vbi alia genera, succi diuersi, tempora non conueniũt ad germinandũ. Quæ tria ita tria sunt, vt non sint tria propter differentias diuidentes: sed sunt sicut effectus & causę. Nam γένος declarat essentiã. Hęc caput, origo, autor succi. Hæc principium motus ad tẽpus germinationis. Ita & dat succum, vt substantiam: & addit motum, vt affectum ad finem. Finis autem germinatio. Vides verò quàm breuitatem. Vtrobique enim omisit verbum ἧττον, scilicet ᾖ ὁμοιοπαθές. ὃ καὶ παραλλαγὴ: scilicet est ὃ, pro διό. Prępositiones enim omittunt Attici. ὃ, pro διό, & καθό. ᾗ, & τῇ, quatenus & propterea. τὸ ποιεῖν, διὰ τό: & χέειν τό. παραλλαγὴ verbum Aristotelis, παραλλάττει, cùm à legibus naturæ communis, vel ab iis quæ iam dicta sunt disceditur. Cùm alia ratio est, aut idea, aut qualitas, aut modus, aut numerus, aut situs, aut τὸ ἔχειν. Quod verò suprà de succis dicebamus: addãtur & hæc. Non semper, non vbique vel succus idem, vel tempus germinandi, tametsi in eadem specie. Veluti quæ aut regioni-

A bus dissitæ sunt, vt Pruna Damascena in Syria succo alio prædita sunt, alio in Francia. Item nemo dubitat maturiùs ibi, quàm hîc. Aut cùm diuerso terrarum situ sunt constituta: vt campestria, & montana. Hæc cùm dixit: nactus occasionem de temporibus differẽdi, hanc aggreditur tractationem illis verbis. εὔλογοι δὲ καὶ ὧραι. Rerum naturalium principia diximus materiam, formam efficientẽ, finem. Hæc principia sunt, vt sint. Priuatio est principium vt fiant. Non enim facit esse: sed facit, vt esse possint. Sunt etiam principia conseruationis: quorum locus tenet principatum. est & tempus. Nam si non mouerentur cæli: corrũperentur omnia. Quanquam diximus alibi, tempus nihil agere. Sed qualitates agunt ipsæ, quæ nõ B à tempore inducuntur, sed à potentiis cælestibus. Vulgi est opinari, tempus afferre frigus aut calorem: tanto minus interitum. Cùm igitur hîc dicit, anni tempora esse ad insitiones obseruandæ, vulgato loquendi more vsus est. Et duo dixit, augens orationem, εὔλογοι μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖαι. Non solùm commoda anni tẽpora, sed etiam necessaria. Non solùm expetenda aut eligenda, tanquam aliis alia commodiora, sed etiam quia quædam sunt vtilia, quædam noxia. Quæ igitur afferunt vtilitatem, ea talia intelliguntur necessaria: quando alia nocent. εὔλογοι. Instituenda est insitio ea anni tempestate, quæ non repugnat rationi. Modestè addit, ἴσως. καθ' ἃς καὶ ὅλως. Rationem reddit necessitatis. C Suprà dicebat, quo turgent tempore plantæ ad germinationem, rectè inseri: subire namque succum ad alendũ: hoc erat veré. par proportio cum ἐπιβλαστάνουσιν, id est supergerminant. Hoc tempus est autumno, & in exortu Caniculę. Vbi duo sunt animaduertenda. Primùm, Græciæ scribere de autumno. Noster enim autumnus syluis, vt ait ille, decutit honorem: tantum abest vt incumbat in secundam germinationẽ. Alterum, cùm miscuit ea quæ fuerãt distinguenda. Nam ἐπιβλάστησιν narrat hîc. Ea cùm verè non fiat, sed autumno, & sub Cane: tamen confudit illis verbis, μετόπωρον, καὶ ἔαρ, καὶ κυνὸς ἐπιτολή. Igitur sic dicendum fuerat, καθ' ἃς καὶ βλαστήσεις, καὶ ἐπιβλαστήσεις γίνονται. Ponit deinde rationem: & est maior propositio syllogismi. δεῖ δὲ ὀργῶν φέρειν. Non potest ferre, nisi cùm turget internis D principiis germinandi. ὀργῶν in singulari ἀντὶ τοῦ τὰ ὀργῶντα. παραπλήσιοι δ' οἱ λόγοι. Sẽper sibi rationem proponit ducem suarum commentationum. Vbiq; legas, λόγον, εὔλογον, ἄλογον, & similia. Cùm igitur obseruare tẽpora quibus turget arbor, cautio sit: & cuique suum tempus, non idem sit omnibus commune: quæ diligentia est in mãdandis terræ seminibus, atque in arboribus plantandis: eadem ratio in ipsa quoque insitione. Dispicienda ergo tempora: neque lex eadem temere omnibus statuenda. Vbi latet Philosophi diligẽtia. subest siquidem obiectio. Qua spe inseremus sub Canicula, cùm torrẽtur omnia, aut autumno, cùm abit vigor? Respõsio. Quemadmodum sub autumno plantantur arbores in terram: sic plantando, esse surculos in arborem. Ratio sita est in

superiore

superiore ratione, cùm dicebat: arborem surculo pro matrice esse, quemadmodũ arbori terra est. At hoc non expletur similitudo. Quippe plantãtur arbores, cùm succus introrsum retractus est, ac spiritus ipsi naturales in radicem, relictis tãtùm vitalibus spiritibus, ad cõseruationem in partibus superioribus. Id fit, quia reseruati recreantur, quô fiant ad opus futurum valentiores. At surculus eo ipso minus commoda vtatur arbore ad alimentũ. Quare non erit ea similitudo, quam ipse profitetur illo verbo, παραπλήσιοι. Videtur tamen nõ ex proprio arbitratu hæc præcipere, sed ex aliorum sententiis euocare. Ait enim. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἐαρινήν. Postquam communem duobus temporibus Veri & Autumno attribuit insitionibus vtilitatẽ: nũc vtriusque causas reddit, ex quibus hominum iudicia ac studia diuersa comparentur. Vernum tẽpus, inquit, commendatur: propterea quòd tum prægnantes arbores sunt. hæc prima ratio. Nam si habent, vnde noua fundant germina, tanto commodiùs habebunt, vnde alant insitum surculum, qui non eget generatione, quæ operosior est, sed fœdere tãtùm, atque societate. Hoc primum. Alterum: φλοιὸς ἐπιφύεται. Quia opus est vnione prius: vnionis quoque cõmoditates explicat. accrescit, inquit, cortex: ἐπιφύεται. In omni augmento est generatio. Neque enim sola quantitas additur, vt in Mathematicis, sed etiam substantia. Itaque dixit φύεται. Id significauit generationẽ præpositio verò ἐπὶ, accessionem. vt πρὸς τὸ ὑπάρχον ἐπάγεται ὑπὸ τῆς φύσεως τὸ φυόμενον. Et quia non satis erat dare materiam è succo & formã quę facit vt succus ille sit cortex: dat etiam finem. καὶ περιλαμβάνει. Hoc enim est corticis officium, comprehendere. Quare igitur quidã vernas probent insitiones, hæ sunt causæ. Quare verò alii autumnalem, iam dicet. ἔτι κυόντων. Illud ἔτι est quasi, ὅτι, vel ὅταν, scilicet κύουσι. Coalescẽtibus inter se corticibus vnus fit cortex, quo comprehẽdente fiunt intus omnia secundiora. οἱ δὲ τὴν ἐπ' ἀρκτούρῳ. Nunc autumnalis vtilitatis affert rationes. Quòd tempus designat Arcturi exortus. Is Plinii tempore diebus vndecim erat ante æquinoctium libræ. Nunc anteuertit. Vnde notauimus in nostris Exercitationibus illorum errorem, qui ex Palladio nostris nihilosecius temporibus vmbras metiuntur per mẽsium dies. Ii progressum noui orbis sub decimo ignorarũt. Quemadmodum & hoc, & Solis ἀπόγαιον, qui mirantur cum Plinio quamobrem obelisci vmbræ prioribus non conuenirent. παραχρῆμα μὲν γὰρ οὐ ῥιζοῦται. Quia, sicuti dicebamus, autumno reuocatur intrò vis animæ, instrumentum calor, materia succus: atque iccirco frustrari videtur spes coalescentiæ, quæ Vere fiebat alimento subeunte: iccirco molliuit rem verbo. ῥιζοῦται, inquit. Quasi nondum toto succo reuocato (autumni enim tunc est initium, atque etiam ante initium) satis est humidi in quo surculus ille radices agat. Quasi natura, quemadmodum arboribus in terra meditatur radices, ita supra terram in arbore ad surculi beneficium. Sed quia non sunt radices

A neque per formã, neque per figuram, sed proportione & officio: iccirco addidit, οὐ καὶ ἐπισημαίνει. Vt non solùm vniatur, sed etiam spem faciat & durationis, & officii futuri. Verbum difficile est ad interpretandum. Designat sibi futurã germinationem. Id est adeò coalescit vt quemadmodum rami qui in arboribus insunt, præferũt ac quasi meditantur gemmis suis germinationem: sic inditus surculus similem ostentet vigorem. Qui vigor quoniam subobscurus etiamnum est, neque satis expressus, ideò adiunxit, sicut & priùs, οὐ. προσφυὴς δέ. Nunc ostẽdit huius apparatus vtilitatem, eámque longè verna præstantiorem: quippe eo tempore institutã insitionem vsque adeò promouere principia sua, vt erũpere possit Vere cõferta germinatio. Quasi conditas res suas in thesauris B proferat demũ, atque explicet cumulatè. Est autẽ ἰσχυροτέρα ἀρχή, propterea quòd in se constãs atque vnita manet: non effunditur, vt Vere. Sic & ignis conceptus qui latuit priùs, latiùs atque violentiùs grassatur. Ita rei maximæ controuersiæ, ac nobis ignotæ reddidit manifestissimam causam. Nihil enim clarius, quàm ex validis principiis commodiores euentus esse. Nihil magis confessum, quàm virtutem rei cuiuspiam collectam firmiorẽ seipsa esse dissipata. εὐλόγως δὲ καὶ τὶ τὰς μασχάλας. Hæc alia capitis pars. Ibi eligebat tempora: hîc partes arboris eligit ad insitionem: μασχάλας, alas. Translatæ multæ vocabulorum significationes ab animalibus. Hoc iam vulgatum non eget exemplis. velut etiam μασχάλη. Hoc significat alarum in homine cauitatem: etiam aliorum animalium: vnde cingula veterinorum, μασχαλιστῆρες. Stratonicus ob C eam causam Byzantium Græciæ μασχάλην appellabat. Itaque cùm plantam inuersum hominem faceti dicebant, itémque hominem plãtam inuersam: quę pars est superior inter stipitis & ramorũ coniunctionem indicabãt. At in eam partẽ nemo demittit surculos, neque potest induere inoculationem: sed in ramum fissum surculum, in ramum delibratum fistulam cum oculo. Emplastrationis autem scutulam neque eximit inde quisquam, neque eò applicat. Quamobrem μασχάλην hîc pro ramo contra rationẽ: ex vsu tamen. Ramos enim sic alas vocat Dioscorides. τελειοτάτας καὶ νεωτάτας, medias inter vetulas, & imperfectas: inter tenerrimas & duriores. Adeò sint nouellæ, vt sint perfectæ; adeò perfectè, vt ne vetulæ. Rationẽ adiungit vtriusque. Actus ob teneritudinẽ fauet ad coale- D scendũ: vt in puerorũ fractis ossibus. Nam præter similitudinẽ (est enim etiã inter duas vetulas partes similitudo, quæ non coeunt tamen) est etiã, vt ita dicam, mutuum obsequium. Ideò dixit. ἀντιλαμβάνεται γὰρ ἐντεῦθεν μάλιστα. Scilicet oculus capit ex eiusmodi potissimùm ramis & consistentiæ & vitæ principia, & generationis: tum quia possunt, hoc est διὰ τελειότητα: tum quia obsequium præstant ob naturæ facilitatem, quæ est in tenera ætate, hoc est ἡλικίαν. Itaque oportet esse teneriorũ perfectissimas, & perfectiorum tenerrimas. Addit alterius tantùm conditionis rationem, εὔζωα

τὰ νέα, καὶ ἀβλαστῆ: Quoniam ſint nouellæ præditæ principiis maximè commodis ad viuẽdum, atque etiam ad germinandum. Hoc non probat: probatio talis eſt. Sunt proxima primis ſuis principiis, & remotiſſima ab extremo vitæ tractu. Igitur ἄζωα. Item ἀβλαστῆ, quia ſucco abundant. hoc autem non eſt, quia νέα, ſed quia τέλεια. Itaque prudentiùs addidiſſet ſic, τὰ νέα, καὶ τέλεια. Itaque duo ſuprà cùm ſtatueret principia, ἔχειν, καὶ τηρεῖν ὑγρότητα: hîc eadem deſignauit. ἔχειν, cùm dixit, ἄζωα: τηρεῖν, cũ dixit ἀβλαστῆ. μάλιστα δὲ ἀφυῆ. A partibus cõdiſſimilib⁹ elegit quę maximè conuenirẽt: nũc à partibus cõſimilibus & earũ qualitatibus. Maximè aptas eſſe partes eas, quarum humiditas eſſet γλίσχρα, item ipſa μαλακόφλοια, ὁμόφλοια, ὁμοπαθῆ. Quatuor conditiones: vna à ſucco, duæ à partibus, quarta à toto. Quas omnes antecedit, ἔχειν ὑγρότητα, καὶ τηρεῖν. De humore iam dicta eſt, & de lẽtore cauſa. De corticis teneritudine non minus. vbi negabat aſpera εὐβλαστητικά. De iis quarum ſimiles eſſent cortices, etiam nonnihil: cùm aiebat, ſimilia coire. De eo quod eſt, eſſe ὁμοιοπαθὲς, hoc eſt ſentiendum, quod præceptor de animalibus. Negat fieri poſſe, vt ex animalium genere diuerſo, tertium progignatur: niſi tempora conueniant vtero geſtando. Igitur in plantis τὸ ὁμοιοπαθὲς tum hoc ſignificat, tum illa alia: frigoris, caloris, ſiccitatis, humiditatis vim æquè ferre poſſe: denique ſoli, cæli, peregrinarũ impreſſionum affectiones. Mollia verò coaleſcunt: propterea quòd in ſecũdo De generatione, tenuis eſt, partes vacuas implere poſſe. At ab humore mollitia: humor autem tenuis. Vbi verò per humidum coiere: per ſolem coaleſcunt tantiſper humido ſuperfluo, atque calorem obtundente reſiccato: non ſuperfluo verò per denſationem affecto firmitate. διὸ καὶ εἰς τὰ παραπλήσια. Ponit cõcluſionem ex illis omnibus quæ propoſuerat: Quæ natura ſimilia ſunt, & quæ ætate, facilè coire. Naturam intelligit ſpeciem, & ſpeciei accidentia. Ætatem, tempus vitæ, & temporis accidẽtia. Non enim ſatis eſt, Pyrum in Pyro inoculari ita, vt in arborem vetulam, aut non vetulæ ramum vetulum: oportet etiam ætates conuenire. Sic ſuprà, eſſe poterat humiditas: oportuit eſſe viſcidam: Ineſſe potuit viſcida: oportuit conſeruari. Conſeruari potuit: oportuit mollem eſſe corticem, vt facilè obduceretur. Potuit eſſe mollis, vt Phyliræ, & Citri: oportuit eſſe ſimilem. Potuit eſſe ſimilis cortex: oportuit totam plantam ſuapte natura æquè cum ſurculo, ſurculum cum planta eaſdem noxas defugere, ac ſuſtinere. ἥ τε γὰρ γλισχρότης καὶ ἀντιληπτική. Sanè gluten prehendit, atque hærens tenax eſt. Hæc eſt ratio quæ requiritur ab humore lento. Quæritur à reliquis. Itaque dicit de corticis mollitie. ὁ δὲ μαλακὸς φλοιὸς ἀμενής. Faceta oratio, & ἠθικὴ metaphora. obſequentem interpretor. Addit, καὶ οὐ ποιεῖ μεγάλην μεταβολήν. perſtat in priore ſententia. Facilitas coaleſcẽdi in iis, in quibus nõ eſt opus multa opera. Quia cortex obſequioſus eſt, neque refragatur, opus ipſum non multum requirit temporis. Vnde etiam

A illud ſequitur: vt cùm celeriùs negotiũ cõficiatur: minus ſit plurimis, quæ alias aliæ ſolent euenire, obnoxium ſit incommodis. ἔτι δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις. Exemplo contrario fecit illuſtriorem ſentẽtiam ſuam. In olea ſeriùs inſitionem perfici, quia ſeriores item ſint prouentus oculorum. Vbi verbo abuſus eſt, ποιεῖν. Ait enim: oleam oculos facere. Nihilo magis olea facit oculos, quàm ramos: nihilo magis ramos, quàm ſtipitem. Sed naturæ vis quæ in ſeminario fuit, puta in talea, fecit radicem, brachia, frondes, alia. Solum fructum fortaſſe dicatur arbor facere: quoniã fœtus eſt. Sed Theophraſtus, qui ſuprà vocauit καρπὸν ipſam germinationem: potuit & hîc hunc ad modum loqui. ἔτι δὲ ἁπαλά. Si non eſt mendoſus codex, ſumẽdum eſt τὸ ἱεινὸν veteri ſignificato pro tenello ramo. Sic enim priſci ἱεινὰς, Iunices appellabant. Tunc ſen-
B tentia perſpicua erit. Sumendos eſſe teneros ſurculos, quorũ humiditas ab æſtiuo calore nequeat expugnari. Tunc autem legam ἀπὸ τοιούτων commodiùs, à ſimilibus ſperare nos poſſe germinationem. Cęterùm ἀθρόα quid ſibi velit hîc, neſcio. Theodorus legit ὑγρά. Nihil tamen affinitatis eſt inter haſce voces. διὰ τέλους, ne intermittat, aut intercipiatur humiditas. Mira loquutio Græca. Nã quomodo tractus ad finẽ, & finis ipſe coire queant? διὰ, ſignificat tractum inter principium & finem. at τέλος finem. Quónam igitur modo, διὰ τέλους? τὸν τόπον, locum, id eſt oculorum, qui euaſuri ſunt germina. μάλιστα. potiſſimùm. Num igitur ab iis etiam ſurculis qui tales non ſunt? Vult
C dicere, commodiſſimé. διὰ γὰρ τούτων. Confirmat pręcepti ſui autoritatem artificii autoritate. Nam quidam, inquit, hanc humiditatem adeò putãt neceſſariam, vt etiam quatuor aut quinque menſes inſitionem rigari iubeãt. Non tamen omnem inſitionem, ſed inſurculationem tantúm. Nam mox inoculationem ait aquis infeſtari. τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον. & mox, τῇ δ' ἐμφυτείᾳ χρήσιμον. Vtriuſque cauſam reddit: inſurculationi verò etiam addit conditionem. Quare obeſt humor inoculationi? ἐκσήπει γάρ: putrefacit. nota præpoſitionem ἐκ. mira eius efficacia. Significat enim perfectionem, vt expugnare. non ſine ratione. Sua namque natura deſignat locum vnde. Ergo ex ipſa pugna extrahit hoſtem, qui ita vincit,
D vt non ſit amplius pugnandum. At ἐκσήπει, non ita putrefacit vt extrahat ex putrefactione, ſed vt eximat è natura ſua. Sic in hiſce libris frequentem inuenias vſum huiuſce propoſitionis. Καὶ ἀπόλλυσι. Ita reſoluit actiones has, in ſuas cauſas. Primùm dixit, πολέμιον. quare hoſtilis & inimica eſt aqua? quia ἐκσήπει, i. putrefacit. Quid tũ poſtea? ἀπόλλυσι. Interficit. Quomodo fit hoc? παραρρέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. Aqua, inquit, præterfluit atque detergit ſuccum illum natiuum. Itaque & ſuo frigore calorem extinguit: & ſua lubricitate ſuccum illum, quem oportuit eſſe γλίσχρον, diluit: atque etiam effluẽs auehit. Ille autem ob imbecillitatem reſiſtere nequit. hoc eſt, δι' ἀσθένειαν. Cauſa igitur prima eſt illa, παραρρεῖν. Itaque id prohibent agricolæ

colæ, vt conſulant inoculationi. Prohibent autem redimiculis: hoc eſt, περιδοῦσι τοῖς φλοιοῖς. Iccirco non ſubit, ſed arcetur corticibus. etiam limum obducunt, aut argillam, & muſcum inſuper. Tum corticem decuſſatim imponunt, & viminibus cohibent. Hæc eſt ars in opere. Alia pars artis eſt in electione temporis. Vt vitem imbrium incommoda, ſub Cane rem peragunt. hoc eſt quod aiebat, ἀσφαλέστατος. Hæc de inoculatione. Inſurculationis autem præſcribit conditionẽ. Ei aquam eſſe vtilẽ, ſi natura ſua nõ ſit humidus ſurculus. ἂν μὴ ὑγρὸν ᾖ τῇ φύσει. Exempla non poſuit. Nos nulli vnquã quicquã aſpergimus. Διὸ καὶ οἱ μὲν αὐτ. Lutum adhiberi hac de cauſa à quibuſdã, vt ne reſiccentur. Nos argillã, vt ne madefiãt. Quoſdã verò etiã ollã imponere, vt paulatim inſtillet. Oportet igitur, vt opinor ollã iſtam pertuſam eſſe. Et notandum verbum ἐπικολλαίουσι: nam vſitatum eſt κολλᾶν. Ἀναξηραίνεται γὰρ ἄντικρυ. Ratio conſilii, quòd initur ad humectandum. Exiccatur enim propter vulneris magnitudinem. Præciſo namque brachio multum patet ſpatii, vnde exhalet attenuatus humor. Ὀρθῶς δέ. Alia capitis pars, in qua docet artis modum, & præceptorum cauſas. Cauendum, vt tam oculus, quàm cortex ſit ἀρραγής, id eſt abſque vlla ſciſſura. hoc de oculo: de ſurculo id. Ita radendum (hoc enim ſit, vt in fiſſuram adigatur) vt nequid medullæ incommodetur. Nam vtriuis vtrumlibet contigerit, futurum vt areſiant. Dixit ὀρθῶς, ritè: & quod ſuprà dicebat ἀλόγως. Quod enim rectum eſt, è ratione eſt. τὸν ὀφθαλμὸν, ſané. Nam ſi oculus eſt inchoatum germen: oculus ſi vitietur. germini vitium afferetur. καὶ τὸν φλοιὸν, nempe & corticem. cortex enim præſidium ſucci eſt. Quà ſciſſus fuerit: eà ſuccus amittatur. hæc, inoculationi. καὶ τὸ ἔνθεμα: hoc eſt ſurculus ab euentu. quia imponitur. Diophanes etiam verbo vſus eſt, ἐνθεματίζεται. Alia ratione Didymus ἔμβολον dixit fiſtulam inoculationis. Nam potius eſt περίβολος. Quippe ἔνθεμα intrò ponitur: ἔμβολος extrá. Μὴ γυμνοῦν. Intellige de lateribus. Non eſſe lignum auferendum quo ſe ſtipata medulla tuetur. Nam omnino in ipſa cuſpide medulla detegatur neceſſe eſt. Nota loquutionem mutilam, ὀρθῶς εἰς τὸ διατηρεῖν. Alius dixiſſet, ὀρθὸν διατηρεῖν. Ῥαγέντος, ad corticem & oculum refertur: γυμνωθείσης, ad ſurculum. Διὸ τοῦτο καὶ περιδοῦσι. Alia cautio ab arte. Quantum hiat inter duos cortices id phylira circundant: deinde obducunt luto pilis miſto. eo luto etiam chymiſtæ vtuntur. Lutum implet: pilus cohibet, ne calore diſſiliat. In inſitionibus item pilum addebãt, ne à ſole reſiccatum hiſceret. Phylira quid ſit, ex hiſtoriis & Dioſcoride ſatis, etiam Grammatici docent ex Plinio ad coronarum vſus: vt apud Horatium. Ob tenuitatem & tenacitatem petebatur ab inſitoribus: vnde tæniolas ducerent. Cato Bugloſſi foliis vtitur. Quæremus, vtrum præſtet, Phylira ſtatim obducere, ac deinde luto: an cõtrá. Nos enim argillã primùm ſtatim apponimus: deĩde faſciolas ſalignas, prius circumiecto

A muſco. Atque ita longè melius fit, vt humor ille permaneat intus incorruptus: qui congenere humore luti foueatur. Tria deinde enumerat incommoda. Μήθ' ἥλιος, μήθ' ὕδωρ, μήτε ψῦχος. Vbi ſatis patet, non eſſe à Theophraſto accuratiorem diligentiam exhibendam. Sępe, vt quicque ſubiit, admiſſum eſt. Cùm omnis natura vitietur exceſſibus, atque ii quatuor contineantur qualitatibus, tres hîc ponit: quartum omiſit ſiccitatem: ſanè bene. Primùm quia non eſt actiua qualitas: deinde quia fit ſiccitas vel à frigore vel à calore: quorum vtrunque poſuit hîc. Tertia erat humiditas. Quæ profectò erat tertio loco ſtatuenda. At eam inter calorem & frigus poſuit. Hæc non vaſtant ſentẽtiam: ſed lædunt animum verè Peripateticum, id eſt exacti iudicii virum. Hoc hîc moneo: quia ſæpe vſque ad faſtidium obtundit. παραλυπῇ. Mole-
B ſta ſint. Compoſito verbo vſus eſt. τὸ παρὰ ſignificat horum incommodorũ viciſſitudines: id quod Latini dicunt aliud ſuper alia. Καὶ ὅταν σχίσαντες. Aliud præceptũ præpoſterè poſitum. Prius enim ſcindunt atque inſerunt, quàm oblinunt aut obligant. & σφηνοειδές. Cuneatum faciunt ſurculum. Σφύρᾳ ἐλαύνουσιν. Non ſurculum adigunt malleo, ſed vtraque, vt Plinius iubet, manu. Indunt autem ſurculum in fiſſuram, quàm vt cuneolo ferreo fecerint, quàm cuneolũ malleo adegerint. Itaque τὸ σφηνοειδὲς etiã poteſt referri ad Cuneũ ipſum. vtrò referatur, nihil ſanè refert. Quaſi dicat σφηνοειδές τι ποιήσαντες. aut σφηνοειδὲς τὸ ἔνθεμα. Hoc autem inſtituunt: vt penitus adigatur. μάλιστα penitus, prorſus, Latina puriſſima ſignificatione. χρὴ δὲ τῆς ὑγρότητος. Per initia capitis generationẽ & coaleſcentiã
C attribuebat humiditati. Poſtea verò etiã in quibuſdã quęſiuit vel aduẽtitiã, à luto, & ab olla. Nũc oſtẽdit cõtrà, quarundã arborũ eſſe naturã humidã adeò, vt ad futurã inſitionẽ cedere aliquot ante dies neceſſe ſit, vt ex ea fluat: quod nimiũ eſt. Vitẽ cõmemorat hîc: de cuius humiditate plurima ſcripſit etiam in ſequẽtibus. Συμμετρίαν τινά. Modum certum. Quia modus omnis omníſq; tẽperatura, eſt τῶν πρός τι. Nanque aliuſmodi eſt in hac ſpecie, atque in illa. Μὴ σήπηται, μηδ' εὐρωτιᾷ. Nunc dicit noxã, cuius ſit autor humiditas nimia. Scilicet putrefactio: aut, minimũ, ſitus & muccor. Quamobrẽ prohibetur coaleſcere. Εὐρωτιᾷ. Verbũ, quo etiã vtitur, vbi de rubigine, aliiſq; plãtarum vitiis loquitur. Igitur cùm immittunt ſurculum, operæ eſt, vt iam effluxerit quod nimium eſt. προαπορρυῇ.
D πρὸ ſignificat tẽpus. ἀπὸ ſignificat locum vnde. Ita tempus præuentionis προαποτέμνουσι, ῥοᾷ δὲ καὶ συκῇ. Cùm dixit humidiſſimam, ponit ſicciſſimas. Illam præcidebãt multo antè: has illo & cedunt, & inſerunt. Illam, quia humidiſſima: has, quia ſicciſſimę. Et ibi numerat Punicam atque Ficũ. De Punica non ambigitur. Habet enim partes omnes maximè aſtringentes, etiam liquidiſſimas. At ficum ipſemet in ſequentibus agnoſcit humidiſſimam. Δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς ὥρας. Non rectè deſcripſit Theodorus hæc à ſuperioribus. Cùm enim hîc ſicciora comparet cum ſucculentioribus: &

iam de temporibus loquutus sit: de locis nunc agit: simúlque confert ea cum temporibus, & cum arborum naturis. Ac mox ipsarum arborum naturam eam qua sunt vel mitia, vel agrestia, idque ad insitionem. Oportet, inquit, capere, atque etiam eligere tempora tum pro locorum conditione, tum pro arborum natura: vt hęc inter se conueniant. Confundit autem vtrunque breuissimo gyro loquutionis. ἐπὶ τὰ μὲν ἔνυγρα, τὰ δὲ ξηρὰ, καὶ λεπτόγεια: de loco: nunc de tempore: καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. Ratio: οἰκεῖον γὰρ οὕτως, ἀντὶ τοῦ τούτο. Conuenientius est, ideò ἄμεινον. Quia omne conueniens, bonum ei est, cui conuenit. Quare conuenit? διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. Non bene dixit ὀλίγον, ἀντὶ τοῦ μέτριον. Namque ὀλίγον defectus est, vt in æstate: non mediocritas, vt in Vere. Ita vides confusa. Nam cùm sit terra partim vda, partim sicca: vtri tandem commodius ver, quod hoc ipso commẽdatur, quia non habet humoris multum? Prætera cùm ἐμφυτεία gaudeat aquis: ἐνοφθαλμισμὸς lædatur aquis: quomodo vere hacce humoris paucitate communem ad vtilitatem aliis temporibus anteferatur? Itaque hanc confusionem explicat cùm dicit, ἐν δὲ τῇ λεπτογείῳ. In solo læto requiri potius autumnum. Hîc autumnum pro sicco statuit: ver autem pro humido, & contrariis quidem vocibus iis quas dicebat modò: vt mendosum esse codicem suspicemur. Ait enim τοῦ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης: ac dudum, ὀλίγον τὸ ὑγρόν. Vt quemadmodum ὀλίγον interpretabamur μέτριον: sic hîc πολλὴν, ἀρκοῦσαν: & sit πολλὴ ad tricenos dies, non tamen nimia. Post hæc ponit affectus insitionum, duplici ratione: primùm à tempore: verna ex insitione καλλικαρπότερα. Nunc statuit iudicium controuersiæ superioris, & modestè, cùm dicit, ἄλογον. hoc à tempore: item à genere arborum: quippe si in agrestem, mitis inseratur. Ratio? ἀτροφία γὰρ, &c. Forma est à surculo, materia ab arbore. At robustiores sunt arbores feræ. Quando naturæ tantùm satu ortæ sunt, non arte aut electione, quæ frustrari queant.

ποιήσει διαφοράν. hîc significat excellentiam non solam differentiam vsitatissima dicendi lege Gręcis. Meliuscula, inquit, erit si in mitem inferatur agrestis: non tamen nitorem illum assequetur: quem sibi mitis comparat, si in feram inseratur.

Lego, ἀναυξῆ. Sicut & multis aliis locis historiarum, vbi perperam legitur, ἀναξῆ. Et τοὺς διὰ τῶν ὀφθαλμισμῶν, non autem τοῖς. Et περίχρισμα, non περὶ χρῖμα. Illa, ὡς οὐκ ἔνι λαβεῖν, fortasse sunt expungenda. Et ἀθρόα, post, ξηρὰ, fortasse aliter legendum. Et τόπον αὐτοῖς non αὐτῆς.

Et φιλύρα τὸ κοιλωθὲν τοῦ φλοιοῦ, non autem φυλορεῖ φλοιοί. Et σφύρᾳ ἐλαύνουσι, non autem ἐν σφύρᾳ.

Theodori codicem corruptum suspicari necesse est, aut cum aliusmodi Grecum habuisse. Sic enim, ὑπὸ τῶν ἐν ἄλλοις φυέσεων, sequitur vt rationem generationum, quæ subditis aliis fierent, explanemus. Quanquam non tam errorem, quàm

A culpam fortasse quis iudicabit. Sæpe namque distorquet orationem. At insitio & inoculatio in aliis fit: non autem arbores sub surculis, aut oculis subduntur. Imò ipsi in arbores induntur. tamẽ mox etiam subditum dicit truncum. At ὑπάρχει μὲν τὸ στέλεχος, οὐχ ὑποδίδωται δέ. Et qui subditi vulgari dicuntur significatione, etiam hoc iudicant, Transmouentur enim ex imperio sub imperium.

παράταξις appositio. optimé. ad verbum, adordinatio. Verbum militare. ἁρμόττεται θατέρῳ. Paraphrasin exercuit cùm dixit, quàm habens oculus oculo aptissimè se coniũgit. Et est Didymi sententia, vt fistulæ oculus locum tegat eius oculi qui fuerat in ramo. Et verbum ἁρμόττεται rectè expressit aduerbio illo, aptissimé. Simplicissimè cõuenit, & ex purissima verbi huius significatione. B διὰ τὸ κατειργάσθαι τὰς τροφάς: Quòd alimenti copiam præparatam, confectámque secum attulerint. Sanè mera paraphrasis, non autem versio. Neque tamen præparatum dicit hîc alimentum, sed κατειργασμένον, confectum. præparatio namque est διάθεσις, ἤτοι παρασκευὴ πρὸς τὴν κατεργασίαν. ὥσπερ ὁμογενές. tanquam generis societate. Iam diximus, aliud esse generis socium, aliud congenerem. Generis socius erit τὸ ἀνάλογον. Socius enim est is qui admittitur ad facultatum, laborum, negotiorum, præmiorum participationem. Quàm naturam sanè præ se fert τὸ ἀνάλογον, quod nõ est penitus sua tota natura sub eodem genere, sed particeps societate. Is est vnus è cincinnis Theodori, sumptus ex munditiis Ciceronis: habiturus amasios loquutores, non veros Philosophos. Hoc dixi, quia Plinius maluit succorum societatem. συμβαίνει καὶ τοὺς καρποὺς ὀργᾶν. C Succos transtulit τοὺς καρπούς. Diximus in commentario, quæ è re videretur. ὅταν ὅμοιον τὸ ᾖ, καὶ ὁμοιοπαθὲς τοῖς καρποῖς. Quod Theodorus vertit, non intelligo. Cùm simile aliquid est, & simili fructuũ ratione afficitur. Quãquam suprà explicatum est: tamen hîc quoque dicamus. Si est eadem Naturæ incitatio tum fructuum tum arborum ad germinationẽ: illud quoque quod erit simile, & proximũ naturæ fructuũ, habebit eandem incitationem, quam & arbores habent ad germinandum. At oculi sunt eiusmodi. Quia sicuti fructus sunt arborum soboles, ita surculi sunt partes quasi cæteris à partibus generatæ: id est à trunco aut brachiis. Quamobrem eodem tempore & arbor ipsa incitabitur, & surculus qui in arborẽ inoculatus est. Sic igitur planiùs D vertisset: Quando simile fuerit, & iisdem præditus affectibus, quibus afficiuntur fructus. παραλλαγή, discrimẽ. non bene. Nam discrimen esse quit sine motu: velut inter equum & leonem. At in tẽpestatibus est non solùm discrimẽ, sed etiam mutatio. Hoc autem significat παραλλαγή. μᾶλλον δ' ἴσως ἀναγκαῖα. Theodorus deformauit modestiã Philosophi contrario verbo: dixit enim, omnino. Aduerbium hoc assertiuum est: at ἴσως est dubitatiuum: ὅλως posuit, ἀντὶ τοῦ ἴσως. ἐπισημαίνει: Maiorem in modũ coire. Nescio qua ratione hæc ex illo duxit. Imò verò reprȩsẽtare ipsã germinationẽ.

Sic enim

Sic enim Latinè dicimus: non sum prȩsentis securitatis dare significationem, sed etiam tum roboris, tum operæ futuræ. τελειοτάτας, nitidissimas: pessimé. Nihil nitidius nouellis germinationibus. Multum enim in iis succi, multum aeris, multum spiritus. Itaque reciso Quercus stipite, cùm summittit nouella germina radix, cum quouis panno serico potest comparari. At vbi sunt adepta perfectionem: sanè deposito nitore illo, subtristior est viriditas. Sic mox τελειότητα lęuitatem, neque ex fide, neq; ex re. Quid perfectius adulta Vlmo, Quercu? Eæ cùm sunt τελειόταται, minus sanè læues sunt. ὁμοπαθῆ, pariter apta affici. Rectè. De tempore intelligẽdum, non de gradibus affectuũ. Simul enim calorem sentiunt, at non æqué. ἡ γὰρ γλισχρότης ἀντιληπτική. Lentor enim apprehendendi viam obtinet. Quæ oratio magis esse potest ἄκυρος καὶ ψυχρά? Itaque, vim, scribendum est. εὐμενῆ, benignum. Rectè: obsequiosum, & facilem. Mollitudo, lentitudinis aut mater, aut soboles, aut comes. ἁπαλὰ ξηρά. Humidi, tenellíque surculi petendi. Satis de his suprá. μὴ ἔχον ὑγρότητα, nisi humorem habeat extrinsecus illibare. Quid hoc sibi velit, nescio. ἀποξύειν, exacuere. Non id significat, sed radere aut abradere. at ille Plinium sequutus est: qui excutionem dicit. At mox cuneum simul nominat: & radendi mentionem facit. πηλῷ τετριχωμένῳ, limo crinito. Ludit nos. Non sunt crines equini pili. Crines sunt pendentes pili, ac discriminati. Hoc est, κείρειν. Plinius, palcato luto. σφηνοειδές, cuspidatim decisum, ex Plinio, non ex fide. Non est cuspidis forma, sed cunei. Mucro tametsi aciem habet, tamen latiusculus est. Cuspis in punctum desinit. Hoc est ἀκίς, & apud hunc eundem autorem habemus alibi ἀκιδωτόν. Cuneus autem σφήν. Vnde & conchæ quędam. quanquam σφηνοπώγων fortasse hunc errorem sustinere possit. προσαχθῇ: deprimatur. Non explet verbi significatum. Nam πρὸς habet consignificationem, & relationem adhæsionis. πρὸς θάτερον. Adigatur ad verbum. Nam hoc hîc non posuit, quia iam posuerat pro ἐλαύνουσι. verbum aurigarum. vt illi scutica, vel flagello: sic hi malleo impellũt. Sin ἐλαύνουσιν, adigunt, dicas: rectè namq; dicitur: προσαχθῇ, dicas adiiciatur, Plinii verbo. His autem verbis addidit de suo superstitiosè (lecticæque). εὐρωτιᾷ, vermiculatur. non id significat, sed mucorem. οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. Quin & pro ratione locorum temporis proprietatem cepisse, ratio est. sicuti dicimus capere locum, capere tempus: sic dictum voluit, capere temporis proprietatem. Ambitiosè sané. Consideratis locorum plantarúmque naturis, iis opportunum tempus accommodare conuenit, προσλαμβάνειν. Sic Latinè sumere tempus. τὸ οἰκεῖον, planius conueniens, quàm proprium. ξηρᾷ, sitienti solo. non ad verbum, sed ad consequens. Sitit enim, quia siccum. Hîc suppleuit Theodorus sic. illis siccescentibus. At loca ξηρὰ non siccescunt, sed sicca sunt. Sic Theo-

A dorus hoc verborum flexu abutitur sæpe, quemadmodum aliâs monuimus. Sicca sanè haud siccescunt, sed vda, cùm æstus ingruunt. τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν, ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. Id est verna humiditas tanta est, vt sufficere per tricenos dies possit. Tot enim, vt aiunt, durat lacrymatio. At contrariam sibi sententiam statuit Theodorus. Humor, inquit, verno tempore largior est, quàm qui ad conseruandum sufficiat: quandiu duret lacrymatio. Si largior est: ergo sufficit. διὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ὑποκειμένων: vires subditæ arboris. Perstat in superiore licentia. At arbor subdita non est. Surculus inditus: arbor loco mota non est. διαφορὰν ποιήσει. Simpliciter exposuit Theodorus differentiam. Cæterùm B monebamus nos, plusculum indicare. Non autem satis est, si dicamus, differt. Nam etiam quod deterius est, eo ipso differt. Itaque hîc significat excellentiam, quemadmodum est apud Græcos vsitatissimum. Agrestem surculum si in arborem mitem inseras, meliuscula quidem fiet germinatio: at non tam perfecta. ποιήσει διαφοράν: tametsi aliquid addetur non contemnendum, quo ab seipso differat surculus. καλλικαρπεῖν, bonæ frugis arbor. elegantissimé. sic καλλιεργεῖν. Sic καλλιέλαια, de qua diximus in cõmentariis super libris de plãtis falsò Aristoteli attributis.

CAPVT VII.

C *Capite septimo declaratur quemadmodum è semine fiat generatio: quia fit in eo totius plantæ principium, sicut & in ouo. Durare densiora. In omnibus esse semen, aliis latens, aliis manifestius. Communiri quædam firmioribus operimentis Naturæ consilio ad tuitionem. Similia vitæ principia in radicibus & surculis. Pulegium extra terram germinare, alieno anni tempore.*

ΤΑ' δὲ σπέρματι πάντων. Hinc secandum fuisse caput, satis patet ex argumenti disiunctione. Alia namque tractatio hîc. Et manifestum est ex clausula: sic enim dicit, περὶ φυτείας καὶ ἐμφυτείας ἱκανῶς εἰρήσθω. Est autem hîc ἀνάληψις quædam eorum, vnde suprà digressus est. Hoc sæpe committit, vt interturbet. Repetit de principiis, quæ in semine insunt, quæque in radicibus & ramis. D Primum apotelesma sic habet. τὰ σπέρματα πάντων ἔχειν τινὰ τροφὴν, ἢ συναποτίκτεται αὐτοῖς. Duo sunt hîc. Vnum: omnia semina in seipsis continere principium nutritionis. Alterum est, semina esse plantæ τόκον: dicit enim συναποτίκτεται. Ac quanquam generatio, & motus substantiæ compositæ, à substantia, in substantiam (motum hunc alibi exactiùs, hîc vsitatiùs) tamen principium illud muniendi, tametsi non est compositum, sed vis quædam formæ, tamen ei voluit attribere generationem, cùm dixit: τίκτεται. An verò verum sit: in semine esse principium nutritionis? Et videtur. Ouo namque comparatur plantæ semen. At in ouo sunt & generationis & nutritionis, tum materia, tum prin-

cipia formalia. Vtrũ vtri sit attributũ, vitellum an albumen: alibi declarauimus. Hîc dicendum: non esse integram similitudinem. Nam pullus intra putamen arcetur. Is dum fit, eo in tractu temporis eget non solùm alimento, sed etiam augmento. Id in plantæ semine non videtur esse. Formationem requiri solam, augmentum nullum. Igitur explicari tantùm, ac radicem illico demittere videmus, abiectis carnosis interdum partibus: quas icirco satis liquet non esse, nisi ad conseruationem in semine cõstituta. Huic simile est, quod censuit Hippocrates: Iecur primo quoque momento statui, scilicet ob alimẽtum. Hoc haud ita est. Non enim alitur quod nondum vel est, vel fit. Itaque necesse est, prius creari τὸν δημιουργὸν, cor scilicet, quàm τὸν ταμίαν, iecur scilicet. ἢ καὶ οὐ κακῶς. Quia comparabat ouo: fulcit sententiam suam Empedoclis sententia, qui dicebat μακρὰ δένδρεα ᾠοτοκεῖν, grandes arbores ouiperas. Vtroque modo legi potest, ἢ per interrogationem, & ἦ per illationem. Sic enim vtitur sępe pro eo quod est, quapropter.

πλὴν ἔχει. Confirmat Empedoclis opinionem verbis illis, παραπλήσια: tum deinde castigat verbis his, πλὴν ἔχει. Quia dixerat μακρὰ δένδρεα. Non de arboribus, inquit, solùm dictum oportuit, sed de plantis omnibus. Omnia namque in se habent principium alimenti. Probatio. διὸ καὶ δύνανται διαμένειν. Diu, inquit, durare queunt. Cæterùm neutiquam ex præceptoris sententia: qui rei, quę est in potentia, negat vllam esse actionem. Non alentur autem, quia vitellum non comedit albumen, aut contrá. Sed frumenti granum seipso constat toto: neque alit, neque alitur. Esset enim actu iam planta. Resoluitur autem humidũ, nõ à calore genitali: diuinitus enim tenet Galenus: opificem illum neutiquam consumere materiã suam: sed ab elementari interno, cuius subiectum ignis est: qui ignis est vnum ex elementis ex quibus constat omne compositum: ac præterea externo calore, vel aeris, vel venti, vel solis. dixit, εἰς χρόνους in plurali, non ad augendam diuturnitatem: pauca namque biennium superant: sed ad diuersitatem. Non enim omnibus eadem διαμονή. Sic mox, χρονιώτερα δ' ἑτέρων ἕτερα. οὐχ ὥσπερ τὰ τῶν ζώων. Comparat arborum semina cum seminibus animalium, vt ipse arbitratur: alii aliud videbitur fortasse. Durant, inquit, plantarum semina diu, à suis plantis separata: animalium semina eiecta ex animalibus non durant: ea excipio, quæ sunt ouiparorum. Ita omnino ouum semen putat animalis. Alius acutior existimauerit: ouum esse plusquam semen. Quod vt doceat: ita gradus digerat generationis. In quibusdam animalibus perfectioribus semen esse maris, & fœmellæ: vt in homine. In quibusdam non esse nisi fœmellæ: vt in Erythino. In aliis, analogia: vt Saliua purpurarum. In aliis obscuriùs: vt Anguillarum strigmenta. Atque hæc quidem omnia, sine vllo sequestro porrò procedere statim à semine in animal. In nonnullis aliter fieri. E semine enim non illico animal fieri, sed quiddam medium. Hoc medium est duorum modorum: vnus est perfectius, vt vermiculi Muscarum soboles, è quibus fiunt Muscæ: alterum imperfectius, vt oua. Cuius proportionis sunt plantæ. Non igitur fructum semen esse, aut ouum puto, quale semen est animalis: sed fœtum integrum ex seminiis occultis internis, non tamen dearticulatum. Perfectum, inquam, cæteris omnibus, nisi dearticulatione. Hæc extra vulgi opinionem, rudiora ingenia non admissura, scio. ταῦτα γάρ. Duo dat, quibus comparat diuturnitatem. τροφὴν habent, vnde alantur: καὶ φυλακὴν, & quæ seruare possint ipsam τροφήν. Hanc φυλακὴν, id est præsidium esse in munimentis, quæ mox enumerat, πυκνὰ, ξηρὰ, ξυλώδη. Nam quum vel putrefactio disperdat, vel bestiolæ populentur, vel siccitas interimat, vel frigus exurat, hæc omnia incommoda tolluntur. Ne externæ impressiones malè habeant, obex est densitas: nihil enim subit. Ratio ab axiomate physico. In corpus non sese induit corpus. Et quia multa sunt densa, quæ sunt humida, aqua ipsa: icirco voluit etiam sicca esse. Cùm autem multa sint densa & sicca, vt libri arborum, & coria castanearum, neque tamen dura sunt: ideò addidit ξυλώδη. Oportet esse lignea. Intellige lignea, dura: nam durum Gręco fonte lignũ dicit: vnde Durateus equus. Hoc & alibi dictum. Dura igitur lignea. tanto magis ossea, aut testacea. Nam quòd exemplum ponit de Palmula, quouis ligno duriorem affert duritiem. οὐκ ἔχει. Explicat caussas munimenti. Primùm, οὐδεμίαν παρείσδυσιν. Densa non admittunt. Dura resistunt. δύσις significat penetrationem: εἰς, prorsus ac penitus. παρὰ, quia omne quod subit, prætergreditur loci latera. Secundum, οὔτε ἐν αὐτοῖς. Rectissimé. Namque & ab externis esse oportet tuta: & intus secum non diffidere. Huius habemus in populis exempla. Romanos nimirum, exterarum vires, aggressiones, impulsiones & ferebat, & frangebat nationum: suis, vt inquit ille, Roma viribus ruit. dixit ὑγρότητα διαφθειρομένην. Videtur adhuc exteras spectare impressiones, cùm ait, non habere corruptibilem humiditatem: maius tamen quiddam sentit: quippe principium firmitatis. Negationem enim antecędit affirmatio. Non corrumpitur, quia non est corruptibilis: non est corruptibilis, quia principia continet conseruationis. Itaque melius fortasse dixisset, φθαρτὴν quàm διαφθειρομένην. Sed noluit tam exactè asserere: incorruptibilem esse illam humiditatem. Est igitur quasi dicat, quæ non facilè corrumpatur. Duo sanè sunt principia corruptionis, aut aduentitia aut connata, scilicet ex contrariorum coitione. Icirco dicebat Hippocrates: si homo vnum esset, non corrumperetur. Intelligit autem φθορὰν omnis generis, tum quæ suprà dicebamus, tum etiam cùm posteaquam putruerint, etiam porrò consumuntur.

Id euenit,

Id euenit quoties putrefactione generatur bestiola: neque sistitur ibi iactura, sed eo augetur quòd à sobole tota conficitur parens. Icirco dixit, ὅθεν καὶ οὐ θηριοῦται: vnum. Alterum, οὔτε ἀναξηραίνεται. Neque concipit bestiolas, quibus absumatur. Exemplum. Sicut, inquit, frumentacea, siue fruges, σιτηρά. Hoc est vnum vitium, & vna species corruptionis. Neque resiccãtur. Exemplum. Sicut, inquit, holeracea. Omisit σῆψιν. Quare? Quia non meminerat semen quodpiam obnoxium putrefactioni. At esse maximè scit, qui frumenta seruat. Quin præter putredinem, aliquando (neque id animaliculorum maleficio, sed sicut vinum fit vapa) totum intus absumitur triticum: neque quicquam reliqui fit, præter tuniculas furfuraceas: sic & Alica, & Secale, & Auena. Quin ἀπὸ τῶν σιτηρῶν in præsentia milium auferas. Minimè enim omnium frugum corruptibile est. Rationem fortasse quis adducat loriculæ læuissimã densitatem. Verùm aliquis dubitauerit. Si sunt munita præsidio siccitatis: cur porrò celeriùs non exiccãtur ab aeris calore, quàm quę humida sunt? Minima nãque accessio videtur maius aliquid allatura momentum. Dici potest, dẽsitatem caueri. Humida verò illa solutilibus partibus esse constituta. ἀλλ' ἐν αὐτῷ προσέτερον. Mutatio numeri tam frequens Hippocrati, Aristoteli, Theophrasto, quam alibi docuimus. Dicebat enim ἐν αὐτοῖς, nũc ἐν αὐτῷ. προσέτερον autem designat illud φυλακήν: & illa, πυκνὰ, ξηρὰ, ξυλώδη. Et omninò verbũ σώζειν, explicat τὴν φυλακήν. Seruamus enim custodiendo: ὅτι δ' ἐν ἅπασι. In omnibus esse alimentũ probat ab eo quod minus apparet. Si enĩ est, in quibus inesse nõ videtur: tãto magis in cæteris. Non videtur esse in holeraceis: etenim in illorum quibusdam fugit oculos medulla. Hæc tamen adeò sunt apta ad generationem: vt non solùm, cùm ea seruant holitores, non audeant committere pauimentis, quocirca suspendunt in sacculis: verumetiam cauent, ne in ædium eas partes, in quibus illa condiderant, aquam inferãt. Magna orationis efficacia: cùm vel solo halitu mouẽatur ad generationẽ. Sic etiam præcipiunt medici: non solùm vt ne potent hydropes aquam, sed etiã vt abstineant à vicinia: etiam aspectu eis interdicunt. ὥσπερ κελυφανώδη. Non potuit exactiora demonstrare: cùm dixit coriacea, putaminosa. Sanè tomentacea sunt intuborum & lactucæ semina. Atque vt augeret, addidit, πάμπαν. quasi dicat, nihil esse aliud, quàm paleã: tametsi moderatus est, cùm dicebat, ὥσπερ. Et sanè vix vidẽtur hæc duo cohęrere posse: quasi, & omnino. ταῦτα κινεῖται. mouentur suis temporibus. Habent enim peculiaria tempora quædam ad germinationes. Quamobrem semina eiusmodi, tametsi non sunt in tabulatis reposita, tametsi nullum attingunt solum, suspensa sunt, in fasciculis sunt, locis persiccis sunt: tamen vbi tẽpus illud venit, quo, si terræ mandata essent, germinarent: etiam non mandata terræ germinãt. Icirco dixit, οἰκείας ὥρας. Propriũ tempus nactæ. &, ὅπου ἰκμάδος. quodcunque, qualecunque, quantuncunque humiditatis. non solùm ὑγρότητος, sed ἰκμάδος, quod madorẽ significat. Quid autem sibi velit illa vox, ἀξαείχοις, nondũ comperi. Nostrum vocabulum, asseres, Græcã habet originẽ ἄξωνες. Fortasse indidem diminutiuum ἀξάειον, & alterũ porrò ἀξαείσκος. vt quisque inuenerit, augeat literariã rempub. Nos in sacculis suspẽdimus. In carnariis germinare pulegium, simile quiddã est. οὔτε ῥαίνουσιν. ῥαίνειν est rigare. At domum nemo rigat, nisi cùm verrit. Voluit dicere in id cœnaculũ nihil effũdi, nihil importari. Nobis hæc religio nulla est. τῶν δ' ἤδη λοιπῶν. Suscepit probandum, omnibus in seminibus inesse materiam ad vitam sustentandã, quàm icirco τροφὴν vocabat. Duo sũt seminum genera, quædã aceracea, & in quibus latet medulla sensus nostros. In aliis est manifesta. de illis dixit: de his nunc. Cætera, inquit, semina palàm eam naturam habent. Ideò dixit, φανερά: & signatè, τὰ προσόντα. de eo, quod τροφὴν vocabat. Non enim est ea natura primaria. Principalis enim est hæc, quæ præstat ad generationẽ. Accessoria, hæc quę illius sustentãdæ caussa comparata est ad hanc societatem. καὶ τάχα δή. Adeò verò manifesta est, vt in iis quæ sunt carnosiora, etiam quasi lac spectetur quoddã: γαλακτοῦται, lactescit ea pars. Cùm dixit, πάγη idem dixit, quod dicebat, τὰ προσόντα. διαλαμβανόντων, quasi lac separetur à cætero corpore. Ita est sententia. Quam partem dicebamus ad seminis alimoniam comparari: ea in carnosioribus seminibus lactescendo percipitur sensu disiuncta ab illis partibus, quæ sunt illis in seminibus genitales. Verbũ verò quod ponebat, κινεῖται, sæpe alibi vsurpat ad generationem. Non tamen est verè generatio κίνησις: sed μεταβολή. Icirco acutiùs intelligamus, hunc motum non esse generationem, sed ad generationẽ. γίνεται γὰρ καὶ διὰ τοῦτο κινεῖται ἵνα ᾖ, καὶ πέραν κινῆται, ἀλλὰ συστῇ ἐν τῷ εἶδ. Dixit ὥσπερεὶ γαλακτοῦται, quia non est verum lac in Iuglande aut Amygdalo. Sic tamen vocamus ob sensilem speciem. σχεδὸν δ' ὁμολογούμενον. Sicut suprà, sic & impræsentia comparat cum animalis semine. Ait ergo: etiam in animalis semine partes esse quasdam ascititias. Icirco dicebat οὐ καθαρὸν, καὶ εἰλικρινές. καθαρὸν purum, id est non commistione sibi diuersum. εἰλικρινὲς, perspicuum. Est igitur partium ἑτερογενῶν. Sed miris est vsus vocibus. Primùm, ὁμολογούμενον, si est confessum: percognitum est. Quare dixit ergo ὑπολειπτέον? Nam quod suspicor, non constat mihi. Dicendum: quod sit omnibus receptum, & confessum: nobis esse pari assensione excipiendum. quasi diceret, ὑποθετέον, quia non probat hîc, sed ponit: ideò θέσις, καὶ ὑπόθεσις. Sed quia non ponit à se, accipit ab aliis: ideò ληπτέον καὶ ὑποληπτέον. Hoc tamen adeò, vt canit ipse, confessum an confessum sit? Nihil minus apud præceptorem. Ait enim semen animalis esse purissimum, neque afferre aliud quàm facultatẽ, materiã verò nullã. Eam verò materiam

non coire ad fœtum, ſed ἀφανίζεσθαι. Quòd ſi qua pars ineſſet excremẽtitia, nõ pareret illi reſolutioni, & impediret operam illius facultatis. Quare autem dixit, τὸ κάτω περιττὸν, equidem neſcio. Eadẽ nanque vel puritas, vel impuritas tum in vaſis, tũ demiſſo. Niſi id ſtatuerit, quaſi pro argumento. Veluti ſi diceret: id ſemen quod extra animal eſt, ſenſu percipi quit, non eſſe omnibus ſuis partibus defęcatum. ὅσα δὲ ξυλώδη. Sequitur altera capitis huius pars, in qua ſeminis prȩſidia narrat ad conſeruationem. Quamobrem non debuit hoc à ſuperiore cap. ſeparare Theodorus. Differentias tegumẽtorũ quatuor ponit, non ex ȩquo diuerſas, ξυλώδη, πυρηνώδη, δερματικὰ, ὑμενώδη. Nam πυρηνώδες non tam materiã dicit, quàm figuram: niſi dicas, eam deſignari materiam quæ talem figuram gerit. Quanque non omnis nucula (ſic os appello, ne cum medulla ipſa nuclei nomine confundã) formam habet mucronatam: inde nanque πυρὴν, vnde & πυραμίς. Itaq; in Punica veri ſunt πυρῆνες. Item in pinea nuce ſtrobili. ὀστώδη voluit intelligere, & ὀστρακώδη, vt in Palmula, Olea, Abellina, Piſtacio. ξυλώδη intellexit, vt in glande. lignea nãque & cuppa eſt, & reliquum tegumentum. δερματικὰ, vt in Caſtanea. Corio namque tegitur, ſicut & os Piſtaciorũ. ὑμενώδη, vt vuæ. Membrana enim cohibetur quod intus eſt. Sunt alia quoque diſcrimina. Nam horum nullum putamen Iuglandis eſt extimũ carneum. Sed non appoſuit, quia non hoc potius, quàm teſtaceo ſeruatur munimẽto. In frumẽtaceis, leguminibus, & miliaceis gradus quidã ſunt ſub ambitu cutis aut corii. ὑγρὰ γὰρ ἡ ἀρχὴ δυνάμει πάντων. rectè poſuit rationẽ neceſſitatis. Nã tametſi quibuſdã durior eſt medulla intus: vt Caſtaneis, Glandibus, Abellinis: tamen omnibus eſt natura humida, non quidem actu, vt Vuæ, ſed poteſtate. Hîc vnam accipimus pro exemplo. Non enim corium extimum ſemen tegit, aut ſeruat, ſed cutis Gigarti. Sunt autem poteſtate humida, quia ſuſcipere queant eiuſmodi impreſſiones, quibus diſſoluãtur ac diffluant. ἔχουσι δὲ τὰς ζωτικὰς ἀρχάς. Hæc eſt tertia capitis pars, in qua repetita ſententia docet eadem in radicibus, vt in ſpõgiis Arundinum & Aſparagorum: in ramis, vt in Ficu: in lignis, vt in Olearum taleis: in ſtipitibus, vt in Salice: quæ ſi à reliqua planta ſeparentur, ſecum vitam afferunt, & ſeruatam effundunt in germina. Ideò dixit, κινεῖν, ſicut ſuprà, κινεῖται, vtroque verbi genere, actiuo & paſſiuo: quia vtriuſque facultatis principia obtinet, quemadmodum compoſita omnia: in quibus eſt pars mota, & pars mouens. καὶ μέχρι τοῦ βλαστάνειν. Vt non immeritò actiuo flexu vſus ſit, κινεῖν. Nam βλαστάνειν eſt actio quædam. Mouent igitur ſuam materiam non ſolùm ad integrandum vitæ actum, qui videtur in eis quaſi partiarius à toto deciſus, ſed etiam ad germinationem. Itaque & ſe tuentur, & ſe augẽt, & ſe propagant. τὸ μέχρι non habet τὸ βλαστάνειν tanquam terminum, quod vulgò dicũt, excluſiuè, ſed ipſum quoque comprehendit. Quo ex loco animaduertendum eſt: hæc per initia ſtatuenda fuiſſe: vt quoniam in ſeipſis haberent principia cohibentia ſeminarium generationis, eo iure poſſent inſeri ad communicandam cum ſubiecta matrice planta generationem. οἷς αἵτε σκίλλαι. Apponit exempla, tametſi non eodem ordine. Cæterùm contemptus non eſt, ſed ἀφέλεια orationis. De radice, Squillam, καὶ σκιλλώδη, bulboſa omnia. De ligno, Oleum. De caule, Lilium. De ramis, Pulegium. Vbi mutauit ἀκρέμονας in κλῶνας. Deinde addit hiſtoriam de Pulegio, ad ſententiæ confirmationem: quam etiam deſcripſit Plinius. Florere namque ſolſtitio: id quod ipſe dicit eſſe admirabile, & quidem μάλιστα. At quid in Pulegio admirabile, quod multis contingit plantis, florere ſolſtitio? Nam & Cichorium, & Maluam hoc anno æſtuoſiſſimo vidimus apud nos florentes, & Batrachium. An intelligit abſciſſos caules? Nam ii quoque bruma florent. Tunc igitur, τὸ αὐτὴ, erit atque ſi diceret, αὐτοί. ἐπὶ τὰ τεάλλα. Ratio ſimilis ſuperioribus. Namque habent humidum, & tale humidum, & quo ſeruetur exteriore. Itaque humiditas κούφη, eſt ζωτικὴ, aerea & ſpiritualis. γλίσχρος, vt & ſuprà requirebat. Lentor enim reſiſtit reſolutioni: quod olei exemplo cum aqua bullientis docebamus. λιπαρὰ, pinguis quæ eſt adhuc in vlteriore natura eius concretionis. Nam in Squilla eſt lentor, non pinguedo: in Olea eſt etiam pinguedo. Vtrum verò ſit contentius atque prouectius in hac natura? Nam γλίσχρον gluten eſt: & in Bulbaceis glutinoſitas: quæ in Viſco ſumma eſt λιπαρὸν autem minus contumax. Dicẽdum videtur: lentorem pertinacius reſiſtere. Eſt enim pinguæ aereum non pauca terra miſtum. Pingue autem plus aeris habere, minus terræ. Hæc ſunt præſidia interna: illa ſubſidia externa. καὶ ἔτι περιέχεσθαι. Quoniam præterea muniuntur tunicis. Hoc iam eſt repetitum: quemadmodum & quod ſequitur, καὶ τῇ πυκνότητι τῇ αὐτῶν. Nam ſuprà erat vna ex conditionibus denſitas. vt taceamus confuſionem. Nam cùm internam declararet in priore parte ſententiæ conſtitutionem, in ſecunda munimentum: confudit hîc internam denſitatem. ὥστε μὴ ἀξηραίνεσθαι. Hæc eſt concluſio prioris ſyllogiſmi: & maior propoſitio ſecundi, ſic. Quodcunque non facilè exſiccatur, facilè ſeruat principia vitalia, quæ producat ad generationem. Quid tum poſtea? τοῦ ἀέρος μεταβάλλοντος. Interea dum ſeruantur ii theſauri, fit vt aliquando mutetur aer. Satiſne eſt? nequaquam. Sed oportet (quod & alibi ſæpe dictum eſt) vt ea mutatio ſuis qualitatibus conueniat naturæ plantæ. Hoc eſt quod aiebat, τῆς οἰκείας ὥρας, ſcilicet περιιούσης. Tunc enim συμπάσχειν γίνεται. Mira vox. Nam tempus non patitur: quomodo planta compatiatur? Vult dicere obſequitur. Itaque dicunt Poetæ, genitabile tempus: &, genitabilem auram Fauonii. Videtur aliquid coniunctionis deſiderari in hac periodo. ἢ δὲ βλῆχρος. Quia exigebat humiditatem, cámque viſcidam aut pinguem: occurrit obiectioni. At dicet aliquis, Pulegium talem habet nullam. Reſpõdet ſic. ἀλλὰ δῆλον. Manifeſtum eſt tale habere principium, quod mouetur ad aeris mutationem. Ratio Phyſica eſt. Videtur effectus: & videtur ordinatus certo ſub tempore: habet ergo in ſe principiũ huiuſce effectionis, quod eſt poteſtas quædam mutabilis à tempore. Vbi non ſupinæ prætereunda eſt diſquiſitio. Hoc principium κινεῖται. Ergo paſſiuum eſt. Quomodo igitur, ſi eſt paſſiuum, agit? Actio nanque eſt germinatio. Dicendum: non eſſe paſſiuum, niſi quatenus reducitur de potentia ad actum. Notabis duas voces, φαίνεται, apparet: δῆλον, manifeſtum. Vt rei apertæ in obiectione opponat rem confeſſam in reſponſione. Illa verba φαίνεται ξηρὰ, ſunt explicationes illorum μάλιστα θαυμαστόν. Quia maximè eſt admirabile: ſi requiritur humiditas ad germinandum, illud germinare in quo non eſt humiditas. μεταβολῇ καὶ ἀλλοιώσει. Non fruſtra vtrunque. Nam μεταβολὴ eſt paſſiuè in aere. ἀλλοίωσις actiuè in aere, paſsiuè in planta. Mutatur aer à Sole. Mutat aer & alterat plantam. Ita ſibi viſus eſt omne negotium expeditum dediſſe. at nobis non videtur. Nam quorſum illa principia tum interna, tum externa? Denſum, leue, lentum, pingue, lignoſum, teſtaceum, coriaceum, membranaceum? Perinde eſt atque ſi dixiſſet, hæc omnia ineſſe oportet, aut non omnia, aut nullum. Nullum enim in Pulegio. Dicendum: Naturæ conſultum ſatis habere, ſi reducat partem maximam ad certa capita. Si quid redundat, id περιττὸν vocant Peripatetici: quod de Pulegio quoque dictum ſit. θαυμαστὸν δὲ τὸ τῆς ὥρας. Suprà, totam naturam germinationis admirabilem dicebat eſſe. Nunc cùm ſuſtulit illud miraculum, addit alterum. Non tam eſſe mirandum quòd germinet: habet enim mutandi principium. ſed mirandum quòd eo tempore. Cùm enim ſiccum ſit Pulegium, in nimia ſiccitate non videtur germinare poſſe: quia parua ſiccitas ſiccitate ſuperueniente etiamnum maior fit. Nam quibus tẽpeſtatibus exceſſus temperantur, eæ videntur ad generationem conducibiles. At ſiccitatis exceſſus, quî poteſt exceſſui ſiccitatis moderari? Ideo reddit cauſam admirabilitatis cùm dicit, οὐ γὰρ ἀνιεμένης, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐπιτεινούσης. Obſeruanda locutio ἔτι μᾶλλον. τὸ ἔτι non ſignificat, neque τὸ καλὸν, neque τὸ χρηστὸν, neque τὸ ἀγαθόν: ſed gradum. Sic Latinè, bene magnus, bene manè. Non ſoluit autem miraculum hoc: ſed fugit bibens, vt ad Nilum canis. Diuertit ergo ad dies brumales, & ait, εἰ μὴ ἄρα περὶ τὰς ἀλκυονίδας, intellige ἡμέρας: de quibus omnes autores loquuntur. Tunc enim non eſt mirandum ſi floret Pulegium: temperatur enim aduerſis qualitatibus. Quid igitur de aeris vi ſtatuendũ, ſi in vtriſque extremis eidem plantæ flos erumpit? Quare non hoc excuſſit qui cauſas ſuſcepit explicandas? Non enim quæ ſequũtur verba ſatisfaciunt. ἱκανὸς γὰρ ὁποιουσοῦν χρόνος. Qualicunque tempore naturas imbecillas atque puſillas moueri poſſe. Non enim verum eſt. Nam hîc moueri verbum, æquiuocè capit. Si dicit pro alterari, verum eſt: ſin ad germinationem promouere vult, non eſt verum. Paſsio nanque duplex: alia eſt perfectionis, alia imperfectionis. Hoc didicimus in primo de anima. Quod eſt alterari, eodem modo. Quæ ſunt imbecilla poſſunt à qualicunque tempore alterari, ſcilicet communibus qualitatibus. At non poſſunt alterari ad generationem niſi quibuſdam, nõ autem omnibus. Hoc enim perfectio eſt. Tanto minus à duobus extremis, quippe ſummo frigore, ſummo calore, ſumma vtrobique ſiccitate, quod ſiccisſimum eſt. Nobis in tanta rerum caligine audere, non erit fraudi: qui hæc non ad gloriam condimus, ſed ſtudioſis animi gratia, ad Veritatis conuiuium Symbolum damus. An Pulegii natura hæc eſt, velle eſſe quam ſiccisſimum? Itaque in ſabuletis lætius, in pingui degenerat atque marceſcit. Ergo ſiccisſimis temporibus floret. Talis enim bruma cum frigore, tale ſolſtitium cum calore. At quare ſub aduerſis aliis duabus qualitatibus? At non eſt verum, brumæ frigore temperari? Sed potius circumuectum calorem internum, obſeſsione frigoris circunſtantis, collectum in ſeſe atque confirmatum effundere ſolere flores. Solſtitio verò corroboratum ſimili, cognato, expetito calore, foras euocari? Si quis habet meliora, det, atque à nobis ineat gratiam. Duo dixit, μικρῶν καὶ ἀσθενῶν. Puſilla & imbecilla. Quia poteſt eſſe alterutrum ſine altero, tum in plantis tum in animalibus. Vacca ingens, molles habet ſpiritus. Felis paruus, magnos. Ichneumon exiguus, & Viuerra, maximos. Laurus procera, ampla, multa ſtipata ſobole, neque viriũ rigorem habet, neque vitæ diuturnitatem. Edera diutiſsimè viuit, Cornus & Spinus robuſtiſsimæ. αἱ μὲν οὖν φύσεις. Claudit primam libri partem epilogo. Vnde ſatis pateat non rectè factum à Theodoro, cùm hîc non diſſeruerit hæc: vt ſequẽtia caput eſſent aliud.

Scribendum ἢ συνεκτίκτεται, non ἢ. Tum ſiquis malit ἢ καὶ οὐ καλῶς, admonuimus in Commentariis. Et tribus locis, κατὰ τὰς οἰκείας ὥρας: καὶ τὰς οἰκείας ὥρας: τὸ δὲ τῆς ὥρας: vbi perperam χώρας. Hoc fatale his in libris mendum, vt altera vox pro altera ponatur. Sicut & apud hunc & apud alios autores Græcos, vt omittatur aſpiratio in pronomine, cũ ſignificat reciprocationem. Itaque vtrobique ſcribendum cum aſpiratione, ἐν αὑτοῖς ὑγρότητα, & ἐν αὑτῷ περιέχον. Lego ὁποιουσοῦν, non ὁποσοῦν.

Theodorus συνεκτίκτεται, in natura profundit. Sanè ambitioſe. ᾠοτοκεῖν. Oua ſolẽt excelſis gignere ramos. peſsimé. Nam neque ſolis in ramis excelſis fructũ ferũt, neq; hiſce verbis indicatur ab Empedocle, de magnis ſolis arboribus dictum. Quî poſsit igitur Theophraſtus illa ſubdere cum Theodoro? Differere tamen ille non tantùm de arboribus, ſed de omnibus debuit. Nam ſui cuiq; plantæ rami ſunt, imi, excelſi, medii. At μακρὰ δένδρα deſignat hîc arbores maiores. In codice Theodori, durare nimium valeat. Lege nimirum. κελυφανώδη, putaminea. Putaminacea. ἐν ἀξυλίχοις etiam Theodorus omiſit: & ſatis habuit ſic: ſuſpendúntque eminentius. Blechrum maluit Græ-

cè dicere Theodorus,quàm Latinè Pulegium. εἰ μὴ ἄρα περὶ τὰς ἀλκυονίδας. Theodorus addidit de ſuo,ſuffecturas. Quod ſanè neque ſufficit neque deficit, neque valet quicquam. Theodorus legit,vt vulgò legitur,ὁποσουῦν,quantumlibet temporis. At hîc non de quantitate,ſed de qualitate temporis loquitur. Itaque ὁποιουσοῦν lego.

CAPVT VIII.

Caput octauum continet hæc. Proceriora atque vegetiora, quæ plantantur,quàm quæ ſemine proueniunt. Item quæ radicum ſatu. Denſas incommodiùs creſcere. Humorem conferre ad germinationem & alimentum. Maioribus interuallis ſatu lætiora. Repetit,è ſemine deteriora prodire. De regionis natura.

ΕΥΒΛΑΣΤΗ͂ δὲ καὶ εὐαυξῆ. Hîc incipit alia libri pars:alia nãque materia ſcriptionis eſt. Poſtquam de generationis principiis loquutus eſt, nunc differentiarum quæ in eis ſunt,facit comparationem. Ait ergo,è ſeminio non æquè benè prouenire, atque ex aliis modis. Nanque in ſemine mera potentia nihil expreſſum actu. Oportet igitur ad actum reduci omnia. Hæc enim eſt generatio. Fit enim, quòd fit, partim ex ente,partim ex non ente. At ſi planta pangatur,multæ iam ſunt actu partes, ſi deſit radix. Nam caulibus,taleis,ramis eſſe diximus principia genitalia. Itaque tum ſola radix generanda eſt ſemine poſito, radicem ipſam,tum caulẽ quoque fieri oportet. Quòd ſi cauli quid radicis ſubſit,iam minus operæ futurum ſit. Neque tum alia quàm loci mutatio eſt, vt in viuiradicibus ſiue plantariis: nihilque reliquum eſt,præterquam vt aſſueſcant noui domicilii affectibus tolerandis,in quorum œconomia pænam ſibi paret pro commeatus copia ad alimentum,vt viuat:ad vitam, vt germinet. Ideo dixit ἄλλως τε κἂν ὑπὸ ῥίζαν ληφθῇ. Vt radicis acceſsio ſit gradus ad facilitatem. Notabis loquutionem,ſi non ſit mendum, ληφθῇ ἀντὶ τοῦ λάβῃ. Niſi ſic intelligas κἄν τι ληφθῇ ὑπὸ ῥίζαν. Vt deſignet ſtolones ab inferiore radicis parte pullulantes. Non placet. Non enim inde prodeũt, ſed ἄνωθεν. προϋπάρχει γὰρ πολλὰ τῶν μορίων. Iam actu præſubſiſtunt multæ partes.non ſanè omnes: quia non rami,non frondes. Eæ partes cùm ſint, non habent opus facto. τῶν δ' ἐκ τῶν σπερμάτων. Confert earum conditiones quæ de ſemine oriũtur. Et reſpondent partes inter ſe. In iis quæ à ſemine ἅπαντα ταῦτα γενέσθαι: reſpondent illis ὑπάρχει πολλά. Et quod hîc ait πρῶτον, ibi præpoſitio πρὸ in verbi coniunctione. Et quod hîc ἐπειδ' οὕτως αὐξηθῶσιν: illis ἃ δεῖται μόνον τροφῆς, ſcilicet ſtatim. Nullum ibi interuallũ inter ſationem & crementum. Itaque nullum ἔπειτα. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον. Alterius capitis comparatio. Nam radices quoque ſolæ ſerebantur. Earum duo modi. Quædam informes ac mutilæ, nec niſi partes eſſe videntur quædam radicis potius quàm radices, vt Pæoniæ, Arundinis. Quædam integræ, vt Bulbacea, & ſimilia, Squillæ, Serpentariæ, Cyclaminus. In

A iis poſterioribus natura paratior apparet. Itaque & ῥιζοφυῆ vocauit, & addidit, ἐν τούτοις προΐσταται τῆς φύσεως. προΐσταται reſpondet illi προϋπάρχει. Quamobrem naturæ ordinem ſic licet contemplari. Semen imperfectiſsimum, quia totum in potentia. Altera ex parte actus,cuius ſectiones multæ.prima ſtatim à ſemine Taleæ. infranis enim. Deinde brachium. Tum ſtipes ſine radice. Inde radix mutila. Poſtremò radix formata. Etiam ſeminibus ineſt ordo. Nam floſculacea quędã ſunt, quæ ſenſibus nihil promittant. Et Gummi potes in primo ſtatuere loco. Dubitari poteſt vtrobi parator natura in Bulbaceis,an in Caulibus ſatis. Nam ſi vtrobique vitale principium, argumentũ non nitetur, niſi quatenus oſtendet alterum operoſius. Vtrum igitur operoſius, caulis an radix? Sanè videtur radix eſſe præſentius vitæ inſtrumẽtum. Apparet id ex more Naturæ. Deletis nanque Caulibus vniuerſam ſtirpem reſeruat in radicis theſauris. Præterea cùm calor vitalis potius appetat aſcenſionem,facilior videtur ſtipitis ab radice generatio ſurſum elatis,atque à Sole euocatis ſpiritibus,quàm radicis à ſtipite deorſum. Neque generatur alia ratione radix ſub terra pacto ſtipite, quàm ſupra terrã rami. Hæc animi gratia: vt ſemper aliqua noua commentatiuncula ſtudioſorum animos exercitaremus. Nota loquutionem, προΐσταται τῆς φύσεως in ſecundo caſu: ſic Attici δός μοι χρημάτων,ſubintelligitur τί. Sic Itali, Galli, Hiſpani loquuntur. Quę ſequuntur,nihil aliud quàm repetunt ſuperiorem ſententiam:prius operam poni ad radicum generationem: poſtea ad germinã-
C dum. ὅσα δὲ κατὰ τὰς ἰδίας. Hoc capite,cùm inſitionum facilitatem comparet ſecundum partes arborum,vt vidimus,ad crementa capienda, & adipiſcendam germinandi facultatem: nunc alieno ſanè loco ab incrementi ratione capta occaſione de eius quaſi principiis quibuſdam agit,excutiendo Democriti ſententiam. Alieno,inquam,hæc loco tractantur hinc ſanè, quia pertinent ad affectus generis vniuerſi ſtirpium,non autem arborũ tantùm (hæ ſiquidem ſolæ inſeruntur) tantò minus ad inſitionem. Arctiore nanque gyro cohibetur earum natura quæ inſeruntur,quàm ſimpliciter arborum natura. Non enim omnis arbor inſitioni apta eſt. Quærit autem vtrum potius admittendum ſit pro principio, non quidem primo,ſed medio,vnde & medium vulgò dicitur,in-
D crementi. An, vt Democritus arbitrabatur, quibus eſſent recti meatus,eas facilè adoleſcere, propter affluxionis parabiles commoditates: an ex partium potius id euenire diſtantiis, quæ raritas dicitur. Itaque à meatibus vtraque ratio:rectè. Per meatus enim materia diducitur. Meatus affectus duplex,aut figura parietum,aut diſtantia. Vtra commodior ad alimentum tranſmittendum? Videmus itinera flexuoſa longiora. Et eſt definitio mathematica,recta linea,breuiſsima extenſio. Talis ergo ſeries erit, anfractuoſa via,mora commeatus,dilatio tranſmutationis,crementum. Cõparetur cum iis laxitas viarum. Exempli gratia, flexuoſa

flexuoſa laxitas cum anguſtiis directis. Sanè hoc videtur vtilius ad expediendum. Ratio eſt in capacitate & aſsiduitate. Suppeditationis alimenti. Dicit autem hanc naturam ſitus partium, ἰδιότητα. genericam ſcilicet: ideo dixit φύσεις. Quoniam nõ ſtatuitur hoc iudicium à partibus, vt ſuprà, in radice,ſtipite,talea,ſed ab affectibus genericis. Idcirco dixit hanc collationem eſſe γένος πρὸς γένος. ποτέρῳ κατὰ τὰς εὐθύτητας. prior pars quæſtionis ab eo quod alibi vocat εὐθυπορίαν. Quod vſitatius πότερον, hîc ποτέρῳ. Et reſpondent voces λάβοι, ληπτέον. εὔρους γὰρ ἡ φορά. Sententiæ Democriti ratio,à facilitate fluxionis. In alueo recto nullus eſt obiectus laterum. Tales ſunt fluuii,tum propter neceſſitatem,tum propter finem. Neceſsitas eſt vel obiectu corporis firmioris, vel depreſsio loci fluxũ ad ſeſe inuitans, etſi non reiiciatur à rupibus aut aggeribus. Finis duplex,vnus quo diutius aquæ ſuſtineantur. Ab opifice nanque comparatæ ſũt ad hos vſus quos videmus. Alter eſt,vt pluribus locis etiam longinquioribus ſeruiant. Is enim finis primarius fuit,propter quem ſunt flumina inſtituta,atque eis curſus attributus. nimirum vt etiam procul à fontibus hauriremus. Quanquam eſt & alia cauſa, ne ſcilicet ſtantes atque inertes corrumperentur. καὶ ἀνεμπόδιστος. ratio vna hæc, quamobrem ſit εὔρους. Facilitas omnis fluxionis aut eſt in corpore fluẽte,aut propter locum. Corpus fluidum eſt tenue, non lentum: ſiue illud ſurſum feratur ſiue deorſum. Locus re,idem vtriſque tum grauibus tum leuibus,ratione diuerſus. Nam grauibus deuexus dicitur,leuibus ſupinus. Idem ſignificant accliuis & decliuis. Loci conditiones multæ,vt ne anguſtus,vt ne ſiccisſimus. Quippe aqua per ſiccum parietem nõ fluit aſperſa, ſed guttescens pendet. At hæc oportet eum eſſe leuem & rectùm. Omnis enim inæqualitas offenſionem creat. Inæqualitas autem vel eſt in ſuperficie,vt ſcabrities:vel in tractu,vt ſinuoſitas. ἡ φορά. Motus.vulgata vox Philoſophis ἢ μᾶλλον ὅσα μανότερα. Altera quæſtionis pars, quæ à denſitate ac raritate. Verùm aliam quoque accipit conditionem cùm ait, καὶ ὑγρότερα. Non enim ſatis eſt eſſe rara veluti Pumex: oportet etiam eſſe humida. Facetè transferas ad magnos loculos, in quibus non ſit aurum. Oportet vtrunque eſſe, & locum & locatum. Nam omnino humiditas eſt planta ipſa in potentia. Raritas non eſt,niſi commoditas. τὰ μὲν γὰρ πυκνά. ſicut illa εὔρους γὰρ ἡ φορά erant, quæ rationem redderent ſententiæ Democriti,ſtatuẽtis creſcendi commoditatem comparari ἐκ τῆς εὐθυπορίας: ſic hæc reddunt cauſam, quare opus ſit raritate & humiditate. Et probatio eſt à contrario. Accipit quaſi pro confeſſo denſum ac durum, haud facilè promoueri ad incrementum. Nam ſanè quæ ſequuntur,non probant. ea ſunt, πᾶν γὰρ ἔμπυρον τὸ πυκνόν, καὶ ξηρὸν, καὶ πικρόν. Non probant, inquam: & fortaſſe nihil hîc agunt. Quid enim facit hîc amarum & igneum,atque, vt ſemel dicam, falſum? Nam neque igneum omne tale, neque omne tale igneum. Ignis ipſe denſus non eſt. Igneũ

A ſulphur ſpongioſum eſt. Igneum piper, ignea Thapſia,rara. Ignea Canella, dulcis in acrimonia. Amarum Opium,igneum non eſt. Buxus denſa,non eſt ignea. Non ergo probat. Quid? eſtne confeſſum ſicca minus creſcere? Eſt ſanè omnibus agricolis. ὥστε βραδεῖαν. Concluſio. Idem enim in propoſitione demonſtrationis δυσαύξητα: & in concluſione βραδεῖα ἐπίδοσις. θάτερον δὲ ὀλίγον ἐν πολλῷ. Non eſt dubium cùm dixerit de denſo, nunc dicere de raro: quòd & apertè deſignat cùm ait, διὰ τὴν μανότητα. Quæ ergo ſententia hæc? Alterum, id eſt humidum & laxum,parum multo. Id eſt multo tempore parum proficit. Imò verò ὀλίγῳ πολλόν. Non enim eſt βραδεῖα ἐπίδοσις. Itaque diſtorquenda oratio,vt ſit ὀλίγον, δι' ὀλίγου χρόνου,
B πολλῷ αὔξεται. Sic cum his curtis ſententiis pugnandum. καὶ ὅλως ἡ ὑγρότης εὔβλαστον. Aliud quaſi axioma. Nemo nanque huic videtur aduerſari. Dixit τι,more ſuo. Id eſt in ſuo genere. & cauſam adiunxit εὔτροφον. Quia alimentum eſt crementi apparatus. Cui ſi addas εὖ,omnino ad ipſum vſque redundat incrementum. Fundamentum totius ſententiæ illud eſt,materiam oportere eſſe productilem:hoc enim eſt διάδοσις & ἐπίδοσις. humidam igitur. σημεῖον δέ. Argumentum à locis vnum:ab aeris & humoris vſura,alterum. Idcirco dixit copulatiuè, καὶ κατὰ τοὺς τόπους, καὶ κατὰ τὰς φυτείας. Sed ſimul coniungit,an confundit? In apricis atque à vento non vexatis,plus creſcere. Minus enim ſiccantur. Nam ſanè verrit ventus. Hoc per locum. Per humidi fruitionem idem euenire. Frui verò
C humido magis ſi crebræ ſerantur arbores.minus enim ſiccari,quia ſeſe opacant mutuó. Eſt igitur in hac frequentia proportio cum loco non perflato:propterea quòd ſic pote minus perflantur. Itaque ſubdit ex euentu, quod intendebat, εὐαυξῆ. Hoc enim proponebatur,proceriores enim fiunt arbores & exiliores, vt videmus. Deinde addit μανὰ καὶ ὑγρὰ μᾶλλον. hoc pertinet ad probationem illius quod aiebat, τὸ μανὸν εὐαυξές. ἐν δὲ τοῖς πνευματώδεσι. Altera pars contraria. opponit duobus duo, εὐδιεινοῖς ψυχρούς, πνευματώδεις ἀπνευμάτοις. Item φυτείαν μανὴν φυτείᾳ πυκνῇ. Quare deducet contrariũ ἀναυξέστερα, quia dixerat εὐαυξῆ. & πυκνότερα,quia μανά. & ξηρότερα, quia ὑγρά. συνίστησι γὰρ τά. Ratio huiuſce partis poſterioris,cuius
D contraria ratione probetur contraria ſuperior. Quare non commodè creſcunt? Quia frigora conſtringunt. Sané. Quia venti detergunt atque exugunt. Quia denique aer ipſe occurrens omnino aliquid agit. Vbi æquanimitate oratio cõcinnanda eſt. Nam in Borealibus,arbores lætiſſimæ. Non omnes venti obſunt incrementis. Alit Zephyrus:neque obeſt Vulturnus: neque Auſter in Francia:neque in Libya Septentrio. Et illud ab eo eſt animaduertendum,quòd aeri attribuit huiuſcemodi incommoditates. Non enim aer quatenus aer agit id. Quippe is eſt Peripateticis calidus & humidus. Sed vt in exceſſu eſt vel qualitatum,ſcilicet frigoris & caloris, vel motus. Exiccat enim motus. At hæc iam dixit πνεύματα καὶ ψύ-

χ», Vt in ventis præter qualitates etiam motum intelligat. Idem τὸ προσπίπτον designat: Incumbens irruens, accidens, inquit ipse, non sine significationis conditione. Non enim mouet aer hîc sese ex transuersio, sed pellitur, vt videatur accidere, non appellare. Non sanè motus eius naturalis est eiusmodi. ἅμα δὲ καὶ συστέλλεται. Tria dicit, συνίστησι, sistunt. Quia crementum motus est ambitus corporis: Alterum συστέλλεται, contrahuntur. Hoc verum non est, si exactam rei cõtemplere rationem. Non enim minores fiunt arbores. Sed voluit dicere, contractiores esse, quàm futuræ fuissent. Itaque non motum dicit, sed habitum. Tertium, οὐ λαμβάνει τὸν ἴσον ὄγκον. non assequuntur æqualem magnitudinem. Cui æqualem? An aliis quæ sunt minus densæ? ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πυκνὴ φυτεία. Implet hanc sententiæ partem. Quia duo vtrobique iungebat, locum & arborum dispositionem. Itaque etiam in raritate arborum inuenitur etiam densitas, tum crementum potius ad crassitiem quàm proceritatem. Sed omnino turget hîc quæstio; Nam si quod amittitur in longitudine, reponitur in crassitiæ, non videtur densitas obstare accretioni simpliciter, sed huic accretioni tantùm, scilicet quæ paratur in longitudine. Dicendum, τὸ βάθος, hîc non significare dimensionem crassitudinis, sed internas partes. Quæ enim densescunt, ea intus augentur. ἐν δὲ ταῖς πυκναῖς ἀνάπαλιν. Faceta permutatio vocum, ἐν ταῖς φυτείαις ταῖς πυκναῖς, μανὰ τὰ δένδρα: ἐν ταῖς μαναῖς, πυκνά. Sed relationes non sunt penitus eædem: quia in arbore partium situs spectatur propinquarum magis, aut magis dissitarum: in dispositione verò totæ arbores. Itaque arbor rara satu erit densa, & densa satu erit rara. Quia vna relatio est intra arborem, altera est extra. Sic interpretatus sum βάθος internam profunditatem potius, quàm radicem. Plus enim quadrat. φανερὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Cùm probauit à locis & à dispositione, probat exemplo ac similitudine animalium: præsertim hominis. Quæ enim humidiora sunt & rariora, ea facilius crescere. Tales esse fœmellas. Hoc partim verum, partim controuersum, partim obscurum. Puellas celerius incrementa capere, verum est. Item humidiores esse maribus. Rariores esse, non est omnibus confessum. Compacta nanque magis sunt carne. Quòd si solidioribus partibus sunt rariores; eas igitur crescere, cau nem crescere non oportuit hac ratione. Itaque causæ sunt obscuræ. Nanque in fœmella plus humoris calorem vincet. At calor autor est incrementi. Dicendum, caloris esse satis. Eius vim agere in humidum, non illud quidem nimium, sed vberem tamen. Itaque celeres fieri progressu augmenti. Etiam alia subest causa. Opus, in quod intendit, imperfectius est quàm in mari. Ideo in re minus elaborata citiùs expediri. Quamobrem incrementa illa velocia quidẽ sunt: consistunt tamen intra magnitudinem quæ debetur maribus. Atque hæc in animalibus perfectioribus. Nam in magna insectorum parte, maiores sunt maribus fœmellæ. Hæc ita concinnauimus

A consulentes & autoris dignitati, & pudori nostro: vt ἀναυξῆ hunc ad modum interpretaremur. quæ scilicet facilè atque celeriter crescerent, non autẽ quæ proceritatem adipiscerentur. Non enim verum esset quod hîc de fœminis narratur. Quanquam, vt verum fateamur, etiam dubitari possit de hoc: cùm suprà de arborum proceritate, nõ de crescendi celeritate verba faceret, & poneret exẽpla. δῆλον δέ. Procedit argumentis aliis ad probationem. Sumit autem ab arborum genere. Quæ rariora sunt, ea ἀναυξῆ esse. Contraria, cõtrá. Primæ Historiæ dat exempla, Punicæ, Fici, Vitis, sané. Secunda in classe, statuit Palmam, Cupressum, Laurum, Pinum, Oleam. De Lauro fortasse B verum non est. & alibi pro rara censetur. καίτοι τὸ εὐθυπορεῖν. Optima demonstratio. Non omnia εὐθύπορα ἀναυξῆ. hæc est maior propositio. Non igitur esse quit αἴτιον τῆς ἀναυξήσεως τὸ εὐθύπορον. Ἀλλ' ἤτοι πυκνότης. alia conclusio, quę pendet ex illa: nullum densum aut siccum ἀναυξὲς, etiam si sint εὐθύπορα, vt Pinus, Cupressus. ἢ ἄμφω. Ridiculum. Si alterutrum obsistit, quid efficient coniuncta? καὶ γὰρ ἡ ξηρότης ἀναυξής. Sicuti contrarium suprà dicebat, ὑγρότης εὐβλαστον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις. Addit etiam causam aliam, imbecillitatem: talia nanque esse δυσαυξῆ καὶ δύστροφα. Hîc copula pro causali nota est. non augentur commodè, quia non aluntur. Igitur ab accurato Philosopho sic digerentur causæ. Alimentum est ex materia, per formam & in- C strumentum, qui est calor, secundum motus commoditatem, quæ pendet tum à quantitate tum à qualitatibus materiæ: & ab obsequio locorũ per quæ fertur, & à vi attrahẽtis. Arbores ergo, quarũ succus erit ineptus à matrice terra suppeditatus, non alentur. Veluti cum Palustres in sicco, & è contrario. Sic materiam accipiebam. Formam verò cum suis potestatibus, quas ipse designauit sub nomine quod non dixit, per nomen quod dixit, ἀσθένεια. Facultates autem sunt attrahere, immutare, vnire. Quoniam verò frustra conetur attrahere quod non est, quod parum est, quod contumax est: & transmutare quod nimis siccum, nimis crassum: idcirco etiam quantitatis modũ, & qualitates enumerauimus. Motus ergo modus est & à virium modo attrahentium, & ab obsequio suc- D ci, ac præterea à loci ipsius per quem transit opportunitate. Vt etiam angustiæ, etiam anfractus obstent operi, aut differant. Hunc ad modum habes explicatam alimenti rationem. De qua sub Aristotelis signis proprio Libro satis disceptauimus. Nota loquutionem ἕνεκα τῆς ἀσθενείας. deest præpositio, aut χάριν aut ὑπό. Nam tametsi cætera omnia parata habent: tamen nequeunt, quia nequeunt. Δεῖ γὰρ μὴ κρατεῖσθαι. Declarat præter eam quam diximus, & quam dicet, aliam quoque rationem imbecillitatis. Oportet, inquit, vt tolerare queant, μὴ κρατεῖσθαι non superari. Infert μὴ δὲ κωλύεσθαι. Quid est illud superari? cùm prohibetur ab aeris vi surculus crescere: neque resistere potest. Accepit hîc κράδην pro quouis surculo, non solùm ficulneo.

Ἐπεὶ καὶ τὸ εὐθυπορεῖν. Admittit Democriti sententiam: meatuum rectitudinem facere. Non tamen id satis esse: sed opus habet facultate duplici, tum quæ intus operari queat: hæc est κατεργαστική, tum quæ possit séque opúsque suum ab externis impressionibus tueri. Hoc est quod dicebat, καὶ ἀπαθοῦς. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὄφελος. Alius dixisset ἄλλως οὐδὲν ὄφελος. Nihil εὐθυπορία confert, nisi vis adsit. Est igitur aduersariuæ altera pars, altera tacita. Quanquam est rectitudo, tamen absque facultate nihil ad rem.

Lego εὐθύτητος τῶν πόρων, non σπόρων. Et illa, altero duorum modorum. aut enim delendum est ἄλλων, & legendum ἐπὶ τῶν ζώων τοῦτο συμβαίνει: non enim plantæ ζῷα sunt: at ἄλλο est nota distributionis sub genere aliquo. aut legendum ζώντων. Quia ζῶντα sunt plantæ. Et alimentum atque crementum competit non animali, neque plantæ, nisi sub genere viuentis.

Theodorus προϋπάρχει, prægenitum est. posuit antecedens pro consequenti. Existit enim, quia genitum est. Et iam suprà dicebat ἰσχυρὰς. δ' ἔρους ἡ φορά. Agi perlationem facillimé. Equidem extra Græcum codicem non intelligerem. βραδεῖαν εἶναι τὴν ἐπίδοσιν. Hinc lenta huius accessio est. Cuius huius? Huiúsne naturæ siccæ, désæ, amaræ, igneæ? At accessio est eius, quod huic aduenit. ἐπίδοσις, autem est eius quod præexistit. ἐπιδίδωσι nanque id, cui fit δόσις aduentantis alimenti. εὐδιεινοῖς, serenis, fatalis Theodori lapsus. Nulla enim loca serena sunt, nisi vbi non pluit. & opponit his mox ψυχροῖς. At frigidum non aduersatur sereno. Cùm sæpè sic errarit & hîc & in Historiis, ac semel ibi sit animaduersũ, hîc quoque pro cæteris omnibus satis esto. ἀναυξέστερα, minores. Haud malé, plus tamen in Græca voce est. Quippe naturam explicat quæ minus apta sit ad crescendum. ἀὴρ προσπίπτων. Aer occurrens. Appellens, accidens, ad verbum, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Quia, sicuti dicebamus, animal non est de genere plantæ, displicuit Theodoro vox illa τῶν ἄλλων, quemadmodum & nobis. Cæterùm si acutiùs consideremus, non sit auferenda: refertur enim ad ἀνθρώπων. hunc ad modum. Cùm in aliis animalibus, tum in homine. Idcirco est geminata copula, & additum μάλιστα. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα. ἀπαθοῦς, Theodorus παραφραστικῶς. Vim resistendi iniuriæ temporis. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὄφελος, Theodorus totum omisit. Satis est suprà declaratum.

CAPVT IX.

Nonum Caput redit ad intermissas causas generationis, quæ deterior sit è semine, præsertim in mitibus. De Ægyptiis ac Ciliciis Punicis. De seminibus annuarum plantarum.

ΑΠΑΝΤΑ δὲ χείρω. Redit ad generationum comparationem, atque ait è semine quæ prodeũt arbores, degenerare. Non quidẽ omnes. Non sanè agrestes. Earum A nanque naturam imo in gradu esse, & vix posse peius habere. Aere & locis cum succi tum carnis bonitatem comparari. Omnino verò annuorum seminiorum commendationem aut reiectionem ex agri natura prouenire. ὡς ἐπίπαν, quod alias ὡς εἰπεῖν. Contrarium est τὸ καθόλου. ἐν γε τοῖς ἡμέροις. Astrinxit hanc deterioris naturæ conditionem ambitu mitiorum arborum. Nam agrestes nullam habent παράβασιν. Quia infrà earum ignobilitatem nullus est gradus. Pro exemplo huius mutationis in peius, enumerat Punicam, Vitem, Ficum, Amygdalum. Punicam suo semine prouenire non est præter admirationem, siquis ipsius seminis animaduertat constitutionem. Oportet igitur intra ligneum illud etiam medullam esse. Non enim ipsum arbitror pro medulla accipiendum. Amygdalas autem omnes nostras è semine habemus excellenti magnitudine, sapore optimo. καὶ B γὰρ ὅλα γένη μεταβάλλει. Duos explicat modos huiusce vitiatæ conditionis. Vnus est, totum mutari genus. Hoc non declarat hîc, quia in Historiis docuerat è Fici semine non Ficum, sed Caprificũ generari. Quod si ita est, alterutrum euenire necesse est: aut cultu posse mitescere Caprificum, aut non esse verum quod ipse toties affirmat, semen plantis à Natura datum ad speciei propagationẽ. Hoc negabamus in Visco nos, vt suo loco patet: hîc manifestum est, si mutatur tota species. Non enim est generatio vniuoca Dixit autem ὅλα γένη, quia etiam aliquando non mutantur tota, sed affectus aut modus quidam speciei. Veluti quod in secundo Historiarum scribitur, cùm alba Ficus C in nigram, & è contrario mutatur. Alter modus vitiatæ conditionis est, quem designat illo verbo ἐκπιπτοῦσι. Quod sanè hîc non intelligeremus, nisi esset antea in Historiis explicatum. Nam quis comprehendere posset animo, quemadmodum arbor in pappos solueretur? De fructu intelligit, sic enim in secundo. αἱ δ' ὥστε μὴ διαμένειν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀνθῆσαι μόνον ἀφικνεῖσθαι. τούτου δ' αἴτιον ἡ ἀσθένεια τῶν σπερμάτων. Satis leuis ratio: propter imbecillitatem seminum. Sic omnia soluentur dubia. Nam quamobrem perfecti arbores, atque eæ quidem operosiores è semine veniunt optimè? omitto Cupressum: agrestem dicet quis. At Persicus? At Pinus? Quod si ficulnei seminis causetur exiguitatem: at Morus æquè fert exiguum, & tamen non aliter nobis prodit. Itaque necesse illi D fuit explicatiùs edere causam huiusce imbecillitatis. Dixit ergo, κρατεῖται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐπιρροῆς. vinci ac tanquam suffocari succi affluxione. Quomodo? πλείονος οὔσης. Causa est copia, quæ non possit à Natura reduci ad fructuum perfectionem. Igitur sic intelligit, è semine sobolem imbecillam procreari, quæ pensum soluere nequeat. Et sanè hac in probatione proportio quædam est à natura cõstituta. Nam Ficus sua specie non facilè coquit cibum. Quocirca non esse mirum si quæ de semine prouenit, minus etiam valeat conficere. καὶ ὥσπερ ἄκαρπα. Explicatio est illius ἐκπιπτοῦσι. Nam partim ad floris vsque editionem perue-

niunt: partim conformant etiam fructum, sed non perficiunt. Idcirco perinde est ac si nō ferrent. Ratio est in vtilitate finis. Nam si fructus ob esum, & edendo, ii fructus non sunt, non erunt fructus: igitur ἄκαρπα. At fructus figuram præ se ferunt. Igitur non ἄκαρπα. Propterea dixit ὥσπερ. Appellat autem ἐπιῤῥοὴν humoris affluxionem. & τὸ ἐπὶ, significat continuatas subitiones. Vbique vtitur hac voce in simili proposito. & συῤῥοή. Respondent autem inter se, διὰ πλῆθος, & πλείονος. Et expressio est τῆς συῤῥοῆς, cùm dicit τῆς τροφῆς. & οὐ δυνάμενα πέπτειν, valet illud κρατεῖται. Is igitur est ordo. Semen, imbecillitas, κρατεῖται. A quo ὑπὸ τῆς συῤῥοῆς. Quomodo? πλείονος οὔσης. Quid inde? ἀδυναμίᾳ πρὸς τὸ πέπτειν. Vnde sequitur ἀκαρπία. Igitur χείρω τὰ ἐκ σπέρματος. διὸ καὶ θύουσι. More suo applicat historiam. simul ostendit quo vitio degenerent Amygdali. Amygdali & Iuglandis commendatio est etiam à corticis teneritudine. Itaque Tarentinæ celebrabantur nuces: & eiusmodi, aut eædem cognomine Persicæ. Satum Amygdalum effici arborem, ex qua dura producantur Amygdala, dicit hic. Ei rei consulere Thasios inoculatione. Vbi enim adultæ fuerint, oculos nobiliorum eis imponere. προσαυξηθῶσιν, accreuerint. εἴη δ' ἂν τοῦτο. Sic artes propagantur præceptorum atque operū similitudine. Quod in Amygdalis fit à Thasiis, in aliis quoque hoc exemplo idem fieri posse. ὅσα δ' ἰσχυρά. Suprà docuit quæ semina essent valida. Nūc ea dicit posse perferre omnia incommoda, atque ex iis arbores prognatas non degenerare. Tria dat exempla, Palmæ, Pinus, Piceæ. κωνοφόρον, Strobiliferam intelligit. An alia Pinus sit? An Pinastrum excludit? Non potest. Quia Pinastrum nō quit degenerare. Etiam è Macedonia Pini speciē sterilem agnoscit in tertio Historiarum. φθειροφόρον autem πίτυν nullam pingit in Historiis: nec Plinium de ea quicquam memini. Pedicularium interpretor. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ τῶν ἀγρίων. Rectè procedit, cùm minus nota reducit ad magis nota. Posita de mitibus historia, refert ad eas agrestiū naturam. Idem, inquit, de agrestibus censendum. Apponit autem sententiam. Quanquam, inquit, fortasse non habent transitum ad deteriora. Sicut Athleticus habitus apud Hippocratem non habet transitum ad meliora. quod ille dicebat, οὐκέτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι: est enim μετάβασις. Imitatus est præceptorem, qui Naturæ prolapsiones παραβάσεις vocat, vt alibi declarauimus. ἡ γὰρ ἀγριότης τὸ ἔσχατον. Sic in Ethicis duo statuit extrema Philosophus, alterum supra virtutes omnes, quem habitum vocat heroicum: alterum infra omne vitium, quam dicit ἀγριότητα, feritatē. Vt virtutum subiectum sit homo. Supra hominē illud heroicum. Vitiorum subiectum sit homo. Extra hominem feritas. sic in arboribus feritatē quidem esse: at infra eam nihil esse, ἀλλ' ἡ ἀχυλία. Postquam de sua cuiusque natura dixit in specie, nunc ostendit quod innumeris est penè locis repetitum, aeris solisque beneficio conseruari. Conseruari verò vel omnino, vel ad certum vsque tempus. Neque verò solùm conseruari, sed etiam meliores fieri. Hoc per se satis patet. Nam si vel cælo vel loco alieno arbor quæpiam vtatur: inde ad cognatiores translatam conditiones, melius habituram quis nescit? Cùm verò duo sunt in fructibus, substantia quæ futura sit cibus, & sapor qui commēdet, atque etiam sensui appetibilem faciat vtilitatem: vtrunque posuit hîc, pro substantia ἀσπερμίαν, pro succi qualitate ἀχυλίαν. Et dixit πρὸς ἄλληλα, non quòd vnum sit alterius causa, sicut in sexto dicit, odores & sapores mutuò sese sequi: multa nanque carnosa sunt tristissimo succo, aut parum suaui: vt Pepones iniquo loco sati: multa sunt mala carne, succo suaui: vt quæ mania suggimus, eorum pulpā expuimus. Sæpè id fit in Pyris ac Malis. Sed ita voluit πρὸς ἄλληλα, sæpè, non semper. Διὰ τὸν ἀέρα. Optimé. Nanque infrà dicet aerem etiam alere. Καὶ ἁπλῶς τοὺς τόπους. Quare non dixit aerem & locum: sed aerem, & omnino loca? Quia locus quoque in aere est. Quia terræ quoque locus non solùm propter internas qualitates, sed etiam propter cælum talis est. Igitur cùm dixero locum, vtrunque capiam. Ideo dixit ἁπλῶς. Id est sine aeris adiectione. Ἐπεὶ καὶ τὰ ἥμερα. Quoniam hoc differunt mites. An hoc verum est? Excellentiores esse mites agrestibus, quia solo cælóque vtuntur commodiore? Non videtur. Vix vllius mortalis ingenium id eligat loci ad plantas suas terræ mandandas, quod sit æquè conducibile, atque is locus in quo (spontè hoc nasci dicitur) Naturæ consilio prodit stirps. An voluit dicere arte multa corrigi quæ arboribus incommodarent? Exemplum ponit huiusce melioris habitus comparati, tum de loco, tum de specie. In Ægypto, inquit, & Cilicia præstabiliores euasere Punicæ. Hîc ex æquo ponit: in secundo horum librorum addit etiam differentiam, cùm dicit, εἰς τὸ βέλτιον μεταβολή: καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν Κιλικίᾳ τῶν ῥοῶν. Hîc igitur non ponit μᾶλλον: sed tamen ponit ipsum illud, propter quod μᾶλλον est. ait enim, γλυκεῖαι καὶ οἰνώδεις: hoc in Ægypto. Postea αἱ δ' ἀπύρηνοι, καὶ καλλίκοκκοι. Vt in Cilicia præter suauitatem, etiam sint sine ligno, & visenda acinorum specie. Καθάπερ εἴρηται. In secundo Historiarum, vbi etiam pleraque eorum quæ hîc repetit, veluti de Amygdali duritia, & alia. περὶ τὸν πίναρον ποταμὸν, vbi cum Dario conflixit Alexander. ἁπλῶς δ' ὅταν οἰκείαν. Sic suprà καὶ ἁπλῶς τοὺς τόπους. ἐν δὲ τοῖς ἐπετείοις. Altera capitis pars de frugibus & oleraceis, quæ annuo proueniunt satu. Hæc quoque pro locorum conditionibus, sicut & arbores mutari. Non percognosci verò tam commodè, propterea quòd minus diu in terra stent. Igitur minus affici posse. Quare cùm eodem tollantur anno, vix hærere possunt vestigia mutationis. Cæterùm tertio demum anno planè deprehenditur quantum in iis aut laudari aut desiderari possit. Moderatè capiendum est τὸ εὐθὺς hîc. εὐθὺς σπαρέντων. Non enim, statim à satu intelligendum: sed statim à collectis fructibus, qui sanè colliguntur σπαρέντων prius. ὥσπερ καὶ τὰ ζῷα. Animalibus idem euenit, alio licet modo, quia alio quoque modo feruntur. Nanque fruges tertio mutant anno, quia tertio seruntur anno. Animalia in nepotibus mutant, tametsi multis pòst annis: quòd, vt frugibus tertius ille satus, est annuus: ita satus tertius animalibus, tametsi non annuus necessarió. Nanque ne ipsa quidem ἐπέτεια, ab annorum numero, sed à sationum ordine censebuntur. Sunt enim semina quædam, vt in Historiis dictum est, quæ seruantur, vt vetula terræ mandentur. Sic enim magis proficiunt. Τριτογονήσαντα συνεξομοιοῦται. Philosophus in Historiis, ex Æthiope nata alba fœmina, ex albo marito peperit Æthiopem. Ecce similitudine tertiæ prolis auitam speciem repræsentatam. Vbi & res notanda & verba. Nam hæc historia nihil hîc facit. Semina enim non redduntur tertio satu similia primis: sed contrà, cùm videantur nihil mutata primò, mox non multum, tertiò manifestò mutata videntur. Hæc est res animaduertenda: nunc verba videamus. τριτογονήσαντα, actiuum est. Animalia tertio ordine generantia. Est igitur in quarto fœtu mutatio. Quia tertio quæ seruntur anno, quartum fructum edunt. Si igitur ita est, quomodo est συνεξομοιοῦται? Non enim si in quarto fœtu mutatio est, in tertio generante est ἐξομοίωσις, id est egressio è similitudine. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπίδηλον. Quanquam, inquit, præcidat omnem moram expectationis, quantum apparet in ipso primo anno. Videtur enim iam aliquod vestigium mutationis. De momentis, quæ sensu percipi nequeant, satis in libris Physicorum, & in Problematis à nobis est sub Aristotele disputatum.

Legendum ἔν γε τοῖς ἡμέροις, non ἔντε, peculiari Philosopho huic loquendi more. Ἀκυλία. Lego κιλικίᾳ, sicut in locis supradictis. Scribe ὅταν προσαυξηθῶσιν, non autem, vt legitur, mutile. Et καὶ ἡ ἀσαρκία τούτων, non autem συσαρκία, nisi quis arguetur de carne succulentiæ comite.

Theodorus, καὶ ὥσπερ ἄκαρπα γίνεται. & quemadmodum infœcunda copia alimenti redduntur: malé, non enim comparat infœcundis, sed ascribit earum censui. Penè sterilia. Quodammodo. Est enim τὸ ὥσπερ, nota qua moderatur illi voci ἄκαρπα. Non enim verum est esse ἄκαρπα, quæ καρπὸν ferant. Οὐ δυνάμενα πέπτειν, Theodorus, digerere. Sanè & ad coctionem hoc vtuntur Latini. At enimuero aliud est διάδοσις, id est distributio siue digestio. Vt Æneas digerit ceruos in naues. Aliud est à verbo Plautino, digero. Ita etiam in resolutione collectionum est digestio, quia dissipatio. Sipare vetus verbum. Quare Græci διαφόρησιν eodem filo. Διὰ τὸ μὴ κρατεῖν, quia viribus carent. malè causam posuit pro effectu, neque ex fide interpretis. Et sanè hæc distinguenda, vt in Plethora. Quædam enim κατὰ δύναμιν: quædam καθ' ἔγχυμα. Sic hîc, semen suas habet vires, non autem iis caret. Sed est imbecillitas non ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι: sic enim dicit διὰ τὸ πλῆθος. Sic enim doctè omnia pensitanda. Sibi satis habet virium, at non ad copiam. Itaque vires non desunt: actio imminuta est, non propter facultatis detritionem, sed quia obiectum est maius pensum, quàm vt exhaurire queat. Ἐκ μαλακῶν σκληρά. Ex mollibus prædura. Dura nimis vox. Quid attinet excessum addere sententiis Philosophorum compositionum καλλωπισμῷ? Ἀγριότης, ferocitas. Vtinam ne tam sæpe defugeret trita verba vir optimus: commodiore eo vteremur. Nam ferocia est habitus animi, quo ex professo aduersamur consiliis & officiis ciuilibus. Feritas hîc est ἀγριότης. Feræ quot sunt animantes, feroces non sunt? θηριώδης ferox est, & θηριώδης efferatus: vt Aristodemus vir omnium fortissimus. ἀγριότης, hîc agrestitas, quæ opponitur miti atque obsequiosæ naturæ. Est hoc vitium in homine quidam quasi stupor sinister ad ciuilia munera, & rectam rationem. Ferocia verò temeraria propensio ad excessum. αἱ δὲ μέχρι τινός. Aliæ autem statuto tempore. Nequaquam eis statum vllum tempus est, aut præcisum: sed simpliciter dicas aliquandiu. Ὀλίγος ὁ ἐν τῇ γῇ χρόνος. Parum id temporis est. Omisit vocem necessariam, ἐν τῇ γῇ. Est enim mutationis autor terra. Nisi diu sit in terra, non diu patietur à terra. Actionum enim impressiones in temporis tractu sunt. Non ergo mutabitur à terra æquè atque ea quæ diu hæserint terræ: id quod de arboribus dicebatur. Ἀλλ' ἐπίδηλον γέ τι ποιεῖ. Nonnihil indicii faciunt. Præbent specimen quoddam inchoatæ mutationis. Ostendunt rudimenta futuræ mutationis.

CAPVT X.

Decimum caput declarat, annuam germinationem esse quasi nouam generationem. Non esse vnum omnibus tempus. Causam tempestiuæ germinationis in quibusdam esse robur, in aliis imbecillitatem. Humiditatem & mollitudinem ad id plurimum conferre. Quædam contrariis sibi temporibus germinare. Alias concausas adiungendas. Germinandi celeritatem non magnitudine, aut paruitate, aut qualitatibus statuendam, sed commensu Naturæ quodam. Autumnalem germinationem maiori ex parte fruticibus & herbaceis, arboribus minus. Quo tempore supersæ tent aliquæ.

Ἡ δ' ἐπέτειος βλάστησις. De generatione, déque eius modis atque causis dixit: tum de ea quæ fieret simpliciter, tum de ea quæ fieret in aliis, cuiusmodi erat per insitionē. Nūc restat vt de ea quærat quæ fit in aliis, sed alio modo. Eiusmodi est germinatio. Est enim generatio noua. Quæ cùm à natura fiat, insitio ab arte: insitioni germinationem decuit anteponi. Quinetiam cùm plantæ quædam nonnisi in aliis proueniant, vt Lichen, quam vocant Pulmonariā, Muscus, Polypodium, Dryopteris, Hipparis quædā, Epithymum, Viscum, & siqua sunt alia: an hæc quoque hanc ipsam de germinatione tractationem anteferri oportuit. Simul autem definit aliquo modo germinationē: simul causam dat quare de ea scribat hîc. Οἷον δεύτερα γένεσις ἐστί. Sa-

d.

nè est proles parentis: ergo noua generatio. Appellat autem secundam, quia prima est stipitis. Ita vt centesimo etiam anno germinatio sit secunda. Vt magis ad naturam quàm ad tempus τὸ δεύτερον respiciat. vt sit δεύτερος τρόπος φύσεως. Hæc accipienda æquanimitate quadam. Non enim eodem modo gignitur è planta fructus quo gignitur frons. Non quo frons gignitur, genita fuit è semine stipes ipse. Nam semen tota planta est in potentia. Non fit, nisi expressio & explicatio. Ex planta frons oritur, vt pars è toto. Fructus à planta fit, vt ab animali fœtus. Non enim plantæ pars est, sed planta tota in potentia. οὐχ' ἅμα γίνεται πᾶσι. Post naturæ descriptionem digerit differentias. Non omnibus idem germinandi tempus. Quippe ne omnibus quidem sationis atque prouentus tempus idem. Quia secundum anni segmenta, quas ὥρας Græci vocant, aliud aliis. Ideo dixit παραλλάττει, ὅτι ἄλλοις ἄλλος ὁ χρόνος: ἄλλος παρ' ἄλλον. Id adeò, vt quibusdam commodiora sint tempora, quæ contrariis prædita sunt qualitatibus. Addidit modestiæ, more suo, notam σχεδὸν, penè in contrariis. Quia non in excessibus. Nihil enim oritur æstu, aut hyeme sæuiente. Sed hyemis intelligit totam latitudinem. Sunt enim flores hyemales, & autumnales, & æstiui. Hîc sic interpretatus sum ἐναντίαις. At non est sic accipiendum. Non enim ἐναντίον hîc significat temporis qualitatem contrariam plantæ qualitatibus: sed tempora inter se contraria. Adeò nanque aliud aliis esse tempus, vt quædam germinent per æstatem, quædam per hyemem. Hoc tamen verum non est. Nihil enim hyeme germinat, stante quidem: sed abeunte, vt Mandragora. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ καρπογονία. Postquam dixit de vera germinatione, dicit nunc de proportionali. Fructus enim simili modo prodit, quo & oculi, & frondes, & rami. Idcirco fructus nomine suprà vocabat germinationem. Sanè fructuum diuersa tempora perficiendorum, nõ producendorum. At perfectio non est generatio. Itaque illud ὁμοίως minus exactè accipiendum. Et καρποτελεία, differt multum temporibus, vt si Cerasa spectes & Oleam, aut Zizipha, aut Mespila, aut Glandem. At quod ait, καρπογονία, non vsqueadeo latas atque distantes habet temporum differentias. Ὡς μὲν οὖν ἁπλῶς εἰπεῖν. Reddit causam. Pro temporum plantarúmque conuenientia fieri, vt tum germinent plantæ, cùm fuerint nactæ sibi similia tempora. Idcirco dicit σύμμετρον τὴν κρᾶσιν. hîc τὸ σύμμετρον non significat ἁπλῶς, sed mutua relatione inter tempus & plantam. τὸ συν non designat mistorum proportionem atque responsum in crasi, sed respectum terminorum, in quibus est fundata Craseωs relatio. Ταῦτα καὶ τὰς βλαστήσεις. Quia duo dixit βλάστησιν & καρπογονίαν, de vtroque item dicit. Vbi diligentia nostra perspicua est. Ille nanque dicebat καρπογο-

A νίας similitudinem: nos aliquid monebamus de perfectione potius, quàm de generatione. Quod hîc facilè patet etiam ab Autore ipso probari. Ait enim τὰς τελειώσεις τῶν καρπῶν. οὐ μὴν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα. Quanquam hoc, inquit, effatum vniuersale satisfacere videtur quæstioni: non totum tamen ei huiusce rei iudicium committendum est: sed speciatim de singulis inquirendum. Singula hîc τὰ καθ' ἕκαστα, species intelliguntur: alibi indiuidua. hîc statuitur contrà, τὰ γένη τὰ ἄκρα: hîc contrà τὸ καθ' ὅλου. Rectè dixit διαιρεῖν. Est enim partitio ambitus generici in species. Et modestè, suo more, πειρᾶσθαι. Ἔνια μὲν γὰρ ἀβλαστεῖ. Iam distinguere incipit, & sanè per contra-

B rias differentias. Nam quibusdam esse tempestiuam germinationem propter robur, aliis ob imbecillitatem. Hoc sæpenumero alibi quoque profitetur. Nam quæ validæ plantæ sunt, in iis facultas generandi mouet succum ad frondium, florum, fructuum conformationem. Quæ sunt imbecillæ, earum vis non mouet, sed mouetur ab aere ambiente. Robustæ igitur ita mouent, vt iuuentur accessione officii ab aere, foris: aut etiam quæ sunt robustiora, vincant externa incommoda: Debiles contrà non mouent, nisi moueantur. Actus quidem conformationis earum est: at is actus opus habet extimo autore atque euocatore: alioqui propior potentiæ est. Δι' ἰσχὺν καὶ πολυτροφίαν. Duo ponit, materiam scilicet alimenti copiam, & formam scilicet robustam po-

C testatem. Exemplum dat Amygdali & Punicæ. Et addit, καὶ ὅλως τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων. Nam & in historiis & in his libris semper ait, agrestes mitibus antecellere firmitate. Ἔνια δὲ δι' ἀσθένειαν. Quædam verò ob debilitatem, vt herbacea, & annuo satu prouenientia. Καὶ γὰρ ἀνθεῖ πολλά. Explicat euentum ab illa imbecillitate, quia florent pleraque hyeme. Tum ponit τὸ καθ' ἕκαστον, vt erat pollicitus, Anemones exemplo. Quo loco maximè videre vellem quid ex his mihi sentiendum sit. Nam si euocantur aere, hyeme quî possint euocari? Non nego axioma. Aio verum esse, moueri debiles plantas ad functiones ab externa vi. At à calore id fieri aio. Veluti si quis dicat, Violam martiam primis quibusque teporibus e-

D rumpere. Ἀνθεῖ πολλὰ τοῖς τῶν κατὰ χειμῶνα. Hoc debent articulis Græci, vt multa queant mira breuitate non dicendo dicere. πολλὰ τῶν φυτῶν ἀνθεῖ τοῖς χρόνοις τῶν κατὰ χειμῶνα, quæ tempora inter hyberna queant connumerari. φαίνεται δὲ οὐδ' ἡ μηλέα. Quoniam numerauit herbacea: quæreret aliquis, inter arbores, num propter robur Malus anteuertat. Fortasse non, inquit. Hîc enim τὸ φαίνεται non tam statuit, quàm dari petere videtur pro confesso atque sensu cognito. Quæ igitur causa? Quære tu. Nam ille te inuoluit nebula communi, quam non discutit. ἀλλ' ἄλλην αἰτίαν. ἑκάτερα δ' εὐλόγως. Conclusio causas explicans. Tempestiuè vtrunque genus germinat, tum validum, tum debile. Vali-

dum

dum suaui protrudit succi copiam. Imbecillum prouocatur ad protrudendum. Non otiosè posuit τῷ πλήθει. Quia opus habent ea copia qua partim alantur, partim vtantur ad germinationem. Casum tamen non adeò probo. non enim πλήθει προωθεῖ, sed πλῆθος. Copia nanque truditur. προωθεῖ verbo composito, sicut προβλαστεῖ. Respondet enim illi. Vsus sum hîc hoc verbo trudo, non temerè. Est enim trudi, terra edi. Non ignorauit omnium doctissimus Poeta cùm dixit, Truditur è sicco radix oleagina ligno. Ὑπὸ μικρῶν κινεῖται. Non potuit magis explicare imbecillitatem. Nam & addidit δὲ, & dixit ὑπὸ μικρῶν. Quod à paruis mouetur: necesse est etiam minus esse. Sed de Malorum germinatione nihilne afferetur causæ? An non est verum esse imbecillam? In Malo nanque succus multus. An etiam est multus spiritus? Quippe & odoratum ipsum est pomum, & valde flatuosum. Itaque ad ignem positum dirumpitur & sibilat. Notabis loquutionum similitudinem. τῶν κατὰ τὸν χειμῶνα, suprà: hîc τῶν κατὰ τὸν ἀέρα. Μέγα δὲ καὶ ἡ ὑγρότης. Alias assuit causas. humiditatem ac teneritudinem, quæ videntur esse vna causa: duæ tamen sunt. Nam ὑγρότης est in succo, μαλακότης est in corpore. Itaque si sit humida planta, & materiam habet & materiæ facilitatem. Si sit tenera, non est compacta. Igitur apta ad transmissionem in ipso tractu, ad receptionem in extremis, vbi fit germinatio. Ideo mox dicit τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ πυκνὸν εὐδίοδον ὁμοίως, οὐδ' ὕλης ἔχει πλῆθος. Vtrunque tangit: siccum, non habere succi copiam: densum, non habere commodos meatus. Duo notanda. Vnum ὁμοίως. Non ęquè habere transmisionem, quia non omninò carent meatibus: sed meatus nõ sunt similes. Alterum, quia dixit πλῆθος. Non enim est siccum, vt vulgò dicitur, quod humore caret, sed humoris copia. Notabimus præpositionem in verbo προϊέναι, & in verbo προωθεῖ. In προϊέναι locum solum designat: vt qui succus intus hæret, proferatur. In προωθεῖ significat tempus anticipationis, & motum quasi violentum, quia præuenit alias. Et omnino declarat motum antecedentem τὴν προΐησιν. Propellit enim vt germinet. Nec prætereunda cognitio loquutionis, μέγα ἡ ὑγρότης: scilicet ἐστὶν, aut δύναται. Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας φύσεως ἐλέχθη. Hîc φύσις non significat naturam, sed generationem: quia φυτὰ dicuntur φύεσθαι. Ὅσα δὲ ἐν ταῖς ἐναντίαις ὥραις. Nunc rationem reddit earum quę germinant contrariis tempestatibus. Ex Clidemi sententia fieri caloris & frigoris temperationem: vt calida in frigidis, in calidis frigida germinent. Hanc sententiam vt non improbat: sic etiam adiungit quod ipse vocat συναίτιον. Duas ergo concausas addendas putat, ὀλιγότητα καὶ ἀσθένειαν. exiguitatem & imbecillitatem. Ὀλιγότης hîc est μικρότης. Ac ne iis quidem contẽtus, ait καὶ εἴ τι ἄλλο. Sic semper cautè atque prudenter loquitur. An verò paruitas causa sit quare pa-

A rum valeant? Ita sanè quædam, veluti oleracea nonnulla. Quorum exempla ponit ex Portulaca & Cucumi. Non enim prodire ante annuos tepores, quos ipse declarat felici verbo illo θερμημερειῶν. Dicat aliquis, non esse mirandum: frigida nanque sunt & humida. At de Ocymo, quod in eadem causa est, quid sentiendum? Id enim est siccum & calidum. Quid igitur expectat calores? In Ocymo siccitatis comes est duritia. Ea potest germinationem retardare. Idcirco addidit ξυλῶδες. Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λαχανωδῶν. Quasi etiam in aliis sit. Quod ita verum est etiam in multis, vt contrarium non est falsum in aliquibus eorundem speciebus. Lactuca nanque post primos imbres à Canicula durat, nisi maximo vra-

B tur gelu, etiam totas hyemes penè ad ipsum Solstitium. Et tamen frigida humidáque est: nequis inde captet obiectiones. Vtitur enim vtroque tempore feliciter. Sic alia multa. Καὶ εἴ τι ἄλλο. Quid aliud queamus comminisci? Nam eæ suspensæ dubitationes auferunt officii gratiam, quod in docendo præstat. An est peculiaris aliqua natura, vt in Ocymo? ipsum enim nõ tam est debile ad germinandũ, quã siticulosum: Itaq; eget aliquo adiumento, quo consistat sub calore communi calor peculiaris. Εἴς γε δυσχειμερίαν. Hoc ostendit, ea multum pati. Nam si Ianuarii, quod sæpe fit, aut etiam, quod nonnunquam, diebus Halcyoniis erumpunt quædam intempestiuè, impor-

C tunam temeritatem luunt primo quoque legitimo frigorum reditu potius quàm superuentu. Itaque, inquit, εἴς γε. Quæ quidem germinatio diuturnitatem sibi sit vindicatura. Καὶ τελείωσιν. Quasi dicat, si pertinaciùs resistant quin intereant: ac eorum constitutio minus perfecta est. Αἴτιον δὲ. repetit: Causam esse imbecillitatem, quę sit in quibusdam cum exiguitate coniũcta. Quin, inquit, etiam in maioribus nihilo felicior. Nam Cucurbita, cùm & in largitudinem insignem producatur: adeò vt etiam ramis frequentata scandat arbores, atque etiam quasdam vel superet, vel opacare queat: ea tamen tam valida tot progressibus non potest sibi adesse ante calores. Hîc nos de Cucurbita diximus hactenus quoad nos. Nam

D Philosophus hîc adiungit quæ negotium facessant. Opus, inquit, habet etiam eo vigore qui requiritur ab autumno. Hoc nobis sanè incompertum est. Et tamen sic ait, δεῖται & προτείνειν, producere. & πορρωτέρω ταῖς ὥραις, quasi non satis habeat inuitamenta veris, fotus æstatis: sed ὥρας τὸ μετόπωρον. Hoc sanè tum nouum est, tum inauditum huic nostro cælo. Maio enim atque etiam Aprili Cucurbitas habemus ad Popinas. Nisi velit hîc intelligi suam illam τελείωσιν. Sed tamen ante Solstitium siccæ sunt, nedum maturæ: paucæque superstites primo cuique Peponum vestigio. Αὕτη γὰρ δένδρου ὕψος. Rectè de altitudine: ne cætera spectes. hoc de stipite. Auget, καὶ σχιζομένη κλωσίν. Quasi sit crassitiei supplemẽtũ effusio hęc in ramos. Vicarii sanè videtur rami crassitudinis:

quoniam ſparguntur ad latera: At latitudo hæc eſt. Nota verbum ἐπίκηρον: ſæpe nanque vtitur pro imbecillo, quaſi fato obnoxium. hoc enim κὴρ ſignificat. Marcidum, putridum, fragile interpretantur. Heraclitus vtitur tanquam epitheto rerum humanarum: Flens apud Lucianum. Ἀναδενδράς autem quid ſit, apud hunc vnum coniectari potius potui quàm inuenire. Vitem ſcanſilem volunt intelligi: ego Lambruſcam. Ἐπίκηρον autem etiam de Olea infrà: & in quarto.

Καὶ τὰ ἀκανθώδη. Attribuit huic claſsi generatim alia quædam, vt ποώδη. Quæ non eſt mirum imbecilla eſſe, quando continentur ſub priore ambitu ὀλιγότητος. Etiam λαχανώδη dixerat. De aculeatis autem Cinara non differt ſub Autumnum. Nam ante calores aliquando perfecta eſt. Hoc acceptum feratur cultui. Nam Scolymus, qui idem eſt agreſtis, differt. ῥιζοκέφαλα verò cùm multa ſint, aſtringenda hæc ſerò germinandi conditio certis ſpeciebus. Nam Rapum κεφαλόρριζον eſt: at hyeme tota optimum: & ſemen edit primo quoque tempore. Cepe verò ſub autumnum. Narciſsi hîc apponit huius exemplum rei, & aculeatarum Scorpium. Sanè Scorpioides non perfert ſemen, niſi ſub ipſas vltimas arationes. Tiphyon etiam Plinius æſtiuum florem dicit: qui ſit, non dicit. An verò hîc ſpina eſt Regia, & quæ hoc eodem cognomine ſeritur Babylone? Nam illa eadem qua ſata eſt in arbore, die prodit. Mira ergo vis. Vndénam igitur tanta germinandi cunctatio? Atque hæc ita clauſit atque conſtrinxit imbecillitatis neceſsitatibus. At aculeata quomodo imbecilla? An robuſta eſt materia, & ſuccus contumax, facultas oppreſſa? At Bulbacea valentiſſima ſunt. Habent humorem lentum, genitalibus conditionibus vndique munitum. An eſt iis ſuccus nimius? Ἔνια δὲ καὶ μετ' ἀρκτοῦρον. Adhuc porrò promouet terminos huiuſce naturæ. Nam quædam etiam bruma. Sanè multi ſunt flores brumales. Quid igitur? Hæc ſi ſunt robuſta, quare non προανθεῖ? Sin ſunt imbecilla, quare non obruuntur contrariis? An quemadmodum in animalibus, quædam humidis ita gaudent, vt exempta moriantur: alia ſi bibant, intereunt: vt in Libya diximus de quibuſdam: nonnulla vigeant æſtibus: quædam meliùs habeant hyeme: ſic & de plantis ſtatuendum. Atque hæc de vita & bono habitu, quod εὐθηνεῖν vocat Philoſophus. Quid de generatione? Nihilo ſecius. Homo ſemper. Etiam de Lepore idem produnt. De Columbis domeſticis non eſt dubium. Singulis menſibus nouos creant, atque educant fœtus. Maxima pars Vere. Multa æſtate. Halcyones plena bruma. Sunt ex animalibus quæ ter pariant, vt Mulus, vnde Græcis nomen: ſunt è plantis item, vt Lentiſcus, etiam Ciceronis carmine celebrata fœtificatione. Sic igitur dicendum, ignoratione noſtra huius rei ſcientiam comparandam. Latet nos elementorum miſtio: multo etiam magis latent formarum notiones. Ad duo tamen capita cauſam reducẽdam. Quippe aut exceſſus remiſſionem, aut temperaturæ conſenſum. Non quibus cògatur aut circumſcribatur forma: ſed quæ ſint formæ inſtrumenta ad functiones & fines naturales. Itaque frigidiora ſub æſtu. Quæ ſi differant ad autumnum vſque, id vſuueniet, propterea quòd diuturniore opera egeant ad ſummam rei conficiendam. An verò eſt & tertia ratio earum ſtirpium quæ nimio calore reſoluuntur? Iis ergo calor modici frigoris ſuperuentu non ſolùm temperatur, ſed etiam intus cohibendo roboratur. Hoc eſt quod Heſiodus dicebat, AEſtate mulieres in venerem proniores: mares ſolutiores ac minus valentes. Contrà verò tempore contrario. Hæc cùm tantus vir animaduerteret, facetiſsima ſeſe expediuit ratione. Ait enim, Εἴτε οὖν ὕστερα. Vtrum hæc igitur ſerotina, an potius tempeſtiua dicenda erunt? Nam ſi aliarum ortum ſpectes, ſera dixeris. Sin pluuias eas quæ poſt Canem eueniunt, tempeſtiua. Quippe ſicuti verna germinatio pro tempeſtiua ducitur, quoniam præuenit æſtiuas & autumnales: Pari iure & ratione, tempeſtiua fuerit autumnalis germinatio, quæ brumæ tempus atque etiam futurum ver anteuertat. Ratio videretur Sophiſtica, niſi fundata eſſet in eo quòd annus circularis eſt: neque initium habet neque finem. Ideo dixit, γινομένων τῶν πρώτων ὑδάτων. Appellat enim primas aquas perinde atque ineuntis anni. Tum remouet odioſam obiectionem cùm dicit, οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρός γε τὸ νῦν. Nihil, inquit, refert, huiúſne temporis an verni, dicas eſſe aquas primas. Nam Vere ſunt imbres primi ad conſequentia tempora: quamobrem non & autumnales, ad ea quæ ſequuntur vocabimus antecedentes? Quid? Imò verò διαφέρει. Nam tametſi eſt annus ſeſe in ſeipſum replicans ac retegens: tamen eius ambitionis ſunt diſſimiles partes. Neque enim par eſt & æqualis ad opus Naturæ ſigniferi vel deuexus, vel elatus tractus. Et à generationis maxima parte iudicandum. Itaque perfectis frugibus, anni finis ibi ſtatuendus. Erunt igitur ὀψιαίτερα. Ἀλλ' ἐκεῖνο φανερόν. Poſtquam nos iactauit argumentorum ſalo, ſtatuit quid ſentiendum. Neque à magnitudine neque à paruitate cauſarum conditiones accipiendas: item neque caliditate, frigiditate, ſiccitate: ſed à temperaturis, quibus inter plantam & anni conueniat tempeſtatem. Ita ſemper turbulentis diſquiſitionibus decidit cum veritate. Profectò Arabes, quos iſti magiſtelli, quibus oculi dolent, inſolenter inſectantur, commodiùs tribus verſiculis, atque etiam dilucidius docent. Γίνεται γὰρ ἀπαλωτάτη. Hoc vocabulo etiam alibi ſæpe vtitur. ἁπαλὸν enim aerem vocat. Sic, quæ dura fuerit hyems quibuſdam: quæ fuerit aliis æſtas aſpera propter diſſentientia principia: euadet ea nonnullis mollior propter conſenſionem Naturæ. Φαίνεται γὰρ ἅπαντα.

ἅπαντα. Quare non prius germinant? Quia videntur omnia manere propriam perfectionem. Hoc etiam quiuis dicat è plebe minutorum Philoſophorum. Nihil prius moliri Naturam, quàm conducibile fuerit tempus, locus, alię omnes conditiones ad perfectionem. Hoc non quærimus: neque eſt eius cauſa quòd quærimus. Quærimus illud. Quare tempus aduerſarium generationi, ſcilicet frigidum, aptum ſit quibuſdam ad generationem. Τὰ δὲ καὶ βλαστάνει. Corruptus codex eſt: neque quicquam libet diuinare. Nam ſi βλάστησις de ramis tantùm intelligatur, falſum eſt quod ſubinfert: Autumno germinare frutices & herbacea. Sanè omnes plantæ Vere germinant. Quòd autem ſic intellexerit, patet ex ſequentibus cùm dicit, ἐπεὶ δένδρον γε οὐδὲν, εἰμή τι κατὰ τὴν ἐπιβλάστησιν. Si negat arborem Autumno nullam germinare, niſi quatenus ἐπιβλαστάνει, id eſt iterum præter primam germinationem germinat: concedit, Frutices Autumno βλαστάνειν, non ἐπιβλαστάνειν. Hoc autem ridiculum eſt. Quòd ſi de floribus atque fructibus intelligamus, quærendum eſt qui fructus ex Cremiis atque fruticibus erumpat nobis poſt Arcturum. Et fortaſſe quæretur fruſtra.

Theodorus προανθεῖν, præflorere. Maturare florum editionem. Θερμημερειῶν, feruentes dies. malé. Aſtrinxit enim ad Ocymum ſolum. Itaque dixit hoc. At de Portulaca quoque ac Cucumere ſentit idem. Itaque non potuit interpretari τὸ θερμὸν hîc, feruens. Cucumeres enim habemus etiam ante æſtus. Cæterùm maior lapſus eſt in eo quòd σικύαν, Cucumerem æquè interpretatus eſt. Puto calami lapſum. Nam hoc ſexu Cucurbitam ſignificari nemo eſt è triuio, qui neſciat. Et Cucumis non accedit ad iſtam porrectionem quam æquiparat Anadendradi. Hanc Theodorus arbuſtiuam putat Vitem: nos Labruſcam. De re nanque loquitur naturali, non ab arte. Ἐπίκηρον, fragilis: potius languida. Non enim ſarmenta illa fragilia, ſed magis lenta.

Δεῖται παρατείνειν, prorogare cupit: imò neceſſe ei eſt. Deeſt ei totum tempus illud ad perfectionem. Hoc eſt verbum δεῖται, ſua vera ſignificatione. Ἐπεὶ δένδρον γε οὐδὲν. Sententiæ, quæ mihi non placeret, falſitatem perſpicuis verbis apertiorem fecit Theodorus: Arbor nulla penitus autumnum deſiderat. Imò verò Punica, Glans, Olea, Zizipha, Sorba, Corna, Meſpila, Ceratia. Et ipſa vitis haud multum abeſt.

CAPVT XI.

Vndecimo capite perpetuifolia ſeriùs & germinare & fructificare. Quare quædam toto anno fœcundæ?

ΩΣ δ' ἐπίπαν, καὶ καθόλου. De celeritate aut tarditate generationis dixit, ſecundum meatus, ſecundum denſitatem & raritatem, ſecundum teneritudinem & duritiam, ſecundum exiguitatem & magnitudinem, ſecundum temperationem qua plantis cum tempore conueniret, ſecundum genera, vt oleracea, ſpinoſa: nunc adiungit etiam alius generis conſiderationem. Quippe quare perpetuifoliæ plantæ ſeriùs tum germinent, tum fructificent. Cauſam dat, denſitatem & ſiccitatem. Ac præterea ſucco fluxionem. Ergo à materia, à materiæ motu, à motus commoditate. A materia, cùm ſint ſiccæ, ſibi retinent diutius quo habent opus ad alendum. Itaque eæ cauſæ ſunt attributæ, tum iis quæ tota ſpecie ſunt ſterilia, quia ſibi abſumunt: tum iis quæ luxuria fortuita factæ ſunt ſteriles, quod πρότερον ſuo loco dictũ eſt. Omnem enim ſuccum quem fructui dependere debent, auferunt in germina. Hæc à materia. A materiæ motu, cùm dicit paulatim affluere, non autem collectum pleno impetu confluere. A motus commoditate: cùm dixit πυκνότητι. Per anguſtias enim minus facilè tranſmittitur. Et ſanè viſcidior τῶν ἀειφύλλων ſuccus, vt minus habilis ſit ad motum. Duas coniunxit voces, ἐπίπαν καὶ καθόλου, non ea neceſſitate quæ ſtatuitur in primo poſteriorũ, & in primo priorũ, ἐν παντὶ εἶναι, ἐν ὅλῳ εἶναι, κατὰ παντὸς λέγεσθαι, καθόλου: ſed ſimplici oratione. Quaſi dicat, in toto ambitu generis τῶν ἀειφύλλων, vniuerſalem naturam contemplando, non autem habendo rationem vnius aut alterius: ſi qua ſunt quæ ſeſe aliter habeant. Ὀψιβλαστότερα καὶ ὀψικαρπότερα. Vtrunque deſignauit, quia alterutrum in multis eſt. Morus citò frondet, ſerò fructum edit. Amygdalus prius edit fructus veſtigia quàm frondium. Καὶ διὰ τὸ συνεχές. Addit & tertiam cauſam. Perpetuò in frondes abſumi aliquid alimenti. Eſt igitur hæc auerſio atque interceptio. Dixit διαλομένης, quia dicitur διάδοσις, & ἀνάδοσις. Οὐ γίνεται δὲ ἀθροισμός. τὸ δὲ hîc, eſt οὖν. Cùm perpetuò diducatur aliorſum ſuccus, non poteſt ſucci collectio fieri. Ὥστε παρορμᾶν. Vt cogatur deinde erumpere. ὁρμὴ eſt impetus: παρὰ, ab iis ſedibus in quibus ſuccus conſedit. Ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὥρας οἰκείας. Commodè conſideranda vox οἰκείας. Nam etiam in quibus fit collectio, impetus ille fit à conſtituto Naturæ tempore. Κινεῖται τὸ καθῆκον, mouetur quod opus eſt. Portionem illam ſucci fructibus debitam, quaſi ex officio καθῆκον ſcitiſſima voce appellauit. Σπάνια γάρ. Ratio quare dixerit ἐπίπαν, non autem καθ' ἕκαστα. Quia ſunt ex perpetuifoliis quædam, quæ tempeſtiuè germinant atque fructificant: etſi rara. Ederam & Rhamnum adducit pro exemplo. Cùm ergo Rhamnus hîc non amittat frondes, ſatis patet quos in ſcopulos impegerint herbarii noſtri: qui præter Galenum & Dioſcoridem nihil canere didicerunt. Non dixit plantam moueri πρὸς τὸ καθῆκον: ſed ipſum καθῆκον moueri, vt figura commendaret orationem. Ἡ δὲ ἰδιότης. Sicut affert obiectionem, ſic obiecti rationem. ἰδιότητα hîc appellat hanc naturam peculiarẽ quæ nõ

continetur illo ambitu maiore. Sic & alibi ſæpe. Quid ſit Idiotiſmus alibi declaratum eſt. Aſsignat autem cauſas ſuperioribus contrarias, raritatem & humiditatem. Hoc non erat ſatis: adiunxit etiam motus autorem θερμότητα. Sed more ſuo pudenter omnia. Nam aut aliquam ex his, aut omnes accipiendas. Ad quod ſi intendamus, neceſſe, inquit, erit primo loco dignoſcere, quæ calida, quæ frigida ſint. Tum ex iis eligere quæ ſeſe pro cauſa gerere queant. ὅσα δὲ καὶ πᾶσαν ὥραν. Altera capitis pars de iis quæ toto germinant anno. Sūt, inquit, quæ toto anno tum germinant, tum florent, tum fructificant: ſicut Malus Perſica, quam Medicam diximus alibi. Hoc in genere magna excitatur dubitatio: quæ aut excludit omnes cauſas ſuperiores tanquam falſas: aut ſi veræ ſint, non ſolæ ſufficiant: ſed ad eas aliæ ſint excogitandæ. Obiectio eſt. Suprà dicebas, à plantis expectari conueniens tempus: optimé. Idcirco quædam autumno, quædam vere excitabantur: aliæ alio tempore. At quæ totum annum in opere eſt: quomodo per vnam temperaturam binis poteſt contrariis conuenire? Alia dubitatio. Cùm vna ſit arbor: qua ratione diſsimiles inter ſe fructus edit? Ad primam tantùm reſpondet. Similem eſſe naturam ſuperfœtantibus animalibus. At hoc non explet. Non enim mulieris ſuperfœtationes à temporum natura pendent. At à temporum natura pendent arborum fœtationes. Ideo mox porrò quæret. Ad ſecundam dubitationem nihil. At multis plantis euenit, vt diuerſa gerant folia, Scabioſæ, Querculæ minori, Agrimoniæ, Ricino, Serpentariæ, Staphyſagriæ. Item fœtus. Nam Corylus & nuculas edit, & racemos ſquammatim coagmentatos. Quercus verò plurimos, glandem, gallam, cachryn, alia. Priorem autem quæſtionem ſic ſoluemus. Optimè temperatam plantam tum omnibus exceſsibus reſiſtere, tum omnibus temperaturis conuenire. Etiam ſecunda quæſtio præbet materiam ſoluendæ primæ. Nam ſi verum eſt, diuerſos edere ſubinde fructus Malum Medicam: non erit mirum conſumpta certos in fructus priore materia: quaſi ſecundariam manum ex alia noua nouos fructus alius ideæ in Naturæ ſcenam dare. Poſſe verò diuerſos edere fructus eiuſdem rationis eſt, ac ſi quis quærat cur eodem in fructu partes non ſint eædem. Cauſa eſt ſucci diuerſitas, & poteſtas multiplex. Eſt enim anima ſubſtantia ſimplex & vna: poteſtate multiplex & multa. Itaque perfectior anima etiam contrariorum motuum autor eſt. Quemadmodum ergo poteſtas eſt generandi corticem, frondes, ramos, flores, fructus, medullas, tegmina, pulpas, ſemina: ſic varias fructuum formas edere poſſe non eſt abſurdum. Flores etiam duarum ſpecierum gerit Caryophyllata. Sic & Cucurbita, quoſdam ſteriles, quoſdam fœcundos. Sic Spinachia & Cannabe, ſemina edunt figura non diſsimilia, facultate difformia. Nam ex aliquibus exit mas, ex aliis eiuſdem plantæ fœmina. Sed & Maiz Indicum duas gerit florum facies. Hinc igitur habemus & exempla & cauſas. An verò verum ſit quod hîc ait, Medicam Malum diuerſos ferre fructus? Sic enim ſcribit, οὐδ' αὐτὰ αὑτοῖς ὁμοιοβλαστάνει τὰ γένη, καὶ ὁμοιοκαρπεῖ. Nam nobis neque Arantium, neque Citrium, neque Limonium diſsimiles fructus edit in eadem arbore. In diuerſis verò ſpeciebus quid mirum? τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν ὁμογενῶν ἀξιοῦμεν: Id eſt non aduerſatur opinioni hominum, quia variæ ſunt ſpecies differentiis ſeparatæ. Ideo dixit ἀξιοῦμεν. addit καὶ ὁρῶμεν. Ratio & ſenſus mutuò ſibi ſubſcribit vterque. At in quarto Hiſtoriarum hic idem autor, vbi & Perſicam vocat & Medicam, nihil de fructuum varietate: ſed de floribus tantùm diuerſæ naturæ. Quidam enim fœcundi: quidam ſteriles. Fortaſſe viderat, aut ab eo qui vidiſſet audierat hoc, quòd eſſet per inſitionem, non autem per connata principia. τὸ μὲν οὖν πάθος. Nota loquutionem. Non enim affectus eſt ſimilis animalibus ſuperfœtantibus: ſed ſuperfœtationi animalium. Verbum autem hîc πλάγια, negotium faceſsit. Si quis ita ſit auſus interpretari, vt dicat, Primam fœtationem eſſe rectam, ſicuti dicimus in cognationibus: ſuperfœtationem eſſe lateralem, quia in affinibus cellulis fiat: non repugno. Acumen non improbem: coactum ſenſum atque extortum non probem. τοῖς μὲν φανερά. Similitudo eſt in ſucceſſione: differentia in eo quod in animalibus eſt manifeſtum: in plantis non. Manifeſtus quidem effectus in vtriſque: cauſa latet in plantis, quia ſexus ſunt confuſi, quemadmodum diſceptauimus in libris iis qui falſò aſcribuntur Ariſtoteli. τοῖς μὲν φανερά, quia palàm coitus videtur: τοῖς δὲ λόγου δεομένη, quia ſenſu non percipitur, ratiocinatione deprehendenda. Dicit enim ratio, fœtum alium ſuper alium nouum nouo ſemine conſtitui. Τὰ μὲν οὐχ' ἅμα λαμβάνοντα. Explicat cauſæ perſpicuitatem in animalibus. Nō enim, inquit, ſimul concipiunt, neque ſimul edunt: quia non totum ſemen excipiunt extrinſecus intrò ad fœtationem, & ad ſuperfœtationem, ſed particulatim. At plantæ, quando paratum in ſe conceptum ſimul habent: quare non habent præſto ad fœtandum? Dicit ἀρχάς, quia maris ſemen aut eſt totum principium generationis, aut potior pars. παρ' ἑτέρων, foris, à maribus. Init enim mas hodie: poſt dies aliquot vel idem, vel alius. οὐδ' ἴσως εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, quia multæ ſunt in quibuſdam matricibus receptacula. Itaque non impedit altera alteram conceptionem. Dixit ἴσως, propterea quòd non in omnibus matricibus tot ſunt ſinus quot fœtus. Satis patet in Piſcibus. In quibus cùm ſint δίκεραι: tamen infinitos in ſe continent penè fœtus. Et in muliere ſepteni fuere. Quanquam hac ratione fortaſſe plantæ non ſint animalibus diſsimiles. Non

Non enim in eundem locum fœtus materiam cōcipiunt. Et laxior eſt earum in hoc natura. Matrix enim latiſſimè fuſa. Commodiùs ergo res conficietur. Οὐδ' ἅμα κυΐσκεται. Ideò non ſimul edunt Lepores, quia non ſimul concepere. Quæ namque ſimul concepere, ſimul edunt. Hoc eſt, quod dicebat: εἰ μὴ ἅμα καταλάβοι. Et addit καθάπερ. Quia eſt ſimilitudo. Sicut omnes fœtus ſemel concepit: ſic ſimul edit. Verbum ſignatum, καταλαμβάνειν. Hic codex obſcurus ob menda. τῶν δ' ἀλλὰ τί ἡ βλάστησις. Haud facilè, inquit, explicari poteſt: quamobrem in iis non fit ſimul editio: ſiquidē fieri ſimul videtur conceptio. Non enim quicquam principii foris nanciſcēdum eſt. De hoc aliquid diximus: dicamus item. Non ſimul edere: quia ne cæteræ quidem arbores ſemper edūt. Eſt igitur opus apparata materia. Ergo ſi tota non eſt parata: nō edetur tota. Paratur autem tēpore, vbi facultas viget: fit opus in opere. Itaq; etiā biferas arbores habemus. Quòd ſi maximè valēs eſt vis, atque ita vt vel incommoda ſuperare, vel cum iis inire queat aliquā ſocietatem: ſanè eæ perpetuant ſubſtitutione frequenti generationem. Hæc eſt noſtra ſententia. Ipſe aliter cognoſcit. Ἀνάγκη γάρ. Quod & alibi diſputat: attribuit huiuſcemodi mutationem operæ radicum, aut ramorum mutationi. In prima germinatione partem tantùm materiæ ſuſcipi in ramos ab radice tranſmiſſam. Eam coqui tum: quod reliquum ſit, nondum excipi à ramis: nondum coqui. Id poſtea fieri. Ideò dixit, ἐξ ὧν: vt partem indicaret. Hæc eſt igitur vna ex cauſis, quam ex præceptore cuncti Peripatetici vocant, ἐξ ἀνάγκης. Alteram autem quam dicunt, τὸ οὗ, id eſt finem, ipſe hîc ſe ſcire negat: ait enim, τίνος ἕνεκα, οὐκ εὔλογον εἰπεῖν. Animaduertendum quare dixerit, διὰ τί, καὶ τίνος ἕνεκα. Idem namque videtur eſſe: & turpe eſt Peripatetico nugari. Deterruit ergo tantus vir nos humiliores ab huius cauſæ diſquiſitione: qui ſibi non facilè patere illius rationem profiteretur. hoc enim eſt, εὔλογον. Videtur tamen eadem eſſe cauſa, quæ in aliis fructificationibus. Omnis fructus habet ſuum finē, vel propter ſe tantùm, vel etiam propter aliū. Propter ſe, vt propagetur generatio: propter alium, vt ad vſum animalium, vel in cibos, vel ob medicamenta. Iidem Medicæ Mali ſuperfœtationi fines: non quatenus ſuperfœtatio eſt: ſed quatenus fœtatio. Superfœtatio verò, quia eſt dilatio: non aliū habet finem, quàm opus ipſum. Quod quia non poteſt vno impetu excludere, pluribus exequitur aggreſſionibus. Cunctatur enim, ac ſe ſuſtinet. Quod & alibi nō ſemel dicebamus: interim dum vacant arbores à muneribus, meditari quod expe diturae ſint ad opera futura. Εἰ μὲν γὰρ ἄμπελος. Exēplum appendit Vitis, quam vocat inſanam: propterea quòd non ſuo tēpore parit. Molitur autem fœturam tractu temporis: propterea quòd reliquias ſeruat ſucci: quæ euocentur aduētu mollioris tempeſtatis. Itaque quod ceſſauit, ſarcit ac reponit. Redit autem ad opus inuitata mollitia temporis. Sæpius hac vtitur voce ad aerem, μαλακός. Καθάπερ καὶ ἄλλοις. Quod eſt omnibus cōmune, vt mollitia temporis acuantur: id eſſe huic ceſſanti peculiari adiumēto, non eſt mirum. Infrà quoque dixit, μαλακὸν καὶ εὔδιεινόν, cui oppoſuit χειμερινὸν καὶ σκληρόν. Quia frigus & rigor, affines. Rigidū durum eſt. Nota verbum, ἐπιγίνονται, quomodo cohæreat cum illis, αἱ πρῶται βλαστήσεις. Si ſunt primæ, non ſuperueniunt. Laxè ſané. Sed τὸ ἐπὶ ſignificat fieri quod non erat. Quæ ſequuntur verba de Malo, de omnibus potius accipiantur. ἡ μηλέα τελεογονεῖ, καὶ ἐκπέττει. Si de vulgari Malo intelligit: quid? Nónne ſummo omniū genere decuit pronunciare? Si redit ad Malum Perſicam: rectè dicit, reliquias illis non propterea incoctas eſſe, quia ſeorſum coquuntur. Cæterùm quid infert? διὸ τὸ μερίζεσθαι, ἄλλοτ' ἄλλο βλαστάνειν, ἄτοπον. Quomodo eſt ἄτοπον, partiri fœtus: ſi eſt Medicæ Malō naturali? καὶ ταῦτα ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς. Præſertim ab vna collectione ac theſauro. Sicut vitis inſana facit. Id in ea quidem abſurdum. At in Malo Medica non eſt abſurdum: propterea quòd habet multa momenta ab ipſis principiis ad generationē. Αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδὸν αὗται. Ita ſanè: ſed tam malè digeſtæ, tā perplexæ excuſſæ: vt poſt ſolutiones plus dubitādum relinquatur.

Scribendum, ἀλλ' ὅτι οὐδ' αὐτὰ αὑτοῖς, non αὐτοῖς. Et ἄμπελος ἡ μαινομένη, non autem σημαινομένους Et ὑπολείμματα, non autem ὑπόλειμμά τι. Multis aliis locis puto codicem deprauatum.

Ὡς ἐπὶ πᾶν καὶ καθόλου. Theodorus, ad ſummā. vt in vniuerſum exponam. Rectiſſimé. vt ſummatim dicam, quæ de vniuerſo genere ſentio. Ἀείφυλλα, perpetua fronde cōduntur. κακοζηλία. Non enim frondibus ædificantur arbores. τὸ καθῆκον, quoad liceat. In commentario ſatis ἀξιοῦμεν, volumus: malé. Non enim à voluntate noſtra pendet, Putamus, opinamur. ἐπικυϊσκομένοις πλάγια. Fœtus, qui præpoſterò cōcipiuntur. Non potuit peius. Præpoſterum eſt quod alienum locum occupat in ordine: quod anteuertit, cùm ſequi debet. At ſuperfœtatio ſequitur ordine ſuo: quia pòſt, cōceptus factus eſt: pòſt, fit fœtus. Οὐχ ἅμα λαμβάνοντα παρ' ἑτέρων τὰς ἀρχάς. Theodorus omiſit, παρ' ἑτέρων: ſanè incommodé. Animalia namque concipiunt ex aliis. Sic maris definitio, qui generat in alio. Plātæ in ſeipſis. Eſt igitur formalis differentia ſolutionis. Τὰς ῥίζας μηδαμῇ, μηδ' ὁμοίως ἔχειν. Interpretatus eſt, μηδαμῇ, non vbique verſus. Sanè locus perobſcurus eſt. Nuſquam ſignificat μηδαμῇ. Quomodo nuſquam ſint radices, neſcio. Theodori autem oratio nō ſuſtinet Latinitatem. Vbique verſus, nemo vnquam dixit. Motum ſignificat verſus & verſionem: itaque aut quò, aut vnde: ſunt enim termini: aut quà: ſcilicet in tractu. Ideò dicimus, vndiq; verſus: quoquo verſus, quaque verſus. Τάχα δόξειεν ἂν ἀλόγως δέχεσθαι. Non procul argumento fortaſſis concepiſſe exiſtimaueris. quomodo eſt, ἀλόγως, procul argumento? Non omne argumentum pro ratione eſt: ſunt & non pauca rationi contraria. δέχεσθαι verò dixit, concepiſſe, quia ſequitur illud, ὑγιεινοῦ τοῦ γονίμου.

Υ᾽πολείμματα, reſidua: ex mobili fixum fecit reliquias. Quomodo verò μηλέαν Fraxinum verterit, nemo poteſt vel quærere vel queri. Legit enim, μελία: ſed quàm miſerè, docti viderint. Quid enim Fraxinus hîc?

CAPVT XII.

Capitis XII. argumentum. Quia multa in ſe habet arbor principia, multiplex quoque poteſt opus facere: item diuerſum: quia diuerſa principia. Vnumquódque germen eſt quaſi arbor in arbore: ſicut arbor in terra. Arboribus euenire commoda quædam: quibuſdam propter naturam ſuam, quibuſdam propter loci beneficium. Aliud eſſe ἀειβλαστητικὸν, *aliud* ἀείφυλλον, *aliud* ἐπιβλαστητικόν. *Sicut in diuerſis arboribus diuerſa ſunt fructificandi tempora: ſic in eadem arbore nihil refert.*

ΠΡΟ'Σ δὲ τὸ τὴν αἰτίαν. Tametſi videtur conatus cauſas reddere propoſitarum quæſtionũ: tamen quia perplexè ſimul, & leuiter attigit: de integro prouinciam capeſſit: Quare arbor vna plures fundere fœtus anno toto poſſit, in ſpe floris inchoatos, affectos, perfectos. Prima ratio: multa ineſſe principia. Rationis explicatio: πολλαχόθεν ζῇ. Multa habet principia ad opera: quia multa habent principia ſuæ cõſtitutionis, multa præſidia, multa inſtrumenta. At enim hæc rationis confirmatio eſt admodum tenuis. Radicum multiplex diffuſio communis eſt omnibus penè plantis. Quin multæ profundiores, fuſiores, plures habent radicum partes: neque tamen habent naturam ſuperfœtationis. Omnes à terra ſuggunt: augentur imbribus: fouentur aeris clementia: firmantur ſole. Πολλὰς ἀρχάς. An ſunt accidentalia principia hæc? Nam hoc ab eo quæri poteſt, qui intelligit vnius rei vnum tãtùm eſſe principium? Hîc ſubtiliſſimè dicendum eſt. Internum vnicum eſſe principium primariũ, formam ipſam. Eam regere materiam, atque in eam agere. Quæ ſi eſt vniformis in qualitatibus: ſi eſt vniformis in motu: ſi eſt in ea mediocritate, quæ vnico impetu moueri, vno opere continuato confici poſſit: vnicum fiet opus vnico tractu. Sin materia ſit multa, ſi diuerſiformis, & forma ipſa valens ſit: tunc cẽſenda erunt multa principia: vnum primarium, ſed multiplex: quia materia multiplex. Hunc ad modum ea declaranda fuere: non autem λυπηρόν. Nãque hac ſuperficiaria iudicatione grãdes libros explere poſſimus. Sic porrò deducendum. Si diuerſæ materiæ partes, ergo multæ. Diuerſitas enim cauſa multitudinis eſt. Igitur æqualia non poſſunt eſſe. Eſſent enim vnum. Quia æqualitas in ſubſtantia eſt identitas. Si non ſunt æqualia: ſunt ergo aliis alia præſtantiora. Hæc igitur agent primò: illa póſt. Quare quæ germina, qui fructus ab his pendent, eorum quoque naturam conſequentur. Non ſimul igitur erumpẽt, ſed ordine quopiam, quo & eorum cauſæ diſpoſitæ ſunt. Ideò dixit οἱ πρῶτοι ἀναγκαιότεροι, primi fructus magis neceſſarii. Scilicet quo quiſque fuerit propior cauſam validiorem, potior erit vi ac tem-

A pore. Materiæ autem diuerſitas omninò tam perſpicua eſt, vt penè ſe oſtentet in Quercum, dũ fert Glandem, Gallam, Cachryn, alia. Propterea dixit, οὔθ' ὅμοιοι, οὔτ' ἴσοι. In prouincia Narbonenſi eiuſdem arboris Arancia nonnulla acida, quædam dulcia guſtauimus eodem tempore: quibus nihil decrat ad perfectionem. Hoc quoque materiæ indicat diuerſitatẽ: quæ non æqualiter coqui potuerit. Διὸ καὶ βλαστητικόν. Quænam hæc concluſio, à genere ad ſpeciem? Argumentationis ſeries hæc eſt. Multa habet principia. Iccirco πολλαχόθεν viuit: id eſt, quemadmodum conſtitutionis, ita viuendi quoque principia multa habet. Sequitur: iccirco βλαστητικὸν eſt. Rectè. at nõ hoc quærimus. Omnibus enim arboribus commune eſt vt germinandi habeant poteſtatẽ. Illud quærimus: quare ſic germinet. B Ἐκ τῶν ἀρχῶν δὲ τούτων. Nunc deducit: à principiis iis euenire fructus neque ſimiles inter ſe, neque æquales, neque eodẽ προθεσμίας præſtitutione. Qualitates expediuit: diximus de acidis & dulcibus: de figura non conſtat. An omnia complexus eſt? etiam ſubſtantiam? Nam ſuprà dixit ὁμοιοκαρπεῖ τὰ γένη. De quantitate non eſt dubium. Hoc euenit in omnibus penè arboribus: vt pro alimenti occaſione, ſibi quiſque paret magnitudinem. De tẽporibus tota quæſtio eſt. Hoc expediendum. Habent tamen ſingula cauſæ veſtigium ad ipſum motum. Nam ſi non ſunt æquales: non eandem exigunt motionem. Si non ſunt ſimiles, non habent eundem calorem elementarẽ, qui eſt inſtrumentum formæ ad motum, & generationem. Quòd ſi addamus: etiam τῆς ὥρας, vt ipſe ait, multas habere cauſas: iam verò ſatis patet, C oportere formalem intus ineſſe diuerſitatem. Erit igitur arbor vna, non vna. Nam quod aiebat ſuprà, ſicut & ibi docebamus, οὐχ ὁμοιοβλαστεῖν τὰ γένη. Si intelligit ſub vno genere ſpecierum fructus eſſe diuerſos: hoc omnibus omnium generum ſpeciebus commune eſt: Alioqui non eſſent ſpecies diuerſæ. Sin in eadem ſpecie negat eſſe ſimiles fructus: doceat vbi gẽtium ſit arbor illa Medica, quæ tota Græcia (ſcimus enim) nulla viſitur. Ἀλλ' ὅταν ἢ πλείων. Pro materiæ modo, eiúſque affluxione atque motu, fructuum magnitudinem atque editionem variari. Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν. Non potuit acutiús. Nam ſi arbores locorum diſtantiis ſeparatæ aliter atque aliter afficiuntur ad germinandum: quare non & in eadem arbore alibi atque alibi ſiti rami? Sunt enim in arbòre rami: quemad-D modum arbores in terra. Sic etiam ſuprà dicebat de inſitionibus. Surculum eſſe in matrice arbore: ſicut in terra arborem. Μὴ ἅμα δέ. A proportione temporis quod intercedit inter conceptum & fœtum, facit demonſtrationem. Itaque maior propoſitio talis eſt. Fœtus conceptum ſequitur. Minor. Non idem tempus conceptionis, quia non eſt æqualiter parata materia: non eſt æqualiter promota facultas: ergo non erit idem tẽpus fœtationis. Sanè hoc apparet in Gallinis. Nõ enim poſſent omnia oua perficere. Succeſſione conſuluit natura commoditati. Μὴ δ' ἴσης τῆς ἰσχύος.

Non

Non negat æqualem, eandémve eſſe poteſtatem A ſemper ipſi arbori, ἁπλῶς: ſed reſpectu ad materiã. Non enim poteſt vniuerſam ſimul complere: ſicuti poteſt Morus. Ea poſt multã atque, vt aiunt, ſapientem cunctationem tanto impetu propellit materiam: vt & vna nocte floribus tota ſit cooperta, quæ pridie veſperi nullum habuiſſet: & auditus ſit erumpẽtium floſculorum ſtrepitus. Hoc enim etiam affirmare auſi ſunt. Sed & Natura ſibiipſi ſemper conſona eſt. Namque ἀείφυλλα ſerius fructificabant: quia paulatim fieret ἡ συῤῥοή. Sic hîc τὰ ἀείκαρπα, ſuſtinent dilationem, atque operæ repoſitionem: propterea quòd κατὰ μέρος, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως fit ἡ συῤῥοή. Ἔτι καὶ ἡ θέσις. Adiungit principium externum. Cùm partes arboris non æquè proſtẽt Solibus: non æquè in omnes partes euocabitur materia. Quæ ergo aliorſum ſpectabũt: eæ ſeriùs excipient ſuccos ad fructificationem. B Itaque in agriculturę libris vites vergũt ad ſeptentriones, palmites ad Solem. Valet hoc addiramẽtum principii huius externi: quia ſubſunt interna principia naturalia. Nam in aliis arboribus hoc nihil eſt. Non enim fit propterea, vt aliis alii fructus anteuertant. Ὥσπερ γὰρ καὶ ὅλων. Sicuti ſuprà æquiparabat plantis totis ramos ſingulos: ſic hîc plantarum totarum ſitum cum ſitu partium ſingularum. Nam ſi locis tepidis priùs germinant quàm gelidis: quæ pars arboris apricum ſpectabit cælum: ea ſuſtinebit maturioris prærogatiuã generationis. Τοιαύτης δὲ τῆς φύσεως. Rectiſſimè, ſicuti dicebamus, ait aeris clemẽtiã cõferre: quia iam ſubſit natura talis. Nõ enim cõfert aliis: quia nequeunt recipere beneficium. Appellauit autem hanc naturam κοινὴν, non quia ſit multis commu- C nis: eſt enim Medicę Mali. & fortaſſe paucarũ prętcrea: ſed quia pendet adhuc in ſuæ naturæ poteſtate, nec reducitur ad actum, niſi aeris vi. Ὀλίγον χρόνον. Vbi ſint interna principia hęc: vbi aeris applicatio: ex eo principiorum conuentu tantùm operæ expediri, vt paucis diebus germinatio abſoluatur. Fit enim (quod requirebat) par ἰσχὺς operi. Apponit deinde à loco exemplum de Ægypto. Et ſubdit: contrariis in locis, ſcilicet frigidis, diutius trahi germinationem. Τὸ γὰρ ὅλον βραχεῖα γίνοιτό τις διάλειψις. Vbi enim ſit materia vberior, & agens efficax, parum temporis intermitti par eſt ad ipſam exequendam germinationem. Hæc ob id adducta ſunt, vt intelligeremus arboris partes ei parti aeris affines, qui aer tepidior ſit, iure vti D naturæ ad germinationis commoditates. Appellat διάλειψιν, intermiſſionem interuallum. Τροφὴ δαψιλής. materia largior: & ſidus tum comes, tum adminiſter caloris naturalis aer εὐκραής. Epithetũ commodæ atque conuenientis temperationis.

Ἐπεὶ καὶ τὰ μὴ φυλλοῤῥοοῦντα. Tantum valere loci ſitũ ob cæli genium, ſatis probaſſe videri poteſt: nunc etiam ſubtexit hiſtoriam. Ficus & vitis ſuapte natura amittunt folia: quibuſdam locis non amittunt: propterea quòd iis in locis humus apta ad alimenti commeatum: aer propitius ad fouendum. Idem eſt hîc δαψιλὴς, quod modò δαψιλής,

A Qui namque ſuccus vber eſt, is ſatis eſt. Eſt autem δαψιλὴς, actu. Semper enim ſolo ſubeſt ſuccus, qui ſufficitur in conſumpti locum. In aliis autem locis neque ſummittitur à ſolo, neque trahitur à calore plantæ, neque iuuatur à ſolis vi. Hoc eſt quod dicebat: aliis retineri folia etiam inuitis locorum difficultatibus, vt in Pinu: aliis locorum beneficio. Illud à forma & temperatura: hoc à loci clementia. Ideò dixit, τοῦτο μὲν οὖν πλειόνων κοινόν. Retentio foliorum multis eſt generibus communis, at non eandem ob cauſam: quibuſdã enim per ſe, vt quibus à forma & temperamento: aliis per accidens, vt quæ fouentur locorum bonitate, aeris obſequio. Διῃρημένων δὲ τῶν φυλλοβόλων. Alterius naturæ communicatio elegãtiſſima. Nam, inquit, eæ arbores quæ folia non amittunt, & tamen fructus ſuperinducunt, ſimilem habere vidẽ- B tur proportionem. Seruant enim aliquid in præſenti, ſcilicet ad alendum: aliquid etiam ſeruant in futurum, quippe ad fructum. Ita demonſtrat analogiã cum Malo Medica. Nobis verò illud quoque addendum eſſe videtur Arbores, quibus cadunt folia, pleræque nónne prius frondes edunt, poſtea verò fructus? Tandem vti tot tantíſque rationibus auferatur miraculum ſuperfœtationis in Medica: (Præſertim cùm, ſicuti dicebamus, apertiſſima talis eſt in Gallinis idea: eæ namque etiam nullo ſumpto à mari ſemine multis diebus multos edunt diuerſis conceptibus informatos fœtus) Iccirco dixit perpetui folii cauſas duas: alteram, διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν: alteram διὰ τὸν τόπον: vtramque διὰ τὴν δαψιλίαν τῆς τροφῆς, propter alimenti ſufficientiam: vt verbo verbum reddam. C Tertio, inquit, loco ponenda eſt ἡ ἀειβλάστησις. Eſt tamen ſecũdo loco, ſi naturam conſideres. Quare verò ſeorſum ſtatuat, dicit: ὅτι τὸ ἀείφυλλον οὐκ ἀειβλαστές. Non ſanè omne, neque quatenus ἀείφυλλον: ſed tamen ipſamet arbor hæc, qua de agitur, eſt & ἀείφυλλος, & ἀειβλαστής: Malus Medica ſcilicet. Ἀλλ' ἐκεῖνα. Proſequitur inchoatam diſtinctionem. Quia perpetuifoliæ ſolùm id agunt, vt ſeruent quod habent: quæ verò perpetuo fœcundæ ſunt fructu, eæ huic ipſi quod nactæ ſunt, addunt inſuper aliud Hoc eſt, quod dicebat, προσεπιφυᾶν. Quid autem ſit illud, ἕτεραν haud facilè docere flexus vocis poteſt. Senſus tamen clarus, atque ſi dixiſſet ἕτερα: ſic enim etiam dixit, τὰ προϋπάρχοντα. & fortaſſe ſic ſcribendũ eſt. Huic etiam porrò aſtruit vltimam differẽtiam, cùm dicit διὰ D τὴν ἰδίαν φύσιν: quemadmodum etiam τὰ ἀείφυλλα erant talia, διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν. Intelligitur hîc ἴδιον in genere ſubalterno non autem in ſpecie vltima.

Τοῦτο δ' ἐν ἄλλοις μέχρι τινός. Duo facit: primùm oſtendit quamobrem ſit ἴδιον illis: quia in aliis ſupergerminatio eſt tantúm. Eſt autem idea quædã ſuperfœtationis. Igitur eadem natura, non tota, non ſpecie: ſed analogia. Simul igitur cauſam explicat, quare non apponendum ſit miraculo, Arancii ſuperfœtatio. Quando ſupergerminatio imago eſt quædam ſuperfœtationis: vtraque enim eſt generatio: at ſupergerminatio ſit in omnibus

post Caniculam. Quamobrem ab eius exortu nō defuere qui nouum inchoarent annum. Idque attribuūt Zoroastro: qui primum tonitruum eum esse iudicarit, qui post exortum Canis excuteretur. Sic etiam Diophanes arbitratus est, cùm vniuersa de anni tempestatibus præsagia constituerit ex Lunæ domiciliis, in quibus illa esset exoriēte Sirio. Et huc videtur adiecisse oculos Theophrastus, cùm suprà disceptare auderet: quæ post Caniculam fructificarent arbores: earum fructus essēntne tempestiui, an serotini. Etenim eo tempore nisi quispiam esset arbitratus, annum initia sua capere: profectò impudens fuisse videretur illa dubitatio. Quanquam non caret aliqua ratione. Videtur enim post illius exortum vniuersus annus in senio esse: quisque paucis diebus non solùm consummatus, sed etiam consumptus sit. Et à nobilissima planta (Triticum dico) non erit plebeium argumentum. Ea namque nascitur haud multis ita pòst diebus: absoluitur haud multis antè. Dixit autem, τρίτον ὥσπερ ἐφεξῆς θετέον. Vt & numerum statuat, & ordinem non naturæ sed cognitionis nostræ. Ἐπιβλαστάνει μὲν γάρ. Quia dixerat ἐν ἄλλοις μέχρι τινός: declarat in eis varietatem. Non enim illum finem quem designat τὸ μέχρι, esse statum omnibus. Nam quædam, sua habent sidera, quasi suarum duces germinationum: Vitis nullum habet tēpus præstitutum. Ἅμα τοῖς ἄστροις, non dixit, quibus: non enim idem tempus omnibus, sicuti neque florum, neque fructuum. Ἄμπελος δὲ ἀορίστως. vitis autem indefinitè. Οἱ δὲ τούτοις μέχρι τινός. Quod igitur non plenè, sed pręcisè dedit hisce natura, μέχρι τινός: hoc non mutilè, sed integrum dedit τοῖς ἀειβλάστοις: de quibus sermo est, & propter quæ tot diximus. Hoc enim est: δι' ὅλου. Quia μέχρι præcidebat tempora. δι' ὅλου tollit præcisionem per totum tēporis ambitum. Quid est, quod dedit? Abundare succo: formæ robur, formæ calorem administrum aeris obsequium, soli præsidium. Itaque dixit, ὥστε καρποφυεῖν, καὶ καρπογονεῖν. Vt non sit μέχρι τινὸς in tēpore, sed δι' ὅλου: vt non sit, μέχρι τινὸς in opere, cuiusmodi est ἐπιβλάστησις, vt præter germina prætereà tentēt nihil: sed δι' ὅλης, id est totam naturā: cuius totū est, non solùm frons, & ramus, sed etiam flos & fructus. Duo namque verba ponit, καρποφυεῖν καὶ καρπογονεῖν: vt φύειν sit rudimentum in flore, cuius imperfectionem suprà designabat hoc verbo, ἐκπεπτωκότα: τὸ γονεῖν autem, sit perficere. Οὔσης δὲ τοιαύτης τῆς οὐσίας. Concludit: Cùm hæc sint principia substantialia: non est absurdum, tales quoque effectiones euenire. Quæ sunt effectiones illæ? vt in eadē arbore quædam perfecta sint, quædam inter florum momenta, quædam in ipsis rudimentis inchoationis, quędam adhuc hærere in vestigiis principiorum. hoc est, quod ait, μέλλειν. Quo verbo sæpius vtitur in hisce libris. Nondum extare, sed esse in Naturæ meditatione, atque cunctatione. Vbi notabis verbum βλαστάνειν, de fructu. Ἐπεὶ περὶ ἐκ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις. Quod suprà dicebamus: Si nulla in planta simul omnia fiunt: quid erit absurdi, aliqua in plāta non omnes fructus simul fieri? Διαφέρει τε τοῖς χρόνοις. Sed inter vnam germinationem, & aliam interiectum est aliquid temporis. Verba sunt corrupta, sensus est: alia mox consequutura. Ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ζητητέον. Postquam visus est, sese expedisse: reiectis obiectionibus, quærendum esse statuit, quænam sit horum temperatio, quæ constitutio. Potuisset etiam quærere: vtrum quòd validæ sint eæ arbores, superfœtent: an quòd inualidæ. Nam quòd validæ: operis multitudo. Quòd inualidæ: operis dilatio atque partitio. Hanc ad quæstionem ita respondendum est. Esse valentissimas: tum perpetuorum argumēto foliorum, tum tantæ operæ, quam in fructu ponit, continuatione. Minus tamen valere, quoad succi copiam vniuersam: posse tamen ea conficere operum successione. Quatuor dicit: τίς, πόθεν, κρᾶσις, σύστασις. Temperamentū est qualitatum discordium concordia. Constitutio est substantiarum, quæ sunt subiecta qualitatum, compositio sub certa forma: ita dicta σύστασις, quia ante generationē, id est momentum illud quo introducta forma, res est id quod est, multi fiunt motus. Forma verò introducta fit quies, qui & status appellatur. τίς intelligit iam factā crasim, iam factam systasim: πόθεν, quærit ex quibus eæ factæ sunt. Partes enim sunt causæ totius materiales in materia, formales in forma materiali. Hæc splendida sanè ac magnifica vbi proposuit, rem æquè ignotā statuit pro sequestra ad huiusce rei iudicium. Ait enim eadem hæc in iis esse, quę sint in perpetuifoliis: nisi quòd fortior est natura. Addendam enim etiam alteram quæstionem: Vnde nactæ sint tantum virium, vt queant adeò copiosum coquere succum. Quòd si in perpetuifoliorum causis æquè cæci sumus: nihilo perspicaciores in istis erimus. Calorē modò quēdam afferunt, & succi copiam: vtrunque vtrique conuenientem. Sanè ostende mihi tandem, quid sit illud (quēdam). Non enim idē Oleę, Cypresso, Taxo, Ilici, Lauro. Et propior est Iuglādis odor Lauri odori, atque etiam sapori, si folium tentes, quàm Oleę: propior Pino Larix, quàm Ilex: Ilici tamen folia manent, & Oleę: Iuglandi abeunt, & Larici. Quid aliud est dicere, lentor & calor quidam: quàm, lentor & calor, quem equidem nescio. Iuuat tamen ita potius nescire quàm quo modo vulgus nescit. Ἔοικε περὶ τὸ παραπλήσιον. Simile dicit, sed χαλεπωτέρως, id est operosius. Declarat quo modo. προσεπιπεπτήν. Oportet huic cognitioni, quam profitemur περὶ τῶν ἀειφύλλων, addere & illā; qua intelligamus in istis perfectam coctionē: eam adeò quę etiam prodire possit, atque apparare generationem. Non satis liquet, cùm dicit, τοσαύτην λαμβάνειν, ad quod referat illud τοσαύτην. Intelliges ὕλην. At hęc non iam breuitas est. Ἡ γὰρ ἐπιβλάστησις. Atque hìc etiam βλάστησιν æquè accipit ad fructum, atque acceperat ad germina. Dicit autē hęc nō necessariò: vt probaret, superfœtationem esse nouam generationē. At quis dubitat? & modus loquendi alienus. Nulla enim est generationis generatio. Quomodo igitur γέννησις καρποτοκίας.

Nam sanè καρποτοκία est, καρποῦ γέννησις. ἐπεὶ τότε πλείους ἅμα. Exemplo alterius speciei confirmat à materiæ contumacia pendere coctionis dilationem. Siquidem Iuniperus non eodem tempore perficit omnē fructum. Δυσαπόπεπτος. τὸ ἀπὸ significat initium coctionis: ita vt eo tractu multa mora fiat propter materiæ difficultatem. Atque hìc quidem finem facit huic disquisitioni causarum. Mihi verò non, vt aiebat, videtur potius quærendum quare non cadant folia, quàm quamobrem cadant. Arbitrādum enim fortasse est: primis naturæ legibus constitutum, ne cadant folia: sicuti ne cadant rami. Namque suorum operum semper intendit conseruationem. Si secus accidat: vitium videtur esse in materia: in qua fit ab aduersariis corruptio. Itaque potius quærendum, quare cadant. Quia frigore consumitur succus, qui in peciolis est ergo fit minor. Corrumpitur. ergo fit ineptus. Supplementa cohibentur, atque repercutiuntur. ergo tollitur reparatio. Coarctatur meatus. ergo prohibetur commeatus. Cadunt igitur destituta folia, & corrupta. In quibus igitur succus frigori quit resistere, non cadunt ea: sed seruāt tenorem perpetuitatis.

Lege: εἶτ', τ' ἐκ τῆς τροφῆς. Et ἕτερα, non ἑτέραν. Et δυσάπεπτος, aut δυσαπόπεπτος, non autem δυσαπόπτωτος.

Theodorus subticuit illa omnia, Διαφέρει τε τοῖς χρόνοις, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα παρ' ὀλίγον τῷ ἐφεξῆς. Contrà, omnia illa verba initio capitis addidit de suo: Pro facultate, quæ in his rebus suppetat. Πολλαχόθεν ζῇ, permultis sui corporis partibus viuit. Non τὸ πολλαχόθεν non est πολλοῖς: neque bene dicat, multis corporis partibus viuere plātam, quæ omnibus viuat, sed significat τὸ ὅθεν τοῦ βίου, vitæ principia. Partes autem non sunt principia generationis. At hìc agit de principiis. Sic addidit & illa: Non paucioribus obtinet. magna audacia. Non enim verum est: partibus totidem fructum ferre, quot viuit. Ita videmus Theodori cincinnos hoc vento disturbatos. Et οὐσίας, Naturæ, interpretatus est, laxè nimis. Nam neque ex fide interpretis, quàm debet: neque ex officio paraphrastæ, quod sæpe profitetur. Natura enim plus est, quam οὐσία. At paraphrastes astringit laxa: diducit cōfusa: explicat connexa: reducit ad species generica. Εὐδιεινῷ, fatali errore, sereno, pro tepido. Cùm tamen complura loca serena, sint aspera: nubilosa mollia, & ad generationem aptissima. Tum addidit de suo, placida. Πρωϊβλαστῆ γὰρ ταῦτα. Hæc enim tum germine, tum fructu præuenire notantur. κακοζηλία in verbo, more suo, addito tēpore maturè germinare. Præueniunt, quæ anticipant tempus à Natura pręstitutum. Σκληρὸν, inmite, rectissimè. Asperum, rigidum. Τὰ δὲ μέλλειν, parturiunt. Non potuit melius. Σύστασις, coagmentatio. Vox Ciceronis. Concretio. Πλὴν χαλεπωτέρως. Præterquam quòd aliam rationem desideret. Non expressit. nisi quòd operosiùs. Quia plus operæ ἐπιτίκτειν, quàm ἀείφυλλον esse. Πέττειν, incoquere: pessimè. Incoquit pullum in aqua coquus. Succum coquit arbor ad fructum.

CAPVT XIII.

Capitis XIII. argumentum. An plantæ partes superiores atque inferiores æqualiter crescant. An inferiores, autumno & hyeme: superiores, vere & æstate. Naturam & artem iacere omnia constitutionum fundamenta. Principales tamen partes aliis præferri: verùm haud magno momento. Vnum esse quod generat: simul omnibus omnia administrari. Concludit: tum subtus, tum suprà fieri accretiones omni tempore.

ΠΟΤΕΡΑ δ' ἡ βλάστησις, καὶ αὔξησις. Primo loco diximus de generatione, secundo de germinatione, quæ sit secundaria quædam generatio. Sanè partiū est, vt illa totius. Nunc noua tractatio de augmento. Est enim augmentum non quidem generatio, cæterùm nō sine generatione: quemadmodū alibi dictum est. Neque generatio fit sine quantitate, neque crementum sine generatione. Generatur enim quantitas noua cum substantia noua. Quoniam verò de cremento satis dictum est in secundo de generatione & corruptione: hìc peculiari instituto quærit per comparationem: vtrum, partes inferiores plus hyeme, atque autumno crescant, quàm superiores: contrà, superiores plúsne vere, & æstate. An per omne tempus æqualiter vtrobique fiat accretio. Vel saltē si non æqualiter, at æquali proportione. Dico, non æqualiter: quia non est verum, radices tam grandes fieri, quàm superna: sed æquali propensione moliri Naturam vtriusque crementa, quod in se est, quantum ipsis futurum sit satis. Ἡ βλάστησις καὶ αὔξησις. Vtrūque voluit cōplecti. Cæterùm non videtur potuisse coniungere. Non enim βλάστησις sub terra fit. Ἢ διηρημέναι τοῖς χρόνοις. contrarium est hoc illi, ἅμα. simúlne, an disiunctis temporibus. Καὶ μάλιστα ὑπὸ τὸ ἄστρον. Cupressus verò etiam mense Octobri ita germinat, vt nouellæ eo tēpore plurimum sustollantur. Τοῦτο δὲ κατὰ λόγον. Ratio huius opinionis. Nam si primo quoque tempore prodit subtus radix: ratio est, vt consequenti tempore superiorum partium crementa compensentur: hoc est quod dicebat, ἐν τῇ πρώτῃ φύσει κατακολουθεῖν. In principio ipsius generationis esse accretionum vices. Verbum κατακολουθεῖν quomodo cōiunctum est cum illis? ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει. Nemo dicat, vlla in re, quę sit prima, vllam esse consequutionem. Non hoc intendit: sed in prima generatione esse hasce consequutiones: vt infernę partes primùm, deinde supernæ sua capiant incrementa. Προϋπάρχειν γὰρ ἀναγκαῖον. Quia radix sit administra cibi: cibo fiant accretiones: cibi administrā primo quoque momento augmētationis constitui necesse esse. Hæc fuit ratio, quæ in animum induxerit Hippocrates existimare, Iecoris generationē priorem esse cordis generatione. Cæterùm ridiculè ali velit, quod nondum viuat. Viuit autem corde animal sine vlla controuersia. Quin ab eodem cor statui membrum primarium: satis ostendimus in exotericis.

Κατακολουθεῖν, τὸ κατὰ significat vices & tẽpora, vt in Hiſtoriis ſæpe vtuntur Græci. ἐπάξεται. Cibus inducetur. Portitorem facit radicem. φανερὸν δέ: Probat, radicem primùm generari, argumento autumnalium ſationum. Ac duo quidem probat: vnum, emitti radicem: alterum, plus emitti radicis quàm germinationis. Sed quod prius erat, poſterius poſuit, illis verbis: εἰ γὰρ ἦν ἄῤῥιζα, ἐσάπη τ' ἄν. niſi radix ſubeſſet: putrefierent. Satis patet in ridicis. Quod autem poſterius erat, priore loco poſuit, illis verbis: τότε γὰρ ῥιζοῦται, οὐ βλαςάνει δὲ, ἢ ἐπὶ βραχύτητι τοῦ ἀέρος. Si ergo radicantur, & non germinant, niſi pauxillulum: ſubtus fit augmentũ. Loquendi verò modus, aut corruptus eſt aut obſcurus. Quid enim ſit βλαςάνει ἐπὶ βραχύτητι, intelligo: quid ſit ἀέρος βραχύτης, nõ intelligo. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο. Etiam à communi ſententia. Nam ſi cõmendantur autumnales ſationes, quòd firmiores futuræ ſint plantæ robuſtioribus actis radicibus: ſanè eo tempore, putant ii plus acceſſionis radicibus fieri. Δι' ὧν καὶ ἡ τοῦ ςελέχους. quia dixerat radices ἀρχὰς: hæc addit. Quomodo ſunt principia? Non ſanè ſimpliciter, ſed inſtrumentaria, ſicut os aut ventriculus in animali. vtrunque enim agere radicem ex Philoſopho docuimus in exotericis. Ideò non dixit ἀφ' ὧν, aut ὑφ' ὧν, ſed δι' ὧν. Ὡς πάγ' ἰθὺς ἀνατρέχοντα. Adhuc oſtendit radices autumno cõpleri: quia ſint autumnales ſationes firmiores. Nam è contrario, quæ minus operæ poſuerũt in radicibus conſtituẽdis: citiúſque impetum cœperunt ad ſuperiorum partium incrementa: ea ita fiunt imbecilla, vt etiam priuentur generandi facultate. Καὶ ἄκαρπα, eſt explicatio illius imbecillitatis. ἰθὺς ſcilicet nondum plena radice. Et τρέχειν, verbum odioſum præpoſteræ præcipitationis: τὸ ἀνὰ, retractionem conſignificat operæ ab radice ad germinationes. Et habet aliquid cognationis cum ἄνω, vt ſuperna deſignare queat.

Καθάπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι. Exemplum feſtinationis. Namque in hortis penſilibus non poſſunt demitti magnæ radices: Itaquè minus ſunt fructuoſi.

Πιθανὸς δὲ καὶ ταύτη. Etiam communi ratione corroborat hanc ſententiam. Videntur Autumno radicibus impendi: quãdoquidem aeris frigore deorſum repercutitur ſuccus. Quæ verò ſubtus ſunt, terra cooperta atque obſepta eo calore, qui de ſuperiore loco depulſus includitur in imo: tum quaſi ad manum habentia alimentum, facilè perfruuntur. Eſt ergo, ἐγκαζόμενα, munita aduerſus aerem, qui ſuo frigore ſupernis, quòd eſſent apertæ, iniuriam faciebat. Eſt, συγκατακλειόμενα ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. Comitem habent accretionis autorem, calorem ipſum. Eo namque ſtipantur pari ſorte concluſo. Hoc denotant, τὸ σὺν, & τὸ κατὰ. Eſt præterea ὑγρότης, eáque non quælibet, ſed τροφή. Itaque προσαύξεται. Et augentur: & ei cremento ſubinde aliud aduenit. Quam verò vocat ἀντιπερίςασιν, adeò nota eſt aliunde: nihil vt impræſentia ſit obtundendum. Circumſtat calorem frigus, atque obſidet. Icirco eſt ἀντὶ, quia contrarium: περὶ, quia cohibens: ςάσις, quia robur: Non enim dimoue- **A** tur. Πάντα γάρ. verba aurea, cùm coniunxit augmentum cum generatione: Neutrum enim ſine altero fit. πάντα γάρ. potius, πάντα ὁμοῦ: vt concludit ex ſuperioribus. Tum hæc concluſio ſit maior propoſitio in vltima demonſtratione. Vbicũque omnia parata ſunt, ſine vllo impedimento ad augmentum, & generationem: ibi erit augmentum & generatio. Ad radicem ſunt hæc omnia tempore autumni. Ergo eo tẽpore creſcit potiſſimùm radix. Σημεῖον δέ. A frugibus argumentum. Frumentum hyeme aſpera, plus agit radicum. Hoc dixit ab agricolis καρκινοῦσθαι vocitari. Quia Cancri retrorſum cedunt æquè, atque procedunt. Ratio eſt in æquali proportione flexionum tractim, ad attractionis & pulſionis vices. Ideò emiſſa ſemel radice ſuccus videtur deberi totus partibus ſuperioribus. At hyemali ſæuitia cùm **B** retunditur atque etiam retruditur deorſum ad radices: eam reciprocationẽ veteres agricolæ Græci Cancritionem appellarunt. Πιλούμενος, ad verbum, ſtipatus. Δυνάμιν καὶ τροφὴν, formam & materiam. Ταύτῃ μὲν οὖν δόξειεν ἄν. Hactenus prima capitis pars cum propoſitione quæſtionis, & rationibus: pro ea ſcilicet opinione, quæ non ſimul vtraſque foueri partes ſupernas infernáſque ſentiat: ſed inferiores prius. Hinc altera capitis pars, docta admodum, ſiqua alia: in qua Naturam ad vtranque moueri partem docet. Ad perſpicuitatem autem, ea figura (quę appellatur tranſitio, quę eſt apud præceptorem plurima: apud Xenophõtem in aſcenſu Cyri etiam odioſa) vtitur. Hæc, inquit, ſunt, quibus aliquis tenere poſſet, cremẽtum non ſimul omnibus diſtribui partibus, ſed quibuſ **C** dam prius. Ideò dixit, μερίζεσθαι. Τὸ τῆς αὐξήσεως: non ſolùm augmentũ, ſed etiam omnes augmenti conditiones. Τῇ δὲ γε πάλιν. Apparatus contradictionis. Modus loquendi vſitatus Theophraſto, ἢ propterea: & τῇ, altera ex parte. Vulgò namque dicimus, τῇ μὲν, τῇ δέ. His quidem rationibus ſuadeatur: his verò diſſuadeatur. Sic hîc, ταύτῃ μὲν, τῇ δέ. Id eſt τούτοις μὲν, τοῖς δέ. Modeſtia Philoſophi, δόξειεν. Sic prætores Romani, in ſententiis: videri vim feciſſe. Repetitio verò verbi lepida eſt. Ἔντε γὰρ τῇ πρώτῃ. Reſpondet ad primum argumentum, concedendo quod ſtatuunt, non totũ tamen. Anteuertit quidem germinibus radix: at id tẽporis perpuſillum eſt: quemadmodũ paruo momento cęteras partes antecedit cor. Nota locutionẽ, ἡ ῥίζα προτερεῖ τῶν βλαςῶν. Et πλῆθος χρόνου, temporis **D** plenitudo. Quia tractus ille qui intereſt inter terminum vnde fit motus, & quò fit, plenus eſt ea menſura, quæ dicitur tempus. Dixit, καὶ τὰ περὶ καρδίαν, id eſt cordis munimẽtum, & arteriæ, quibus vis vitalis diducitur ad partes omnes. Ἁπλῶς γὰρ ὡς εἰπεῖν. Quia potuiſſet aliquis ab artibus iudicio ſumpto ſimilitudinis, opinari Naturæ actiones tractim fieri, ſicuti noſtrę fiunt: omninò tollit hoc de medio. Negat enim Naturam facere κατὰ μέρος, particulatim. Ἀλλὰ πάντα ἀθρόα καταβάλλει). Verbo inſigni vſus eſt ad deſignanda principia: Eſt enim verbum fundamentorum καταβάλλεται, iacit.

Iacit,

Iacit, inquit, omnia ſimul fundamenta. Ratio eſt: **A** quia non aliunde conquirit, ſed ad manum habet apparata omnia. Ideò ſubiunxit: συντελεῖ δ' ἑτέρων ἕτερα πρότερον. Iactis igitur fundamẽtis omniũ, perficit non ſimul, ſed aliis alia priora. Vnde vulgus putet tunc ea quoque priùs inchoata. Pulcherrima ratio. Cæterùm non ſoluit robur prioris opinionis. Nãque vt concedant illi hoc, iaci principiorũ fundamẽta ſimul: quod reliquum dicit, pro ſeſe arripiant: perfici aliis alia priús. At nobis hoc propoſitũ eſt: conſtituta planta vtrę partes priùs perficiantur. Augmentum enim perfectio eſt. Εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ. Quia de augmento vrgemus, concedit, in prima generatione antecedere partes partibus: quaſdam, quibuſdã. At in cremẽto non itẽ. Exemplũ petit ab animalibus: quorum magnitu- **B** do tota ſimul, atque continenti alimẽto augeatur. Hîc ſophiſma eſt. Nam perfecto animali, æquè ſimul omnia membra ſuum quicque capit alimentum. At nondum perfectis, ſed creſcentibus, non æqualis iiſdem partibus fit acceſſio. Patet hoc in iumẽtis & homine, contraria proportione. Infantes enim, vt præceptoris vtar verbis, τὰ κάτω ἔχουσι νανώδη. Creſcunt ſanè deorſum. Contrà, iumenta negant à poplite deorſum creſcere. Quinetiam id nos, qui equitium habemus, facilè obſeruauimus longo vſu (ſtudioſiſſimi namque huiuſce pecoris fuimus.) Poſteriora prius creſcere, præſertim in genere Mulino. Quia ſuprà dixit, κατὰ μέρος ἡ τέχνη ποιεῖ: dicit hîc de natura, κατὰ συνέχειαν, in eandẽ ſententiam. Et duo iunxit, τρέφεται, καὶ ἐπιδίδωσι, aluntur, & proficiunt. Hoc enim eſt accretio, ἐπιδίδωσι. Ideò dixit, κατὰ τὴν αὔξησιν ἐςὶ φανερόν. Eſt ergo κατὰ **C** τὰ συνέχειαν, abſque intermiſſione: quod ſuprà vocabat διάλειψιν. Ἔτι καὶ ἄτοπον ἐςὶ τὸ θρεπτικόν. Sententia pulcherrima verbis mutilis. Abſurdum, inquit, eſt: vim altricẽ immorari in aliqua parte magis quàm in alia. Ratio. Quia diuina quædam poteſtas eſt, διαπλάττειν, καὶ διδόναι τὰς τροφὰς, καὶ διαιρεῖσθαι κατὰ τὰ μέρη τὴν ἐνέργειαν. Scilicet totum in toto eſt, & præſto tum ſibi, tum partibus, quibus operam ſuam diſtribuat. Igitur ſi dat materiã: hoc enim eſt διδόναι τροφὰς: ſi partitur efficaciam operæ ad efficiendum, vt ſuccus fiat cibus: ſi fingit atque conformat iam factum aptum ad figuram & formam ſuſcipiendam: ita tetigit & partes & partium diaplaſin: non ſolùm magnum quiddam eſt: ſed etiam conſultiſſimæ virtutis poteſtas eſt. **D** Quamobrem ſi eſt ἐνέργεια, eſt pluſquam δύναμις. Et ſi eſt in partes diſtributa, & adeſt materia: non differet, quin agat. Axioma eſt receptum: materia parata, agens validum, aptè admotum. Hinc omninò elici actionem. Opus autem hîc eſt acceſſio corporis, quod cremẽtum dicitur. Dixit, ἅμα πως. Quia non ſimul æquè omnia creſcunt, ſed πως, ſuo quicq; iure, καὶ ὅλος ὄγκος. quia dixit omnes partes, addit, totum. Propterea quòd partes augẽtur, vt totum augeatur. Totum enim eſt finis conuentus partium. Et quanquam aliquod totum nihil aliud eſſe dicatur, quàm ipſæ partes: tamen totum naturale omninò eſt aliud quiddam præter partes. De aliis in quinto & ſeptimo metaphyſices ſatis diximus. Ἐπεὶ καὶ ἄτοπον. deeſt verbum: adeſſe, nec agere, ſed otiari. Ὁ δὲ: cauſalis, quippe quód. Διαπλάττει. Confuſè, primum poſuit poſtremum, poſtremò loco ſecundũ, in medio quod primum eſt. Nam primùm dat materiam, deinde efficaciam, tum διάπλασιν. Ἢ πάλιν. Omninò putãdum libros hos eſſe corruptiſſimos. Non enim tam tumultuoſa quempiam vſum eſſe vnquam oratione. Senſus eſt. Si non videntur ignobiliora fruſtrari ſuis actionibus: quãto minus nobiliora? Nobiliſſima eſt vis altrix incorporea, immaterialis. Minus nobilia corporata hæc, exempli gratia, vt ipſe ſtatuit, πνεῦμα καὶ πῦρ. Quòd ignis efficax ſit ad agendum, nemo neſcit. De flatu non eſt dubitandum Philoſopho, qui decimum legerit Hiſtoriarum de animalibus, qui librum Hippocratis. Non eſt quærendum machinariis, non muſicis, non nautis. Igitur ſi τὸ ἐνεργοῦν, id eſt vis actiua, τούτων τῶν σωματικῶν οὐκ εἰκὸς ἐςὶ λωφᾶν καὶ ἀργὰ διατελεῖν: longè minùs τὸ ἀσώματόν τι καὶ θεῖον. Non enim poteſt niſi diuinum quippiam διαπλάττειν. Ἀλλ' ὅταν ἅμα ταῖς ὥραις. Quiſpiam obiecerit. Si tam clara, tam prompta vis eſt: at cur intermitti videmus opus eius, puta hyemis tempore? Hoc quoque mox caſtigabit. At interea reſpondet. Eſto, vim hanc non perpetuò agere, ſed moueri temporibus. Ergo vbi temporibus mouetur, per totum moueri. Totum enim indiget eius ope. Ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν. Magna verborum vis. Si enim eſſent plures autores generationis, alius alio prior aut poſterior eſſe poſſet. At vnus eſſe generans: ergo vnus modus. Non vt dicebat Empedocles, qui partiebatur effectores generationis ita, vt radicis confirmationem terræ mãdaret: ramos attribueret Ætheri, ſeparatis quaſi iuriſdictionibus. Haud, inquit, ita eſt. Sed vna materia, vnum efficiens generationis. Quomodo vna materia? An eadem materia radicis & ramorum? Sanè ex eadẽ aliter atq; aliter ab vno eodémq; artifice variis facultatibus prædito elaborata. Quomodo ἓν αἴτιον generationis? Nónne eſt efficiens: nónne eſt forma? Duo quidẽ autores λόγῳ: at re vnus. Nam forma, quatenus per totã infuſa materiam, facit eſſe hoc quod eſt (εἶδος appellatur & ἐντελέχεια.) Quatenus afficit, mouet, diſponit, cõſtituit, exprimit materiã ſibi pro apto domicilio, eſt ἐνέργεια, καὶ τὸ ποιοῦν. Nã quòd terrã dat radici: id eſto pro materia, qua maiori è parte cõſtet. Sic dices de ramis atque de Æthere. Ὡς ἡ τῶν ὅλων σύςασις μικρά. Verba nõ ſanè cõmoda ad intelligendũ: tamen ita ſatagamus. Si, inquit, id voluit Empedocles, plus vt haberet radix terrę, ramus verò minus (hoc enim eſt εἰ ἐλάμβανε πρὸς τὴν ἕξιν, καὶ τὰς τροφὰς) ſi hãc accepit ſeparationẽ propter habitudinẽ partiũ, & habitudini cõueniẽs alimentũ: ſi inquã, ita ſenſit: ἡ τῶν ὅλων σύςασις μικρά: Non eſt ſeparanda opera magna negotio in multa magnáque temporis momẽta. Paruum erit negotium ad huius rei conſtitutionem. Quòd ſi propterea diſpertitus eſt: vt radici locus imus ſit, quemadmodũ terrę: ramo ſummus, velut Ætheri:

Tunc actiones diuerſis quidem temporibus euenient, nec ſine magnis expedientur interuallis. Aliàs enĩ terra mouebitur: aliàs Æther. Appellauit autem χώρας radicẽ & ramos: quas quaſi in regiones diuiſerit Empedocles. Hæ ſunt huius autoris ſpinæ, non parum ſæpe his in libris à nobis eradicatæ, ſummis quidem difficultatibus, ſed iucũdis: quando iis tam odoratæ roſæ obſepiũtur. Ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ψύχους. Nunc alii reſpondet argumento. Id erat tale. Hyeme par eſt radices creſcere, non ramos: propterea quòd ramorum cremẽta frigore prohibentur. Crementum enim per diffuſionem, frigus cogit & coarctat. Verum eſt, inquit, ita agi cum frigore: at non eſt verũ, propterea partiri naturæ opus. Sed accidit id, quemadmodum etiam cùm haud ſuo tempore interuenit hyems. Tunc enim tametſi tẽpus germinationis eſt: tamen germinatio cohibetur. Nihilo tamen ſecius radix quoq; fruitur demiſſi caloris cõmoditate. Dixit, οὐ ποιεῖ μερισμὸν φυσικόν, non facit naturalẽ partitionẽ, ſed accidentalem. Non eſt igitur tanquam pro lege accipiẽdum. Ἀλλ' ὥσπερ εἰ. Sed quemadmodum etiam adultis contingit radicibus. Si igitur tũc ſunt adultæ non creſcunt. At ne rami quidem tum creſcunt. Exempli gratia in arbore iam perfecta. Si igitur neq; in radice fit opus: quia iam factum eſt: adulta namque eſt: neque in ramis, quia importunæ tempeſtatis frigidæ ſuperuentu cohibentur: non videtur eſſe naturalis illa operis partitio. Nota loquutionem, συμβαίνοντί τινι, ἀντὶ τοῦ συμβαίνοντος. ſubintelligitur, ἔοικε. Καθηκούσης τῆς ὥρας, poſtquã debitum appetiuerit germinãdi tempus. Sicut ſuprà, καθῆκον, debitum tempus. Ἀντικόψῃ, retuderit, ad verbũ. Alibi quoq; vtitur. Hyemem non intelligit hîc ὡραίαν, id eſt ſuis mẽſibus, ſed aduentitiam alienis. Τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν οὐ κωλύεται. Quia dicebant hyeme radices creſcere, ramos æſtate: oſtendit, æſtate neq; ramos creſcere, ſi hyẽs obſiſtat: neque radicem non creſcere, διὰ τὴν ἀλέαν, propter temporis ſtatum. Sed & eas creſcere adacto calore per ἀντιπερίστασιν: & ramos non creſcere. Hoc autẽ eſt per accidens. Ita, inquit, accidere quoque, vt hyeme creſcant radices: rami non creſcant: non propter ſtatam naturæ operis diuiſionem, ſed quia frigore intenſus calor id agat, quod foris ageret, ſi per tempeſtatem liceret. Hæc ratio validiſſima eſt, & confirmatur ſenſu. Si enim tepidę ſint hyemes, aut non intermittitur, aut repetitur germinatio. Quale igitur accidit intempeſtiuo hyemis interuẽtu: tale & vera, legitima, ſtata hyeme. Ita concludet alteram quæſtionis partem veram, & falſam ſecundùm quid: alterã totam falſam ſimpliciter. Falſa ſecundùm quid erit illa Radices hyeme creſcunt, rami non. Verum, inquit, eſt: ſed per accidens, non autem lege conſilióve naturæ. Non enim fit hoc, quia naturæ opus modò huc, modò illuc partiatur. Altera pars falſa penitus eſt illa: Rami æſtate creſcunt, non radix. Quia nihil hîc prohibet. Quare plena manu fundet opes Natura ſuas. Ὅταν δ' ἤδη προωρμημέναι. Cùm igitur vigorem ſuum ſic ſeruauerint, vt im-

A petum capere queant ad ἔκφυσιν, erumpent: amoto ſcilicet aeris impedimento, citabunt, promouebúntque vires ſuas ad germinandum. Ἔκφυσις, effuſio, ad verbum. eruptio. Eſt ergo ceſſatio ab impedimento: non autem operis partitio. Natura enim in ſe habet ὁρμήν. Ὡραίων δὲ χειμώνων. Argumentum ſimile priori, ſed contrarium. Nam ſuprà, hyems erat intempeſtiuo ſuperuentu incommoda. Nunc cõtrà: Hyems ſi commodior etiam ſuo tempore, vtrinque creſcunt plantæ & ſurſum & deorſum. Dixit, ἀλεεινῶν, rectè tepidas. At abuſus eſt verbo, ὡραίων. Ὡραία namque eſt ὥρα ſibi quæque, cùm ſuo tempore venit, ſuis regnat qualitatibus. Ὡραία eſt hyems ſibi, ſi eſt aſpera. His itaque deſtruit illam ſententiam. Hyeme nec creſcere ſuperiora. Quòd ſi & ſuperiora hyeme: vt

B hîc oſtendimus: & inferiora, ſicuti ſuprà dicebamus, æſtate creſcunt: iam non eſt Naturæ diuiſum per vices opus. Quippe ſi non euenit id, per accidens eſt. Si eſſet per ſe, nunquã germinarẽt. Quin ſequentibus verbis validiorẽ efficit aſſertionem.

Ἐπὶ ὅπου ἀήρ. Si quibus, inquit, locis clementior aer ęſt: perpauxillũ remittet de vtroq; opere Natura, germinandi ſcilicet, & radificandi. Ἀὴρ μαλακός, vt ſuprà εὐβλαστής, vt ſuprà εὐκραής, & infrà εὔτροφος. Sed εὐκραὴς erat cauſa, εὐβλαστὴς καὶ εὔτροφος, poteſtates ab ea concretione proficiſcẽtes. Concludit, οὐ μειζομένων τοὺς χρόνους. Etiam hîc more ſuo omiſit quid verborum. Nam quæ ſunt illa μειζόμενα? an ſunt βλαστήσεις? At caſus non conueniũt. An ſunt δένδρων? Parum refert. Ita hæc ſorbenda ſunt.

C Τοὺς δὲ χειμῶνας. Vehementiùs agit. Dixerat, hyeme ramos quoque, æſtate radices etiam creſcere: nũc hyeme vtriuſque partis ceſſare cretionem neceſſariò, ſi Solis calore fit. Nã fieri, patet ex cęli ſtatibus. Igitur ſi Sol ob radiorũ obliquitatẽ nõ fouet radices: eę nõ creſcẽt. Τοὺς χειμῶνας κατέχειν, hyeme radices cohiberi. At & ſuprà, & alibi ſemper canit ἀντιπερίστασις. Itaque non eſt opus Sole: ſi calor deorſum adigatur frigore, οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι. Agricolarum axiomate fulcit ſententiam ſuã. Radices non plus demitti, quàm quãtum Solis calor deſcẽdat. Niſi ſi locorũ laxitate porrò inuitẽtur. vbi tria ponit, εὐδίοδος, μανός, κενός. Duo ſanè ſũt neceſſaria. vt ſit & per ſe peruius, & per accidẽs. Id eſt vt meatus habeat ſuapte natura: & ni-

D hil acciderit, quo meatus ii obſtruãtur. Cæterùm cùm poſuit εὐδίοδος, quare appoſuit, μανός? Quia multi agri ſolidi ſunt, qui tamen hiant. Is ſunt fiſſuris εὐδίοδοι, non tamẽ μανοί. Quocirca grãdioribus radicibus locus eſt: fibræ retundũtur ſoli ſoliditate. Propiùs verò conſiderãda ſentẽtia illa eſt. Radices non profundiùs ſeſe prorogare, quàm quò Solis perueniat radius: niſi locus ſit rarus & laxus. Quid? ſi radicis prolixitas atq; augmẽtũ Sole perficitur, quà laxus locus ac vacuus eſt, ſi Solis radius nõ adiicitur: quomodo eum in locũ immittent ſe radices? Si locus peruius nõ eſt, quid agit Sol? Dicẽdũ radicẽ à forma formalíq; calore promoueri: ſi ſit loci cõmoditas. Sin loci ſoliditas expugnãda ſit: nõ poſſe ab radicis materia, quę etiã nũc ĩ veſti-

gio primo

gio primo eſt conformationis: quare ſolis vi diffindi atque aperiri. Atque ita intelligemus, Solis adiumẽto euenire radicibus prolixitatẽ: autorem tamẽ eſſe calorem naturalem. Alioqui radices omnium plantarũ eodem loco æquè promitterentur: æquè enim demittitur omnibus ſolis vis. Μὴ γὰρ τούτου συμβαίνοντος. Videamus quid velit, deinde quorſum. Niſi, inquit, ita contingeret: iure quæri poſſet quãobrem non augeantur radices hyeme. Quæſtionis ratio. Adeſt alimentum: eóq; maius, quòd à frigore introrſum retruſum ſit. Igitur capient vſu, quod præſto eſt. Ideò dixit λαμβάνοντα. Hæc eſt ſententia. At vnde deducit? Ait enim, τούτου μὴ συμβαίνοντος. Quid eſt illud, τούτου? Nam dixerat, potius eſſe conſentaneum, radices item vt ramos hyeme cohiberi: At hoc ſi non eueniat: non cohibebuntur ergo. Alentur igitur. Quid ergo quęret, quod eſt? Τάχα δὲ καὶ τοῦτο κοινόν. Ait, hoc idẽ de omnibus aliis partibus æquè poſſe quæri: propterea quòd omne viuens alitur. Reliquit nobis illud: ſed ſemper viuit viuens, dum viuit, nulla facta intermiſſione: itaq; ſemper aletur. Ratio vltima, in quam reſoluuntur hæc omnia, illa eſt. In viuẽte ſẽper aliquid humidi carpitur à calore: ſiue ille ſit naturalis, vt vulgò putãt: ſiue, quod mauult Galenus, ab elementari. Quapropter aliquid ſubinde reponendum. Hæc ſic. Quid tum poſtea? Nam quamobrem deflexit orationem à propoſito, cõfudítque nutritionem cum incremento? Τὸ δ' ἐν ὁρμῇ. Plus defatigamur in diſponendis argumentis, colligendíſque ſententiis, quàm faceremus in ſoluenda quæſtione. Iam enim hîc negat, quicquã augeri. Rationis fundamẽtum eſt ex libris primæ Philoſophiæ. Iam enim declaratũ eſt, quod eſt in potentia, non habere actionis vim. Probat igitur non augeri quia tam nouellę, quàm vetulæ plantæ omnes in ipſa ſunt incrementi appetitione. Hoc eſt, πάντα νέα, καὶ παλαιὰ παρορμᾷ πρὸς τὴν αὔξησιν: impetum capiunt ad incrementum. Non igitur augentur, ſi mouentur ad augmentum. Ita ſonant illa, ἐν ὁρμῇ τῆς αὐξήσεως ὄν, οὐκ αὔξεται. Is enim eſt ordo in animalibus, in quo deprehendemus quod ad plãtas attinet. Δύναμις, πάθος, ὄρεξις, ὁρμή, κίνησις, πρᾶξις, πρᾶγμα. Ex quibus aliquot fit σχέσις: multis, ἕξις: vnde promanant πράγματα μετ' ὀρθοῦ λόγου. Eſt enim vis quædam in anima, puta, ad Iuſtitiam. Inde ex obiecto, affectus. Tum appetitus. Poſt hæc inclinatio. At ea motus animi atque etiam corporis aliquando ad agẽdum. Quem conſequitur actio. Poſtremò fit opus: idq; duplex, aut enim dum fit, eſt: aut poſtquã factum eſt. Ex quibus ſatis patet: dum ὁρμῶσι plantæ, nondum augeri. Quemadmodum quoad ὀργῶσι, nondum gignere. Εἰ μὴ ἄρα συμβαίνει. Vides planè ſubſultantem diſceptationem: quòd vitium eſt huic maximè peculiare, vt perplexiſſimè doceat. Iam dixit non moueri, quia ſint in ipſa motus aggreſſione: nunc inuoluit, atque ait: niſi quis dicat, tunc augeri molẽ ipſam: poſtea quę vis effundatur in ramos: quos ὥρα διαγγελῶσι explicet germinãdo. Hunc ſermonis leporẽ ſæpe videmus in hiſce libris: cùm tempus anni clemens ri-

A dere dicit. Τοῦτο δ' οἷον γένεσις. Quemadmodum ſatis patet, germinatio generatio eſt: & ſuprà, dicebat ſecundam eſſe generationem. Si ergo materia euſque ſeruata eſt: ſeruata fuerit etiam incremẽti. Hoc eſt quod dicebat, κύοντα κατέχειν, & ἀποτίκτειν. Cæterùm hac ſententia fouebit, priùs inferiora creſcere. Sed ſemper tuebitur clypeo priore: quippe & iã dicebat, ὥρα διαγγελῶσι: & nũc ἅμα τῇ ὥρᾳ: vt nõ Naturæ lege fiat accretio diſpertita: ſed Naturæ lex partiatur per accidẽs à tẽporibus: quorũ mutatione cõmutentur etiã incrementa: ἔχουσι γὰρ δύναμιν. Quia dixit generationẽ eſſe germinationem: agnoſcit eius principia in ramis. Quare etiã incremẽti principia obtinere putãdũ eſt: Ac quemadmodum ab anni tempeſtate citantur ad generandum, ab eadem iuuabuntur ad creſcen-

B dum. Duo dixit, ἀρχὰς ζωτικὰς: & διαθερμαινόμεναι vt principium ſit internum: iccirco dicebat modò, πάντα γὰρ τὰ νέα, καὶ τὰ παλαιὰ παρορμᾷ: adiumentũ autem ab aere. Si igitur eſt illud vbiq; principiũ: vbique opus fiet, non autem per vices. Cùm verò continget, vt aer vel ſupra terrã, vel ſub terra partes moueat, earúmq; facultates: eorſum principia quoque illa vires intendent ſuas. Id adeò: vt etiam cùm rami abſciſſi nullã emiſerint radicem, tamen germina fundere ſoleant. Eſt igitur intus neceſſariò principium germinandi. Eſt prętereà neceſſarium intelligere: non neceſſariò radices prius conſtitui primoribus incremẽtis, ſed tenui exiguóq; duntaxat momẽto ad plãtæ fundamentũ: ſicuti ſuprà dicebamus. Hoc eſt quod dicebat: καὶ μὴ ῥιζουμένων κάτω. Cuius rei dat exemplũ ex ſarmentis, &

C aliis. ἐν τοῖς πίθοις συντιθεμένοις. In doliis farciculatim imponuntur: vt ſcilicet aliquã in regionem aſportentur. Καὶ ἑτέρων: quia mox, κλήματα, κράδαι, χάρακες προβλαστικὸν, anticipãt, germinant ante, quã radices egerint. Sic mox, ἄνωθεν, quod reſpondet illis, μὴ ῥιζουμένων τῶν κάτω. Surſum amandatus ſuccus eſt, nulla ſubtus acta radice. Semper autem manet in priore propoſito: temporis qualitatibus moueri: ideò dixit, τῆς ὥρας καθηκούσης. Ὅτε δὲ καὶ τὰ πηγνύμενα. Dicat aliquis: non mirum ſarmẽta in doliis germinare, nulla ſuborta radice. Sanè nullum ſubeſt ſolum, cuius ope foueantur. Quin, inquit, etiã depacta ſarmenta prius germinare videmus, quàm radices emittere. Hoc vno ſuſtulit omnem controuerſiam. Sed & explicat rationẽ: vt principia vitę neceſſaria ſint in ramis: in radice,

D non itẽ. Sine radice namque tum viuunt, tum etiã agunt. Quid ergo radicis opus eſt? Reſpõdet, τροφῆς δὲ δεόμενα χάριν τοῦ τόκου. fœtum appellat hîc omne opus additamẽti. Vt non ſolùm fructus, ſed etiam alias germinationes: neque ſolùm has, ſed etiam ipſum incrementum. De incremento namque hîc agitur: quęque dicuntur, omnia ad ipſum referẽda ſunt. Iccirco dixit, ἧς μὴ γινομένης καταξηραίνεται. Ecce non ad τόκον tantùm, vel ad germinationem, aut etiam crementum, ſed ad vitam ipſam quoque. Siquidem ſi deſit alimentum, exareſcunt. Dixit autem ἄνωθεν βλάστησιν ὅσον εἰς ἀρχήν: ſignificat inchoatum modò opus. Sicuti vſitatè

dicimus, οὐδ' ἀρχὴν, ne tantillum quidem. Id est ne initii quidē prima momēta. ὅσον εἰς ἀρχὴν, quia nō procedit opus ad perfectionem. Dixit, ἀρχὰς καὶ δυνάμεις. Quia ἀρχὴ sit idem reale & formale cum anima: idem enim est anima, & anima generatrix, penitus: δύναμις autem sit, idem sanè re, sed ratione aliud: vt homo, & ridere aptum. Est igitur δύναμις facultas consequens substantiam: quemadmodum decorum consequens est honesti. Διὸ καὶ οὐκ ἐοίκασι κακῶς λέγειν. Ex communi sententia declarat innatas potestates quasi in thesauris seruatas, quæ postea sese dent in opus. Nam vulgò quidam solent dicere: dum fructus vigent in arbore: tamen nouellos ibi tum florere. Hæc, inquit, oratio satis declarat se intelligere de facultate: nam tum flores nulli videntur. Sic de fure est in vulgato prouerbio. Furem dum vnum furtum facit, aliud nouum moliri animo. Et gulones bolum in gula vnum habent, vnum in faucibus, vnū in ore, in manu vnum, in oculis vnum, vnum etiam in animo, qui adhuc est in culina. Sanè igitur ii de potestatibus loqui videntur, non de corporibus. Nondum enim extant: nisi δυνάμει sunt in arbore. Ὡς μὲν οὖν αὐξήσεις. Concludit, hunc ad modum alternis operis crescere partes arborum, scilicet euentis, non autem Naturæ legibus, quibus opera illa per vices partibus modò his, modò illis attribuantur.

Lego, προωρμημέναι τύχωσιν, non προωρμώμεναι. Et ἀλλὰ πρῶτον τῆς φύσεως, non οὕτω. Et ἀλλὰ καὶ τὰς ῥίζας. Et βάθος, ἣ ἂν ὁ ἥλιος ἀφικνῆται. Et ἅπαν μὲν γὰρ ζῶν, non autem ζῶον. Non enim ζῶον complectitur plantam. Et ἑτέρων ἐπιόντων, non autem ἐπιόντων. Etiam dum alii fructus insunt. Non enim noui antecedunt. At sic, antecederent.

Et, δῆλον, ὡς δυνάμεις, non autem οὐ. Et, συμβαίνειν, non autem συμβαίνει. Vbi verbum ὑπολαμβάνειν, seruit toti clausulæ. Et in principio capitis legendum, ἔαρος καὶ θέρους, non autem ἀέρος.

Αὔξησις, Theodorus, auctio: non malé. Tamen interest Philosophi accuratè loquentis statuere differentiam inter auctionem & crementum: id quod alibi declarauimus. Augetur quadratū addito Gnomone: haud tamen crescit. Sola crescunt viuentia. Verbi origo fuit in animalibus, κρεάζειν. Æolenses, quos nos sequimur, κρεάσκω. Τῶν ὑπὸ τῆς γῆς, quæ in terra conduntur. Simpliciùs, quæ terra conduntur. Quæ sub terra sunt. Ὑπὸ τὸ ἄστρον, sub sidus. Miror, Theodorum, qui vbique paraphrasten agat, hîc sub sidus, non sub cane interpretatum. Nam per excellentiam Sirius intelligitur. Alii addunt κυνὸς ἄστρον. Autor librorum de plantis falsò Aristoteli attributis lepida compositione κύναστρον. Veterum quibusdam ἀστροκύων. Sic & suprà cùm de insitionibus ageret, ὑπὸ κυνὸς, ὅταν μάλιστα βλαστάνει. Πιλούμενος, constipata, perstrictáque. Constricta potius. De segete loquitur à frigoribus retusa. Vestes subcoactæ, quæ non textu, sed farctu fiunt, confici dicuntur κατὰ πίλησιν. Perstringere aliud est Stringere. Græcum στλεγγίζειν, idem quòd detergere: vt remos detergere. Quoniam strigilibus de tergo demebant in balneis sordes, quæ inde strigmenta dicta sunt. At πιλεῖν est condensare: perstringere est rarefacere. Ἢ πάλιν ἐπὶ τῶν σωματικῶν τὸ ἐνεργεῖν. Nescio quare sic verterit. Vel siquid extrinsecus agit. Omisit illa omnia. Ὡς ἡ τῶν ὅλως σύστασις μικρὰ, εἰ δὲ παρ' ἐλάμβανε πρὸς ἕξιν, καὶ κατὰ τὰς τροφὰς, καὶ κατὰ τὰς αὐξήσεις. Ὁ καὶ καθηκούσης διότε γίνεσθαι τῆς ὥρας, ὅταν ἀντικόψῃ ὁ χειμών. Quod vel tempore omnibus debito nunquam proculdubiò euenit, cùm frigus retorserit. Malè addidit negationem. Ait enim Theophrastus, impediri etiam perfectas radices frigoris superuentu. Et ἀντικόψῃ, retuderit potius quàm retorserit. Εὔοδος, expeditus. Malè, peruius. Expeditus est, quod in fine posuit, κενός. Vacuitas enim est, vbi nullum impedimentum. Sic pessimè, μανὸν, mollem. Quid aqua mollius? Quid ea densius? Quòd si de visus transmissione captiosiùs arguatur: accipiat vitrū. Id hac ratione molle simul & durum erit. Sic Viscum molle est, densissimum est. παρορμᾷ πρὸς αὔξησιν, se ad germinandum compellunt. non est παρορμᾷν idem quòd ὠθεῖν. Neque αὔξησις est germinatio. Ad incrementum sese excitant. Ὅσον εἰς ἀρχήν. Quoad principium illud vitale possit intelligi. Commodè explicauit. Non ad vlteriorem prouentum, sed quasi designatis modò vestigiis principii vitalis. ἑτέρων ἐπιόντων, primis nondum semotis, rectissimé.

CAPVT XIIII.

Capitis XIIII. argumentum. An hyeme prægnantes sint arbores, vt vere pariant. Non esse arborum featuras à tempestatibus. Inanitas æstate arbores deintegro repleri ad featuram. Calorem & humorem principia esse generationis. Iccirco Vere arbores parere. Quærendum ergo quomodo autumno, quem aiunt frigidum & siccum. Quomodo non sit frigidus & siccus autumnus. Quæ sit humiditas eo tempore. Iuuenculas arbores esse vetulis fœcundiores. In biferis posteriores fructus minores esse quàm priores. In productioribus autumnis etiam rosa iterum. Aprica loca multum conferre.

ΖΗΤΗΣΕΙΕ δ' ἄν τις. Quia suprà quærebat. an hyems otiosa sit ab operæ germinandi, quoniam in alendis radicibus plus incumbat. Iterum quærit, An videantur arbores in eiusmodi otio hyberno tum concipere, tum fœtum gerere ad germinationem. Bipartitò tractat caput hoc. Primùm ponit quæstionem, & quærendi rationem, cùm dicit, ἐκ τῶν εἰρημένων. Non enim solùm oportet sapientem dubitare & quærere: sed id facere opportuné. Deinde secundo loco soluet quæstionem. Quærit igitur, hyemis tempore cùm nihil operis sensu percipimus ab arbore proficisci: vtrum concipiant tunc, atque fœtus

fœtus fabricandi meant rationem, apparatúmque instituant: an omnino nihil agant, priuatæ scilicet succo, & expugnatę contrariis cæli qualitatibus. Ac primùm quidem quæstionis membrū munit exemplo animalium, cùm ait: ποθ' οἷς περίοδός ἐστι χρόνοις διωρισμένοις. Quemadmodū stata sunt animalibus concipiendi gignendíque tempora: ita sint & arboribus. Maximæ verò animalium parti attributum est vernum tempus ad generationem. Quo tempore natura penum suam plena manu refersit: vt esset vnde alerentur. Nouellis enim herbis & matres habent pabulum ad lac: & mox ipsi fœtus ad alimentum. Sic mox, κενωθέντα τὰ δένδρα ἐκ τῆς βλαστήσεως καὶ τῆς καρποτοκίας, ἀντιπληροῦσθαι πάλιν. Cessántne igitur à germinando: quia non cessant ab apparatu germinationis? an cessāt duas ob causas: primùm, quia careant alimento: tum, quia prohibeantur à frigore opus suum prodere? Cùm igitur cessatio sit priuatio: priuationes duas pro huiusce priuationis causis affert: priuationem materiæ, τροφῆς: & priuationem instrumenti, quo forma vtitur, quippe caloris naturalis, quem vinci dicit à frigore. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς δένδροις. Iam oppugnat eam partem quæ velit attribuere temporibus conceptionem ac germinationem. Tempora hîc intelligo Ver. Assignat enim pro cau sa, t mporis qualitates, vt teporem & mollitiem, non autem temporis (vt ita dicam) factiones: quasi hoc sibi assumat Ver. Hoc autem si quis propiùs spectet, nō videtur facere ad quæstionem. Quærimus enim de causa cessationis in hyeme. In locis autem in quibus non est hyems, non est cessatio: ergo nō est locus quæstioni. Prçterea tametsi tepor perpetuus quibusdam locis perpetuò fauet germinationi: tamē nō propterea tollitur, quin seruetur collectus hyeme succus, qui postea teporibus euocetur. Εἰ δὲ μὴ οὔτι γε πάντως. Quòd si, inquit, omninò tempori non debetur germinatio, sed temporis qualitatibus: ne temporis quidem partibus debebitur. Is est sensus. Potes & sic. Quòd si dicas, tempus hoc omninò requirere atque agere: at non hoc saltem determinatum tempus. Οὔτι γε, saltem. Quod tamen ponebatur in quæstione: cùm dicebat, χρόνοις ὡρισμένοις. Ὡς ὅλον ἅμα βλαστάνειν. Non committitur à natura, vt temporis diuisionibus agatur res. Vult dicere ad id quod quærebat. Quærebat, essétne κύησις, an ἔνδεια. Si est defectus, non est conceptus: sed totum simul erumpit, nullo prius apparatu instituto. Et dixit ἅμα, quia simul fiat motus vterque, scilicet conceptionis & germinationis. Et dixit, πάλιν: quia quotannis fit. Hoc ad secundam quæstionis partem. Ad primam illud, καὶ εἴη τὸ ὀργῶν ἀποτίκτειν. Quòd si est conceptus & κύησις, ne tum quidem partus debetur temporis parti cuipiam. Quamobrem neutra ratione sibi sumere debet id Ver. Hæ sunt salebræ, quæ etiam bono viro stomachum facere possint. Εἰ δὲ καὶ συνεχῶς. Quòd sicubi aer obsecundatur: continuari partum æquum est. Non ergo tempus determinatum est: si confusum est in omnibus temporis partibus, quarum aeris clementia sit comes. Hoc significat verbum ἀκολουθεῖ. Quod posuit flexu dubitatiuo ἀκολουθοίη: quia procedit per hypothesin. Est tamen in Æthiopia sub Ægypto Abissinorum regio, quæ dicitur Angot. In ea toto anno serunt ac metunt. Cùm igitur non Ver, sed Veris qualitates agant: non temerè dictum est cum ab aliis, tum ab Empedocle: arbores perpetuifolias frui verna temperie toto anno. Hoc est quod dicebat, οὐκ ἀλόγως τὰ λεγόμενα περὶ τῶν ποιητῶν. Item, οὐδ' ἀλόγως, ὡς φησὶν Ἐμπεδοκλῆς. Ait enim Empedocle, τὰ ἀεί φυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα vigere toto anno vbertate fructuum, hoc est ἀφθονίαις καρπῶν, κατ' ἦρα: tanquam si Ver præsens haberent, cuius commodis fruerentur. Βάλλειν autem est virere, & pullulare. Dixit, ἐμπεδόκαρπα, quibus ius fructuum esset ratum. Retulit ergo totius anni clementiam ad verni temporis proportionem. Iccirco dixit, ὑποτιθέμενος κρᾶσιν εἰαρινήν. Ἐκεῖνο δ' ἄν τις. Transit ad aliam dubitationem, quæ neque facit ad ea quæ proposita sunt, neque digna est tanto Philosopho. Quærit enim si calor imbecillior sit, quasi debilitatus humore nimio: an propterea tum deteriùs coquantur fructus. Nam & culinæ, in ampliore lebete, aqua multa, igni tenui, seriùs, minùs, peiùs carnes coqui, non ignorant. Quòd si hanc excitare volebat quæstionem, inferiore loco mouenda fuit, posteaquam de temporibus fructificandi fuerit disputatum. Tunc enim de operis excellētia dicere opportunum erit. Itaque dixit, τοῦτο μὲν οὖν καθ' ὑπόθεσιν θεωρείσθω. Hinc aggreditur solutionem. Ἐν δὲ τῇ νῦν περιόδῳ τῶν ὡρῶν. Summa est. Tempora in seipsis habere fœturas, tum in totis arboribus, tum in partibus earum. Quia suprà dicebat, ramum esse paruam in trunco arborem: sicuti tota arbor in terra est. Non tamen dixit quæ tempora. Non dubitamus quin tempore fœtæ sint, tempore pariant: quærimus an diuerso. Non de momentis loquimur: Necesse enim est, motum antecedere generationem. Sed ὥρας quærimus, id est distinctas anni partes à partibus: puta hyemem à Vere. Vere pariunt: ergo videantur hyeme concipere. Dixit, τῇ νῦν περιόδῳ. De temporis circumactu qui nunc est in quæstione. Τὰ δένδρα κενωθέντα: quia suprà quoque dicebat, περιόδοις: & ἔνδειαν. Exhausta igitur sunt tum germinatione, tum fructificatione per æstatem. Itaque in altera reuersione hyemis rursus compleri necesse est. Dixit, ἀντιπληροῦσθαι, τὸ ἀντὶ, vicissim: vt pro absumpto succo tantundem reponatur. Et dixit, πάλιν: sicut & suprà, βλαστάνει πάλιν. Hoc enim est anni περίοδος: quemadmodum dicebat diuinus Poeta: atque in se sua per vestigia voluitur annus. Εἶτ' ἐκ ταύτης ἀντιπεριστάσεως. Postquam intus aliquanto tempore coercitus

humor est à circumfuso frigore hyemali: exit in germen ac fructum. Eodem autem modo dixit, ἐκκυμαίνουσι καιροὺς, quo suprà καθηκούσης ὥρας. ὥρα namque hîc non simpliciter designat tempus, sed τὸν καιρόν. Itaque ὥραιον est, quod suo fit tempore. Sic καθῆκον est, quod decet, conueniens, atque opportunum. Nota locutionem. Tempora habere πως, aliquo modo, κύησιν. Et addit: tum in totis arboribus, tum in arborũ partibus. Hîc habere nõ est ἐν ᾧ, vt in loco, aut subiecto, sed vt in potestate. Nam arbores habẽt in se conceptũ: siue materiam spectes, siue facultatẽ concipiendi. Dixit autẽ esse in totis arboribus, vt hæreret sententiæ superiori: quæ neq; radici seorsum, neq; superis partibus separatã per vices designat administrationẽ succi. Et dixit esse in partibus: propterea quòd tametsi tota in arbore, singulisq; partibus, nihilominus tota anima est, omnésq; facultates: tamen œconomia Naturæ aliud ad officiũ rami, alias ad functiones truncus destinatus est. Εὐλόγως δὲ καὶ αἱ φυτεῖαι. Quoniam à temporibus pendere scripsit germinationes, diducit hanc sententiam multas in partes. Esse ait cõsentaneum rationi: non vno satu mandari terræ omnia: atque iccirco non eodẽ omnia nasci tẽpore: hoc, est à toto: à partibus, illud: non idẽ tẽpus omnibus ad germinationes. Causas expectabamus ex promisso: nullas dat. Eæ sunt sitæ in temperaturarum varietatibus: quarum alia conueniat temporis habitudini: quemadmodum & suprà dictum est, & amplius dicetur. Δοκοῦσι δέ. Si tempus regit: tempora sunt varia: variæ germinationes, sicut & sationes: Quænam sunt ea tempora, cedo. Tria statuit: atque ea mox comparabit difficillima disquisitione. Nam ver, autumnus, Canis exortus, tria sunt tempora germinandi. At hęc cùm inter se contraria esse videantur: quibus naturæ legibus, si horũ vnum aptum sit: aptũ erit etiam contrarium. Vbi animaduertendũ, qua ratione tribus propositis potuerit inter ea statuere contrarietatem. Vnum enim vni contrariũ est, ex definitione contrariorum. Sunt enim quæ sub eodem genere plurimum distant. Facilis est responsio. Ex vulgi opinione veri cõtrarius est autumn⁹: calido & humido, frigidus & siccus. Canis autem exortus vtrique contrarius: Veri siccitate, autumno caliditate. Illa sunt cõtraria simpliciter: hæc, vt loquuntur, secundum quid. Non est hîc de Galeni sententia disputãdum: qui Ver ait temperatũ. De hoc suo loco. Iccirco dixit πως, quia non exactè sunt hæc tria inter se contraria. Etiam augere potes significatum πως, id est qualitatibus. Quia tempus, quà tẽpus, nulli nullum cõtrarium. Nihil enim contrarium quantitati. Εἰ γὰρ ἐπὶ τετάρτας. Excludit obiectionem de quarto tempore. Solstitiũ, inquit, si quis adnumeret: id perexiguum est. Et non dixit, ἡ δὲ περὶ τετάρτας: sed εἰ: Quia non statuit, tanquam ita sit: sed accipit cum conditione. Τὸ μὲν οὖν ἔαρ. Aggreditur cõparationem. Nõ esse mirandum de verna fœcunditate. Esse enim tempus vitalibus maximè prȩditum qualitatibus. Ζωτικωτάτη. Sed addit: καὶ μάλιστα γόνιμος. Vt non

A solùm ad fouendam vitam sit idonea tempestas, sed etiam ad generationem. Γόνιμος, genitalis. Et subdit causas acceptas à libris vniuersalibus, humiditatem & calorem. Probantur autem hæc in libro de affectibus mistorum, & de generatione rerum animatarum. Quia calor fit accensus & administer animæ: humor sit eius pabulum. Τὸ δὲ θέρος ὥσπερ ἐναντίον. Æstas autem contraria. Perstat in sententia superiore, non solùm de contrarietate, sed etiam de modo, cùm dixit ὥσπερ, sicuti suprà πως. Quia non est æstas simpliciter contraria, sed per siccitatem tantùm. In calore autem, per gradus: Est enim ἐμπυρωτάτη. At θερμὸν mediocre vitale est: Πῦρ autem excessus. Sic Aristoteles, τοῦ θερμοῦ ὑπερβολή. Excessus autem non solùm excessui contrarius, sed

B etiam medio. Hæc à qualitatibus, & gradibus qualitatum. A functionibus & fine. Quippe calidum generat, viuificat, auget: feruidum vrit, destruit. Τὸ δὲ μετόπωρον. Autumnus autem non πως, aut ὥσπερ contrarium, sed plenè: frigidus enim siccúsque. Iccirco dixit, οὐ μόνον ξηρὸν, scilicet sicut æstas, sed etiam ψυχρὸν: quod è diametro aduersatur calori, qui in vere erat ζωτικός. Μεταβάλλειν. Ratio est ex libris vniuersalibus. Nempe quod mutatur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. Sic ab æstate sicca, vnde discedit, ab hyeme frigida, ad quàm sese applicat, autumnus, siccus & frigidus existimatur. Atque hoc quidem in mutationibus alterationis. Nam in substantiali trãsmutatione non est motus, nec partitio vlla. Hunc

C declarat tractum verbis illis, ἐπιλαμβανούσης τῆς ὥρας. fit à sicco frigidus occupatione appetentis hyemis. Ἐναντιωτάτη. Maior est hæc syllogismi propositio. Contraria est frigiditas generationi: autumnus est frigidus. Sequitur conclusio. Sanè βλάστησις est actio materialis: itaque siccitas erit contraria. Priuatio namque materiæ est. Et est rerum viuentium. Ergo frigus obsistet. Quin nihil ei esse ad agendum loci aut iuris in natura, præterquam ad caloris excessus temperationem, alibi disputatum est. Οὐ μὴν, οὔτε. Nunc explicat quomodo non sit ἀλογία: sed tam miserè ac frigidè: vt ipsius autumni frigus augeatur. Statuit enim quod probare oportebat. Ait, non esse contraria tempora ad ipsas germinationes. Audio, video rem ipsam.

D Autumno germinant. Ratio communis reuocat nos ad non credendum, quod sensu percipimus. Contrarium putamus. Negas. Dic quomodo. Non sunt, inquit, ἀσύμφωνα κατὰ τὰς δυνάμεις. Quid? Nónne actio à facultate: facultas à temperamento? Igitur si frigidus: frigefaciet. Si siccus: deerit materia. Quænam ergo συμφωνία? ἀλλ' ἔχοντά τινα ὁμοιότητα. Si est similitudo in qualitatibus, & qualitates sunt contrariæ: quænam erit inter contraria similitudo? subdit: necesse esse sub Cane & autũno subesse qualitates, quales in Verẽ: propterea quòd de Vere nemo dubitat. Et porrò qualitates sunt, humor & calor: quare necesse

necesse est, vt ostendat iis quoque temporibus, quæ siccissima existimantur, inesse etiam humiditatem. Hoc vt faciat, ita instituit. Ἐν ἀμφοῖν δὲ τοῦτο συμβαίνει. In vtrisque temporibus, tam sub Sirio, quàm post Arcturum flare Notos: nubibus obductum cælum in pluuias solui. Sub arborum libris succum cieri, atque erumpere ad germinationem. Rectè sanè pro re, id est pro germinatione: ad argumenti vim nihil. Non enim verum est quod accipiebat ad solutionem. Qualitatibus contraria esse tempora: potestatibus non contraria, sed similia. Non enim docet, quomodo non dependet à temperatura facultas. Vnico verbo posuit. Per se esse contraria, per accidens similia. Propterea quòd sub Sirio magnis æstibus multum ascendat exhalationis, quæ concrescat in nubes. Post Arcturum siccitas æstiua incipiat à qualitatibus subeuntis hyemis expugnari: cuius hyemis non sola frigiditas sit, sed etiam humiditas. Quæ humiditas superueniens magnis caloribus facilè queat esse causa germinationis. Sic satis erat animis doctiorum satisfaciendum. Nam quod attinet ad æstuum vim, cuius imperium sit in ciẽdas exhalationes, duplici patet historia priuata, vna communi. Communis & vniuersalis est, quòd imbres largiores æstate summa, & autumno veniunt cum impetu: propterea quòd multum trahitur vnico haustu ab Sole. Particulares historiæ sunt ab Æthiopiis, altera sub Ægypto, altera Occidentali. In Abissinis, qui Nilum inter & Erythræum incolunt, nulli fluuii. Nilus ea loca restagnatione non rigat. Excelsa nanque sunt: ille ibi humilis & ruens. Cæterùm tantis imbribus repentinis perfunduntur, vt diluuio propior sit euẽtus eiusmodi. In occidente verò ad Oceanũ promontorium est altissimum, in cuius vertice semper nubes: nulla vnquam ab eo supercilio absunt fulgetra. Idcirco θεῶν ὄχημα quod priscis vocabatur, id esse docti putant. Ab ea feritate Lusitani, Serram Leænam nominarunt. Sed ad rem. Nemo non videt, non esse hinc caput abscindendum. Cõtinuatur enim oratio in causæ redditione. Καίπερ ὄντος ἐμπύρου. Quasi dicat, vt agnoscam aerem ipsum sub Canicula inflammatum: tamen humoris satis euenit ab aere propter Austerinos flatus, & imbres è nubibus. Quæ non sunt frustra. Quin arbores ipsæ tantum concipiunt humoris, vt succus manifestò sub cortice commeare videatur. Ideo dixit φανερῶς & διαδίδοται. Et τις, certæ humiditas, ex quanta vernæ humiditatis species queat repræsentari. Ὅθεν ῥοαί. Est causa, Auster. Est materia, τῆς ὑγρότης. Est igitur motus ad effectum. Hunc autem succi motum hîc ῥοὴν, alibi ἐπιρροὴν, aliâs σύρροιαν vocat. Κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. Etiam appellat καιρὸν, vt & huic tempestati naturalis sit is euentus. Εἴτ' οὖν ἐλαυνομένου. Quomodo fiunt igitur hæ fluxiones? Altera ex his causa. Aut quia succus agitatur, scilicet calore. Citat enim calor attenuando & attrahendo. Verbum aurigarum & equisonũ. cùm carpunt iter ac promouent. Aut quia est ἀντιπερίστασις. Intus igitur ob-

A sessus succus feruet. Quomodo ἀντιπερίστασις? Nónne calor euocat? Nemo vnquam dixit calore quicquam ita obsideri, vt intus colubeatur. Dicendum, humidum à sicco fugere. Idcirco arido parieti asperso aqua guttescit ac pendet, non diffluit. Et oleum si tabulæ affundatur, atque in eius medio carbo accensus imponatur, diffugit quoquouersus oleum. Ita succus à sicco aere coercetur in planta. Hoc quoad licuit, ita concinnauimus. Idcirco cùm hęc causa esset in controuersia, subdit ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν. Sic & Præceptor differt sæpe tum historiarum, tum causarum disquisitiones. Πλείω συμβαίνει γὰρ τοῦτο. Exemplo familiari notiorem facit sententiam. Nihil enim nobis notius, quàm nosmetipsi. Autumno igitur corpora

B nostra fieri humidiora. Nam & aluos citari, & febres accidere. Quibus de causis in transcursu etiam aperiatur ratio, quare sit pestilens autumnus vulgò dictus, à medicis verò morbosus. Sub æstu nanque facilè putrefieri eum humorem qui nimius sit. Ὅθεν καὶ ὑδάτων ἀναδύσεις. Emersiones aquarum, non quæ scateant (nullo enim tempore aquarum venæ magis absconduntur: quocirca tum putei maximè instituuntur) sed intellexit, cùm antea siccum fuerit cælũ, humescere. Quasi latitauerint aquæ in Naturæ sinu. Καὶ ἕτεραι μεταβολαὶ πλείους. Et aliæ mutationes, addit etiam multæ. Quæ mutationes aliæ? Nam sanè quod mutatur, omne in contrarium aliquo modo mu-

C tatur. Quippe omnis mutatio est in contradictorio. Fit enim quod non erat, & desinit esse quod erat. Versatur igitur inter eas & non eas. Ergo si æstate siccum tempus est & calidum, atque id mutatur: necesse est in non tale mutari. At iam dictum est, mutari in humidum: quænam igitur alia mutationum accessio fieri queat? Ἀλλὰ δι' ἣν μὲν αἰτίαν. Harum mutationum causam non hîc describendam esse: sed iam descriptam in libris Meteoron. inde petendam. Ibi enim resoluuntur hæ causæ omnes in vapores & exhalationes. Ὅτι δ' ἐξυγραινομένων. Conclusio. Non sine ratione factum intelligi: secundam germinationem quam ἐπιβλάστησιν vocat, euenire: cùm in plantis humorẽ conceptum non retundit aer incommodus. Est, inquam, conclusio: quæ erit maior propositio al-

D terius syllogismi. Cuius minor est: Autumno & sub Sirio fieri hoc. Alia conclusio sequitur. Εὔλογον esse τὴν ἐπιβλάστησιν iis temporibus. Ἀντιπίπτοντος. Sicut suprà περιπίπτοντος, de aere. (Est enim συμβεβηκώς, non autem interna causa.) Sic de hyeme, ἀντικόπτειν suprà. Τὸ δὲ μετόπωρον. Hinc iam incipit verè soluere, solutis principiis. Negat enim θέσιν illam, Autumnum esse frigidum & siccum. Quid igitur suprà concedebat esse contraria tempora qualitatibus, potestatibus non esse contraria? Autumnum verò calidum statuere, valde abhorret an à communi hominum opinione, an à ratione? Etiam Virgilius Autumni canit æstum. Sanè si æstas calida & sicca: hyems frigida & humida: quæ intersunt interualla temporum vtranque naturam participare decet. Non potest autumnus

esse calidus & siccus:esset enim æstas. Non potest frigidus & humidus:esset enim hyems. Necesse igitur est vt sit aut calidus & humidus, aut frigidus & siccus. Quòd si erit calidus & humidus, iam non differet à vere: nisi quatenus caliditatem ipse habeat per initia maiorem, in extremo humiditatem vberiorem, illam æstati, hanc affinem hyemi. Contrà ver ab humido incipiens hyberno ad æstiuum inclinet calorem in fine. Quæ sententia potius est admittenda ad disceptationẽ, quàm pro iudicata, repudianda. Ἅμα δὲ ἐν τῇ τοῦ ἄστρου. De altera quoque tempestate dicendum est. Ait igitur, quemadmodum temporis vi, id est naturali temperamento, vere fit mistio caloris & humoris ad generationem: sic sub Canicula per accidens. Ideo dicit ἐνταῦθα, hîc: id est sub Canic. Θερμοῦ προϋπάρχοντος: quia subest in natura temporis. Ὑγρότης ἐπιγίνεται, superuenit extrinsecus humor: διὰ τὴν πύκνωσιν τοῦ ἀέρος, quia densatur aer exhalationibus, & cogitur in nubes: καὶ ἀνάψυξιν, quia humore refrigeratur. Ideo bene dicebat fieri μίξιν. Non ex calore & humore, non enim mistio hæc: sed ex calore & superueniente frigore, quod secũ affert humor. Ipse tamen dicebat μίξιν τοῦ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ: non quia vsquam talia misceri dicantur: sed quòd in humore inest frigus. Aqua enim per se frigida. Εὐλόγως δὲ καὶ τὰ μὴ κάρπιμα. Quoniam & hîc & alibi humorem ait matricem esse generationis, ostendit id duobus exemplis: sterilium scilicet & nouellarum. Rectè verò coniunxit hasce naturas duas. C Vtrique enim studium penè vnum, scilicet suiipsius, non prorogandæ speciei. Nam quæ sterilia sunt, sibi viuunt omnino: Quæ nouella, sibi nunc viuunt, sibi crescunt. Ideo dixi pené. Non enim penitus æqua sors vtrisque. Τὰ μὲν γὰρ κάρπιμα. Non est probatio, sed explicatio. Quæ enim esset hæc probatio, Steriles humidiores, quia fœcundæ sicciores? Sed ita fit hîc vt in dialecticis exercitationibus. Negamus enim aliquod effatum aliquando, & addimus: quia eius contradictorium verum est. Sic hoc loco, cùm dixit, Fœcundæ verò sicciores: causam illico adiunxit. Quia humorem absumunt in fructus. Quæ res non perinde condonanda est. Aduersarius enim dicat, fœcundas & sibi humidas esse, & ad fructus. D Steriles vix habere sibi: idcirco fructibus nihil. Sanè periculosa est diuersarum specierum comparatio. Quòd si in eadem specie proponatur quæ sterilis, quę fœcũda: ibi sine controuersia multa decidatur lis, veluti de Cupressu. Omnino enim coniferæ Cupressi longè sunt succulentiores. Τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει τοιαῦτα. Cùm duo coniungebat τὰ νέα, καὶ τὰ ἄκαρπα: hîc φύσις, duo item designabit: & naturam speciei in sterilibus, & naturam ætatis in nouellis. In quibus id adeò verum est, vt Amygdali nouæ etiam totam hyemem frõdes retineant. Hoc enim sæpe vidimus in nostris. Quapropter iure subdit, τὰ νέα καὶ ὑγρότητα ἔχει, καὶ θερμότητα πλείω. Πάλιν δὲ, ὅπου μὲν οἱ τόποι. Tria proposuit, ætatem, speciem, locum: νέα, ἄκαρπα, χειμερείους. Omnium reddenda ratio est. Ætatis ac

A speciei reddidit: nunc loci. Dixit χειμερείοις καὶ ὑγροῖς χώραις, ita hîc, τόποι χειμέριοι καὶ ὑγροί. Addit autem aeris beneficium, vt sit ἄπνους. Marcet enim succus in aere ignauo. Coniunxit autem humiditatem cum frigiditate: quia omnino hîc humorem requirit. Omnino verò vrget argumentum. Nam etiam si autumnum frigidũ dicas: modò id quoq; des quod postulabat, vt etiam sit humidus: tamen conuincet esse genitalem: quandoquidem in similibus locis autumno arbores euadant procerę, succulentæ, pulchræ. Tria sanè attribuit μακρὰ, ὑγρὰ, καλά. Vt crescant, & crescendo non exhauriantur: sed simul cum excelsitate adhuc tantum obtineant succi, vt deinceps etiam habituræ videantur. B Adiunxit autem etiam pulchritudinem: nequis oppressum calorem putet naturalem: vnde fiant deformes. Πολλάκις δὲ καὶ ὕδατα. Etiam aliam addit causam, quare autumno fiat noua germinatio. Quia, inquit, multi sunt imbres æstiui. Quocirca superueniente autumno repetitur germinatio. Cæterùm imbecilla admodum ratio est. Nam qui imbres per æstatem cadunt, per æstatem quoque absumuntur. Hoc quotidie videmus aridissima tellure illico. Itaque non potuit inferre illa ὡς ὑγροῦ ἀέρος ὄντος. Tum autem cuiusmodi est aer ille alter, qui autumno superuenit? ait enim, ἐπιγιγνομένου ἑτέρου. An intelligit humido æstiuo humidi autumnalis accessionem fieri? Dixit autem κατά γε τὰς πλείστας: sicut aliâs, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. πλείστας, intellige ὥρας. Latinè, magnam partem. Id C est, raro euenit quin æstate multi imbres ingruãt. Ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα. Probat etiam alia certa natura, humidorum locorum commoditates ad germinandum. Etenim Biferæ arbores quæ appellãtur, talibus ferè locis esse. Quas inter, Mala commemorat & Pyra. Euenire autem hanc fœcunditatem tum aeris beneficio, tum quòd priores fructus præmaturè decerpantur. Quamobrem quantum succi successurum fuerat, tantum, illis ablatis, subit ad nouorum fructuum cõparationem. Dixit autem δοκοῦντα διχαρπεῖν, quasi non verè sint biferæ: quod mox ostendet. Non enim perfectos esse fructus posteriores. Et dixit τινὰ, quia paucæ sunt tales. Ἅτε παρεμπιπτούσης τῆς ὥρας, incidẽte anni tempore: sicut suprà ἀντιπεριπίπτοντος τοῦ ἀέρος. ἐν significat impressionem. D διὰ designat interuallum inter priores fructus & frigora futura: inter quę tempora intercidit tempus fructuum posteriorum. Intercidente, interueniente. Dixit ἐπιπολὺ, sępe. Quia non semper euenit. Ἃ καὶ περικαρποῦντα ὅμως διαφέρει. Non æquales sunt prioribus fructus posteriores. Sed priores excellentiores. Hoc enim & hîc & alibi sæpe significat διαφέρει: Ideo dixit ὅμως. Quanquam eiusdem parentis sunt: quanquam posteriores videri queãt esse debere perfectiores, quoniam plus temporis impensum est: tamen præstant ii sequentibus. Etiam sic concinnes τὸ ὅμως. Tametsi videatur festinare Natura in iis prioribus: tamen sunt perfectiores. Hoc est quod dicebat διὰ θᾶττον γὰρ ἀναπληροῦται. Ecce Naturæ properationem. Celeriter enim deintegro reple-

repletur. Quæ tamen repletio non sustinet priorum commendationem. Ideo dixit, οὐδὲν τῶν διχαρπούντων ὅμοιον γίνεται τοῖς ἐξ ἀρχῆς. Non est explicata ratio loquutionis. Nam τὸ διχαρπούντων designat arbores: τὸ ὅμοιον designat fructum. Dictum oportuit τὰ ὕστερα γίνεται ὅμοια τοῖς ἐξ ἀρχῆς. Hîc appellat διχαρποῦντα, quæ alibi δίφορα. Quæ inter hæc intersunt verba, valde obscura sunt. Διὸ καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν ἀγορὰν βλεπόντων. καὶ κυΐσκονταί τινες αὐτῶν τῶν πρὸς τὴν ὥραν βλεπόντων. Tametsi vitiosum suspicamur codicem: tamen exercendi nos gratia sic satagamus. Non sunt secundi fructus cum primis comparandi. Tamen quia proueniunt alieno anni tempore, vendibiliores sunt. Qui igitur mercatui student, hoc est βλέποντες πρὸς τὴν ἀγορὰν: ii vtuntur istis fructibus. B notabis numerum mutatum, αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς. Aliud comma quod sequitur, ad arbores refertur. Et sanè distorta sententia est, si dicas arbores βλέπειν πρὸς τὴν ὥραν. Ὁρμὴν μόνον τοῦ φυτοῦ λαμβάνοντος. Ratio, quare posteriores prioribus cedant specie & præstantia. Quia impetus fœtificandi non quit produci ad perfectionem vsque. Et semper aggregat aeris adiumentum. Οὐ συνεκτελέσαντος τοῦ ἡλίου. Quare verò cùm posuit Solem, apponat καὶ τοῦ ἀέρος, intelliget qui meminerit æstate media hyemes aliquando, & contrá. Non enim cum Sole semper congruit aeris modus aut qualitas. Astra enim alia, suo quicque imperio vtitur. Notissimæ sunt Hyades, Pleiades, Orion, Capella, Sirius, alia. Ea mutant aerem, atque etiam interdum C à Sole alienant. Συνεκτελέσαντος. τελεῖν opus designat: συν cooperationem. ἐκ, motum ab imperfecta acerbitate ad perfectam maturationem. Καὶ ἐφ' ἑτέρων ἔτι. Manifestiùs hanc sequentis fructus imperfectionem ostendit in aliis: quippe tum Punicam, tum Myrtum inchoata modò turgere fructus ostentatiõe. Itaque vsus est verbis signatissimis. προφαίνει, & προδεῖξαι. vt monstret tantùm. Sic optimus Poetarum, Ostendent terris hunc tantùm fata, neque vltrà Esse sinẽt. προφαίνει, præ se fert, profitetur. μέχρι τοῦ προδεῖξαι, quod non attingit illud quod dicebat συνεκτελεῖν. Ἐπεὶ καὶ βλαστικώτατα. Minor propositio syllogismi. Maior est illa, Quæcunque arbores maximè sunt fertiles, bis possunt ferre. Punica & Myrtus sunt tales. Etiam Pruna nos habemus in suburbano, quę sæpe D iterum ferunt. Etiam hoc anno, hoc nũc, quo scribimus tempore. Βλαστικώτατα γοῦν. Hæ sunt appẽdices propositæ per initia quæstionis. Quærebamus enim quid cessarent arbores hyeme. Per eius causæ disquisitiones, vt res alia aliam trahit, perductus est ad biferas arbores, quarum opus alterum quasi succisiuum esset autumno. Hæc omnia spectant eò: seruari succum tempore, quem tempore explicẽt in fructum, cæli beneficio: præsertim si natura sua sint arbores succulentæ. Tales verò esse quatuor vel causis, vel affectibus, vel indiciis. Sanè quarum natura est ad germinandũ maximè propensa, ea tribus officiis continetur: primum est, vt sint fructibus fœcundæ. Secũdum,

A à ramorum frequentia. Tertium, à stolonum emissione. Quartum addit ipse, vt bene magnæ fiant. Hoc enim multa complecti potest. Nam si proceræ & crassæ sunt, cætera quoque assequi possunt beneficia. Nam quod addit exceptionem: nisi natiua siccitate impediantur, vt Amygdalus: agnoscenda est arbor tum ampla, vt passim videmus: tum siccitate prædita. Cæterùm quod negat esse βλαστικώτατον: hoc nos latet. Nam & multis ramis latè effunditur. Et multum fert fructum. Sed & Iuglans nihilominus sicca. Eius germinatio copiosa. Quercus verò vel maximè sicca, vel maximè ampla, vel maximè germinatrix, vel maximè fructuosa. Et subest integra quæstio. Si est Amygdalus ad germinationem sicca, quomodo B non est sicca ad maxima incrementa? Itaque ratio hæc siccitatis, nisi fundamentum habeat ab alia ratione, ruat. Sunt enim plantarum species ad radices plurimæ, vt Rapum. Aliæ ad radicem minimæ, ad stipites immensæ, vt Pinus, Cupressus. Aliæ steriles foliis grandissimis, nitidissimis: vt lingua ceruina. Quædam sterilitatis comites habent ramulos exiles, folia exigua, vt Adiantum. Ita reliquas partiare. Non enim à siccitate, sed à forma id euenire intelliget, qui periclitatus fuerit eiusdem Adianti naturam. Ex ea herbula prelis tantus elicitur succus: vix vt quadrante à tota mole superetur. Ex libra enim appensæ herbæ illius, premitur succus ad bessem, atque etiam plus eo. Et tamen sterilis est. Καὶ εἴ τινων νεόφυτος. Aliam assuit C naturam. Non repetere germinationem eas arbores, quarum decerpuntur fructus eo tempore quo deberet euenire illiusmodi germinatio. Causam, quam non ponit, apponendam censeo. Ex ea mutilatione cohibetur opera naturæ. Sic quæ vites serò putantur, serò germinant. In omni detractione certo temporis momento ægrescit arbor. νεόφυτος, recens. Vox Aristoteli vsitata, & Demostheni, Galeno, aliis. Ἐὰν οὖν μακρόν. Si tempestatis fauet temperatura germinationi: sanè sequetur, quo plus moræ trahet tempus ipsum, plus consultum iri eiusmodi operi. Ergo si autumno fit germinatio, in prolixiore autumno fiet commodior germinatio: scilicet longiùs summota imminentis hyemis inimica impressione. Quare non erit mirum si denuò Rosa prodeat. De Pestunis D rosis biferis iam apud Autores translatitium est. Sicut & hîc ait ad Dium Macedoniæ. Vbi Stephanus autor est, Olympiacum certamen solitum celebrari. Ait autem hoc euenire, propterea quòd non adeò sit operosa res. Ideo dixit οὐκ ἰσχυρῶς δεόμενα τῆς πέψεως. Itaque paruo momento possunt impelli. Et alioqui est χρόνος ἱκανός. Respondet illi μακρὸν μετόπωρον. Si multum est temporis, si non multo egent operæ, potest ab eis commodè confici, vt floreant. Et perstat in modo loquendi. Sicuti suprà dicebat προφαίνει, sic hîc ἐξέφηνε. Dixit autem καὶ ἄλλ' ἄττα τῶν τοιούτων: alii flosculi, qui haud magna cum re prodire queant. Ὅλως δὲ, ὃ πλεονάκις εἴρηται. Sanè, atque etiam εἰρήσεται. Sæpissimè enim inculcat hoc axioma. Aerem commodum

plurimùm conferre germinationi: non quidem omnibus vt semper germinent, sed quibusdam. Quòd si hoc beneficium euenit vt quibusdam sit perpetuum: quanto minus abest à ratione, vt item quibusdam contingere possit autumno, vt contingere posit repetita fœtificatione? Vsus est iisdem vocabulis, quibus aliàs, μαλακῷ, quantum ad teporem: ὑγρῷ, quantum ad materiam: εὐκράτῳ, quantum ad vtrunque. Ideo dixit σωμόλον. Τὰ δ' ἐλάττω πόνων. Semper in hisce libris profitetur, maiores plantas maioribus egere momentis ad germinationem: minores faciliùs mutari. Itaque quod accidit quibusdam arboribus, tanto faciliùs coronariis quibusdam. Atque hæc sunt sanè quæ innuebat modò cùm diceret ἀλλ' ἄττα. Neque loci aut cæli obliuiscitur. Ait enim, cùm nacta sint loca Solibus exposita, & à frigoris iniuria tecta, ἀσκεπεῖς: περίηλος autem, quod & alibi εὔηλος. Διατελεῖ γάρ. Explicat illa ἀλλ' ἄττα, œnanthes historia, & Violæ. Quibus non solùm iteratam illam attribuit germinationem, sed etiam continuatam. Hoc enim est διατελεῖν. Θεραπείας δὲ πίνος γινομένης. Vt ostendat ea esse interna speciei fundamenta naturalia, quæ locorum benignitate iuuentur: neque cultus respuant adiumenta. Quin ab arte etiam fieri accessionem. Ὅτι δὲ μεγάλην ῥοπὴν ἔχει. Probat locorum præsidiis multùm profici. Alicubi nanque prouenire arbores aliquas: alibi non prouenire: cæli scilicet clementia tuta, quam vbi desiderent, non extare: Et adiungit naturam vlteriorem, nempe si fit, vt cælum alienum patiantur: at steriles sunt. Hoc de Palmis satis in Historiis. De Malo Medica nobis compertum. Occulta ratio nonnullarum: vt de Edera, quam in Asia scriptum est non viuere. Vnde iactatio historiæ in sacris Libris, in quibus Edera legitur ad Niniuem. Καὶ περιανθεῖ, καὶ περιβλαστάνει. Vt non solùm floreāt hîc, non alibi: verumetiam sicubi flores edantur: at in apricis priùs: & ipsæ coronariæ priùs.

Lego δόξειεν ἀλόγως ἔχειν, non ἀναλόγως. Et ἐπιτολῇ, καὶ μετ' ἀρκτοῦρον. Et χειμῶνος ὄντος ἐν τρύγει. Non καὶ παρόντος. Et ὅθεν καὶ ῥοαὶ κατὰ τοῦτον, non ῥόαι. Et χειμερίοις χώραις, non ὥραις. Quasi fatali culpa. Suprà ter emendauimus ὥραις, deleuimus χώραις. Et δικαρπεῖν, non διακαρπεῖν: sic δικαρπούντων. Et ὑπόγυος ἡ ἀφαίρεσις, non ὑπόγειος. libentiùs tamen scribo ὑπόγυιον: idem est quod πρόχειρον, ad manū. Hoc enim significat γυῖον. siue sit παρὰ τὸ γυῖον, verbum erit agricolarum. Quod enim ad aratrū est, ad manus est.

Theodorus, κατὰ χειμῶνα κύει, prægnantes perdurant. Verbum additum καλόζηλον. ὁ ἀὴρ ἀκολουθεῖ, aer obsequens. scitissimé. Non expressit τὸ κατ' ἦρα Empedoclis. ἐκ ταύτης ἀντιπεριστάσεως, ex ipsa restitutione. Fortasse scripsit, restitatione: tametsi non assequitur. ζωτικωτάτη, viuacissimum. Viuax, est absolutum: ζωτικὸν, transitiuum. In viuaci actio manet vitę: in viuifico ita manet, vt in alium transeat. Est enim viuere faciens, ζωτικὸν, idē quod ζωοποιόν. Illud vocat neutrum, vulgus Grammaticorum, hoc actiuum. De his in libris de causis lin-

A guę Latinæ. Ἀλογία μὲν γὰρ δή τις φαίνεται, igitur temeritas quædam Naturæ in iis ipsis appareat. Malè admodum. Videntur hæc abscedere à ratione. Νέφη συνίσταται, nubes consistunt. Conflantur potius aut constituuntur. διαδίδοται, expanditur, dispertitur. τὰ νέα, quæ iuuenescunt. Castigauimus aliàs hanc loquendi ambitionem. Iuuenescebat Æson dum recoqueretur: & Iolas in procinctu. At Neoptolemus dum erat iuuenis, non iuuenescebat. Nouellas vocant agricolę, & diuinus Poeta: & ipse mox, noua, minus signato vocabulo. ὥσθ' ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος, ἐπιγινομένου ἑτέρου. Theodorus non expressit. Cùm calidus aer æstiuus sua natura deprehēdit imbres fortuitos. Loquitur enim de Autumni calore, qui superuenit imbribus ęsti-
B uis, alius ab æstiuo calore. Παρεμπιπτούσης ἐπὶ πολὺ τῆς ὥρας. Cùm tempus sese longius protrahat, nondum loquitur de hac productione, sed infrà cùm dicit, ἐὰν μακρὸν γίνηται μετόπωρον. Sed hîc de interuentu caloris autumnalis inter æstatem & hyemem futuram. Nam τὸ ἐπὶ πολὺ, sumus interpretati suprà, magna ex parte. Quòd sicui magis probatur sententia Theodori, assentiar. Καὶ προκαρποῦνται: quod etiam fructus celerem prouentū dixeris. Aut est mutila oratio, aut codex mancus. Sic verba quæ nobis negotium facessebant, καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ πρὸς τὴν ἀγορὰν ἐλαττόνων καὶ κολοκύνται τινες αὐτῶν πρὸς τὴν ὥραν βλεπόντων, ita cōcinnauit. Qua de causa fructus eadem alios
C perfectos iam vsui præstat: alios concipit parturítque. Ἀλλὰ μέχρι τοῦ προδεῖξαι μόνον. Sed nullatenus augere possunt. Non expressit autoris sententiam, sed aut antecedentem aut consequētem. Ostendere tantùm, est aut non posse augere, aut ab eo pendet. Τὰ μάλιστα δ' αὔξει. Quæ suapte natura facilè affici possunt. Fortasse aliquid deest: nihil enim exprimit.

CAPVT XV.

XV. capitis argumentum. Quemadmodum animalia: sic arbores quoque post foeturam rursus ad conceptum citari. Quòd si locus ac tempus faueant: etiam decerptis prioribus fructibus alios summittere. Quamobrem non simul floreant & germinent arbores. Plus operæ poni in fructuum maturatione.

D TΟ δ' ἐπὶ τῶν διφόρων δένδρων. Propositis quæstionibus & sublatis, declarat affectum arborum pendentem ex iis quæ dicta sunt. Narrauit biferas esse. Earum conditiones explicauit: de fructibus disputauit. Nunc duo instituit. Primùm ostendit virium redintegrationē ad repetendam fœtificationem: & affert ab animantibus similitudinem. Deinde ait, quibusdam locis etiam si non sint arbores natura sua biferæ: at opere humano fieri tales. Quippe detractis fructibus alios subnasci. Hoc in prima parte. Quæ omnia spectant ad operum ordinem in Natura. In secunda parte non multùm ab his diuersa exequitur. Comparat enim florum, fructuum, germinationum tempora: & causas describit quare inter

ter se differant. Τῶν διφερόντων, quæ suprà vocabat δικαρπούντα. Ὅμοιον τινὰ τρόπον. Est similitudo: quia iteratio: sed τις quædam, non ἁπλῶς plena. Siquidem arbores in se concipiunt: bestiæ foris accipiunt. Pecudes tantùm notauit: cùm tamē exempla communia sint aliis multis. Εὐτοκήσαντα καὶ ἀγονοῦντα. εὐτοκήσαντα, quæ commodè gestarunt, & feliciter peperere. ἀγονοῦντα, quæ semen idoneum habent vt rursus concipiant. Παρὰ τὴν φύσιν. Dixit autem in præterito γενομένῳ, nō γινομένῳ, vt declaret lege naturæ fieri. Sic alibi ostendimus: sic dicimus τὸ τί ἦν εἶναι. Quod natura tale est. Ἐκποιούσης ἔτι τῆς ὥρας. Modò tempus non obsistat. Cooperante anni tempestate, simul cum ipsa temporis efficacia. Verbo hoc etiam infrà vtitur. Quinetiam cùm in eo esset, vt moreretur, eo vsus est. Rogatus enim εἴ τι ἐπισκήπτει: post pauca verba, eáque sapientissima, hæc addidit, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκέτι ἐκποιεῖ βουλεύεσθαι τί ποιητέον. Nihil mihi reliqui factum est, quod mecum faciat ad capiendum consilium de rebus meis amplius ordinandis. Καὶ τὰ δένδρα. Altera pars comparationis. Eodem modo prioribus demptis fructibus arbore de integro concipiunt. Γονᾷ, generāt. Maluit περιαιρεθέντων, quàm ἀφαιρεθέντων. Idem tamen est. Nam περὶ etiam significat, ab. Vt non solùm in Etymologico ex vetustissimis Grammaticis, sed etiam ex Aristotele in Topicis, idque cum quarto casu. Δεῖται δ' ἴσως χώρας. Vt tantum operis conficiatur: opus est non solùm apta regione, verumetiam culturæ studio, eóque non mediocri, sed πλείονος: neque ad vnos tantùm fructus, puta posteriores, vt ferantur & perferantur, sed vtrisque. Nempe vt tam maturè procedant priores, vt satis sit temporis posterioribus, tum ad succedendum, tum ad explendum perfectionem. Ideo dixit ἀμφοῖν. Καὶ μάλιστα. Addit & aeris fauorem. ὅπως λάβῃ τὸν χρόνον ἱκανόν. Quod sanè æquum est, vt & tractus temporis tantum sit, quantum requiritur ad opus: & ζωτικὰ illæ conditiones, quas complectitur illa voce κράσεως. Iisdem verbis vtitur quibus suprà, χρόνον λαβόντα ἱκανὸν ἐξέφηνε τὸ ἄνθος. Διὰ τοῦτο. Dat causam quare iis opus sit. Quia nisi hæc adsint, non eueniunt secundi fructus, tametsi decutiantur flores, aut immaturi fructus amoueantur. Ratio est, quia de suo cursu detorta est natura, & in alienum coniecta tempus. Tamen id obseruatum est, vbi gelauerunt Vites florescentes, omphaca eo habuimus tempore quo vindemiæ solent institui. Aliusmodi euentus est in Rosa. Rosam bruma si velis habere, aut sanè haud multo antè: plantam ipsam, dum in eo est vt erumpant flores, amoue loco atque in alium transfer, modò non incommodum. Sanè post Arcturum sæpe habuimus. Cultum autem intelligit maximè stercorationem: ea nanque acuitur arbor ad fœtum: item munitiones à flatibus gelidioribus, tum rigationes. Etiam Africani præceptum quo fœcundiores fiant, adiumento erit. Portulacam & Tithymallum contusas trunco aduoluit. Et fimo columbino fouet. Nam quæ

A attribuunt Zoroastri, qua ratione steriles fructū vt ferant, fiat: puerilia sunt & nugatoria. οὐ γὰρ ἂν τι ἀνὰ τὸ κυῆσαι γένοιτ' ἄν. Vult dari tempus ad conceptum, vt generent. propterea quòd priore fœtu substracta sit materia: necessaria est altera. Τοῦ προϋπάρχοντος. Nota vim participii. designat enim præteritum tempus: quod præexistebat. Ἅμα δὲ ὥσπερ. De materia dixit: etiam de forma nunc. Tardari vim generandi: quæ sentiat incommodū vulneris. Decerpto nanque fructu, aperitur arboris latus. Est autem arbor quæ generat, non arboris anima. Idcirco læsione affertur mora. Ideo dixit ὥσπερ πηροῦσθαι. Quasi mutilari principium generandi, id est vim efficientem, quæ est in ipso in-
B diuiduo per formam πηροῦσθαι, quod aliàs κολούεσθαι. Ὥστε μὴ βλαστάνειν. Sensus patet. Itaque ex ea læsione fieri vt ne ferant: quippe alieno superueniente tempore: quod indicat per verbum καινῆς & ἄλλης. Nouam & alienam vocat tempestatem, nō solùm aliam. Verba illa οὐκ ἐκποιεῖ, interstrepunt. Aut tollenda sunt, aut delenda altera negatio. Οὐκ ἐκποιεῖ βλαστάνειν, non possunt facere vt germinēt. ἀπὸ τούτου, ex eo tempore. Familiaris loquutio historicis Græcis. Τούτων μὲν οὖν. Claudit hanc capitis primam partem: alterā instituit sic. Quēadmodum fructum fructus subit: ita & fructus germinationem. Flos autem & germinatio inter se παραλλάττουσιν, id est, nō seruant ordinis legem. In Pruno & Amygdalo flos antecedit: in aliis multis sequitur germinationem. Cuius rei causa sanè
C fuit assignanda. Nam quæ ratio huc affertur de fructuum sera productione, proba est pro fructibus. Operosiores enim sunt quàm frondes. At facit contra flores istiusmodi. Frondes enim minus operosæ. Neque à tenuitate duxeris argumentum. Non enim omnes tenues anticipant. Rosa etiam tenuior est: & Persici flos multum habet partium tenuissimarum. Quocirca non parum ciet aluum. Hæc à forma & qualitatibus. Sed neque à fine. Non enim quia fructus Amygdali habet os durū, & pulpam nucamenti, propterea maturandus fuit apparatus in flore. Hoc enim etiam in Iuglande. Quin in Persico celeriùs erat expediendum. Siquidem pulpa putaminis, quæ vescendo futura esset: etiam diutius fuerat elaboranda. Quare insci-
D tiæ confessio vitabit culpam, quam præstare non debet. In sapientia nanque humana, caligo pro Sole est. Αἱ δ' ἀνθήσεις τῶν καρπῶν. Non florēt, inquit, omnes pro ratione germinationis. Non tamen multùm interest inter ea temporis: penè, vt ita dicam, eadem hora. Τοῦ δὲ πεπαίνειν. Quòd autem seriùs accedat fructibus maturitas, id est quia frondium & germinum rudior est materia. Corpulentior est, & defæcata minus: Fructibus autem purior. Excocta igitur magis, cùm in cæteris partibus, tum in succis ipsis. Itaque ad plus operæ plus temporis. Ἔτι δὲ μεγάλας. Sed & alia ratio est. Nam illa est opera exquisita: at est præterea multiplex. Frondes enim penè vniformes: Florum partes non admodum inter se distant, si cum fructuum partibus comparentur: succo, me-

dulla, membrana, carne, putamine, corio, testa. A Ideo non solùm multæ sunt differentiæ, verumetiã, vt ipse notat, μεγάλαι. Vide quantum distat ab osse succus. ξυλώδεις, vt in gigartis & ossibus. γεώδεις, vt in putaminibus. ξηρὰ, vt coria. λιπαρὰ, vt Iuglandis succus, aut Oleæ. Διὸ καὶ πρωιανθοῦνται. Non est ergo mirum si flores & frondes penè simul prodeant: fructus postea longo tempore perficiãtur. Nam cùm flos sit inchoatus fructus, in cuius rudimentis ille conficiatur, ad tãtas, quæ in Amygdalo sunt, diuersitates assequendas, opus fuit de eius floribus insessu diuturniore. Δυσαποσπάστος γὰρ ὁ ξυλώδης. Difficilè nanque, & ob id serò lignosa pars ab aliis secerni atque effingi potest. Durum verbum hîc ἀποσπᾶν, vt secretionis exprimeret difficultatem. Seriùs igitur hoc fit: at floris natura facilior atque expeditior, & idcirco paratior. Propterea dixit τὸ δ' ἄνθος ὤθει. Florem autem primo quoque tempore extrudit. Quippe res est imperfecta: nimirum fructus ipsius rudimentum. Ideo dixit διὰ τὴν πρότερον λεχθεῖσαν αἰτίαν. Non quidem de floribus attulit causam, sed de frondibus, quas dicebat ἀκίνητα. Itaque siqui flores operosiores sunt, quemadmodum qui sunt corpulenti, quales cytini Punicæ mali, ii seriùs exeunt: propiores enim sunt naturâ sua iis prætextibus, quos in fructuum diuersiformibus partibus causabamur. ὑπερβάλλοντα δὲ ταῦτα. Qui fructus excedunt alii alios multiplici partium diuersitate: iis natura ordinis modum admetita est. hoc erat, συμμετρίαν ἔχει τινὰ καὶ τάξιν. Conuenientiam C inter se habent: inter se, inquam, συμμετροῦνται ordinem ipsum prodeundi. Non enim est in ipsis symmetria simpliciter, id est in eorum constitutione, siquidem ὑπερβάλλουσι. Nota loquutionem, μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων. Duobus modis id fit. Vt τὸ μετὰ, sit nota coniunctionis, velut in Rosa. Est enim flos coniunctus cum crasso pediculo, qui postea fit caput. Lilii flos est copulatus cum thyrsulo medio, qui postea concameratur ad semen continendum. alio modo τὸ μετὰ nota est mistionis, vt in Cytino. Non enim Punicæ flos alius est à Cytino, sed ipse Cytinus est. Ideo dicebat, ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ τὸ ἄνθος.

Lego, τῶν δὲ διαφερόντων, non autem διαφερόντων. Et πλείονος ἀμφοῖν. Deleo enim ἢ. Et, vti dicebamus in Commentariis, deleo μή. ὥστε βλαστάνειν.

D Theodorus ἐκποιούσης τῆς ὥρας, dum modò tempus suppetat mutile. Non solùm enim tractus, sed & clementia temporis requiritur. Omisit vtrunque, ἢ ἀμφοῖν. Ἱκανὸν εἰς τὴν κύησιν. Quantum partui satis sit: κύησις tamen non est partus. ὥστε μὴ βλαστάνειν, & cætera, quæ nobis negotium facessebant, ita concinnat Theodorus, vt nunquam, nisi alio denuò effecto principio germen emergere possit. Quod quidem præsens tempus nequit efficere. Κατὰ μίαν, ὡς εἰπεῖν, ὥραν. Theodorus nõ admodum expressit. Arbores enim magna ex parte eodem tempore germina sua edunt. Inuoluit illa τὸ σύνεγγυς αὐτοῖς. Haud ita magnum temporis interuallum interponunt inter florum ac germinum explicationem. Propinquæ enim sunt ἡ ἀνθοφορία καὶ βλάστησις. αὐτοῖς scilicet floribus. τὸ σύνεγγυς tam declarat antecesionem, quàm successionem in propinquitate. Εὐκινητότερα, agiliora. Obscura vox ad præsentem significationem. Minore momento egeant. Σαρκωματικώτερα, καὶ πωρωματικὴν, crassiore, callosioréque. πώρωμα, quis dicat callum? Non semel iis in libris abutitur calli voce ad interpretandum. Ὑπερβάλλοντα δὲ ταῦτα. Theodorus omisit ὀψιαίτερον γίνεται, seriùs se ostendunt. Fiunt, eueniunt. Nam προδεῖξαι & προφαίνει, suprà ponebat non ad maturitatem, sed ad ipsam tantùm primam ostentationem. Sic in sequenti capite προφαίνει μὲν οὖν πλείω καρπὸν τοῦτο δὲ οὐκ ἐκπίπτει. Ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ τὸ ἄνθος. Vt flos Punicæ B neutiquam expressit in oratione operosa mentem Philosophi: de qua nos satis.

CAPVT XVI.

XVI. capitis argumentum. Inculta cultis quare maturiùs germinent. Quia nihil noui tentetur à calore naturali: & quia non vulnerantur. Sicciora faciliùs moueri ad germinationem: quæ minus humoris habent. Ergo minus operæ. Cultorum germinatio speciosior. Agrestia minus coquere fructus, licet calidiora, ob exuberantem fœcunditatem: & quia densiora.

TA δ' ἀργὰ τῶν εἰργασμένων. Partes eiusdem generis, diuersæ genituræ comparauit in toto: quippe in biferis fœtus duorum temporum. Deinde comparauit partes diuersi C generis: scilicet flores, fructus, germina, ad eãdem rationem. Nunc tota cum totis comparat ad eundem finem, nempe ad germinationem & fructificationem. Τὰ ἀργά. Actiua & passiua significatione capitur. De agro inculto, vti diximus in Historiis, passiuè: in quo nullum fit opus. Γαστέρες ἀργαί. Priuat hîc actionem. Est enim ἄεργος: vnde nostrũ æger. Hîc in arboribus non accipitur actiuè: agunt enim, si sunt πρωϊβλαστα: sed passiuè: quod declarant sequentia verba, μὴ γυμνουμένων τῶν ῥιζῶν. Διὰ τὸ κατέχειν. Si non putantur, non pastinãtur, non ablaqueantur: non exhalat foras calor, sed intus cohibetur. At is est autor germinationis, αὕτη γὰρ ἡ κινοῦσα, scilicet θερμότης. Ita frequens est ei vsus verbi, κινεῖν. Καὶ διὰ τὸ μηδεμίαν. Modos exe- D quitur culturæ: cùm non putantur, μηδεμίαν πληγὴν. Itaque dixit ἄνω, quia dixerat γυμνουμένων τῶν ῥιζῶν: quod incommodum est in imo. Κλωμένων. Modi τῶν πληγῶν. Si amputentur, si confringantur, si stringantur, si pampinentur. Nam hîc quoque, sicut & suprà, καρπὸν intellexit τὴν βλάστησιν. καρπολογουμένων, decerptò fructu. Nam qui fructus adsit, si nunc primulùm germinant. Si non demitur fructus, maturè germinant. Nullus enim fructus antecedit germinationem: nisi fructus pro germinatione accipiatur. Quanquam non acquiescit animus. Nam ne de germine quidem accipi potest. Quo enim modo dẽptum iam sit germen si nondum editum est? Itaque lego καρφολογουμένων. Detrahuntur enim pusilli quidam rami, qui sunt inutiles.

tiles. κάρφη. Ἀφελκυσμένα γάρ. Ex ea apertione, A duo sequuntur quæ incommodent. Vnum est, πόνος. Necesse enim est in solutione continui animantes pati. Quod enim vnum erat, aliquo modo fit non vnum. Fit ergo etiam aliquo modo non ens. Non enim est id totum quod erat, eo modo quo erat. Hoc autem est maximum vitium in Natura. Naturæ nanque munus nullum aliud est, præter quàm esse. Esse verò, & esse aliquid, & esse bonum, & esse vnum, & esse totum, idem est reipsa. Hoc dico, quia insani quidam non attigerunt veritatem, cùm negant solutionem continui, dolori esse. Hoc in nobilibus exercitationibus discussum est. Alterum incommodum est, καταψύχει. Refrigerantur enim, propterea quòd, vti dicebamus, exhalat calor B naturalis. Quocirca id quod caloris reliquum est, contrahit sese: hoc est quod dicebat, εἰς ὀλίγον συστέλλει. At contractio & effusio sunt contraria. Germinatio verò effusio quædam est. τὸ συστέλλειν igitur facit ὑστερίζειν: sicut esse intactas, efficit τὸ πρωΐ. Sic rectè opposuit τὸ καταψύχει ei calori, quem contineri dicebat in incultis. Τοῖς δὲ πολλοῖς διαδίδοται. Etiam aliam adiungit rationem τῆς πρωϊβλαστίας. Nam in agrestibus remanent incolumes ramusculi pusilli, quos cultura iubet auferri: eos κάρφη ob exiguitatem dicebamus in verbo, καρφολογουμένων. Ii ramuli propter paruitatem facilè patiuntur ab aere mutationes. Hæc sententia & suprà dicta est de imbecillis, & alibi non semel dicetur. Διαδίδοται, C scilicet succus qui in pusillis est festucis. Et iisdem penitus verbis vtitur, quibus aliâs. Διὸ ταύταις ταῖς ὥραις ὑπακούει. Obsequuntur temporibus eiusmodi, qualia sunt euocantia genitalem succum ad germinationem. Nisi legas, ταῦτα. Est enim codex hîc corruptissimus. Καὶ ἔτι δὲ καὶ μάλιστα. Non opus fuit hac copulatione, ἔτι. Tantò minus illa assertione, μάλιστα. Repetitur enim quod iam dictum est. dixerat μὴ κλωμένων: dicit, ἀκλάστων. Dixerat, μὴ καρφολογουμένων: dicit, ἀκαθάρτων. Dixerat, πολλοῖς: dicit, ἐν πολλοῖς. Ibi, μικρά: hîc μικρά. Illic διαδίδοται: hîc, τὰς γονίμους κατέχειν ἀρχάς. Non enim dispertiretur succus, nisi calor ageret genitalis. Ὧν ἕκαστον. Vbique profitetur hoc, minusculas plantas & minusculas plantarum partes D facilè moueri. Itaque addidit εὐθὺς, vt non solùm facilè moueantur, sed etiam citó. Designat autem idem τὸ εὐθὺς hîc, quod in proposito τὸ πρωΐ. Ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπίων. Exemplum capit à Pyris. Pyrus agrestis cùm sit eiusmodi stipatus particulis, id edit specimen maturæ germinationis. Hoc est quod dicebat, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. Quæ causæ? Illæ conditiones, τὸ μεμερίσθαι ἐν αὐτῷ εἰς πλείω, καὶ κατὰ μικρὰ τῶν ἀρχῶν. Facilè mutari partes eius: quia pusillas multas habeat, quas nullo negotio sibi fingat aer. Ἔτι δὲ καὶ ἡ ξηρότης. Postremum argumentum. Sic ergo colligimus, Quamobrem & ex mitibus eæ A quæ non coluntur arbores, & agrestes, præueniũt germinatione sua cultas aut mites? Nam incultæ mites præueniunt cultas, & agrestes præueniũt mites etiam non cultas. Primùm quia non laborant ex vulnere. Deinde quia non refrigerantur, resoluto aut abeunte calore genitali: itaque non retrahuntur. Tertio loco, quia in incultis & agrestibus ramusculi sunt incolumes, in quibus propter exiguitatem & facilè cientur principia genitalia ab aere ambiente, & facilè tum mouent materiam suam. Postremò, quia sunt sicciores. Vbi minus humoris, minus operæ: Citiùs ergo transigitur. Καλλίω μὲν οὖν. Compensatio Naturæ. Vt quanto cedit arbor cultu affecta celeritate germinandi atque fructificandi ei arbori, B quæ intacta est: tanto illam vincat fructus specie, & copiarum collatione. Hoc enim est ἁδρωτέρα. Nam videbimus postea fructu frequentiores esse agrestes, sed operæ successione tales: mitium verò impetum conferti succi, non partiti fœtus. Nec ratio deest. Nam cultis cunctatio sustinet fructificationem. Vis deinde ipsa vbi se collegit, expeditam sui habet rationem, atque idcirco exprom ptam operam. Agrestes autem dum festinant, haud perinde habent in suo penu, materiæ apparatum. Exigui rami præoccupant, tum alia subeunt lentiora. In ipsis cultis retentus succus id facit quod & in aquis fit: quæ obiice quopiam coercitæ fuerunt intus, quoad impetu erumpant magno. Et alia ratio, In Agrestium C festinatione tempestas etiamnum acerbiuscula: cuius fidem cæli mutatione variari necesse est. In mitibus atque cultis dilatum opus ad momenta temporis vegetiora fautorem habet aerem sibi, atque etiam coadministrum. Ἀπὸ δὲ τούτου. Altera sequitur capitis pars. Sic formanda est in Lyceo dubitatio per syllogismum. Omne robustum & validiùs & promptiùs mouet, ac celeriùs motum perficit. Agrestes robustiores: ergo promptiùs ac celeriùs germinant. Rectè est. Iam hoc est constitutum. Altera pars conclusionis: ergo meliùs absoluit & conficit id quod mouit. Hoc in se verum est, si cætera sint paria. Cæterùm pensi iniqua magnitudine impeditur operis perfectio. Itaque non absoluitur maturitas fructus agrestium. Itaque maior vera erit cum additione illa: nimirum cum exceptione impedimen- D ti. Videamus igitur impedimenta. Vnum est τὸ πλῆθος τῶν καρπῶν. At sunt robustę agrestes. Videamus roboris præscriptionem. Ἰσχύουσιν, ἀλλ' οὐχ ὑπερισχύουσι τῆς ἰσχύος. Non eorũ robur tanto superat excessu robur arborum mitiorum: quanto maior materię copia superat materiam mitiorũ. Itaque vt est abundantia succi supra modũ: ita esse oportuit excellentiã roboris supra robur quod habet. Itaque fatemur cicures esse agrestibus valentiores: sed non quantùm sit ad succi immanem exuberantiam expediendum. Διὸ καὶ οἱ γεωργοί. Argumento legum agricolarum confirmat sentẽtiam. Viridariorũ magistros demere de fructibus

f.

eos,qui nimii videantur. Hæc eſt vna cauſa. Ἑτέρα δέ. Altera, quia denſiores ſunt & ſicciores, & ſibiipſis alimentum vindicantia. Hoc eſt, εἰς ἑαυτὰ μᾶλλον ἕλκοντα τὸ ὑγρόν. Sic ſoluitur quæſtio tacita. Nam ſi materiæ multitudinem ait eſſe cauſam cruditatis: multùm in iis ineſſe ſucci neceſſe eſt. Quónam igitur modo ſunt ſicciores? Quia, inquit, ſuccum ſibi abſumunt ad compactam denſitatem. Itaque ne eo quidem ſucco multo ſucculentæ ſunt,quia intus ſuffarctæ. Hanc equidem cauſam vnicam puto: non ſuperiorem. Succum ipſum eſſe indomitum & contumacẽ. Itaque non mutari. Illam verò ſuperiorem minus probari poſſe perſuadet ratio proportionis. Nã ſi multitudo fructuum agreſtis Pyri, aut Mali, aut Labruſcæ, cũ fructuum paucitate mitium conferatur,quis non videt quantũ deeſt in numero mitium,tantum in magnitudine reponi atque dependi? Ἡ δὲ τροφή. Alimentum, inquit, & maturatio fructuum fit ἐνδόσει τῆς ὑγρότητος, cùm expeditur ſuccus ad transformationem. ἐνδιδόναι proficere. Ἣν οὐ ῥᾴδιον ἄν τις σωμάτων λαμβάνῃ. Quam diſtractam (in ſua nanque commoda vertit auida mater) non facilè percipere fructus poteſt. Ἁπλῶς δὲ οὐ τὰ ἰσχυρότερα, καὶ τροφιμώτερα. Moderatur maiorem ſyllogiſmi propoſitionem ſic, Quæ ſunt robuſta, multùm mouent omnia: at non omnia, multùm alunt. Et adiungit exemplum de animalibus. Nàm alius ac certus quidam modus eſt roboris ad ferendum fructum, alia ad alendum atque perficiendum. Hoc eſt quod dicebat, ἑτέρα. & καθ' ἑαυτήν. & ἰσχύς. & δύναμις. Ne tamen intelligas id verum eſſe in re, ſed in modo rei. Eadem nanque vis eſt animæ generatricis atque informatricis: quæ adminiſtram ſibi habet nutritiuam facultatem. At nutritiua facultas eadem reipſá eſt cum gignitrice. Non enim poteſt alere aut augere, ſine vniuoca partis appoſitione. Hoc autem eſt generatio. Quippe ſucco à terra hauſto, apparato, tranſmutato, imponit formam Pyri Pyrus arbor, ea vi quam in ſe obtinet ab anima. Ideo eſt ἑτέρα, non ἄλλη. Et καθ' ἑαυτήν, ſeparata opere atque actione, non ſubſtantia. Et ἰσχὺς in ſubſtantia, δύναμις in officio. Μανὸν γάρ. Non eſt ratio, quomodo ſit alia vis: ſed quare denſitas obſiſtat. Oportet meatus eſſe tum commodos, quod fit raritate: tum liberos, quod deſignatur per εὔοδον. Ac præterea materiam adeſſe, quod & ſuprà dicebamus. Hoc dixit, ὑγρόν. Cæterùm, vt innuebam, ſi parata fuit via qua ſubiret ſuccus ad fructus conformationem, atque eam quidem frequentiſſimam: quomodo poſtea factum eſt vt tranſitus intercluderetur? Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν. De obeſis intelligit. Sic etiam Gallinæ pingui ſterileſcunt. Ὃ καὶ ἡ γεωργία. In omnibus ſibi ſimilis eſt Natura. Itaque, quod & ſuprà dicebat, auferunt agricolæ fructus ſuperfluos: atque ita efficiunt vt qui reliqui facti ſint, perficiantur. Non ipſi quidem ſuppeditant alimentum, ſed amotis interceptoribus, autores ſunt perceptionis. Εὐδίοδα, καὶ εὔπνοα. Ars facit, vt & ſuperuacanea tollantur omnia, & vt arbores ſint tum rariores, tum ſpirituoſiores. Nam cultus laxat, admittens aeris teporem & ſtercoris. Laxat enim calor. Et attenuat idem ſuccum, atque redigit ad naturam ſpiritibus propiorem. Ac præterea conficit, vt liberiùs commeẽt ſpiritus intus. Hoc eſt εὔπνοα, qua voce ad has commoditates vtitur in hiſce libris ſanè crebró. Περαίνει μὲν οὖν. Concludit. Et vtitur verbo quo eſt ſuprá. Vt oſtentent fructum modò, non etiam abſoluant. Ἔνδοσιν, non ſolùm δόσιν ſignificat, ſed etiam emolumentum. διὰ, dicit motum & partitionem. ἐν, deſignat locum, inhæſionem, vnionem. Λαμβάνει. vnde ἀνάληψις & ἀναληπτική, refectio, recreatio corporum defectorum. καρπογονίαν. Sic intelligit perfectam fœtificationem, non autem inchoatam iſtam. Ὥσπερ γυναικῶν. Hîc non eſt iniucunda dubitatio. Non enim vt commodè fœtus alatur, neceſſe eſt mulieris corpus eſſe rarum aut laxum. Scilicet neutiquam à toto corpore amandatur fœtui ſuccus, ſed à ventriculo, iecore, venis: quarum tubos ſatis eſt expeditos eſſe. Cætero corpore nihil refert compacto ſit, an ſolutiore fœmina. Nam quod afferri poſſet de alimenti defraudatione, non eſt neceſſe. Permultæ nanque mulieres dum gerunt vterum, corpore ſunt habitiore.

Lego, ἐλαία, συκῆ, τἆλλα, non τὰ δ' ἄλλα. Et, γυμνουμένων τῶν ῥιζῶν, non γυμνουμένης. Et, καρφολογουμένων, non καρπολογουμένων. Et, ἀκλάστων ὄντων, non ἀβλάστων. Et, γονίμους κατέχειν ἀρχάς, non μονίμους. Et, σπωμένην λαμβάνῃ, non λαμβάνειν. Et, μανὸν γάρ, καὶ εὐδίοδον, non μόνον. Et εὐδίοδα καὶ εὔπνοα, non εὔδηλα.

Theodorus, μὴ σκαπτομένης τῆς γῆς. Cùm non fodiantur. Non fodiuntur arbores, ſed terra. Καὶ εἰς ὀλίγον συστέλλεται, contrahitur in exiguum: de calore intelligendum. Non enim habet arbor motionem. Quanquam ſic ſenſimus in Commentario: tamen fortaſſe ad tempus accommodari queat. Vt ſit aliquantiſper. Sic enim præſcribitur τὸ πρωῒ καὶ τὸ ὀψέ. Hoc magis mihi probatur. Ἐπεὶ τῶν ἀπίων, in Pyro ſylueſtri. παραφραστικῶς. Intelligitur enim ſatis, quando hîc de agreſtibus loquitur. Εἰς πλείω γάρ, καὶ κατὰ μικρὰ μεμερισμένων τῶν ἀρχῶν. Cùm enim pluribus minutioribúſque internodiis diuidatur. Internodia ſũt ſpatia inter nodos arundinum & ſtipularũ. At ſurculi non ſunt internodia, ſed puſillæ portiũculę arboris. Quin vnde exeunt, non eſt nodus, ſed ſinus & ala. Τὸ δ' ἔλαττον, εὐκινητότερον, quod minus eſt, motu faciliùs extat. Nihil hîc agit verbum, extat, niſi κακοζηλίαν. Extare eſt, ὑπερέχειν, aut ὑπεράρχειν, aut σώζεσθαι. Πρότερα δ' ἐκείνη: Citior neglectarum. Paraphraſis non incommoda: ſi non dixiſſet, neglectas. Negligere eſt omittere, iudicio & electione. Negligimus enim quod

nolumus

nolumus curare. At hoc non eſt neceſſe in incultis. Ἀπὸ δὲ τούτου ἄν τις ἀπορήσειε. Totum hoc omiſit: & ſolo verbo abſoluit, quæres. ὑπερισχύουσι τῷ ἰσχύειν, ſuis præualent viribus. rectiſsime. Sicuti præponderare, præpollere. Σπωμένην, aliunde trahitur. Imò aliorſum. Τροφιμώτερα, altiora. Tametſi ab alendo, altum legimus apud Ciceronem, tamen circunſtant ea verba, quibus ab excelſi diſiungere poſſis ſignificatione. Hoc autẽ flexu comparatiuo, nemo intelligat. Καρποτοκῆσον, fructũ largè laturum ſit. Iniuriam fecit Theophraſto cum largitate illa. Et de perfectione hîc intelligit, non de vbertate. Contraria nanque ſibi diceret. Nam largè fructificant agreſtes. At his verbis agreſtes ſubmouet.

CAPVT XVII.

Argumentum capitis XVII. Percoctionem duarum eſſe rerum, putaminis, & nuclei. Et fine duplici, ſcilicet ad plantarum generationem, & ad eſum propter hominem. Putaminis & nuclei naturas quodammodo eſſe aduerſas inter ſe. Semen eſt omniũ plantarum finis communis. In plantis alimentum tripartitò diſtribuitur: in ſtipitem ac ramos, in putamen, in nucleum. Quod vni duobúſue acceſſerit, reliquis reliquóue detrahitur. Aliarum aliis fruimur partibus, radice, fóliis, fructu.

Ἡ δὲ πέψις ἐστὶν ἐν τῷ περικαρπίῳ. Quia de coctione dixerat, quæ quibus plantis ineſſet maturiùs aut ſeriùs, ídque in fructuum natura: nunc declarat, quæ partes ipſorum fructuum ſibi vindicent coctionem. Duas agnoſcit partes, τὸν καρπὸν, καὶ τὸν περικάρπιον: miro ſanè abuſu vocis huiuſce poſterioris. Nam ſi Pruni pulpam deſignat hoc nomine: ὁ καρπὸς intus erit. Ergo τὸ περικάρπιον non erit ὁ καρπὸς, neque τοῦ καρποῦ quicquam. At in omnibus non eſt eadem proportio. Nam ſi καρπὸς erit ſemen tantùm, aut ipſius ſeminis medulla: tum quod citrà cunque fuerit, erit περικάρπιον. Quamobrem non rectè fiet, quæ ſequitur, diſtinctio. Ait enim, τοῦτο δὲ δεῖ γίνεσθαι, καὶ λαβεῖν χυλὸν ἁρμόττοντα πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν. Intelligit igitur eſculentum eſſe τὸ περικάρπιον. Quare ſi definitum conuertitur, vt loquuntur, cum definito: idem continget eſſe καὶ καρπὸν, καὶ περικάρπιον in Iuglande, Amygdalo, aliis: & idem ſimul non eſſe. Nam quod intus eſt, edendo eſt: quod foris, non eſt. Ita non omne περικάρπιον propter nos. At ipſe id hîc profitetur. Neque illud negligendum quod ait, πέψιν eſſe ἐν τῷ περικαρπίῳ. Non enim minus eſt, ἐν τῷ καρπῷ. Siue ille ſit non tam eſculentum, quàm ad propagationem ſpeciei, vt in Olea, Gigarto: ſiue ſit ad vſum hominis. Quocirca etiam vtriuſque partis naturam atque augmentum comparabit. Et vſus eſt τῇ πέψει, ἀντὶ τῆς πεπάνσεως. Rectè dixit, λαβεῖν χυλόν: quia ſuprà etiam λαμβάνειν τροφήν. Et ſignatiſsimè, ἁρμόττοντα πρὸς ἡμετέραν φύσιν. Id eſt proportione reſpondentem naturæ noſtræ. Nutrimentum enim tam conuenit rei nutritæ, vt ſit res ipſa nutrita in potentia. Εὖ ἔχει διελεῖν. Cùm dixit in pericarpio eſſe πέψιν: nunc fluctuat & ait, oportere eam etiam τῷ καρπῷ attribuere. Sed & malè eloquitur quod rectè proponit. Inquit enim, διελεῖν ὅ,τι πέψις ἐστίν. Non enim in ea partitione docet quid ſit πέψις, ſed cuius. non igitur ὅ,τι ἐστί, ſed τίνος. Quare corruptum codicem puto, & legendum ὅτι. Coctionis diuiſionem faciendam: quoniam altera ſit fructus interioris, alia pulpæ exterioris. Hoc eſt aliquid formale. Etiam dat fines. Ait enim καρπὸν πρὸς γέννησιν, ſcilicet indiuidui: καὶ διαμονήν, ad perpetuationem nimirum ſpeciei. Species enim fit incorruptibilis propter ſucceſſionem indiuiduorum. Accepit δένδρα hîc (ſicut in Timæo Plato) ἀντὶ τῶν φυτῶν. Οἱ γὰρ καρποί. Vna res eſt καρπὸς καὶ σπέρμα: ſed ratione differunt. Cùm intelligitur ad futuram plantam ſationis vſus, σπέρμα dicitur: Cùm refertur ad noſtra commoda, vocatur καρπός. ſic Triticum eſt vtrunque. Idcirco ait, propter plantæ propagationem ſemen eſſe. Demonſtrationis figura ſic ſtatuitur. Quodcunque propter aliud eſt, propter illud fit, quando fit. Semina propter plantam ſunt: propter ergo plantam fiũt. Reſoluitur ἐπιστημονικῶς ad illud primum. Quod fit, fit vt ſit. Et hoc modo fit, vt illo modo ſit. Generatio nanque eſt propter ſubſtantiam, & ſubſtantiæ. Ἑκατέρα δέ πως. Comparatio inter partes diuiſionis, τοῦ καρποῦ, καὶ τοῦ περικαρπίου, quoad coctionem. Et oſtendit contraria eſſe, tum quomodo ſunt contraria. Nam ſecundùm finem non ſunt contraria, ſed diuerſa: quando alterum propter hominem, alterum ad propagationem. Item forma communi ſpecifica non ſunt contraria. Nempe totius eiuſdem partes ſunt. Sed ſunt contraria qualitatibus, conſtitutione, quantitate, ſitu partium. Conſtitutione, quia craſſa aut tenuia. Qualitatibus, humida, ſicca. Quantitatibus, parua, magna. Situ partium, dẽſa, rara. Quod non eſt idem cum conſtitutione. Quippe craſſum aut tenue, eſt affectus partium in toto: denſum & rarũ, eſt affectꝰ totius in partibus. Hæc ſolis metaphyſicis nota ſunt. Ergo cùm περικάρπιον eſt magnum, fructus eſt paruus. Alteram partem contrarietatis ſubticuit. Cùm περικάρπιον eſt humidius: Quid? an fructus ſiccior? Sanè in quibuſdam, vt in Perſico, Pruno: pulpa humidiſsima, nucleus ſiccior. In aliis alia ratio, vt in Iuglande. Partium ſitus patet. Quia Iuglandis acerbæ denſiſſimum putamen: intus rariſsima medulla. Vbi maturuit, medulla firmior, non tamen putamine compactior. Hæc fuit cauſa, vt in comparatione cùm duo ſtatuerit ex priore parte, περικάρπιον ὑγρὸν, καὶ πλεῖον: ex altera non reſponderit niſi vni, καὶ ὁ καρπὸς ἐλάττων. Contrà, in ſequenti collatione addidit ſic, καὶ ἅμα μείζων ὤν: ecce de magnitudine ſola. Opponit plura, καὶ τὸ περικάρπιον ἔλαττον: ſatis erat. addidit, καὶ σκληρότερον, καὶ δυσχυλότερον. Sanè de magnitudine ferè verum eſt. Pruna optima oſſe minimo: item Ceraſa. De duritia verò non eſt verum ſemper. Nam quibuſdam Prunis oſ

maximum, pulpa minor, ſed ſuauiſſima: vt ſunt ea quæ aſcaulum imitantur, atque inde nomen apud Gallos inuenere. Ne verò compares τὸ σκληρότερον τοῦ περικαρπίου, cum nuclei medulla. Nunquam enim fit vt ſit durior. Sed ipſa durior eſt, quàm cum medulla, minor. Πρὸς ὃ δὴ καὶ γεωργία. Arte opus fuit, quæ prohiberet huius incrementum, ſcilicet τοῦ καρποῦ. Nota ſolutiorem ſententiam. Non enim finis artis eſt caſtigare excreſcentis oſſis magnitudinem, ſed augere pulpam. Is primus & vnus finis, quem ille poſtea conſequitur. propterea quòd quantum accedat pulpæ, tantum decedat medullæ. Τὴν τούτων αὔξησιν, ſcilicet καρπῶν. Nempe tranſlato ſucco ad περικάρπιον. Ἅπαν γάρ. Vtilitas ab arte. Τὸ γεωργούμενον. pertinet, ad foſſionem, ſtercorationem, rigationem, qui ſunt affectus terræ: cuius vox eſt in hoc participio cum opere coniuncta. εἰργασμένον, pertinet ad ipſam arborem, quæ putatur, ſtringitur, ablaqueatur. Quæ proportio eſt cultæ ad incultam, ea eſt mitis ad feram arborem. Ideo in hac analogia principem ſtatuit locum illis, ἥμερον ἀγρίου. Μικροπυρηνότερον. Explicatio ſuperiorum. eſt enim idem hîc, καρπὸς καὶ πυρήν. ὑγρὸν γινόμενόν τε μᾶλλον. Scilicet ſuprà declarabatur, quemadmodum laxiores fiebant arbores cultu: per quarum meatus factos commodiores ſuccus largior commearet. Eam verò humiditatem modificari ab ipſo calore naturali, ne excedat in vitium luxuriæ: quod operæ fuerit caſtigare, ſicuti poſtea docebimus. Itaque dixit εἰς συμμετρίαν τῆς ἡμετέρας χρείας, quod ſuprà dicebat ἁρμόττοντα πρὸς τὴν ἡμετέραν φύσιν. Vſus enim eſt ex natura. Αἱ μὲν οὖν πέψεις. Colligit, & dicit διεστᾶσι: quia in his libris differentias vocat διαστήματα. rectiſſimé. Semper enim partimur ſpecies per contraria. At definitio contrariorum quæ longiſſimè diſtant. Duo igitur verba contraria ad idem ſignificandum comparata ſunt, ἱστάναι, φέρεσθαι. Διάστημα, διαφορά. Non eſt verus motus rationalis ab irrationali in re ipſa, ſed in intellectu: qui hac de cauſa vocauit διαφοράς. Res autem ipſæ conſiſtunt. Multa poſſent hîc ab ineptis dici, ſed ſunt ſuo loco tractata in quinto, ſeptimo, duodecimo ſupranaturalis Philoſophiæ. Εἰπεῖν χρὴ καὶ τὴν μὴ εἰωθυῖαν. Quaſi veniam petit moderatione ſua. non enim negat ſe contra leges communes loquendi vſurpaſſe vocem πέψεως. Τάχα δ᾽ ἄν τις ἀπορήσειεν. His ita conſtitutis, alteram partẽ capitis expedit, propoſita & ſoluta quæſtione. Quæſtio eſt hæc, An robuſtiſſima ſint fœcundiſſima. Ratio loci, ſcilicet quamobrem hoc hîc quæratur eſt: quia ſuprà tetigerat agreſtium naturam, quas valentiſſimas dicebat. Ratio dubitandi eſt, Quòd robuſtiſsimę naturæ actiones robuſtiſsimæ. Opus maximũ in arbore eſt generatio. Probat. Eſt enim perfectio, & finis & arborum & animalium. Neque priùs ſementigera ſunt, quàm perfecta ſint. Simul verò cum ætatis inclinatione tum de perfectione demitur, tũ deterior fit facultas generãdi. hoc eſt in primo loco. Tũ ſoluit, negá tq; verũ eſſe. Propterea quòd, ſicuti ſuprà dicebatur, diſpertitę vires, tenuiores ſunt. Igitur cũ tam ſeminis, quã bonæ habitudinis in plãta ſit eadẽ materia, ſcilicet ſucc⁹: vtro is diſtractus fuerit, altera pars minus habebit. Ita habemus expeditã quæſtionẽ: cuius cõmedior locus erat coniunctus cũ fine capitis ſuperioris. Videamus ſingula. Ἀπορήσειεν καὶ ἀξιώσειεν. Simul dubitarit: ſimul dubitationis attulerit: at onẽ ex cõmuni axiomate. Id tale eſt, vnde ducatur explicatiſsimus ſyllogiſmus. Quod fortiora continet: cõtinere debere videtur etiam minus fortia. at ſemẽ fortiſsimũ. Hęc cùm dixit, nõ expedit alterã partẽ, ſcilicet quid ſit minus forte. Dicamus, eſſe plãta δεξιάν. Sic quæ plãta poteſt plurimùm fundere ſeminis, eã poſſe ſibi quoque benefacere: quod eſt longè minoris operæ. Solo nanque additamento fit nutritio. At ſemen tota planta eſt in potentia. Quamobrẽ magna fabrica eſt, eáque operoſa: nõ ſolùm alterã plantã ſibi ſimilẽ generare: ſed etiam plurimas. Plurima nanque fundit ſemina. Itaque nutrimentum eſt confuſum in principiis, non autẽ, vt in ſemine, collectũ totũ. Videmus ergo quęſtionem non pendere ex proxima tractatione, ſed ex ſuperiore diſceptatione. Ita, quod ſæpe ſumus obteſtati, cõfuſa non rarò capita, haud facilè tam apud hunc, quã etiam apud Pręceptorem ſeparari poſſe. Κοινὸν γὰρ τέλος πάντων. Non ſolũ omniũ ſementiferarum, vt nos aſtringimus, ſed etiã, vt ipſe fruſtra ſuprà contẽdebat, omniũ omnino. Negabat enim vllam eſſe arborẽ quæ fructũ nõ ferret: neque aliter vſpiã propagari ſpeciẽ. Eſt probatio quare ſemen ſit ἰσχυρότατον. Quia eſt vltimũ opus plãtæ. Probat & hoc. Ἐπείπερ ἡ τοῦ ὁμοίου γένεσις. quia finis omniũ ſit, ſimile ſibi procreare. Hîc ſiſtit curſum probationũ, neq; reſoluit porró. At probandum quoq; illud eſt, omnẽ animantẽ, ſibi ſimilem appetere progenerare. Hoc probatur non hîc, ſed in libris vniuerſalibus de animaliũ generatione. Ibi enim Philoſophus à Conditore datũ, vt indiuiduorum opere prorogaretur ſpecies imagine quadã æternitatis propter ſucceſsionẽ: non ſolùm conſiſteret illorum cõſiſtentia. Nã conſiſtẽtia eſt cũ materia. At in materia contrarietates: in contrarietatibus pugna: in pugna victoria: ergo interitus. Sed omnino illud acutiùs iudicandũ eſt. Nã quęrebatur, an benehabita & robuſta poſſẽt perducere fructũ ad perfectionẽ. Id nõ hîc probatur, ſed contrariũ. Eſt enĩ propoſitio hęc, An quę ſemen poſſunt gignere, poſsint etiam eſſe bona habitudine. Ita vides quàm ſæpe iactemur. Ἅμα δὲ καὶ ἐν τοῖς ζῴοις. Alia probatio perfectionis in ſemine, à ſimilitudine. Nam in animalibus quoque ſimul incipit & corporis perfectio, & ſeminis conſtitutio: ac ſimul vtrunque deſinit. Eſt ergo perfectionis opus quiddam. ἐξαδυνατεῖν, verbum frequens, indicans exitum è robore. quaſi ſit ἔξωσιν ἐκ τῆς δυνάμεως. Nota loquutionem. Generatio amittit poteſtatem. Τὸ γεννᾶν. Animal ſanè amittit generandi poteſtatem. Declaratur ergo duplex τέλος. Nam & ſemen eſt τέλος: & ſemen eſt ἐν τῇ φύ-

σει

σει τῇ τελειουμένῃ. Vt ille finis ſit ad aliud: eſt enim ad generationem, & finis eſt alterius: eſt enim generantis. Διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ παρακμάσιν. Poſterius eſt prioris ἐξηγητικόν. Quænam ætas illa? παρακμαστική, declinans. Οὐκ ἀλόγως δέ. Hæc eſt altera portiuncula huius ſecundæ partis. Eſt autem aſſeueratio quæſiti. Docet enim quæſtionis originem. Sapientis enim intereſt non ſolùm dubitare: hoc enim etiam vulgus facit: ſed etiam docere, quamobrem dubitet. Itaque iure ait dubitari: iure afferri effata illa ſuper quibus ædificabatur ſyllogiſmus. Quamobrem verbis penè iiſdem rem perſequitur & ſententias. Nam ille dicebat, σπέρμα τελειουμένης ἐπιγίνεσθαι τῆς φύσεως: hîc dicit, ἐν τελειότητι τὸ σπερμοφυεῖν. Ille dicebat, ἐν ζῴοις ὅταν ἐλλείπῃ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐξαδυνατεῖ τὸ γεννᾶν: hic ait, καὶ τῶν ζῴων ὡς ἀνηλικίαν λάβοιτ᾽ ἄν. Deinde ſubdit, vt hæc fateamur: ita negemus illud, τὰ ἰσχυρότατα εἶναι σπερματικώτατα. Imò verò, inquit, contrà vſuuenit: ſcilicet, μὴ εἶναι. Ratio. ἑτέρωθεν μεριζομένης τῆς τροφῆς. Altrinſecus alterorſum deriuata parte alimẽti. Poſtquam dixit τροφῆς, addidit καὶ δυνάμεως. Vt igitur in animalibus, ſic & in plantis, deteriùs alterutrum fieri aucto altero. Ratio. διαρκεῖν γὰρ οὐ δύναται πρὸς ἄμφω. Non poſſe vtroqueuerſum ſufficere. Hoc autem eſſe confeſſum omnibus & in omnibus. Ratio eſt in communi axiomate. Pars non poteſt toti ſufficere. Hoc etiam pendet ab illo priore. Pars eſt minor toto. Hoc quaſi natum eſt nobiſcum in ipſis primordiis animæ. Patet ex electione. Propoſito nanque pomo dimidiato etiam cuiuis infanti, vtranque partem captabit. Ἐπὶ τῶν φυτῶν σημαίνει. Id eſt φαίνει, δείκνυσι. συμβαίνειν κατὰ λόγον: quia dixit ἀλόγως ἀξιώσειε. Quis autem ſit λόγος, is declarat ſtatim. Τὴν ἀναλογίαν λαμβάνειν. Non enim eſt vniuoca ſeminis natura in plantis & in animalibus: Sed in animalibus potior atque plenior, in plantis proxima. Ὁπότερον τούτων ὁρμήσῃ. Vtrumuis horum ſeſe promouebit, anteuertet alteri. Ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς. Quia duas aſſignauit partes in quas fierent ſuccorum diſtributiones, ſubtiliùs hoc exequitur: & addit tertiam: ſed ſuo more ſatis perplexè, ne dicam, confuſó. Vt tam multis locis abutatur liberalis animi patientia. Τρεῖς τινὲς εἰσὶν οἱ μερισμοί. τινὲς, quia certi & ſuus cuique. Dic quibus. Πρὸς αὐτὸ τὸ δένδρον, καὶ τὴν βλάστησιν. Hæc pro vno accipiantur. βλάστησις enim ita δένδρου eſt, vt ſit δένδρον ipſum. Καὶ πάλιν ἐν καρπῷ καὶ περικαρπίοις. Eſtne hæc ſecunda pars tota ſola, an ſecunda ſimul & tertia? Nam ſicuti καὶ, eſt inter δένδρον & βλάστησιν, ſic hîc inter καρπῷ & περικαρπίοις. Quare non ex phraſi quæ turbulenta eſt, ſed iis quæ ſupradicta ſunt, propoſitam partiemur ſententiam. Vindicari ſuccum ab arbore ob proprium alimentum: vindicari à pulpa: vindicari à fructu. Ii ſunt illi tres μερισμοί. Quarum partitionum prima fructui aduerſatur. Nanque vbi eſt arbor ſucculenta, fructus pauciores. Duo poſtremi inter ſe aduerſantur, vti ſuprà dicebamus. Luxuriante nucleo pulpa macilentior eſt. Vberiore pulpa nucula intus ſtrigoſior. Ὅπερ ἐναντίον τοῖς καρποῖς, ὅταν πλεῖον γίνεται τοῦ συμμέτρου. ὅπερ, ſcilicet totum. de arboris nimis bona habitudine, déque germinis luxuria intelligit. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀκαρπία. Hæc omnia iam ſuprà dicta, temerè hîc repetuntur. Ὥσπερ οὖν ἐπ᾽ ἐκείνων. Mutuus reſponſus damni ac ceſſionis. Itaque paria faciunt. Conſentit rationi, ſubtrahi fructibus ſuccum, quem ſibi pręripiat arbor. Rectè reſpondent inter ſe verba, οὐκ ἄλογον, ἀνάλογον. Quod non abeſt à ratione, ratam ſibi habet naturæ partem in hoc ipſo. Verba quæ ſequuntur, omnino corrupta ſunt, τὰ δ᾽ ἄγρια, καὶ εἰς τὴν τροφὴν, καὶ εἰς αὐτὴν ὑγρότητα ἄγοντα, παρὰ τεία τε τῶν περικαρπίων, ὥστε μείζω γίνεσθαι τὸν καρπόν. Senſus tamen elici poteſt. Sylueſtres arbores tum ſibi conſulere (ſunt enim robuſtiſsimæ) tum etiam parare ſuccum fructui, in quem tamen plus impendant quàm in pulpam. Nam tametſi etiam in iis pulpæ quantitas ſit maior oſſibus: tamen ſi cum mitibus comparetur, admodum ieiuna eſt. Et potius ſcribendum τὰ δ᾽ ἄγρια, quàm τὰ γὰρ ἄγρια. Non enim probat: ſed adiungit diuerſa. Qui non grauabitur ita legere, benignè fecerit. Τὰ δ᾽ ἄγρια καὶ εἰς τὴν τροφὴν τὴν ὑγρότητα ἄγοντα, παρὰ τὰ τῶν περικαρπίων, ὥστε μείζω γίνεσθαι τὸν καρπόν. Ita ſibi ducere ſuccum, vt etiam fructui impertiant: ſed vtroque auertant à pericarpio. Non prætereundum quod præteribamus, ἐπικάρπιον eſſe etiam ſcriptum. Idem eſt. Τάχα δ᾽ οὐδ᾽ ἄτοπον. Obiecerit aliquis ſic. Quomodo ſtudere quit vtrique emolumento agreſtis arbor: ſuo, inquam, & fructus, ſcilicet in ſucci penuria? Siccæ nanque dicebantur ſuprá. Sanè ſæpe in hiſce libris hæc inuenies, ab eadem habitudine deduci contraria. Suprà erant arbores ſiccæ: parum proficiebat fructus. Hîc ſunt ſiccæ: fructibus ſufficere queunt. Reſpondet: maſculas eſſe agreſtes: effœminari cultu mites. Itaque robur tolli, quominus vtriſque ſatisfaciant. Paulo vrbanius ingenium, cui verba nihil niſi verba ſunt, dicat: tantò minus fœtificare. Fœmellas enim fœcundiores. Cæterùm hîc iocis non eſt locus. Dicendum acutiùs & prudentiús. Agreſtes fructuum pulpas edere puſillas: à mitibus hoc exigi potiſsimùm. Itaque multum exhauriri, quia multum requiratur. Agreſtium pulpam miſeram, relinquere parenti, vt ſuis damnis ſit beatior. Nam iſtæ maſculinitates picturæ ſunt. Verbo autem hoc, ἐκθηλύνεσθαι, etiam aliàs vtitur his in libris. Τὸ μᾶλλον ἐφικνεῖσθαι, plus peruenire: ſic vt Cicero dicit, perueniat ad numos, perueniat ad ſua, id eſt conſequatur. Sic hîc, attingere magnitudinem. Τοῦτο μὲν οὖν. Quia hæc effœminatio plantarum ab arte, longè eſt à puritate Philoſophiæ, & dura eſt metaphora: quod ab eo damnari ſcribit Cicero: idcirco appellat ſimilitudinem: & ait πορρωτέρω κεῖ-

A μῆνον. Si intelligas de metaphora: aut si accipias de huius rei ratione, quasi de re abdita iudicet, atque in alium reiiciat locum. Id quod cùm alibi facit, tum mox cùm ait, ἄλλος λόγος. Ratio autem est, multum sibi valere agrestes, multum fructibus: quia nihil demitur putatione: & suo sibi loco natæ, atque educatæ non sunt inquilinæ, sed ciues proprii soli, αὐτόχθονες non ἐπήλυδες: quorum solo necesse est etiam cælum ipsum conspirasse. Tot habent prærogatiuas suæ originis, conseruationis, actionum. At quomodo effœminat cultura? Quia facit humidiores atque molliores, accito succo scilicet. Ideo addidit καὶ αἱ τροφαί. Τῶν δὲ πεπάνσεων. Extrema capitis parte comparat inter se maturationes, tum fru-
B ctuum, tum pulparum, quæ dixerat repetendo: quæ nos tanto minus repetemus. Ἐν ποτέρᾳ δὲ δεῖσθαι τὸ τελειότερον. A fine comparauit: ob vsum nostrum, ob generationem. Nunc ab ea quæ pertinent ad formam. Quia fructum dixerat esse rem perfectam, in vtro erit perfectio maior? Intelligit fructum & pulpam. Id est, cui plus operę ponitur à Natura? ἄλλος, inquit, λόγος. Alia ratio. Tanto impensiùs abs te exigenda, qui de caussis inscripsisti libros tuos. Nemo non videt adiectitium quiddam esse pulpam. Semen autem habere in principia vitalia. Quippe actu inesse animam, alibi diximus. Nisi enim actu esset, non ageret. At agit. Conformat enim sibi materiam in
C qua est. Quam ad fabricam an egeat spiritibus materialibus tanquam instrumentis, alibi dictum est. Et puto non egere. Itaque puerilia sunt argumenta illa: nihil agit in seipsum, & eiusmodi, de quibus suo loco. Ipse tamen mauult iis in partibus, quæ nostro vsui sunt ad vescendum, esse nobiliorem concoctionem. Κυριωτέρα, potior. Non meminerat, etiam seminibus ac medullis ipsis vesci nos. Et quod magis est, non solùm alere, sed etiam esse vsui magno ad medicandum: vt in Cerasis ac Persicis, nihil præstantius ad calculum. Neque omittendum quod dicebamus, In pulpa esse maturationem: in medulla, tum similem, tum eam quæ debetur animæ plantæ. Itaque tollitur illud argumentum. Pulpa est ad hominis alimentum: ergo est homo in potentia. Respondeo. Re-
D motissima illa potentia est: & habet opus substantiæ mutatione: ad quem vsum æquè possit referri medulla. At medullæ non mutatur substantia, vt arbor ex ea fiat, sed explicatur atque exprimitur solùm: &, vt loquuntur, actuatur. Fit igitur aliud per accidens. Ἐπεὶ οὕτω γε. Etiam corrupta hæc. Sensus tamen est. In Oleribus vicem hanc gerere folia & radices. Quarum plantarum semina nullo vsui nobis ad alimoniam: puta Brassicæ, Betæ, aliorum. Quare si verum est, potiorem esse pulparum coctiones, quàm medullarum: verum erit & hoc, in oleraceis folia, quæ ad eundem vsum comparantur, esse coctiora seminibus.

Lego, ὅτι, non ὅ,τι. Causa dicta est in Commentario. Et πλεῖον, non πλεῖστον. Quia dixit ὑγρότερον, non ὑγρότατον. Et, καὶ πάλιν ἐν καρπῷ, non autem ἐν ἑαυτῷ. Corrige, μικροπυρηνότεροι. Quemadmodum legenda sint illa, τὰ γὰρ ἄγρια, &c. dictum est.

Theodorus, καρπῶν, vertit seminum, non fructuum. Quippe nobis τὸ περικάρπιον fructus est. Διαμονὴν, perpetuitatem, rectissimé. Δυσχυλότερα, sapore deterior. Maluit saporem, quàm succum. Non valdè laborandum. De hoc fusiùs in sexto. Μεμηχάνηται, solers adinuenit ingenium. Ait ab ingenio solerti adinuentam agriculturam Theodorus. Ergo μεμηχάνηται accipit passiué. Εἴπερ χρὴ καὶ τὴν μὴ εἰωθυῖαν πέψιν λέγειν. Siquidem & minus solitum illud concoquendi genus addidisse conueniat. Quod genus concoquendi non est solitum? Omnis concoctio solet esse concoctio. Non de re loquitur hîc Philosophus, sed de vocabuli abusu. Testatur enim sibi dari velle vsum vocis huius πέψις, ad hunc locum: vbi potiùs conueniat πέπανσις. Nam πέψις, hîc præter morem. Ideo dixit μὴ εἰωθυῖαν. Κατακρατεῖ, exuperat. Sanè id significat. Sed hîc est, continere: vt suprà declarabamus. Θάτερον ἐλλειπέστερον. Altera ieiunior est. Candidissimé. Defectior. Ἐὰν πλεῖον γένηται τοῦ συμμέτρου, si plus æquò incessit. Duriusculé. Ὥσπερ ὄντα πυκνότερά τε, καὶ ξηρότερα. Quoniam masculæ quodammodo sint. Hoc addidit de suo: quia mox διαδηλώσουσι. Οἷς ἡμεῖς οὐδὲν χρώμεθα πρὸς τὴν τροφὴν, quibus ad pastum nonnunquam vtimur. Sanè vtimur olerum quorundã seminibus, vt fœniculo, aniso, coriandro: cæterùm non ad alimentum, sed condimenti gratia: sinapi verò ad embammata.

CAPVT XVIII.

XVIII. capitis argumentum. Proponuntur dubitationes. An syluestres nequeant maturare propter frigiditatem. Ficus succo lac cogi. Caprificus succo non. Vtrùm magis expetatur à Natura, cultúsne, an agrestitas sine cultu. Ex vtris arborum natura consideranda: ex spontè nascentibúsne, an ex iis quæ coluntur. Naturam semper optimum appetere. Non omnium eandem esse naturã. Alia cultum aspernari: alia appetere.

ΕΣΤΙ δὲ πῃς καὶ οὗτος ὁ λόγος. Duas hîc proponit quæstiones, quas etiam persequitur. Altera sanè huic cõuenit loco. Quærit enim proximũ ei quod quærebat: an agrestes arbores propter frigiditatem concoquere fructũ nequeant. Altera ab hoc loco aliena est. Quippe decuit eam tractari per initia totius huius operis. Ea est. Iucundáne sit plantarum naturæ ratio ex agrestibus, an ex iis quæ cultu exercentur. Ratio dubitationis. Propterea quòd cultu mutari vidẽtur. At quærimus naturæ principia. Cultu videtur aliquid addi proprię naturæ, quod naturæ non sit. Id prętentum intellectui nostro naturam obtegere primorem. Si enim idipsum quod additur, naturę aliquid esset, artem ipsam præuenisset. Hoc mox: nunc primam aggrediamur. Primum argumentum. Agrestes non posse concoquere fru-

ctus:

A ctus: quia fructus frigidi. Probatio. Constare namque materia terrestri, quippe admodum lignea. Et addit amplius, καὶ περιττωματικῆς. Quod tamen non admittimus. Est enim fructus agrestium, vnum per se naturale. Et omnes partes quibus constat, sunt naturales. Nisi quis tueatur sic: ex ea materia, quæ cultu eiicitur tanquam excrementum, factum est aliquid in iis fructibus agrestibus naturale ipsis. Hoc an possit consistere hac explicatione defensionis, accuratiùs erit disceptãdum. Sanè testa nuclei munimentum est, & officialis pars. Itaque nullo modo concedemus esse conditam ex materia excrementitia: sed electum ex elementis id quod faceret ad ossis lignísve naturam. Et similitudo ipsa quam petit ex animalibus, ὥσπερ τὰ ἐν τοῖς ζώοις, damnat ipsam sentẽtiam.
B Non solùm enim ossa sunt animalium consultò cõfecta certa ex materia, sicut ait in Timæo Plato, sed etiam vngulæ ipsæ, ac porrò cornua. Sunt enim vngulæ ingressionis, cornua defensionis instrumenta. Quin pili ipsi non penitus excrementa sunt. Iccirco è contrario natura instituit in iis atque in arboribus. Hyeme namque cadunt frondes: at animalia nouis densioribus, prolixioribus vestiuntur pilis. Quod sit argumento, comparatos esse ad corporis præsidium. Αὐτὸ μὲν τοῦτο. Partim concedit, partim negat, partim omittit. Concedit ossa esse dura, terrestria, lignosa. Omittit an sint excrementitio sata ortu. Negat medullam interiorem terrestrem esse. Cuius gratia cùm maturitas elaboretur: neque ea sit terrestris, atq; iccirco neque frigida: non sequetur quod propo-
C nebat: frigidos esse fructus. Præterea, quod ipse non dicit, etiam mitium fructus hac ratione frigidos futuros. Ἀλλ᾽ ἐκ γῆς καθαρωτάτης. Concedit etiam è terra medullam esse: verùm è terra purissima. Opponitur hoc illi, περιττωματικῆς. Vbi nõ supinè prætereunda sunt hæc. Nam quòd è terra impura constat, videtur necessariò ei quippiam admistum alieni. Non erit aqua in tam duro corpore. Ergo alia elementa. Non igitur adeò frigidum erit os atque ipsa medulla, si medulla è terra purissima est. Terra enim purissima frigida est. Ita videmus crassa admodum Mineruia loqui aliquando viros amplissimos. Imò verò, quoad terrea natura constans pati potest, medullæ minimũ inesse terræ arbitror: satis aquæ, non parum aeris, ignis quantum satis sit pro instrumento viuifican-
D di: quibus omnibus terra præponderet. In osseo operimento propemodum terra totum est, quod est: aliorum elementorum quàm minimum. Ὅσον ἐν τούτῳ, pro captu naturæ illius. Igitur non intelligit, καθαρὰν, meram, sed elaboratam. Nam neque terra in mistis pura est: & sicubi locorum terra pura est, ea ineptior est ad semen constituendũ, quàm quæ in ipso semine cum aliis mista est, atq; ideò non pura. Πέφυκε δὲ τὰ θερμά. Vides, quod tam sępe conquerimur, saltuosam disputationem. Hæc est altera pars aduersaria quæstionis. Ait enim cõtrà videri: siquidem calidæ naturæ interest semina generare, σπερμοφυεῖν. Hæc erit maior propositio: Minor illa, retorquens quod intendebatur. Agrestes, semina multa generant. Sequitur conclusio contraria hypothesi superiori. Erat autem hæc. Agrestes arbores frigidas esse. ex qua deducebat: propter frigiditatem eas non maturare semen. Ideò subinfert conclusionem. ἢ θερμότερα ἂν εἴη. Quare iudicabuntur ex his calidiores. Sæpe vtitur hac illatione ad consequens, ἢ: quod suis locis ostendimus. Καίτοι γε τῶν ἡμέρων. Rursus resilit ad opinionem frigiditatis. Nam cùm aliquo modo agrestes mitibus opponãtur: dum hîc mites, calidas ostendit: & mites fructum maturẽt, agrestes non maturent, agrestes frigidæ videbuntur. Itaque etiam vtriusque dat exemplum sub eodem genere communi. Fici succum mitis cogere lac: fici agrestis succum non cogere, aut non probé. Quo ex argumento vides contrà quàm suprà dicebat: agrestes esse masculas: mites effœminatas. Omninò animaduertendum est suprà dictum argumẽtum de testa & nucleo: vbi dicit, τὸ δὲ σπέρμα, ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ὁμοίως. Tunc enim negat in semine frigiditatem. Nam pericarpium agrestium non maturatur. Quid tum postea? Hoc fit à siccitate: cùm ei parti imprimis humiditas requiratur. At maturatur semẽ: Si enim non maturaretur: satum non proueniret. at prouenit. Etiam non tam necessarium, quàm argutia facetum argumentũ deducẽdum est. Agrestium pericarpium agrestibus parari animantibus. Itaque homo, si velit illud sibi vsui esse, datum sciat sibi & instrumentum instrumentorum manum ipsam, & eius rectorem animum: quibus illam sibi pulpam edomitam efficiat idoneam ad alimẽtum. Cui proposuerit rem natura, vt res esset: artem autem dederit, vt rei vsus esset. Πρὸς αὐτὸ δὲ τοῦτο. Quasi nunc primùm aggrediatur alteram quæstionis partem, ait: contrà persuaderi de caliditate. Sed iam confudit, cùm dicebat: πέφυκε τὰ θερμὰ σπερμοφυεῖν. Nam agrestes maximè σπερμοφυοῦσι. Ὅτι τὰ ἄγρια. Ponit argumentum. In locis frigidioribus agrestes perdurare: idque propter caloris firmitatem. Hęc ratio nulla est. Quippe etiam in calidissimis perdurãt. Æquè in Scythia, æquè in Æthiopia: atque vtrobique grandissimé. Ideò reiicit hanc disceptationem ad alium locum, multis de causis. Non enim temerè iudicandum, quæ frigidæ, quæ calidæ. Non facilè capi coniectura, aut argumentis euinci posse. Ad hæc, huiusce constantiæ quæ sit causa quęrendum. An frigus calórve conueniens, an resistens. Tum iisne solis qualitatibus eam cõmoditatem persequãtur: an etiam subsit alia causa priuatim cum iis coniuncta. Καὶ τίνων δὲ πέψις. Nunc omninò extra hanc scenam aliam agit personam. Quęrendum præterea de ea maturatione, quæ distinguenda est. Quandam enim esse ἁπλῶς, scilicet in semine ad progenerationem: quandam respectu ad nos. Hãc esse duplicem: vnam, de qua suprà, ad cibum: aliam ad medicamenta. Sanè nimis sæpe exercet nos. Nam hæc partim præter propositum, quod nunc est ad manum: partim repetita. Et suprà decuit hæc omnia vno in loco

poni. Ταῖς λειμῶσι. vnum ſaporem pro multis poſuit. Nam medicamenta non ſolùm acria, ſed & dulcia, vt Caſia; amara, vt Aloe; acida, vt Tamarindi; aſtringentia, vt Myrobalani. Α῾ δὴ καὶ ἐπαινεῖται. Ne videatur leuia conſectari: affert operæ pretium à publica commendatione. Recepta, inquit, ſunt artium conſenſu ad vſum noſtrum. Icci rco verò hæc attigiſſe videtur, quoniam in ſequentibus libris ſoli maturitati attribuit dulcedinem. Quare acria non viderentur matura. At ſi vſui magno ſunt hominibus, ea ſummam eſſe adepta perfectionem, neceſſe eſt. Diuidēda igitur coctio & in dulcia, & in alios ſapores. Α῾πλῶς, id eſt καθ' αὑτὴν, nulli rei comparata. Nam aliter frigidum eſt Opium ſibi, aliter frigidum nobis. Frigore ſuo vitali fruitur Mādragoræ pomum. Hyoſcyami ſemen: at nobis aliter ab iis euenit. Ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἰδιότης. Sæpenumero, ſicuti dicebamus, vtitur hac voce ἰδιότης, quoties ea tractat quæ abſiſtūt ab Idea communi. Et hac parte ſoluit quæſtionem. Non calore, non frigore fieri ſeminis in agreſtibus coctionem, ſed propria natura quadā. Quæ natura eſt hæc? An ea, de qua Galenus & eum ſecuti medici verba faciūt? Nequaquam. Nullo enim modo hanc agnoſcunt priſci Peripatetici. Id adeò videtur apud Ariſtotelem: qui ad aperta cauſarum principia reducit omne quæſitum. Aphrodiſienſis verò etiam inſaniuit: dum ad elementorum fornacem recoquit animā noſtram. Tantum abeſt, vt occulti quicquam comminiſcatur. Contrà quidam deſipere gratis maluerūt, & ad Dæmonum poteſtates abdita reuocare. Quos miror, quamobrem non & ipſam plumbi in aurum trāsformationem Dæmoni potius cuipiam Chryſochoo, quàm Augurelli pulueri attribuerit. Quænam igitur hæc ἰδιότης? Conuenientia loci propter conueniens ibi alimētum. Propterea dixit, πρὸς ἣν καὶ αἱ τροφαί. Et quia locorum differentiæ duæ: cultorum & incultorū: iccirco vtrorumque appoſuit exemplum ad conuenientiam. Nam quædam plantæ non niſi cultis proueniunt: vt Mala quædam pumila: nuſquam enim agreſtia ſunt. Aliæ culta fugiūt: vt Silphium. Addit etiā Capparim. At culta hæc optimos fructillos fert, & longè minùs noxios agreſtibus. Inculta illa loca appellat ἀργά, ſuprá. Hîc cultus priuationes, ἀργίας. Καὶ ἔτι πάλιν αὖ. Hoc additamento hiſtoriæ, ſoluit quæſtionem. Agreſtes ſuis foueri natalibus. Frui vitæ principiis, quibus ſunt conſtitutæ ad ea munera obeunda quæ eis ſunt à natura data. Itaque non eſſe mirum, ſi alia ſiccum, alia quærunt vdum ſolum: & quod iam quæſitum eſt ſuprà, etiam frigidum: quod & ibi & hîc vocat χειμερινόν. Facilè conuenit huic naturæ cum animaliū natura. Sunt enim quædam, quæ adeò cultus egent, vix vt curæ ſatis impendi queat. Cuiuſmodi catelli ſunt iſti Melitenſes olim, nūc Lugdunenſes. Tam ſunt ii delicati, & ἐπίκοροι, vt propter eos homo factus eſſe videatur. Contrà, quot nunquam manſueſcunt? Omitto Reguli fabulam: accipe hirundines & crabrones. Ε᾿ξ αὐτῶν δὲ τούτων.

Sequitur altera capitis pars cum altera quæſtione, quam ſuprà explicabamus ἐξ αὐτῶν τούτων. Quomodo ex hoc naſcitur quæſtio hæc? Quia cùm dicimus alias abiicere, atque etiam repudiare culturam omnem: alias coli velle vel maximè, quæri poteſt ex vtra natura poſſimus commodiùs, propiùs, accuratiùs, compendioſiùs cognoſcere vniuerſam plantarum naturam: ex iis, quæ cultum aſpernantur: an ex iis quæ cultum flagitant. Hanc quæſtionem ſuprà dicebamus, eſſe alieno loco: hîc aſſentimur Philoſopho, qui ait à ſuperiore deduci. Quænam igitur erit conſtantiæ ratio? Hæc erit. Non naſci hanc ex illa: ſed ab ingenio curioſo poſſe deduci. Sanè hæc in operis totius initio ſtatuenda eſſe videbatur. Qui enim de plantarum cauſis eſſet ſcripturus, quare non id primùm quæſiuit, vnde ſuſcipere poſſet, eam cognoſcēdi rationem? Quod ne ipſe quidem ignorauit: ſed quaſi veniam peteret, ait: κοινήν τινα ἀπορίαν, καὶ καθόλου. Si eſt communis & vniuerſalis, communi loco rerum vniuerſalium ponenda fuerat. Is autem locus eſt in aditu ac veſtibulo tractationis. Ποτέρως. Hæc eſt forma quæſtionis. Vides quot modis vtimur. Πότερον, πότερα, ποτέρως. Duo dicit, τὴν φύσιν: & τὸ κατὰ φύσιν. Sic enim abſoluitur demonſtratio, vt de ſubiecto agatur, & de conditionibus, & affectibus ſubiecti. Vt ſit φύσις, ſpecies ipſa: τὸ κατὰ φύσιν, quas appellant circunſtantias: vt qualitates, quantitates, partium ſitus, propenſio ad cultum, aut auerſa natura. Propterea dixit, σχεδὸν δὲ τοῦτο ταυτό, μᾶλλον δὲ μέρος τούτου. Vbi apud Metaphyſicos non parua eſt diſputatio: in eodémne prædicamento ſit ſubiectum & eius affectus, an in diuerſis: exempli gratia, homo, & capax diſciplinæ. Sic enim ἡ φύσις, καὶ τὸ κατὰ φύσιν eſſet τὸ αὐτὸ penitus. Cæterùm vt vt alibi diſputatū ſit à nobis: hîc omninò dicimus eandem eſſe rem, ſed diuerſa eſſe ratione. Sicut ens & vnum non ſunt diuerſa, neque eſſe poſſunt, niſi ſecundùm momēta naturæ: quia omninò entitas eſt cauſa vnitatis contrà quàm Platonici putarunt. Sed quia diſceptatio ardua eſt, neque capitur tam anguſto ambitu plantariæ cognitionis: addidit popularem ſententiam, μᾶλλον δὲ μέρος τούτου. Vt quod ad naturam ſpectat, ſit naturæ pars. Intelligendum eſt laxè de parte. Nam conditio & affectus ſpeciei non eſt pars ſpeciei: quia neque integrans, neque eſſentialis, neque ſubiectiua. Hæc hîc coacti digeſſimus, non oſtētatione, ſed neceſſitate. Nam qui hæc aliter vel ego intelligerem mihi, vel alios docerem, nō equidem inueniebam.

Καὶ πότερον ἐκ τῶν ἀγρίων, ἢ ἐκ τῶν ἡμέρων. Cùm ἄγρια ſint αὐτόματα: ἥμερα ſint δι' ἐργασίαν: nō video cauſam, quare hæc per copulam καὶ, addita ſint. Η῾ μὲν γὰρ φύσις. Aggreditur quæſtionis tractationem, pro agreſtibus. Obſcurè admodum narrat: ſed explicemus. Iam hypotheſis eſt illa: nos plātarum naturam inueſtigare. In vtris igitur erit natura: in iis & ab iis inſtituenda inueſtigatio. Sed natura eſt in agreſtibus. Sequitur concluſio. Probat in agreſtibus eſſe naturam. Quia natura in ſe conti-

net

net principia ſubſtātialia, quibus planta ſit planta. At agreſtes ſunt plantæ: habēt igitur à principiis vt ſint. Sic amplectitur cauſam agreſtiū ſimul: ſimul excludit cultus, cùm dicit: τὸ δ' ἔξωθεν ἄλλως τε, καὶ κατὰ τέχνην: ἀφ' ἑτέρας γὰρ ἀρχῆς. Quod verò ab arte proficiſcitur, acceſſio eſt foris aduenienſ ab alio principio. Non ergo natura. Quia natura eſt principium internum motus & quietis. At naturam quærimus hîc. Ideò dixit ἄλλως. Si eſt alio modo principium ars: alio modo conſiderāda ea quæ ab arte fiunt. Si igitur eſt ἄλλως, non eſt vnum per ſe id quod ab arte fit, & id quod à natura. Ideò dicebat Præceptor, artem eſſe de iis, quæ eſſent ἐνδεχόμενα: Naturæ verò τὸ ἀεὶ καὶ τὸ ὅμοιον, niſi impediatur. Οὐδ' ἐν τοῖς ζώοις. Eſt in libris γεννητικῶν, quomodo fructus accipiant quam velis figuram. Et animalium tenellorum membra diriguntur pro libidine autoris. Hoc exemplum clarum, ſanè ſuſcipit ipſe ad probationem. Nam ſi animalia ita diſtorta aut correcta contemplemur, fallemus nos. Non enim accidentia illa vel poni poterunt in definitione, vel ei apponi, vel ab ea deduci, vt probentur de ſubiecto. Quamobrem ſcientia, vt vno verbo abſoluatur, ex naturæ principiis, non ex artificialibus acceſſionibus expeditur. Πλάττεται, vt in catellis, quibus naſus deprimitur. In tollutariis cantheriis, quibus crura diſtenduntur. Πρὸς μικρότητα καὶ μέγεθος. Catellos enim alunt in capſulis & ollis, ne ſeſe pandiculando creſcant. Καὶ τὸ ὅλον τύπον τῆς μορφῆς. Hoc non memini vllo fieri in animali, niſi à pictorib⁹, præſertim Germanis. Quanquam ex Vitruuio quoque priſcis in more fuiſſe, legimus.

Η῾ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ὁρμᾷ. Vide, quàm miſerè diſtinguat partes diſputationis. Hæc enim eſt altera quæſtionis pars, qua argumentatur, cognitionem quæ habetur ex cultis & arte, eſſe potiorē ea quæ ſumebatur ex agreſtibus. Fundamentum argumentationis eſt axioma tritum apud Præceptorem. Naturam ſemper, quod optimum eſt, appetere atque intendere. At optimum eſt in cultis. Quod enim deerat in priore natura, eſt arte abſolutum. Perfectio igitur ab arte. Quæ perfectio non cognoſceretur, niſi ab arte acceſſiſſet. Itaque & hoc primùm ſtatuendum: & illud ſecundo loco. Qui cognoſcit cultam, cognoſcit etiam incultam. Tertiò: non eſſe præter naturam artem ipſam: ſed tanquam alteram naturam: itaque apponi non rem extraneam, ſed naturalem, quæ deerat priús. Ita ſoluetur contrarium argumentum quo dicebatur non eſſe vnum per ſe, quod à natura eſſet, & quod accederet ab arte. Si enim cultus non eſſet quiddam naturale, non admitteretur à natura. At non ſolùm admittit ipſum natura, verumetiam ab eo melior fit. Totius autem rei huius caput eſt: quòd plantæ ſunt animantes immobiles: quapropter nequeunt cōmoda ſua quærere ac perſequi, cum quibus ſua commutent incommoda. Non poſſunt aquatum ire: non ſibi laxare ſtipatum ſolum, quo ſuffocantur: non parare ſibi tegetes, quibus foueātur: non recidere partes ſuperuacaneas, quibus intercipitur ſucci pars idonea ad fructus augendos. atque hæc omnia requiruntur naturæ legibus. Quamobrem eadem natura, quę propter hominē plantas ipſas fabricata eſt, homini dedit rationē, dedit manum: vnde & à tēpore, locóque plātis, & à plantis ſibi ſuppeterēt expeditæ commoditates. Ω῞σπερ ὁμολογουμένον. Quia non eſt ita confeſſum, vt illa prima principia, quos νοῦς appellat Philoſophus, ſed proxima notitia & conſenſione. Propterea dixit, ὥσπερ, pro confeſſo. Ταύτῃ δὲ τὰ ἐκ τῆς θεραπείας. Minor propoſitio. Arte fieri: vt natura ſummum illum perfectionis apicem in plantis adipiſcatur. Concluſio ſequitur. Naturæ perfectionem à cultu, qui arte conſtat, eſſe petendam. Α῞μα γὰρ τελείωσις γίνεται τῆς φύσεως. Quaſi non extrinſecus ſit principiū, ſed intus. Intus enim eſt τὸ πεφυκὸς ad perfectionē. Itaque ἅμα. Vnū fit ex Natura quæ præexiſtebat, & natura quæ perfecit. Ταύτῃ, hoc modo, hac via & ratione. Sicuti ſæpe, τῇ & ᾗ. Ο῞ταν οὖν ἐλλιπής. Quod deeſt, accipere per artem ſupplementum. Et ſanè perſtat efficaciter in propoſito, cùm dicit ἐλλιπής. Si enim defectus eſt in agreſtibus: non poſſumus ab ipſis expiſcari veram cognitionem. Itaque τὸ ἐλλιπὲς λαμβάνει τὴν τελείωσιν. Οἷον τροφῆς. Explicatio artificii: alimentum, ſi deſit: ſi ſuperſit, ademptio. Simul ποιότης. Vt & qualitate, & quantitate conſulatur. καὶ ἐμποδιζόντων. amotio impedimentorum. Veluti cùm laxantur meatus, ſtercoratione & putatione. Καὶ κωλυόντων, vt cùm caſtigatur radix, quæ intercipit & prohibet ſubire ſuccum. Α῞ παρέχουσι δηλονότι. Non nego, inquit, hæc etiam prǽſtari agreſtibus à locis ipſis, in quibus ſuprà ſtatuebamus auſpicia noſtræ conſiderationis: verùm non omnia, ſed quę à ſolo & ab aere præſtari queunt. At culturæ ope fit, vt etiam multa alia procurentur. Hæc nos ſic. At ipſe negligenter, ἅ. Cæterùm non eſt verum, τὴν ἀφαίρεσιν τῶν ἐμποδισμῶν, καὶ τῶν κωλυμάτων obiri à locis.

Α᾿έρος, pro temporum partibus: πνεύματος, pro affectibus aeris. non enim ſolùm flatus conſiderandi, ſed etiam nebulæ, & alia. ἐδάφους, à ſolo. τροφῆς, tam ab aere, quàm multis locis ἄτροφον vult: quàm à terra, quod omnes intelligunt. Μετακινεῖ, in qualitatibus, & modis. Sic hîc accipit κίνησιν mutationem. μετατίθησιν, etiam de loco. Nam tametſi apto ſolo nata ſit agreſtis arbor: tamen poteſt vicino halitu offendi, aut vento, aut rupis obiectu. Itaque quod à loco in quo ſita erat, præſtari potuit, datum eſt: vt proueniret, vt aleretur. Cęterùm vt à vicinorum iniuria tuta eſſet: quod non potuit à loco, paratum eſt ab arte: aut reſiccato ſtagno, aut exciſa rupe, aut ipſa tranſlata. Ω῾ς εἴπερ ἐκεῖνά γε. Vult oſtendere, quod ab arte fit, exigi à natura. Eſſe igitur naturale. Cùm ergo quæramus naturam, quærendam eſſe in arte cultis: quoniam in iis natura perfecta ſit. Ε᾿κεῖνά γε, ſcilicet agreſtes, προσαπαιτεῖ, requirunt, quātum deſit: quia dixit ἐλλειπές. ἀπαιτεῖ, flagitat. πρὸς, ad id quod habent, vt accedat quod deſiderant. πρὸς τὸ βέλτιον, quo deficiuntur. Καὶ ταῦτα, ſcilicet quæ in artis

præſidio ſita ſunt, admittāt. Προσδέχοιτο,ſuſcipiāt: non ſolùm vt conueniētia,ſed etiam vt neceſſaria. Quod enim perficit,non videtur facere acceſſionem: ſed omninò facere, vt ſit hoc quod eſſe debet. Quod enim non eſt perfectum,ne eſſe quidē videtur. Nō enim totum eſt:ſiquidem pars abeſt, eáque præſtantiſſima. Si igitur appetit,& poſtulat,& ſuſcipit, ὡς ἂν οἰκεῖα προσαιτεῖ: profectò poſtulat,vt propria & conuenientia. Τὸ δ' αὐτὴν καὶ ζητεῖν ἄλογον. Dicat quis: cur id exigit? Nónne eſt arbor iam? Non habet ſuam formam? Non ſatisfecit ſuis principiis,cùm conſtitit,cùm viuit? Ita ſané. Cæterùm quia finis eius eſt,fructificare: habet id quidem à forma: ſed multa obſiſtunt. Quærit igitur leuationem. αὐτὴν, ſcilicet φύσιν. Nam is mos huic viro:agitare lectoris cogitationes varia iactatione. Ἄλλως τε καὶ ἐκ τούτων ἠρτημένην. Quod ex his pendet. Quomodo pendet ab arte natura? Nónne ipſa προϋπάρχει? Sané. Sed pēdet,quoad opus:nō enim poteſt expedire,niſi adiuta. ἄλλως τε, tum quia defecta eſt, tum quia promoueri vult ad opus. Καὶ ἐν τούτοις ἔχουσαν τὰς ἀρχάς. Hoc verum non eſt. Naturam in arte habere ſua principia:ſed artem in natura. Quomodo igitur ἐν τούτοις; Secūdum propoſitum. Quia agens mouetur à fine. Statuit ergo ſua principia pro ratione finis. At finis eſt ab arte. Ἐπεὶ κἀκεῖνο. Vult rurſus efficaciùs demonſtrare artis emolumentum eſſe naturale. Nam ſi naturæ ipſius iſta principia, quibus agreſtes arbores conſtituuntur,non poſſunt ſeruare tenorem atque conſtantiam ſuā,quin ſubinde ipſæ arbores è ſemine ortæ, fiāt deteriores: videtur non ſolùm vtilis ars ad cōmoditates, ſed etiam neceſſaria ad ſpeciei conſeruationem. Hoc,vt libuit,dixit pro argumento. Nam & ipſe negat alibi: quia videntur agreſtes eſſe in vltimo naturæ cenſu: quaſi,inquam,capite cenſæ. Non poſſe igitur in peius referri. Sicut apud Hippocratem athleticæ habitudines in melius nequeunt promouere. Et præterea falſum eſt. Neceſſe enim eſt poſt tot mundi reuolutiones lapſum illum aliquando alicubi conſtitiſſe. Ἄτοπον,ſanè rem abſurdam: & cui locus non ſit in natura:Id enim ſignificat ἄτοπον. Ideò dixit, ὥσπερ παρὰ φύσιν Præter naturā videtur eſſe, vt fiant ſatu deteriores:quādo in ſemine arbor eſt. Verùm quia fit in ambitu Naturę,nō eſt à Naturę legibus amouēdū:ideò ὥσπερ. Nihil enim fit in natura nō natura. Ὅλως ἐξίστασθαι τοῦ γένους. Degenerare,abſiſtere,egredi è generis orbe. Verbi huius ἐξίστασθαι,in exotericis, vis & vſus ſatis declarata ſunt. Cæterùm magnopere quidē illud ἄτοπον fuerit,ſi ὅλως. Non enim verum eſt:vt ex Pruni ſatu,aliud exeat genus. Ἀλλ' εἰς τὸ ὅμοιον ἀπογεννᾶν. Oſtēdit quare ſit præter naturam: quia contrarium eſt ſecundùm naturam. Contrarium autē eſt,ſibi ſimile gignere:quod dixit nouo loquendi modo, ἀπογεννᾶν, ex ſe gignere:non dixit ὅμοιον,ſed εἰς τὸ ὅμοιον. Quaſi ἀπογεννᾶν ſit,transferre genus. Notabis auctum incommodum degenerationis, cùm dixit χείρω, gradum tantùm ſignificat. cùm dixit ὅλως, & ἐξίστασθαι, etiam ſubſtātiam. De illa verò loquutione quid dicemus? Acutiùs aliquid excogitandum:iccircō huc diſtulimus: ne moroſis eſſe moroſi videremur. Quare dixit, εἰς τὸ ὅμοιον? Quia planta non gignit ſibi ſimilem plantam,ſed gignit ſemen. Et ſemine autem planta fit. Itaque ἀπογεννᾶ τὸ μὴ ὅμοιον σπέρμα, εἰς τὸ ὅμοιον φυτόν. Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τούτων. Corollarium appellant noſtri diſputatores:cùm poſt deductam concluſionem alia deducimus ex illa,tanquam ex conſtituta maiore propoſitione. Sic ex iis,quæ diximus,infert, Satis conſtare,non eſſe tractandas rationes diuerſarum maturationum:niſi prius naturæ ipſæ arborum pro ſuis diuerſitatibus explorentur. Nam cùm arbores quędam cultum reſpuant ita vt per ipſum etiā fiant deteriores, vt Cornus:aliæ cultura gaudeant,ſinéq; ea nequeāt proficere,vt Pyrus: de earum fructuum maturatione ratio nulla iniri poteſt, niſi natura illa prius cognoſcatur. Θεραπείας καὶ γεωργίας. Sæpe vtrunque coniungit. vt θεραπεία ſit opera quæcunque illis impenſa: γεωργία terræ ſolius:veluti aratio, foſſio. Satis patet falſum eſſe Theodorum illo epilogo, αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι:vt hinc abſcinderet nouū caput. Continuatur enim cœpta ſuperiùs tractatio, ad eam vſque partem, in qua eam deponit ac reſumit diſceptationem de maturatione,ibi: περὶ δὲ τῆς πέψεως, ὅθεν ὁ λόγος ἐξέβη, πάλιν ἐπίλοιπα λεκτέον. Hæc enim omnia interpoſita, ſimul recenſenda fuere. Quod autem ita ſit, patet ex eo quòd hîc iudiciū dat de controuerſia. Neque ſemper à mitibus,neque ſemper ab agreſtibus hauriēdas rationes: ſed ab alterutris interdum, aliquando etiam ab vtriſque. Quod vt melius confirmet, apponit exempla ab animalibus, quæ non egent explicatione. Ἑκατέροις γάρ. Reddit rationem quare modò ex his, modò ex illis, modò ex vtriſque ſuſcipienda ſint iudicia naturæ. Quia,inquit,ſua cuique natura quædam eſt οἰκεία, peculiaris ad ea omnia quæ ſpectant ad earum ſcientiam. Nam in eis cognoſcimus,quod ſunt,quid ſunt,quandiu ſunt,quomodo ſunt,vbi ſunt,quando ſunt,quare ſunt. Ita habemus,materiam, formam, finem, conditiones, quæ ſanè ipſe ieiunè recenſet:nam & multa omittit, & quædam bis dicit, & non ordine digerit. Priùs poſuit σωτηρίαν quàm αὔξησιν. At in primis naturæ momentis præſto eſt incrementum. Itaque poſtquā conſtitutæ ſunt,ſeruantur. Et omiſit ipſam σύστασιν. Et idem eſt σωτηρία & διαμονή, ſanè in ipſo ſubiecto. Niſi dicas durare,quia ſeruantur. Quòd verò legitur φύλλα, non eſt ferendum. Omninò enim corruptus eſt codex. Quid enim habeant frondes, quarum præſidio diu viuant arbores:quarum ope creſcāt:quę ſint cauſæ germinationis, cùm ipſę ſint germina: quæ ſint principia fructificandi. Nemo ita inſaniat. στοιχεῖα reponendum eſt, quoad vera vox reperiatur. Ἴσως δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς. Feciſſe videtur ſibi diuiſionē ſterilium & fructificantium: ſiquis hęc nunc hîc attendat verba. Quod tamen non eſt. Sed ita euenit huic magno viro:vt diſcerptim ſcribat. Ait hîc: etiam in fructiferis partiēda natura: cuius altera pars ad ſpontè

ſpontè naſcentes, altera ad culturam referatur. Ἐπιμέλειαν, intelligit curam quæ pendet ex præceptis & obſeruatione. Κατεργασίαν, operam quę pēdet ex cura. Atque hîc,dicit,abſolutam eſſe partitionem.

Lego, ἢ θερμότερα ἂν εἴη,non autem εἰ. Et, ἢ πέψις δόξειεν ἂν ἔχειν. non σῆψις. Et ἐν αὐτῇ τὰς ἀρχὰς ἔχει aſpiratè,non αὐτῇ. Et, πρὸς τὸ βέλτιστον. Deleo, τε. Et ταύτῃ δὲ τὰ ἐκ τῆς θεραπείας, cum diphthongo ſpuria,non ταύτη. Et, ἐκεῖνά γε,non, ἐκεῖνό γε. Et, τὸ δ' αὐτὴν καὶ ζητεῖν. non, ἡ δ' αὐτήν.

Et, omninò tolli iubeo φύλλα,atque aliquid reponi ex feliciori iudicio.

Theodorus caput hoc, ſi quod aliud,tranſtulit elegantiſſimé. Velut illud: ἔστι δέ τις καὶ οὗτος ὁ λόγος, nec explodenda illa ratio eſt. Dicet alius, fertur etiam eiuſmodi ſententia. Ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τοῖς ζώοις. Theodorus περιφραστικῶς,quemadmodum & in animalibus oſſa. Ἀλλ' ἐκ τῆς καθαρωτάτης. Theodorus ſuperſtitioſè barbarum (vt hoc loco)verbum de ſuo addidit,compilatur. Oppilare,eſt offirmare, obiecta pila. Compilare eſt,ea quæ expilauerim,vnum in locum coniicere. Sed hæc in originibus. Πήγνυσι, contrahit. Neſcio an recté.

Poteſt enim,vt breuiore loco caſeus quàm lac,ex quo eſt confectus,capiatur. Non tamen exprimit vim verbi, πήγνυσι. Compingit noſtrum, eſt ex ea ipſa Græca origine. Αἱ ἀργίαι, neglectus. minus apté. Ceſſationes,vacationes. Alterum Ciceronis, alterum Cæſaris,ad hanc ſignificationem. Quod verò addit, ſæuitates, quid ſibi velit, equidem neſcio. Ἀπορήσειε κοινήν τινα ἀπορίαν, καὶ καθόλου. Communi quadam,ac generali ceſpitans ambiguitate. Quid ſit ceſpitare, ſanè me fugit. Ἢ κατὰ τὰς ἐργασίας, laſciuè admodum, quæ cultu hominum exeunt,& adoleſcunt. Sic, φύσις ἐν αὐτῇ τὰς ἀρχὰς ἔχει:addidit, motus & quietis. At hîc nō curat quietem natura hæc particularis, ſed motum ſemper: primum generationis, ſecundum augmenti,tertium,fructificationis. Contrà, omiſit ἀναγκάζεται. Ἅμα γὰρ τελείωσις γίνεται τῆς φύσεως. Quo perfectiùs ſuum exequatur officium. Imò quo addatur naturæ perfectio. Τροφῆς τε ποιότητα. Theodorus legit πότητα, pinguedinem, peſſimé. Sed vt ſuprà dicebat de qualitate. In Ægypto & Cilicia punica Mala fieri dulcia, vini ſapore. Ἐμποδιζόντων, καὶ κωλυόντων ἀφαίρεσιν, rerum impedientium exterminationem. Omiſit, κωλυόντων. Ἀπὸ τῶν ἔξωθεν μόνον παρέχουσι,rerum externarum tantummodo ratione,opitulantur. Paſſiuè,pro,iuuantur. Μετακινεῖ, rectè,immutat: μετατίθησι,non rectè,diſponit. Imò tranſponit. Οἰκειοτέρα, coniunctior, accommodatior. Θεραπείας καὶ γεωργίας: cultura & ſolertia. Neutiquam expreſſit. Et mox, ἐπιμέλειαν culturam:diligentiam potius. Mirum, Theodorum variationis ſtudioſiſſimum atque etiam anxium, quomodo non idē repetat,vbi aliud reponendum erat,idem non ſuo loco poſuiſſe.

CAPVT XIX.

Argumentum capitis XIX. Maturationum ratio vniuerſalis. Deinde per genera,poſtea per ſpecies: veluti de Moro & Vite. Quæ prohibeant maturationem. De arbore mira Ægypti. De vitibus hirciſſantibus.

PERI` δὲ τῆς πέψεως. Abductus à maturationis contēplatione per quęſtiones,eò rurſus redit. Ac primò cauſas aſſignat vniuerſales, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν, à ſucci natura & cortice. Deinde per genera,ibi: ὥσπερ καὶ τοῖς σιτώδεσι. Tum per ſpecies: vt de Moro, Vite, Ficu. Hinc igitur auſpicandū caput nouum quęſtionibus abſolutis. Repetit enim intermiſſam materiam. Iccirco dixit, πάλιν & ἐπίλοιπα. Ergo ſi hoc eſt reſiduū,hinc nouum caput abſcindendum. Primùm igitur ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν, vniuerſali ſcilicet ratione. Non quidem à ſpecie,vt in Pinu: Non à genere,vt à frumentaceis,ſed ab vniuerſali cōſtitutione,qualis eſt hęc. Quibus fructus humidus, nudus, aut tenui amictu,eas plantas tempeſtiuè maturare. Nam ſiccitas magis indomita eſt. Etenim ſi maturitas,coctio eſt: & coctio eſt actio caloris ad æquandos ſuccos,faciliùs & citiùs patietur humidum, quàm ſiccum. Quia humidum reducitur ad æquabilem ſiccitatem: ſicca non admittunt coctionem, niſi aduentitii humoris adiumento. ſiccēſcent enim magis. Non igitur adipiſcentur illam æquabilitatem. Altera conditio, γυμνός: cui fructus nudus. Sanè agens propior, neq; eius actio arcetur obice,aut diſtinetur. Nudum intelligamus commoda interpretatione. Quippe non medulla detecta, ſed ſine vagina, ſiliqua, putamine, corio, cortice, teſta,atque eiuſmodi firmioribus munimētis. Sic accepit, ſanè ſuo arbitratu: vt quæ teguntur cute, nuda diceret. Huic naturæ ſiue nuditati affinis illa eſt,quæ operitur tenui tegumento. Exempla dat vitis & Ficus: potiſſimùm verò Mori. Huius enim cuticulæ tenuitas facillimè tranſmittit Solis impreſſiones. Iccirco dicit, ὁ ἥλιος ἐπιθῇ. Imponit, imprimit. Et βραχείας δεόμενος θερμότητος, exiguus calor ſatis eſt. Sed notāda verba ſunt ἐπιθῇ,ſcilicet ὁ ἥλιος. Sané. Προαλλοιώσῃ,alterauit. Quid? Fructū. Quid igitur eſt in recto δεόμενος. Fortaſſe legendum in quarto caſu, δεόμενον. Non enim ἥλιος eget calore. Hæc tamen verba ſunt. At etiam res quærenda. Quare dixit, προαλλοιώσῃ? Quid ſibi vult anticipatio illa, ἐν τῷ πρό? Rectiſſimé. Non enim calor maturat,ſed forma,cuius inſtrumentū calor eſt. Cùm dixit ταχὺ & βραχείας, vt & citò fiat & paucis egeat,ſubdit. Ἅμα δὲ συνεργάζεται. Aliam cauſam in Moro agnoſcit velocis maturationis. Quia ſcilicet calor intus multus multùm valet. Eſt autem multus, quia non citò ſeſe expediuit. Collectus igitur diu quaſi phalange facta impetum facit tam expromptùm,vt cùm ipſum edit tandem fructum, (edit enim ſerò) ſonitum facere credatur. Eſt igitur δύναμις ἰσχυρά, quia diu reſti-

tans:atque iccirco non paulatim,ſed ἀθρόως ἐπ.ῦσι. Cauſa, ἡ γὰρ ὀψιότης ἐποίησεν ἀθροισμόν. Non ſanè dilatio facit eum cumulum: ſed in dilatione fit ab ipſa natura. ὀψιότης, quaſi dicas ſerotinitas. Ὅθεν καὶ αἱ βλαστήσεις. vt natura in eo ſimilis ſibi ſit. Ac quemadmodum confertim germinat, confertim quoque maturet. Idem enim ſucci procurſus. Neque ſolùm ἀθρόοι: ἀλλὰ καὶ μετὰ φορᾶς νεανικῆς, magna vi inferũt ſeſe. Poſſunt enim lentè moueri, tametſi ſimul cunctæ ſucci partes. At vtrunque fit: vt & ſimul & cùm impetu. Νεανικόν, robuſtum: metaphora ſumpta ab ætatis vigore iuuenilis. Παράμοιον γάρ. Ratio par, atq; in hyberna ſegete, quàm diu cohibuerit frigus. Celerrimos enim poſtea facit progreſſus ad incrementa. Ἀναθέντες, repoſiti, inquit ipſe. Remiſſi, emiſſi, ſcilicet σποί. Poſtquam euocatæ ſunt illæ ſegetes tepore, mirifica capiunt incrementa. Ὥστε μὴ πολὺ καθυστερεῖν. Adeò vt non ita multo ab iis, quibus ſecundior annus fuit, præueniantur. Hîc iam claudicat ſimilitudo. Nam expediri in Moro dicebat ante alias arbores maturationem: in frugibus ὑστερίζειν.

Εἰ μὴ κατὰ λόγον. Vult enim cætera eſſe paria. Vt ſi tempus cõferas cum tempore, & cum loco locum: ratio perſuadeat, eandem ſuppleri naturam ab impetu virium collectarum, quæ præſtabatur caloris beneficio. Ἔτι δὲ καὶ ταύτῃ συμβαίνει. Iam hîc aperit oculos nobis, vt videamus an fideliter ſibi ipſe conſtet. Non ſanè videtur. Ait enim hîc, ſerò coquere, quia particulatim. Et addit cauſam, à ſucci tenuitate: λεπτὴ καὶ ὑδατώδης. Quoniam tenuitas quædam aerea, quædam etiam ignea eſt, addidit aqueam eſſe. Potuit etiam addere copiã: quam pro cauſa ſerioris coctionis alibi ſtatuit. Ergo ſuprà cùm tractaret locum hunc de maturatione, & loqueretur de tenuitate operimẽti, adeò vt etiam nudum Mori fructum diceret, non intelligebat Morum admittere Solis vim ad coctionem: & intus collectis caloris viribus ad eam vti. Sed planè aliud agebat, & cùm περίσπτα dicere deberet, abiit diuerſus, & dixit πρώϊκαρπα. Nam cuiuſmodi rationem tradat cuiuſpiam feſtinæ fructificationis, ſumptam à cutis tenuitate, & illa quam prætexit, nuditate fructus: qui fructus nondum extat. Quomodo in hunc fructum nudũ aget Sol, vt præproperè educat ipſum? Ἡ μὲν οὖν τῆς συκαμίνου. Continuat de Moro narrationem. Quo fit, vt maximè mirandum ſit, quamobrem Theodorus hîc abſciderit caput. Perſtat etiam in ſententia prauiſſima, cùm ait: Mori fructificationem eſſe πρώϊον. Tum Meneſtoris ſubdit longè magis ſcitam opinionem. Quanquam non tota probanda eſt. Nam Mori germinatio ſera: maturatio cita. Hæc vera: illa videndum an vera ſint. Seræ cauſam germinationis ait eſſe loci frigiditatem. Sanè in Sicilia, Cypro, Syria, Babylonico agro non ſunt loca frigida: vbi Mori plurimæ ac pulcherrimæ. Maturationem verò celerem propter imbecillitatem eſſe, non ſtatim eſt aſſentiendum. Nam quare non ſtatuebat potius imbecillitatem pro cauſa tarditatis? Coctionis autem velo-

[A] citatem humoris obſequio: qui facilè patiatur à Sole: quòd equidem non appellarim debilitatem. Debile namque illud eſt, quod non eſt habile ad aliquod munus obeundum: at quod paratum eſt ad accipiendum beneficium, vnde poteſt proficiſci: id nõn debile, ſed ſibi officioſum eſſe arbitrãdum eſt. Tantum enim habet virium, quantum requiritur ad opus. Ἡ δὲ τῆς ἀμπέλου. Comparat cum Moro Vitem ac Ficum: quæ ſeriùs coquant. Cauſa repetitur ex propoſitis, corii craſſitudo. Huic addit humoris abundãtiam. Nam humorem ſuprà volebat conferre ad maturitatem, rectè: at copiam hîc impedire. Tertia eſt, ab humoris craſſitie. Ita nos acuit Philoſophus. Morus ſuprà diu reſtitabat in operæ coctionis ob ſucci [B] tenuitatem: nunc Vitis ob ſucci craſſitiem. Acuit, inquam, ad expediendam coctionis definitionem. Non enim eſt, vt putant, humoris incraſſatio: ſed æquatio: vt tam tenuis quàm craſſus deducatur ad mediocritatem. Extrema enim & inter ſe aduerſantur, & repugnant medio. Vbi verbi notabis audaciam. Κέλυφος enim hîc poſuit pro cute. Puto dictum παρὰ τὸ καλύπτειν, omne tegumentum olim ſignificaſſe: vnde & καλύβαι, mapalia. Περίκειται. non temerè poſitum eſt. Obducuntur circum circa operimento craſſiore. Cæteroqui ſi aditus aliqua ex parte ſit, eà calor admittatur, vnde matureſcant. Id quod in terra Græcia Ficis euenit à Culicibus caprifici. Et Glans qua parte aperta eſt à cuppula, dulcior eſt, quia maturior. Καὶ τὸ μὲν σῦκον. Adiungit etiam duas alias differentias: [C] in Fico magnitudinẽ: in Vua confertam frequentiam. Quin apponit & aliam Fico. Quia, inquit, properat totus ſuccus confertim ad maturitatem, non quit in vniuerſum Fici corpus diſpertiri. Οἱ δὲ βότρυες. Duo aſſignat, πλείους, ἀθρόοι, & declarat τοῦ ἀθρόου modum. Poſſunt eſſe numeroſi acini, vt in Lauro, baccæ: at non erunt cõfertę, ſed raræ. Poſſunt eſſe confertę, vt in vmbellis fruticum, Anethi Fœniculi, at non cohærent. Itaque modum addidit huiuſce ſtipatæ frequentiæ, cùm dixit non diſtare interuallis, οὐ διειλημμένος. Habes apud Platonem ex Timęo, διάλειμμα, intercapedo. Deliquiũ, ad verbum. Item addit alias rationes. Frondibus obtegi, neque liberiore cælo frui, οὐχ ὁμοίως ὑπαίθριος. Quid hîc facit, ὁμοίως? An non ſolùm frondium vmbram, ſed etiam ſuiipſius deſignat occu- [D] pationem? Οὐχ ὁμοίως, non æqualiter acini inſolãtur. Premunt enim ſe mutuò, atque obtegũt. Poſtremò, quod & alibi ſæpe dicit, vehementer humidam plantam dicit. Quod verò addit, φίλυδρον eſſe, id eſt aquarum appetentem: ſi arboris naturã ſpectes, verum eſt. At vinum melius ſiccioribus locis, & glareoſis. Quemadmodum cecinit diuinus Poeta: denique apertos Bacchus amat colles. Lætiſſima vineta ſunt in æſtuariis Medulorum, & Vibiſcorum. Vinum dilutius. Quod verò in eorundem oritur ſabuletis, elegãtiſſimum atque generoſiſſimum. Paluſtre tamen vinum Florentinus ad valetudinem commendat, tãquam magnopere ſalutare. Minus ſanè tentat caput, oculos, neruos, iecur.

iecur. Ἅπαντα γὰρ τὰ γλυκέα βραδυτέρας ποιεῖ πεπάνσεις. Sanè facit ad Vitis hiſtoriam, & cauſas ſeræ maturationis vuarum. Dulcis enim fructus eſt. Vt fiat dulcis, multæ eget interpolationis: quod & alibi videbimus in hiſce libris. Cæterùm τὸ γάρ, hîc minus commodè poſitum eſt. Cauſa enim eſt in ſententia non in verbis. Hypotheſis ſcilicet eſt, vuam eſſe dulcem. Vt ſit noua ratio tarditatis: non autem cauſæ redditio. Ἐὰν δὲ δή τις. Cauſa externa. Tardari etiamnum magis ſi addatur opera, putationis ſcilicet aut pampinationis. Hoc enim appellat ἀφαίρεσιν. Πρὸς τὰς ἡμετέρας χρείας. Quia fructuum fines duos ſtatuebat: vnum in nobis, ex pulpa: vnum in propagatione, ex ſemine. Pro ſemine non colitur, ſed pro vſu noſtro. Ἔτι μᾶλλον, ſcilicet βραδυτέρα.

Αὗται μὲν οὖν τούτων. Hactenus ὡς τύπῳ cauſas produxit ad effectum maturationum. Deinceps ſubtiliùs agendum cenſet. Huius retractationis cauſam proponit. Quia, inquit, quod diximus, nequit vniuerſis conuenire generibus. Propterea quòd multæ ſunt & Vitis & Ficus ſpecies: quæ non æquè citò conficiunt coquendo ſuccos, & fructus ſuos. Quamobrem ſubtiliore tractatione ſunt exequendæ cauſæ vniuerſales. Ita videmus hæc quoque ſuperioribus continuanda. Eadem namque materia eſt. Αἰτίας τοῦ πρότερον καὶ ὕστερον. Interpretationes ſunt τοῦ πρωΐ, καὶ τοῦ ὀψέ.

Οὐ μὴν καθόλου τῶν δένδρων. Non eſt affectus generis, id eſt arboris, quà arbor eſt. Sanè quis dubitat? Videntur enim verba hæc acutis iudiciis ineptiora. Nam ſi τὸ πρώϊον eſſet arboris affectus: eſſent arbores omnes πρώϊκαρποι. Itaque τῶν δένδρων hîc intelligendum eſt, τῶν γενῶν τούτων. Harum arborum in genere: ſcilicet Vitis, Ficus & Mali, vt infrà mox addet. Sed eſt affectus ſpecierum quarundam: quæ certis diſtant differentiis.

Ὡς ἐνίων πόρρω πάνυ πεπαίνεσθαι. Πάνυ efficaciam addit diſtantiæ. Hic duo quæ ponit, πρώϊον, καὶ πόρρω, reſpondent illis, πρότερον καὶ ὕστερον.

Διόπερ ἴσως τὰς καθόλου λεκτέον αἰτίας. Concludit neceſſitatem retractationis, ſed ſuo more cum modeſtia, ἴσως. Non eſt tamen ferendus. Nam ſi πρώϊον καὶ ὄψιον, non eſt affectus generis: quomodo rurſum nos implicat generi? Implicat ſanè, cùm profitetur ſe καθόλου dicturum. At iam dixit. Suprà dicebat, ὑγρὰ, γυμνὰ, λεπτὸν ἔχοντα κέλυφος, πρώϊκαρπα. Hîc dixit, κάθυγρα, γυμνὰ, λεπτοῖς ὑμέσι περιεχόμενα. Addidit tantùm, ψυχρά. Suprà dicebat de Vite, ὑγρότης παχυτέρα: hîc χυλοὶ λιπαροί. Suprà, ἡ ὑγρότης λεπτὴ καὶ ὑδατώδης: hîc τῆς πέψιν τῶν χυλῶν ὑδαρῆ. Quamobrem non videbatur eſſe locus repetitioni. Πρώϊκαρπα μέν. Incipit diſceptationem. Tempeſtiuè fructificare quæ (vt ſuprà dicebat) neque præhumida, neque, vt nunc addit, frigida. Tum quæ nuda, aut tenuibus amicta membranulis. Vbi τὸ ἤ, non poteſt diſtinguere, ſed debet explicare: γυμνὰ, id eſt λεπτοῖς ὑμέσι περιεχόμενα. Quoniam ἁπλῶς γυμνὰ, nulla ſanè. Nihil viuens non amicitur aliquo munimento. Sic confuſæ ſunt hîc cauſæ: internæ, ὑγρά, exterio-

[A] res, ὑμένες: interiores rurſus adiungit, χυλοί. Quarum ſuccus non craſſi, ſed liquidiores. Sic enim interpretandum hîc ὑδαρῆ, non aquei. Sunt enim aquei procul à coctione. Ὀψίκαρπα δέ. Satis patet quod infert. Si ὀψίκαρπα ſunt in ferendo fructum contraria τοῖς πρώϊκάρποις, etiam eorum cauſæ conſtitutionum. Eas tamen narrare libuit, demptis negationibus. Vicaria quædam ſubſtituit. Nam dicebat μὴ ψυχρὰ τοῖς ὀποῖς: hîc, ψυχρὰ τοῖς καρποῖς. Et oppoſuit illis, λεπτοῖς ὑμέσι, hîc περικαρπίοις ξυλώδη. Vt membranæ opponat putamen: & tenui lignoſum. Vides hîc περικάρπιον abhorrere ab vſu hominum: in quem ſemper ſuprà referebat. Nota loquutionem, περικαρπίοις ξυλώδη. Sunt lignea, qua parte putamen habent. Καὶ ξηρά. [B] Duo extrema. Nam ſuprà volebat τῶν πρώϊκάρπων naturam eſſe humidam: hîc exceſſum addit, κάθυγρα: & ei exceſſui contrarium exceſſum, ξηρά. Præpoſitio κατὰ ſæpe deteriorem facit ſignificatum: vt κατάχρησις, καταδικάζειν, καταγελᾶν. Καὶ ὧν περιοχαὶ τοιαῦται: ſcilicet ξηραί. Nam περικάρπια erant lignea. Fructus alioqui ſicci. Tum quorum tametſi operimenta non erant lignea, tamen erat ſicca: vt coriacea, velut in Caſtaneis. Reſpondent ſuperioribus, περιεχόμενα, περιοχαί. Καὶ ἅμα πλείους. Quæ tegumenta etiam ſi multa ſunt, tanto ſeriùs differetur fructificatio. Caſtanea coriis duobus contecta eſt, atque etiam ſpinis, quaſi quiſpiam Naturæ theſaurus. Ἔτι δὲ ὧν οἱ χυλοί. Su- [C] prà facilitatem ſtatuebat in ſucco liquidiore: nũc difficultatem in lento ac viſcido. rectiſſimé. Nam tales ſucci ægrè coquuntur. Patet in Iuglande & Olea. Quin oleum & aqua ſi in cacabo ſimul coquuntur: aqua ſoluetur priùs quàm oleum. Etiam hîc iiſdem penè verbis, & loquendi legibus vtitur. Suprà, καὶ τὴν πέψιν χυλῶν ὑδαρῆ: hîc, χυλοὶ πρὸς τὰς πέψεις λιπαροί. Attribuit figuratè coctioni quod ſuccorum eſt, τὸ ὑδαρὲς, τὸ λιπαρόν. Καὶ ἄλλην τινὰ ἔχοντες παραπλησίαν δύναμιν. Semper, quod etiam Præceptor ſolet, poſteaquam explicauit numerum quempiam rerum, quas tractat, addit καὶ τοιαῦτα. Τ' ἄλλα, καὶ εἴ τι τοιοῦτο. Sic hoc loco, præter ſiccam aut præhumidam, aut viſcidam materiam, innuit alias quoque eſſe, quæ incommo- [D] dent huic tempeſtiuitati. Talem qualitatem dixit παραπλησίαν: ſiue quòd reuera ſit proxima, & affinis, vt ſunt inter ſe λιπαρὸν καὶ γλίσχρον, quæ ſæpe alibi coniungit ipſe: ſiue dicere voluit ſimilem non genere & idea; ſed effectu: quia æquè impediat. Quum verò dixit ὀλίγην, explicauit illud ξηρά. Vbique enim (quod ſæpe videbimus) τὸ σύμμετρον facit κανόνα, non ſolùm τῆς ἀπεψίας, ſed omninò πάσης τῆς πέψεως. Nam & in ſequentibus libris videbimus: vbi parum ſit ſucci, auaram matrem, ac potiùs egentem ſibi vindicare. Quamobrem ſterilitas eſt, aut à luxuria: cùm fundit opes ſuas arbor εἰς τὰ μὴ δέοντα.

Itaque fructum nullum meditatur: aut cùm ab egestate. Tarditas autem fructificandi semisterilitas (vt ita dicam) quædam est. Δύναμιν. Pro succo sanè minus vsitatè, cæterùm non vulgari Philosophia. Nempe obiectum visile, odoratile, gustabile, in potentia tantùm est: neque agit, nisi ad actum priùs reducatur. Color enim est color actu, & actu aptus natus ad videndum. Non tamen actu videtur, nisi in actu ponatur à luce. Sed de his suo loco. Nota: quia dixit ὀλίγην, & addidit τοιαύτην: vt & talis sit, & non multa, vel potius non satis. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα κωλυτικά, Hæc omnia prohibent. An paucitas & siccitas prohibeant? Popularis est oratio, non exquisita. Prohibet, quod amouet: aut cohibet facultatem. Siccitas non prohibet: sed potiùs non admittit.

Ἐκ δὲ τῶν καθ' ἕκαστα. Tertia pars hæc capitis est, in qua deducit nos ad historiam, quam persequitur generatim: eámque ait conuenire cum his præceptis vniuersalibus. Ita hîc τὸ καθ' ἕκαστα non indiuidua designat, sed genera. Statim nanq; procedit per ἀείφυλλα: quod est genus multas complectens species. Λόγος σύμφωνος, ratio, siue mauis oratio (quam diximus) assentitur, & cōsona est rebus ipsis. τῶν γινομένων, hîc id significat, quod χρημάτων aut πραγμάτων: scilicet res quæ in natura fiunt. Quasi dicat: ex subiecta generum contemplatione comperimus esse verum, quod in vniuersa natura diximus. Sic sequitur Præceptoris vestigia: qui διδασκαλίαν omnem deducit ἐκ προϋπαρχούσης γνώσεως. Sic ipse ex horū generum cognitione cōflauit illam superiorem communē omnibus propositionem. Τῶν γὰρ ἀειφύλλων. Incipit distribuere enumerationem. Quę non amittunt folia, eorum summum hoc ipso ambitu agnoscit genus: idque ait serò fructum edere. ὡς εἰπεῖν. Quia non sine periculo conformantur in natura plātarum propositiones vniuersales. Est enim, vti diximus, in Historiis, πολύχους. Ξυλώδεις γὰρ καὶ οἱ καρποί. Ratio similis superiori vniuersali. Dicebat τὰ ξηρὰ ὀψίκαρπα. Item τὰ σκληροσκέλυφα. Fructus igitur τῶν ἀειφύλλων cùm sint duri, & vel toti lignosi, vel ligno tecti, minus posse tempestiuè coqui videntur. Inde ponit species, Pinū, Piceam, Cupressum. Adhuc alias species à duritia, à pinguedine, & lentore, vt Cedri. Διὸ καὶ ἐκ ὄντες μεγάλοι. Hîc posuit καὶ, ἀντὶ τοῦ καίπερ. Tametsi magni non sunt, atque ita materiæ copia non contumaces: tamen sunt δυσκατέργαστοι, operosi, propter materiæ densitatem, haud facilè elaborantur. Et dixit, τῷ εἶναι. sua substantia: vt sint, vt existant. Magnitudine quidem exigui: essentia verò operosi. Ἅμα δέ. Addit etiam incommodum: sicuti suprà, commodum erat, εὔοδον εἶναι. Hîc propter densitatem non licet succo subire. Fit ergo mora in motu: & fit mora in quiete. Multæ namque partes requiruntur ad densum corpus. Itaque duo dixit, primum ἐπιρροή. Non est integrum succo sese inferre in partes: propterea quòd vacuitas perexigua est. Secundum ἐπίστασις ὅλη: tota constitutio. Vbi enim fluxit, sistitur. Suprà dicebat, ἐπιοῦσα iniens: ἐπιθῇ, imprimat: nunc

A ἐπίστασις, id quod constat ex illa impressione. est idem quod σύστασις. Sed τὸ ἐπὶ designat motum præcedentem: στάσις, motus illius firmitatē. Τῶν δὲ μὴ ἀειφύλλων. Altera pars diuisionis. Quę arbores folia amittunt: eas adhuc distinguit in duo genera. Aut enim sūt pręhumidæ & frigidæ, vel etiā terrestres, vt Pyrus syluestris, & Glans: earum fructus serò prouenit: quippe humiditas nimia, frigiditas, terrestritas resistunt operi coctionis. aut sunt calidæ & raræ. Eæ non solùm maturè germinant, sed etiam tempestiuè fructificant: modò temperationem quempiā obtineant tum inter partes mutuam, tum aeri conuenientem. Τὸ πλῆθος, scilicet abundantia. Hæc designabatur per præpositionem in voce illa, κάθυγρα, sicuti suprà dicebamus. Et quod dicebat δυσκατέργαστον, dicit hîc B δυσέργαστον. Ὅσα δὲ κέκραται. In quibus est cum illo humido θερμασία, sed ita vt fiat κρᾶσις quædam, quam mox etiam vocat μίξιν. Ideò dixit esse additamentum caloris huic humido, cùm dixit, πρὸς τούτοις. Sed vult etiam raritatem adesse: quoniam suprà cōtrariam statuebat densitatem. Vbi vides confusam sententiam. Cùm enim dixit, κάθυγρα, rectè vult addi θερμασίαν. Sed cùm etiam simul recensuit τὸ γεῶδες, cui coniunxit τὸ ξηρόν: quomodo addi vult iis calorem? siccescunt enim magis. Quamobrem vtraque illa confudit in illis vocibus, πρὸς τούτοις. πρὸς τοῖς καθύγροις dicendum erat. Et τοῖς ξηροῖς non μανὸν, sed ὑγρὸν admiscendum cum ipso calore. Aduertendus filus orationis. Ὅσα κέκραται. Non est, quo C modo temperentur. addit, καὶ ἐν θερμασίᾳ τυγχάνει. Copula fungitur vice explicationis, non copulationis. Est enim ista ipsa crasis τὸ ἐν θερμασίᾳ τυγχάνειν. Συμμετρίαν ἔχοντα. Suprà enim negabat à calore, vel ab alia qualitate fieri fœcunditatem, aut explicari vim generationis.

Πρὸς τὸ περιέχον. Semper aerem statuit ἐν περιθήκης καθήκοντι μέρει πρὸς τὰ τῶν φυτῶν.

Χρὴ δὲ λαμβάνειν. Quia erat quod exciperetur, & quod obiiceretur iis quæ dicta sunt: occurrit scita admodum cautione. Ita demum constitutiones hasce accipiendas: si nihil impediat. Tùm declarabit impedimenta. Sed videndum est quid sit ὥσπερ. Ait enim, ὥσπερ τῶν εἰρημένων. Et, fortasse vacat.

D Οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ. Nihil hac in re κύριον, id est certum pronunciari potest. ἐπενεγκεῖν, inferre: neque pro sera, neque pro tempestiua maturatione, neque de omnibus omninò, neque de maiori parte. hoc est, οὐδέ γε πλείω πάντα. Obstrepunt inter se τὸ πάντα καὶ τὸ πλείω: contraria namque sunt, omnia & maior pars: alterum enim alterius includit contradictionem: quia maior pars excludit aliquam partem: omne includit omnes. Idem est, maior pars, & non omnes. Tamen sic satagamus reducere omnia ad maiorem partem: Non est igitur integrum ita absolutum dare iudicium: quia quædam sunt aduersaria. Hîc quoque codex minus satisfacit: ἐὰν ἕτερα ἄττα, ἐναντιώτατα. ἐὰν hîc erit, siquidem. ἕτερα, non

φυτὰ

φυτὰ, sed res quæpiam. Est enim in Taxo. Smilacis enim ponit exemplum, quiddam, quod maturationem differt fructus, tametsi habet tempestiuitatis conditionem: quippe cutis tenuitatem: id quod hîc nuditatem vocat. Quid sit illud ἐναντίον non explicat: nisi velit, vt in Vite faciebat, agnoscere acinorum frequentiam: ait enim, καὶ ἄλλ' ἄττα βοτρυώδη. Et fortasse Taxum, sicut & nos aliquando cecinimus, frigidam putauit: nam mox colligit in Rubo quoque tarditatem à frigiditate. Videndum tamen est, quod à Priscis proditum est: quemadmodum eius fructu esu proueniant ardentes febres. Τὰ δὲ πρὸς τῷ ὀψίῳ. Etiam gradus facit in his. Nam Taxus tametsi maturat serò, tamen eodem tempore percoquit, at non Rubus. Rubus enim præterquam quòd tardam nauat operam maturan- B do, etiam illam ipsam operam non explet: sed ponit in mora moram. Κατὰ μέρος enim perficit: id est particulatim. Τὰ δὲ γυμνὰ καὶ ἀκέλυφα. Nihilo hæc commodiora. Quæ nuda sunt, sine operimento non esse ἱκανὰ, non sufficere. Ad quid? An est, non posse resistere? Quare? Ἐπιλαμβανομένων τῇ ὥρᾳ, tempori superuenienti. At nunc agit de serotinis. Quid igitur attinet repetere; An vult intelligere: nuditatem prohibere, ne serò germinent? Ita implicat anfractus. Texit, retexit, repetit, inculcat. Inculcat enim de siccitate. Ergo concinnemus, vt possumus. In Rubo est siccitas: quippe astrictio multa manifesta. In Rubo est nuditas fructibus. In Rubo est frigiditas. Ex frigiditate fit tarditas fructificationis, simul & ex siccitate. Quia nudus C est, maturatur ab aere calido: quia siccus non expedit totam maturationem. Aut etiam addamus, Rubi fructus, quia nudus, patitur à calore: quia siccus, flagitat humorem, qui præstatur sero anni tempore. Itaque fructus ab vtroque tempore perficitur: atque ideò lenta & longa est maturatio. Ideò dixit, ἀκμάδος δεῖται: itaque non potest expedire. Quare differt sub tempus quod ἀκμάδος, ταμίας est. Hoc erat quod dicebat, ὁ δὲ βλαστὸς ἀμφοτέρων μετέχει τῶν ὡρῶν, vtriusque tempestatis particeps: atque ideò πολὺν χρόνον παρεκτείνει. ἐκ significat egressionem ab æstate: παρὰ designat motus tractum. Ἀλλ' ὥς γε τύπῳ εἰπεῖν. Hæc aduersatiua respondet illis: οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κύριον. Quanquam nihil exquisitè af- D firmare licet: tamen hasce causas, quoad licet (hoc enim est, ὡς τύπῳ) admittendas censeo.

Ἐπὶ καθ' ἡλικίαν. Vnus ex nostris barbaris, quos isti Græculi contemnunt: puta, Albertus, aut Aboali, aut Duns, ita instituissent. Dilatio, aut festinatio fructificandi, aut est propter occultam causam in specie, sicut est de medicamentorum potestate: aut ex manifesta. Occulta quod hic narrat de Ægyptia arbore, quæ centesimo quoque anno fructum ferat. Manifesta est, aut à materia interna, aut à qualitatibus ipsius, aut à conditionibus, quas vocant circun-

A stantias, aut ab externis, iisque duobus: nempe à solo, & ab aere. Aeris conditiones vel ex inclinationibus Cæli communes, vel ex situ peculiares, vel ex anni tempestatibus. A materia eiúsque situ partium, vt crassa, densa. Item copia, multa. à qualitatibus calida, humida. à conditionibus, vetula, nouella. à solo, pingui, raro. à cæli segmentis, ad aquilonē, arcturum. ab anni partibus, vere, æstate. Tum hæc omnia digereret: exemplis firmaret: adiiceret obiectiones. Profectò Absyrtus ille Medeæ non tam membratim fuit cōquirendus. Nunc enim ait, nouellas ob humoris nimietatem non posse maturè expedire coctionem: atque etiam quia multo egent alimento. Itaque sibi succum parant. Et suprà dicebat semen non esse, nisi perfectæ ætatis. Ætas B autem iuuencularum nondum perfecta. Ὀψίκαρπα καὶ μὴ, κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας. Pro ratione ætatis sunt vel ὀψίκαρπα, vel non. Quia nouellę, sunt: non nouellæ, non sunt. Hîc ἡλικία ætatem dicit qualemcunque. Aduerte loquutionem, καὶ τὸ ὅλον τῆς τροφῆς. Sensus apertus, fortasse non absque mendo. Τὰ δ' αὖ πάλιν. Idem euentus, causa contraria. Nouellas obruebat materia: vetulas deficit. Itaq; opus habent multo tractu temporis ad conuasandam minutam suppellectilem.

Πόρρω τῆς ἡλικίας. Hîc ἡλικία pro meliore ætatis parte. Sed angit codex, ὡς ὅτι φορά. Quæ exacta sunt ætate, ita longè fructificant à tempore stato aliis: vt ipsæ sunt longè ab ætate meliore. Subdit deinde exemplum arboris Ægyptiæ cuiusdam, quæ centesimo quoque anno fructum fe- C rat. Fidei constantia penes autores sit: Sanè si arborem specie fructiferam, ætate effœtam habeat nostrùm quispiam in viridariis, haud sanè sextum expectet annum parturientem illam, nedum vt eius ignauiam sustineat ad centesimum vsque. Igitur prudens Philosophus deleuit maculam mendacii verbo illo, μυθολογοῦσι. Quia non satisfaciebat exemplo fabuloso: subdit aliud verum & confessum de Sycomoro, quod accommodet ad priorem historiæ huius partem, id est ad nouellas. Eæ namque impediuntur succi copia, & quia ad suum incrementum requirunt alimoniæ plurimum. Sycomoro non ab ætate, sed à specie atque temperamento natura par. Ei namque attribuit ἀτροφίαν καὶ πλῆθος. Quapropter nonnisi oleo D delibutos fructus percoqui. Calefit enim à Sole Oleum: tum calefacit: éstque Solis quasi πρόξενος & vehiculum, quem tanquam in hospitium introducat. Hæc vna cura: altera similis subsidii, alterius rationis, qualis & Ficis in Græcia. Ficos ibi culices aperiunt: quo subeat Sol. Sycomori fructum vnguibus ferreis scabunt Ægyptii: quo præstetur idem. Οὐ μόνον δὲ τὸ πλῆθος. Argumentum à maiori. Si copia succi nimia, facit sterilitatem: quanto faciliùs fructuum dilationem? Est enim sterilitatis imago quasi quædam hæc, dum cessat fructum ferre,

quo debet tempore. Ait igitur ea de causa fieri steriles aliquas. Est igitur in his ἀκαρπία, in illis ὀψικαρπία.

Καθάπερ εἴρη). In Historiis dictũ est de Vitibus hircissantibus, sic enim voco τραγώσας. Quia capræ fœturam explent: hirci non explẽt: vnde prouerbium est, hircos mulgere. Sic etiam de Amygdalis & dictum est, & dicetur: tum de aliis quæ pertusionibus, & adactis clauis castigantur: cuiusmodi est Olea, in cuius radices Oleastri cuneus infigitur. Τιτραινομένων pertusis: κολαζομένων, vulneratis. Apertis enim fluit, quod nimis est. Claui autem impinguntur: vt diutius laboret ex perpetuo vulnere auara nimis radix. Si enim clauus non inesset: vulnus obduceretur in cicatricem. Quamobrem rursus ad ingenium rediret tyranna radix incommodo liberata. Ideò dixit, τῆς ὑγρότητος ἀπολαυσθείσης, exacta humiditate, quæ fructum non ferebant, ferent: quæ ferebant, meliorem atque pulchriorem ferent.

Τῆς δ' ἀμυγδαλῆς. Ostendit quibus artibus meliores euasuri sint fructus. Exciso, inquit, ramo effluet humor superfluus: vnde ex amara fiet dulcis. Hoc est & κολούειν & κολάζειν: vt alibi vtitur ἐπικαθαίρει. rectè. Amaritudinis enim vis videtur impuritatem afferre succo. Ideò dixit, purificari fluxionem. Hoc quasi pro causa statuit. Sed altiùs eruenda est. Non enim est qualitas admista succo, quæ detrahatur: sed vt in venæ humanæ sectione, quod relinquitur sanguinis, regitur à natura. Amaror igitur in Amygdalo est ex incoctione. Quod satis manifestum est ex fructibus qui antequam maturescant, amari sunt, vt Glandes, Cucumeres. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ συκῆ. Liberat fidem suam, cùm explicat exemplis illa verba, τετραινομένων καὶ κολαζομένων. Declarat enim quænam sunt arbores aliæ præter Vitem. Non mirum verò de Ficu, si demptis radicum partibus melior fiat. Non parum in natura plantarum exercuimus nos. Etiam Ficus radicem rimari voluimus. Hoc possumus profiteri: nullam omnium arborum tam crassas, tam implicatas, tam confertas mittere radices: si eæ cum cætera magnitudine comparentur. Quæ sequuntur reliqua, perspicua sunt: nec indigent interpretatione. Dixit, πέταλον pro ramo. Nam πέταλος non naturæ vocabulum est, sed officii ab arte. Sic Demosthenes in oratione contra Midian. Demosthenis nomen, esse priuati: τοῦ χορηγοῦ, non esse priuati nomen aut Demosthenis, sed ciuitatis.

Alibi monuimus, in libris Græcis inscitia scriptorum sæpe in pronomine reciproco omitti aspirationem: sic hoc capite bis. Itaque lego, ἔχον περὶ αὑτὸν κέλυφος. Et, καὶ ἐν αὑτοῖς, καὶ περὶ τὸ περιέχον. Et, δεόμενον θερμότητος, non, δεόμενος. Et, ἀναθέντες γὰρ ἔτοι, vt legitur: non vt corrigunt, ἔτω. Et βραδυτέρας ποιεῖ τὰς πεπάνσεις, non βραχυτέρας. Nam neque sensus conuenit: & si detur significatio celeritatis: tamen non erit verum. Dulcia namque seriùs coquuntur. Et, σύμφωνος ὁ λόγος, non συμφώνως. non enim est verbum ἔχει. Et, ὥσπερ ὁ τῆς κέδρου, καὶ τῆς ὀξύας, non ἰξύας. Et ὥς γε τύπῳ, non ὥστε. Et ἐνιαυσίους ὥρας, non χώρας. Videntur enim librarii malo quodam fato dixisse sacramentum: vt alterum pro altero falsò supponant. Et καθ' ἡλικίαν ὀψικαρπότερα, vt scriptum est: non περικαρπότερα, vt deprauant. Subinfert enim exemplum nouellarum, quæ sunt ὀψίκαρπα. Et ἑκαστῷ ἔτει, non ἑκάστῳ. Scriptum est etiam ὀψικαρπεῖν. alibi, ὀψικαρπεῖν. haud magni refert. Et ἀχυλότερα, non ἐγχυλότερα. Mendum facilè, & hîc & alibi surrepsit elementorum affinitate.

Theodorus, ἕως ἂν ὁ ἥλιος ἐπιθῇ, quantumcunque Sol tepefecerit. Non ex Interpretis fide. Περιαλλοίωσι, immutari possit. Et subticuit præpositionem malè: & malè generis verbum posuit pro specie. Enimuerò quod quasi ex Cicerone recentiores audent, non est ferendum. Vertunt enim ἀλλοίωσιν immutationem, ne barbari, si alterationem dixerint, videantur. At barbaria, vocum vitare barbarum sententiarum, mera Latinitas esse mihi videtur. Aliud enim est ἀλλοίωσις, aliud μεταβολή. Hoc illius genus est. Itaque cùm dixero, immutatum: iam Philosophus bonus ambiget: in substantiáne, an qualitate, an quantitate, an loco debeat intelligi. Sed hoc cæcos missos faciamus: qui cùm sunt verborum sustodiosissimi aucupatores: sicubi castigentur: de verbis nos litigare calumniantur. At vetera sinerent suo iure vti: κίβδηλα ne inueherent. Dum nos castigare volunt, æquo animo sustineant castigationes. Ἀθρόως ἐποίουσα. Vniuersa excurrere solita. Inuadens, propriè. Nam quò excurreret? Ἅμα δὲ καὶ ἐν αὐτῷ συνεργάζεται δύναμις ἰσχυρά. Fructum conficit atque percoquit. Non expressit, τὸ συνεργάζεται ἐν αὐτῷ. Communem cum Sole operam ponit. Quia dixit, ἥλιος ἐπιθῇ. Idem fuerit ac si dicat συνεπιθῇ. Sic ἐποίουσα, perinde ac συνεποίουσα. Ἐποίησεν ἀθροισμόν, collectum maximum facit. addidit superlatiuum de suo. Et collectum maluit quam collectionem. Collectam Cicero, τὸ ἔρανον siue τὸ σύμβολον. Et efficacius est ἐποίησε, quàm ποιεῖ. Significat enim absolutam effectionem.

Βλαστήσεις ἀθρόοι, germina congesta: pessimé. Non enim germina sunt cumulata: hoc enim est congestum: sed distantia. Ἀθρόοι tamen, quia simul eodem erumpunt tempore, alibi tamen aliud, non cohærentia. Ὥστε καὶ ψόφον ποιεῖν: vt & sonitum facerent: faciant potius. De arboris natura loquitur, quæ sibi præsens est. Ὑπὸ τῶν χειμώνων κατεχομένους. Quæ hyems diu retinuit. Quæ hyemes cohibuerunt. Ὥστε μὴ πολὺ καθυστερεῖν. Vt non multo seriùs posteriora perfici possint. vt non ita multùm præueniantur. Τὸ μὴ ἀθρόον, summatim. minus apté. simul. Ἡ ὑγρότης λεπτὴ καὶ ὑδατώδης. Corrige vbi est scriptum amittenda, omittenda. Τὰ κελύφη, putamina, fideliter. Nemo tamen dixerit Latinè Fici corium, putamen: tanto minus acini. Hîc desistendum fuerat: id quod alibi facit sine causa. Ἀθροωτέρα πως. Summatim, vt suprá. Πως hîc significat σχεδὸν, aut ὡς εἰπεῖν. Eodem penè tempore cunctum edens fructum. Hoc enim est ἀθρόον, τὸ πᾶν ἅμα: quasi sub oculos subiiciatur, ὑπὸ τὸ ἀθρεῖν. Theodorus maluit, quodammodo ὑπόσκιοι, vmbra opacant. Fortasse scriptum reliquit, opacantur. Ἔτι μᾶλλον, longè amplius festinationes apparent. Maturatio est, non festinatio. Adhuc magis citantur ad maturandum. Πρώϊον, præcoquum. Præcoquum est id quod anteuertit, non vsitata lege temporum. At ὡραῖον sibi naturale est: & à sua specie habet, vt tempori fructum edat. Præcoqua ingenia apud Quintilianum. Apud Horatium, præcanum, ante ætatem scilicet. Πολλαὶ δὲ διαφοραὶ καὶ ἀμπέλων, καὶ συκῶν. Minus bene Theodorus. Vites enim, & Fici permultis inter se discriminibus distant. Non enim Vitis & Fici mutuas differentias: sed vtriusuis species differentes intelligit. Ἴσως λεκτέον. Fortasse dignius est. κακοζηλία hîc, illic ἀφέλεια. Περιοχαὶ septum, minus commodé. Septum nunquam contingit id quod sepit. Neque septum totum ambit. Καὶ ὀλίγην ἔχοντες ἅμα, καὶ τοιαύτην ὑγρότητα. Addidit, idque pingue. At satis est, τοιαύτην. πίτυος, Larici. An rectè sit interpretatus: alibi diximus. Nusquam enim tota Græcia Larix.

Γλισχρότητά τινα ἔχοντες, Gliscentes. Quanquam verba similia sunt: tamen significatus est diuersissimus. Sed γλίχομαι est origo nostri verbi, quod significat appetere. Signatissimè apud doctissimum Poetam, Turni violentia gliscit: quia crescebat, & præceps incitabatur. Ἢ τῆς ἰξύας. omisit Theodorus. Fortasse ὀξύας reponendum. Μικρὰ ἡ ἐπιρροή. Parum alimenti influi potest. Scio fluxum habere ideam participii. Verbum ipsum passiuè poni, nunquam memini. Ἡ ἐπίστασις ὅλη. Totus accessius parcissimè agitur. Non Latina dicendi ratio. Et ἐπίστασις non est accessus, sed quod alibi ἔνστασις. Occupatio, constitutio. Κέκραται, media temperie constant: pessimé. Non enim sunt ἄκρατα.

Καὶ ἐν θερμασίᾳ. Satis calidæ. Paraphrasis μανά, soluta. Vox ambigua, & Philosopho fugienda. Συμμετρίαν, Admistionis ratione percongrua. Nihil ad punctum. Quarum concretio temperatione quadam, quæ in ipsis mediocris est, respondet naturæ aeris ambientis. Sic dixisset fortasse Ciceronianus. Ὥσπερ τῶν εἰρημένων. Theodorus omisit. Omisit & illud, κύριον. Non potest promitti, vt ratum futurum sit huic naturæ, quod de ea pronunciabimus. Οὔτε πρωϊκαρπίαν, οὔτε ὀψικαρπίαν, neque maturus, neque serotinus fructus. pessimé. Maturus nihil aliud dicit, quam percoctum calore naturali. At id tam in serotino quàm in ipso tempestiuo inuenitur. Non est eadem in hoc licentia significandi, quæ in aduerbio est, cùm dicimus: aliquid maturè fieri. Nam etiam imperfecta quędam, maturè fiunt: at ipsa non matura. Docet hoc origo vocis. A diei siquidem tempore ducta est: nempe à manè: cui præest Matuta dea. At in ipso matutino spatio rosa maturè exit, quæ tamen inchoata est, necdum matura. Cæterùm quod toties conquesti sumus: multi Grammaticè, pauci Latinè loquuntur. Confudit ergo Latinis quidem Theodorus τὸ πρώϊον, καὶ τὸ πεπεμμένον. Ἐπὶ πολὺν χρόνον παρατείνονται. Diutius se tueri, atque protelare possit. Vides ambitum. Κατὰ τὰς ἐνιαυσίους ὥρας. Theodorus omisit. Καθ' ἡλικίαν ὀψικαρπότερα. Theodorus addidit ad explicationem vtriusque ætatis: serò, maturéve. Τὰ δ' αὖ πάλιν. Theodorus, Veteres autem cessant, Paraphrasis. Sic addit, effœtas. Μυθολογοῦσι, narratur. mutile. Διατιτραινομένων, καὶ κολαζομένων. Perforatu castigantur. Confudit in vnum quę distinxit Philosophus. Nam & perforantur, vt Amygdalus: & ῥιζοτομοῦνται, vt Ficus: quæ est κόλασις.

CAPVT XX.

XX. Capitis argumentum. Comparantur inter se arbores, & frumẽtacea, quoad soli naturam. Causa redditur, quamobrem læto solo fruges lætiores: arborum fructus minus commendabiles.

EN τῷ αὐτῷ δέ πως γένει. Tametsi hęc postea exactiùs (nam mox tractat causas quas omisit suprà, cùm dicebat: Vitis species plures: neque omnes eodem tempore fructum perficere) tamen hîc cum eo quæramus causam affectus, qui pertinet ad productionem & maturationem. Ita erit perfecta demonstratio, atque ex demonstratione perfecta scientia. Est autem affectus is quoad solum. Huius analogiam tractationis designat illis verbis: ἐν τῷ αὐτῷ γένει αἰτίας. Non verè genus idem. Quippe à formis, & ideæ totius internis affectibus ducebat causas: humore, siccitate, densitate, eiusmodi. Ea sanè sunt efficientia primaria, aut secundaria. At solum, ac cælum, sunt externa. Igitur analoga & concausæ. Id adeò, vt ager, propter qualitates sit concausa efficiens: propter alimentum, sit materialis. Iccirco dixit, πως. Quia non idem penitus causæ genus. Τὸ μή, τῆς ἀρίστης καὶ πιείρας, ἀρίστην εἶναι τοῖς δένδροις. Quę est optima terra simpliciter, non esse optimam πρός τι. Non reddit rationem: reddamus nos. Optimo debetur optimum. Frumenta sunt optima simpliciter, omnibus aliis fructibus anteferenda. Iccirco lætissima fœcundissimáque terra debetur eis. Fœcunditas enim est finis terræ ad alendum. Sic frumenti finis nobiliori lege vita est, quàm Glans, aut Rapum, aut Castanea. τῆς πιείρας, καὶ βαθυγείου. Sunt explicationes τῆς ἀρίστης: vt pinguis sit, sed non lenta, sed soluta, ita vt alto sulco seri possit. Si enim tenuis pulpa est, cui subsit toti,

aut rubricæ, aut argillæ crusta, non est βαθύγειος.

Ἀλλὰ τὴν δευτέραν, secundariam: sicuti secundarius panis. Sic Plautus, secundo in precio. Et vsitatè dicimus in prima cõmendatione. Quia omnia entia suum quicque obtinet ordinem. In XII. diuinæ Philosophiæ declaratum est, nullas duas substantias esse vnius perfectionis. Essent enim vna, non duæ. Quia æqualitas in substantia est identitas. Ἐν μὲν γὰρ τῇ κατὰ βάθος. Incipit reddere rationem, quare à meliori terra deterior fiat arboris conditio. Propterea quòd radix multum nacta, multum trahit. Multum naneiscitur: & quia multum inest, & quia licet multum occupare propter obsequium soli, & probitatem. Probitas autem est tum in succi copia, tum in facilitate. At exuctior terra minus alit: minus ergo alitur arbor: minus ergo corporis, & minus succi. Probior ergo concoctio. Contumax terra minus admittit. Radices ergo non tot ex locis suggunt: nempe non ita diffunduntur. Εἰς βάθος ἰούσης ῥίζης. Duæ causæ. Multum terræ contingit radix, ipsa grandis, multis ex partibus attrahere quit. Prima hæc: εἰς βάθος ἰούσης. Altera, τῆς χώρας εὐτρεφοῦς, actiuè, terra vbere & opulenta ad alendum. Πλείω τῆς συμμέτρου. Hoc ergo vitiatur succus: quia modum excedit. Itaque fit insuauis, insipidus, minus aptus ad nutriendum: aquæ scilicet propior, ac segniùs elaboratus. Ἐπισπῶνται, verbum signatissimum ob præpositionem. τὸ ἐπὶ namque significat τὸ ὑπὲρ τοῦ μέτρου. vt posteaquam quod satis est traxerint: quod nimium est, porrò præterea trahant. Ἐν δὲ τῇ λεπτογείῳ. Contraria significato, non vocibus, λεπτὸν, βαθὺ, tenue solum, & profundum solum non res ipsa, sed vsus fecit vt essent contraria. Nam sabuleta, sunt βαθυγειότατα. Sed ita tenuit consuetudo, vt βαθὺ designaret hîc, vber. Itaque perstat in hac contrarietate. nam suprà erat, εἰς βάθος: hîc μὴ βαθεῖα. Figura à nobis alibi animaduersa. Cùm dixit, λεπτογείῳ, apposuit contrarium cum ipsa negatione. Sic Homerus ἔοικεν οὔτοι ἀεικές. Etiam Aristoteles ea vsus est, & appellatur asseueratio. Tametsi hoc loco alterum quasi alterius causa est. Vt quia sit exucta, non admittat profundum sulcum. Contrarium illud sanè, τὰς ῥίζας ἐπιπολαιοτέρας. Si non est profunda, non erunt profundæ radices, sed superficiariæ. Sic hîc τροφὴν ἐλάττω, minus alimenti, contrarium illi πλείω τοῦ συμμέτρου. Non sanè minus quàm deceat, sed minus quàm ὑπέρμετρον illam. Ideò subdit σύμμετρον. Quærat hîc aliquis. λεπτόγειον, terram tenuem, oportere esse faciliorem: faciliorem quæ in eam radicum aditum atque diffusionem. Ita verum esset, si succosam agnosceremus. At ieiuniorem intelligit. Quid igitur quærat radix, etiam si agatur in profundum? Aut quibus conatibus, si ipsa est imbecilla? Itaque in exucta minor est radix: à minore minus quæritur.

Ἐπεὶ καὶ ἐν ψαφαραῖς. Argumentum à minori. Si in sabuletis & saxetis, quantum sit satis ad vitam præsidii, & opum ad fructificandum

A capere possunt, quanto commodiùs ἐν λεπτογείοις; ψαφαρὸν, friabile. Qui aliter interpretantur, à nobis alibi castigati sunt. Friabile, cuius non contumaciter cohærent partes. At cohærent humoris beneficio. Vbi ille non fuerit: cohæsio defuerit. Καθιέμενα, καὶ βιαζόμενα. Modum explicat, quo sibi succum trahant in sabulonibus καθιέμενα. Facilè namque diducitur ac cedit solum tale: βιαζόμενα, in rupibus. Scilicet per anfractus atque saxorum commissuras rimantur sibi viam: cùm obiectu lapidum deflexæ, quærunt quà transmittant. Ἔτι δὲ καὶ καταψύχειν. Addit commoditatem ab humo infelici. Maior propositio. Radix amat refrigerari. Ὅτι ἐπιζητεῖ τὰ δένδρα. Minor. Saxea refrigerant. Patet conclusio. ἐπιζητεῖ. non B vacat propositio. Insuper hoc quærunt. Id est, præter id, quod est, posse radices promouere, suggere, ali: volunt etiam refrigerari. Ὁ δὲ σῖτος. Explicatio alterius membri comparationis. Ait frumenta in agro officioso multum radicum agere posse, eásque in profundum.

Συλλαμβάνει μὲν πλείω. Quia dicit πλείω, dicit σύν. Concipit plures radices. Quare? διὰ τὸ κατὰ βάθους εἶναι τὰς ῥίζας. Non tamen explicauit causarum differentias. Quare nocebat τὸ εἰς βάθος arboribus, at frumenta iuuat? Propterea quòd frumenti stipes siccus: patet ex culmo, & stipula: Fructus numerosus: stipes breuis: semen penè nudum. Ergo quantum trahit, tantum quit excoquere. Frumenti commendatio est in copia. Semen pusillum citò perficitur. Celeri- C ter namque elactescit: quia sicciuscula natura. Tot nominibus ei debetur humoris multum: tot rationibus maturare potest. At non apud Indos Mexicios. Tanta enim subest humiditas, vt luxuria marcescat. Ἐν δὲ ταῖς μοχθηραῖς. Contrarium parti superiori, cùm dicebat πλείω. Et naturæ arborum, quæ in macro solo satis trahebant. Cùm igitur frumentum in læto solo multas agat radices, in macro arescet, quia multas agere non potest: & multis eget alioqui. Καταψύξεως οὐ δεῖται. Ratio quare exiccentur. Quia exuruntur. Exuruntur, quia non teguntur humo. superficiariæ namque sunt. Quòd si imbres interuenerint, (id enim significat præpositio in verbo, ἐπομβρίαι) necantur, putrescunt enim. Ideò dixit, πολὺς ὁ διασωζόμενος, χείρων δέ. Si- D quid non interit penitus, at illud deterius est. Sic è contrario respondet in arboribus incommodum: Quarum fructus humore nimio corrumpuntur aut vitiantur. Id quod simile est huic frumenti vitio, quoties imbribus occupatur id quod est in macro solo. Hoc sibi vult illud, ἐπί. Quasi dicat, ὁμοίως. Ἐξίστανται τῶν γενῶν. Verbum hoc iam est examinatum, & res ipsa suprà. Vix enim veritas hoc patiatur: vt imbribus genera mutentur. Qualitates quidem aliæ fiunt: species & idea manet.

Lego, καὶ τῆς χώρας ἀτρεφοῦς, non autem ἀτροφοῦς. Et, διὰ τὸ κατὰ βάθος, deleta negatione. Et,

κατα-

καταψύξεως οὐ δεῖται, vt emendarunt.

Theodorus, τὴν ἀρίστην, καὶ πίειραν, καὶ βαθύγειον, pingue, altum, lætúmque solum. malé. Nam neque altum, explet τὸ βαθύγειον: & τὸ ἀρίστην, non expressit ad quam referretur ἡ δευτέρα. Itaque sententiam ipsam, repetita voce, fecit & suauem & efficacem Philosophus. τὸ μὲν τὴν ἀρίστην εἶναι τοῖς δένδροις. Altum sulcum dicimus: altum solum an dicatur, obseruandum est ex autoribus. Τὴν δευτέραν, quod deteriùs constet: & familiaris huic viro κακοζηλία, verbo addito: neque exprimit secundariam in bonitate. Nam deterius est comparatiuum improbitatis: δευτέρα est ordo bonitatis. Nã infrà μοχθηρὰν dicit. Λεπτόγειον, gracili, tenui. etiam λιτὸν Herodotus. Ψαφαραῖς, duabus ambiit vocibus, arenaceis sabulosísque. Καθιέμενα, καὶ βιαζόμενα ταῖς ῥίζαις. Nituntur: & in disiecta tellure radices nimirum suas demittunt. Vi sibi viam faciunt, qua radices demittant. Ἐν ταῖς ἀγαθαῖς. Solo frugali. Vtitur origine pro deducto. Nam à frugum bonitate frugalis vita. Haud tamen idem significatum. Frugi vir, vtilis in parsimonia temperata. At ἀγαθὴ γῆ, vber & larga & liberalis: denique signatissimè dapsilis, quæ dapes sumministret. Ὅταν δὲ ἐπομβρίαι γένωνται, καὶ πολὺς ὁ διασωζόμενος χείρων δέ, cùm verò imbres accesserint: deterius prę alimento nimio credẽdum est. Omisit necessaria verba duo, πολὺς διασωζόμενος. Et præsertim articulum ὁ. Aliud enim est πολὺς διασωσόμενος χείρων. Significat enim multum esse incolume. Et aliud, ὁ σωζόμενος. Significat enim magnam partem eius quod non interiit, esse deterius. Tametsi effugit putrefactionem: tamen non vitauit vitiationem. Ingratus prouentus, quia mutilis.

CAPVT XXI.

XXI. capitis argumentum. Quæ videntur eiusdem generis, non eodem tractu temporis fructum gerere ad maturitatem vsque. Non esse generis eiusdem proximi, sed summi, ac specie differre. Quare non esse mirum si ad fructificationem diuersæ quoque naturæ sunt.

ΑΤΟΠΟΝ δ' ἂν δόξειεν τῶν ὁμογενῶν ἔνια. Quod suprà dixerat, Vitem Ficúmque diuersas vtranque species habere, fructificationísque tẽpore differentes: eius rei proposita quęstione causas inquirit. Quamobrem rectiùs fecisset Philosophus, si hæc statim superioribus continuasset, antequam compararet agri naturas aptas ad fruges & ad arbores. Et rectiùs fecisset Theodorus, si hinc nouum caput secuisset. Constituit autem quæstionem in naturæ similitudine. Nanque animalia (Canem excipit) nulla sua tempora variant, variis alioqui speciebus. At variant Vites & Fici, sicuti suprà dicebamus: quibus addit etiam Malos & Pyros. Quinetiam in Prunis & Abellinis animaduerti potest. Et in fructibus olitoriis Pepones quoque & Cucurbitæ patiuntur idem. Canibus autem non omnibus idem tem-

A pus vterum gerendi; diuerso nanque Laconicæ, quemadmodum diximus in Historiis. Vbi castigabamus Hippocratis simplicitatem, qui matrices vnguibus irritatas, eiicere fœtus aiebat. Non enim status essent partus, si propter eam molestiã sese potius exonerarent, quàm parerent legibus Conditoris. Nam quid rerum omnium quæ à nobis vsquam agnoscuntur, aperit ea inguinis ossa, per quorsum diductum hiatum fœtus egreditur? Sed de his in libris de semine genitali. Quare igitur inter animalia sola Canis species variat: inter plantas tot sunt diuersitates? Quia pluribus distant inter se plantæ differentiis, quàm animalia. Quare à certis formis certi affectus: à diuersis diuersi. At ipse, vt penè semper, fluctuat in solutio- B ne. Ac primùm quidem ait, fortasse ne in plantis quidem reperiri diuersitatem hanc. Sed eas quæ serò maturent, serò concipere, serò florem edere. Nam hunc ad modum animalia quoque mutare tempora conceptionum. Et sanè in Iumentorum genere equæ aliæ Vere, aliæ concipiunt Autumno. Itaque duodecimo pòst mense pariunt, licet non eodem. Ita etiam fit in pecore alio. Hæc responsio multam præ se fert rationem. Tamen haud ita est. Nam & Vitis, & Ficus, & Pruni, omnes iisdem flores explicant penè momentis. Lõgè tamen aliis interuallis pariunt. Æquè cum aliis floret ea quæ Iulio mense habet vuas esculentas: & ea, quæ vix Septembri extremo, quam Buma- C stem vocant. Itaque responsio cùm minus placeret, sese contulit ad aliam, quam videbimus. Καὶ τἄλλα. Quæ nos addidimus ad exemplum. Sanè In Malorum genere Nanæ quædam sunt, quę ipso vere fructum ferunt. Et inter Pyros, eæ quas Moschatas ab odore dicimus. Quinetiam in hoc suburbano, vbi nos hæc nunc scribimus, species quædam est, cuius fructus non à floris parte incipit maturescere, sed à pediculo, contra quàm fit in aliis. Ἀλλὰ παρισόχρονα κατὰ τὰς κυήσεις. Respondent inter se temporum æqualitate. ἰσόχρονα, satis erat: addidit præpositionem ad comparandum. τὸ παρὰ nanque significat, iuxta. Quia quæ iuxta ponuntur, admittunt iudicium comparationis. Τὰς κυήσεις, καὶ τὰς ἐκτροφάς. Quia quod concipiunt, edunt: quod edunt, educant. Τὸ ἐκτρέφειν. Compa- D rauit, qui est inter prima rudimenta & perfectionem, quo potuit modo. Alitur enim tunc & crescit. Cæterùm animal extra vterum est: fructus etiamnum quasi in vtero plantæ. Sanè animalia edita iam perfecta sunt: neque fit eis accessio, nisi quantitatis ac firmitudinis. At fructibus totus deest actus, quoad vsui sint, vel edendo, vel serendo. Παρισόχρονα. χρόνος est quasi materia, ἴσον quasi forma, παρὰ nota collationis, vti dicebamus: vnde & παραβολή. Hinc nostrum, par, pariter, comparo. Ἀλλὰ μόνον παραλλάττει. Non eadem ad concipiendum stata tempora. Κατὰ τοὺς τόπους. Quia pariunt in Autumni fine Capellæ Medulorum ac Vibiscorum: alibi etiam ad Aprilis initia: sunt etiam quæ Iunio mense. Sed quid in aliis immoramur? Homo satis exemplorum dabit. Toto

nanque parit anno, quia toto item concipit. Vt non ſolùm à locis, ſed ab habitudine, atque etiam interdum euentu fortuito. Καὶ μάλιστά γε ξυνανθρωπευόμενα. Hoc iam dixit præceptor in Hiſtoriis, διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν εὐτροφίαν. Quoniam fouentur tecti commoditate & victu liberaliore. Multum enim facit magiſtrorum cura: munimentum ab iniuria temporum: ſecuritas de quærendo cibo. Quæ conditiones locorum cælique vitare queunt incommoda, & beneficiis emendare. Καὶ παραδιδόασι τὸ ἀνάλογον. Pro rata dependent. Proportione reſpondent. Seriùs percoquunt, quia ſeriùs conceperunt. βλαστήσεις hîc accepit fructuum inchoationes: alibi pro foliis tantùm. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἐφ' ὧν τοῦτο μὲν δεῖ. Altera capitis pars cum accuratiore diſquiſitione. Detur, inquit, vt ita ſit: at non ſunt eiuſdem generis, ſed ἔοικεν ὥσπερ ἐν ὁμωνυμίᾳ γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα. Statim igitur deſtruit hypotheſim. Sumebat enim eſſe, ὁμογενῆ. Negat igitur eſſe generis eiuſdem, proximi ſcilicet. Nam ſanè laxè nimis hîc accipit ὁμωνυμίαν. Sunt enim ὁμώνυμα, quæ ne in genere quidem conueniunt ſuperiore, ſed in genere corporis tantùm aut ſenſibilis. At quarum planta commune genus eſt: ea nullo modo eſſe queunt ὁμώνυμα. Sunt omnino ὁμογενῆ, ἀλλ' οὐχ' ὁμοειδῆ. Probat earum diſtãtias in formis ipſis. Mites, ſylueſtres, ſteriles, fœcundæ, pauciferæ. Atque id quidem non pro tempore aut loco, ſed tota natura ſemper & vbique. Atqui reſponſio hæc neutiquam tollit quæſtionem. Omnes aſſentiuntur, eſſe ſpecies diuerſas. At ὁμογενῆ nemo ſanus neget, ſylueſtres & mites. Neque Malos quas habemus nos tertio quoque anno ferentes diſtrahet ab earum genere, ſub quo cenſentur eæ, quæ eiuſdem figuræ, magnitudinis, coloris, ſucci, ſaporis fructum ferunt. Neque Auarcas (ſic enim Vaſcones agreſtes vocãt) à mitibus ſeparabit ſpecie, quas poſt cultum ferre docent fructus elegantiores. Ἔστι γὰρ ὀρθύ. Mira vox, ſi non ſit mendũ ὀρθύ. Eſt vnum rectum, ad quod alia referuntur omnia, tam in animalibus quàm in plantis: atque, vt nos addimus, etiam in metallis & lapidibus: denique in omnibus miſtis. Sic enim dicebat diuinus Pręceptor, Rectum eſſe normam etiam obliqui. Hîc Theophraſtus ait eſſe rectum Naturæ, id eſt νόμον, legem ſanè, vt tum plantæ tum animalia ſint non iiſdem præſcripta pariendi legibus: οὐχ' αἱ αὐταὶ προθεσμίαι: ſed alia ſint fœcunda, quædam ſterilia, nonnulla media. Ὥσπερ τὰ ἥμερα, καὶ τὰ ἄγρια. Sanè hoc ſuprà diſceptabat, vtrum horum eſſet τὸ ὀρθὺ, ad quod alterum referretur ob herbariæ rei contemplationem. Πολύκαρπα. Sanè hoc eſt ὀρθὺ in plantis, ſicut κατόρθωμα aut καθῆκον quodpiam in homine ciuili: quippe cùm largiùs ſuum faciunt officium. Τὰ δ' ὀλιγόκαρπα. Acutiùs qui interpretabitur, dicet, hoc non iam eſſe ὀρθύ. Quia disiungit τὸ δὲ, & oſtẽdit egredi hæc ab officio illo recto ad obliquum: de quo ſub recti ratione iudicium faciamus: ac tanto impenſiùs ſuper illo, τὰ δ' ὅλως ἄκαρπα. Quia τὸ ὀλιγόκαρπον eſt ἄκαρπον aliquo modo. Τὰ γὰρ τῶν ἐρινεῶν. Oſtendit in Caprifico modum ſterilitatis. Nam quòd fructum fert, neque maturat: ne fert quidẽ. Non enim fructus eſt, qui perfectus non eſt: quia fit. & quod fit, nondum eſt. Ἕτερον γένος. Pręſtat quod propoſuit, aliud eſſe genus ac diuerſum à Fico, quia percoquere fructum nequit. Nota loquutionem. τὰ τῶν ἐρινεῶν, ἕτερον γένος. Quę pertinent ad naturam Caprifici, alius ſunt generis. Οὐ δυνάμενον πέττειν. Si non poteſt, non habet principia naturalia: differt ergo ſubſtantia. Vt defectus ſit in ſpecie, non ſola contumacia in materia. πέττειν eſt eius finis. Ideo ſubdit, οὐδὲ δύναται εἰς τελείωσιν, neque aſſequi perfectionem. Eſt enim expoſitio τοῦ πέττειν. Hoc igitur τῶν ἀγρίων πρὸς τὰ ἥμερα: vt ne ſit Ficus, niſi æquiuocé. Hoc enim dicebat, τὸ ἀπόρημα verſari ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ. Nunc addit & inter mites differentias, quarum diuerſa genera facit, cùm dicit ἕτερον δὲ τῶν ἀμπέλων. Vites cognomento inſanæ, de quibus & in Hiſtoriis, & dudum ſuprà, munera exequuntur omnia edendi germina, florem, fructum, percoctionem expedire neſciunt. Deſit eis illud τὸ τελειοῦν. Confuſè ſtatuit hæc ipſe. Nam cùm primo loco rectè ſtatuiſſet βλαστάνειν: non rectè ſtatim πέττειν, vt ἀνθεῖν ſubderet. Nemo enim neſcit florẽ præire, βοτρυοῦνται ſubſequi: formatur in racemum flos: tum poſtremò πέψιν affectari. Quam quare ſeparauerit ab eo quod poſtea dicit τελειοῦν, non equidem ſcio. In fructu nanque idem eſt πέττειν καὶ τελειοῦν. Et modò ipſe dicebat idem: ſed tueamur dignitatem ampliſſimi viri optimè de nobis meriti, vt πέψιν ſit tractus maturationis, τελείωσις finis. Nota verbum βοτρυοῦνται, racemantur. Quia ergo peculiares habent naturas, pro diuerſis ſtatuendæ ſunt. Τῇ ἰδίᾳ φύσει: Si eſt propria natura, non eſt cum aliis communis: Si habent διαφορὰς, non ſunt vnum, ſed aliud. Si ſunt ἕκαστα talia, non habẽt communem naturam. Nimirum igitur δικαίως λέγοιντο ἂν ἕτερα κατὰ τὸ εἶδος. Erunt igitur ſpecie differentes. Concluſio demonſtratiua à definitione. Species ſunt quæ ſub communi genere differunt inter ſe eſſentiali natura. Ab hac definitione ducitur illa concluſio. Ecce non ſoluit quæſtionem. Non enim ſunt ἕτερα κατὰ τὸ γένος. At in equis & canibus ἕτερα κατὰ τὸ εἶδος, tamẽ ſtata ſeruant tempora gerendo vterum. Nemo enim ſanus dicat eiuſdem eſſe ſpeciei Cantherium, & equum Hiſpanicum & Belgicum. Item catellum Melitæum, & Sagacem, & Leporarium curſorem, & Anglicum, quem Dogam vocant. Itaque vt ſub Equino genere illa continentur diuerſa ſpecie, quibus tamen eadem pariundo præſtituta dies eſt à Natura: ſic in Vitibus eſſe decuit, quæ Iulio menſe fructum ferunt eſculentum: quæque ſub eodẽ cęlo vix ad Calendas Octobres percoquunt. Ὅσα δὲ δύναται. Repetit de Medica Malo narrationem, quæ nõ videtur quicquam facere ad hunc locum. Quæritur enim hîc illud vnum, An arborũ quarundam ſpecies quia differunt ſubſtantia, differre debeant tractu temporis fructui ferendo: quandoquidem in animalibus, quorum inſigniores oportet

portet eſſe differentias, non ſit idem. Animaduertes hîc quoque confudiſſe atque ordinem peruertiſſe. Primùm dixit πεπαίνειν, deinde βλαστάνειν, tum ἀνθεῖν. καὶ τὰ ἄλλα μέρη, mutila verba: nõ enim partes ſunt functiones, ſed à partibus, aut toto. At βλαστάνειν, effectio eſt. Εἴπερ ἀεὶ διατελοῦς τοῦτο δρᾷ, Si ſemper in hac actione perſtat. Alterum παρέλκει, aut ἀεὶ, aut διατελοῦς: idem enim ſonant. Si enim mutaret, non à ſpecie præſtaret, ſed ab euentibus mutaretur. Addit autem ſatis leuia, nonnihil eſſe inter hæc ſimilitudinis: ſcilicet inter Medicæ propriam vim, & aerem vbi eſt mollis atque officioſus. Illo differre, quòd aer ſit omnibus cõmunis: Medicæ vni facultas interna peculiaris. Vult innuere, qualis ſit aeris potentia externa, qua fit, vt etiam alieno tempore germinent quædam: talem eſſe intimam ac propriam Medicæ: quaſi quæ ſibi ſit talis aer internis præſidiis principiorum.

Lego, παρισόχρονα, æquali tractu temporis, non ἀεισόχρονα. Et, καὶ τὰ ἄγρια, τὰ μὲν πολύκαρπα, non autem καί. Et, μαινομένων, non μανομένων.

Theodorus, τῶν ὁμοιογενῶν ἔνια. Quædam eorum quæ generis ſocietatem habent. Videor mihi meminiſſe, ſic quoque loquutum eſſe Ciceronem. Credo quia genera ſecantur à ſpeciebus. A ſecando enim ſocius. Cuique enim ſua portio eſt. Vnde communia iuris tribus titulis, pro ſocio, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo. Græca vox non ita exacté. Similitudinem enim generis dicit, τὸ ὁμοιογενὲς, non autem participationem. At analoga potius habent ſimilitudinem, quàm οὐσίαν integram. Sed de his in quinto ſupranaturalis Philoſophiæ. Τὰ μὲν πρώϊα, τὰ δ' ὄψια. Alia matura, alia ſerotina conſiſtere. Imò producere. καχεξία intempeſtiua ſæpe, atque etiam ridicula interdum. μηλέαι, Pomi. Quid eſſet Pomum, quid à nuce differret, contra veterem Grammaticorum opinionem, diximus alibi. Neque ibi aſſentimur Varroni: ſed Pomum dictum arbitramur: quia etiam ſitim tollerent eorum plurima, ſimul vt eſſet cibo & potui. Tenuit vſus, vt, quemadmodum Caulium appellatio deflecteret à generis ſignificatione, ad Braſſicam priuatim deſignandam: ita Pomum pro Malo caperetur. Tamen Plinius in quintodecimo genere neutro ipſam quoq; arborem appellauit, vbi Poma putanda eſſe docet ſicut & Vites. Παρισόχρονα rectè expreſſit, pari tempore. Πρὸς τὰς ἐκτροφὰς, & alunt cùm pepererunt. Educant. Παραδιδόασι τὸ ἀνάλογον, portionem abſoluunt. Exhauriunt tantundem. Explent quantum debetur temporis. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐφ' ὧν τοῦτο μὲν δεῖ, cæterùm in quibus id deſit. Imò verò in quibus ita eſt. Quæ tales ſunt, vt alio temporis ſpatio fructum gerant. Ὥσπερ ἐν ὁμωνυμίᾳ γίνεσθαι τὸ ἀπόρημα. Quæſtio iſta quaſi per ęquiuocationem exultat. Qua lætitia quæſtio hęc afficiatur, equidem me neſcire fateor. Hoc tamen verbo vtitur etiam alibi immodicé. Theodorus omiſit τὸ ὀρθὺ: & illa omnia, καὶ πολύκαρπα, καὶ ὀλιγόκαρπα, τὰ δ' ὅλως. Ἕτερα ἂν λέγοιτο κατὰ τὸ εἶδος. Diuerſi generis iure exiſtimentur. Hîc omnino & ſeſe & nos fefellit Theodorus, cùm pro ſpecie genus poſuit. Hoc enim hîc diſceptatur, generis eiuſdem eſſe, non eiuſdem eſſe ſpeciei. Καὶ τὰ ἄλλα μέρη. Theodorus legit, κατὰ ἄλλα μέρη. Aliis tamen, atque aliis partibus. At nemo neſcit florem ac frondem haud indidem erumpere. Μείζω τινὰ δύναμιν, pleniorem. Ἀέρι μαλακῷ, καὶ εὐκράτῳ. Aere placido, medióque conflato tepore. Sanè μαλακῶς, atque etiam conflaté.

CAPVT XXII.

Argumentum capitis XXII. Alio præſcribi termino pulpæ maturitatem, alio ſeminis perfectionem. Semen commodiùs ac tutiùs ſeruari etiam ipſis in arboribus.

EΠΕΙ' δ' ἕτερον τὸ περικάρπιον. Redit ad maturitatis tractationem, quam explet comparatione τοῦ περικαρπίου, καὶ τοῦ καρποῦ. Totum caput planum eſt ac deductum. Quoniã pulpa aliud eſt à fructu, neceſſe eſt vt eius perfectio certo tempore præfiniatur. Sin vltra tempus id progreſſa fuerit, vitiatur ab imbribus & frigoribus, χειμώνων καὶ ὑδάτων καταλαμβανόντων. Deprehenſa gelu aut aquis. Animaduerte mutatos numeros ac genera. περικάρπιον. τούτων. ὑπερβάλλοντα. Τινὰ χρόνον εἶναι ὅρον, Quoddam tempus eorum eſſe finem. At etiam fructui certum tempus finis eſt. Vult dicere τινὰ, paruum aut modicum. Fructus autem non eſſe huic temporis breuitati obnoxios: ſed ſine detrimento vltra tale tempus progredi poſſe, atque etiam durare. Ideo dixit τῶν δὲ καρπῶν μὴ εἶναι, ſcilicet eam aſtrictam præſcriptionem. Et reddit rationem. Συγκαταρρέουσι γὰρ τούτοις, ἢ προεκπηδῶσι. Liberant ſe hyemis iniuria propterea quòd aut ſimul cum pericarpiis corruptis, ipſi nondum corrupti dilabuntur: aut ſi nõ procidunt ambientia operimenta, ipſi exiliunt: atque ita ſeſe terræ vbi mandauerint, conſeruantur, vt exeat arbor. Exemplum primi petes ex multis, Pruno, Perſico, Armenico. His enim cum pericarpio συγκαταρρεῖ nucleus. Exemplum ſecundi põnit ipſe. Nam ex Strobilo qui non cadit Pino, & ex Cono, qui non cadit Cupreſſo, exiliunt ſemina atque ſeipſa proferunt. Atque hîc etiam vides τὸ περικάρπιον, quoad vſum noſtrum æquiuocè accipi. Nam tametſi hîc dicit, τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν χρῆσιν ἡμῶν, tamen exemplum ponit Cupreſſi: cuius nullo pacto Conus vel nobis vel etiam beſtiis vlli vſui eſt edendo. Et concinna eſt oratio diligenti obſeruatori duabus in præpoſitionibus aliquo modo contrariis. σὺν & πρό. συγκαταρρέουσι, ſimul cum pericarpiis collabuntur fructus: ἢ προεκπηδῶσι. Aut non expectant vt cadat pericarpium, ſed ſed ipſi anticipant egreſſionem, vt ne ab aere vitietur. Præexiliunt. Sic mox, προηρτημένων γὰρ τῶν κώνων ἐκπηδᾷ τὰ κάρυα, καὶ καταλείπονται κενοί. Anteuertunt ſuo caſu Conorum caſum. Πιττώδεις. Vt ex Pino vnde fit pix. Mirandum cur ad-

diderit hanc differentiam, qua circumſcriberet hunc affectum quaſi Picoſo Pino peculiarem, cũ tamen vniuerſo generi τῶν κωνοφόρων attribuat, & cum illa amplitudinis nota, ὅλως. Περιστηρτημένων ἔτι, etiamnum. ἐκπηδᾷ. Suprà erat πρὸ, nota temporis, quòd præueniebant Conorum caſum: hîc ἐκ, nota loci, id eſt Coni, vnde exiliunt. Neque non conſiderandum quare ſaltum potiùs dixit, quàm caſum illorum egreſſionem atque prolapſionem. Et animaduertendus vſus vocis huius κάρυον. Integram enim ſignificat Nucem: at hîc pro ſemine tantùm. Sanè intellexit de Pini fructu, qui nuculæ ſpecie eſt: non de Cupreſſino, qui eſt paleaceus. Eum itaque vocauit ὑμενῶδες καὶ ἀμενηνὸν, membranaceum & exile. tomentaceum. At Pini fructum, καρυῶδες. Vnde etiam κάρυα dicere potuerit ἀμενηνὸν, ἀνειμένους, imbecillum. Ὅσα μὲν οὖν ξυλώδη. Hîc quoque oſtendit æquiuocationem τοῦ περικαρπίου: cùm omnino figura & facie ſimile ſit in Amygdalo, & Iuglande, & Perſico, & Pruno: vſu verò diuerſum. Hîc tamen ſub eadem tractatione ſtatuit & Iuglandem & Palmulam, atque vtriuſque pulpam extimam vocat περικάρπιον. At quomodo probet τὸ περικάρπιον εἶναι ἕτερον τοῦ καρποῦ? hoc enim inſtituit in principio capitis huius, vt oſtenderet, quia diuerſa eſſent, diuerſo tempore perfici: probabat autem illis verbis, τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν χρῆσιν ἡμῶν. At hîc Iuglandis putamen eſt, & eſt περικάρπιον, neque eſt ad cibum noſtrũ: quin contrà potius ſemen ipſum, id eſt interior medulla. Sed ſequamur quod occœpimus. De pericarpiis dixit: de fructibus nunc ſimul & pericarpiis. Pericarpia igitur quædam dilabuntur, quæcunq; ſcilicet carnoſa ſunt ſiue eſculenta, vt Pruno: ſiue non eſculenta, vt Iuglandi. Quædam non dilabuntur, ſed præſidio ſunt ſemini quod continent: qualia ſunt vel lignea, vt Glandi: vel coriacea, vt Caſtaneæ: vel membrana multiplex, vt Milium. præter enim primam cutem nitidam, altera ſubeſt tenuior: vel ſimul eodem tecta folliculo, vt in Pyro: hæc omnia diutiùs operimentorum beneficio ſeruari. Hæc eſt rei ſumma: ſed quàm infeliciter digeſta, partim viſum eſt ex æquiuocatione pericarpii: partim videbimus examinando ſingula. Nam dixit amiſſo pericarpio carnoſo, ſeruari per ſeipſos fructus: quibus autem pericarpium ſit lignoſum, à pericarpio conſeruari. Quis non videt tam Perſici medullæ, quàm medullæ Iuglandis eſſe ligneum munimentum quo ſeruentur: vtrique autem pulpamentum extimum putreſieri atque decidere? Non igitur Iuglandis fructus καθ᾽ αὑτὸν ſeruatur, ſed ambientis ligni tuitione: nihilo ſecius quàm medulla Perſici. Præterea quid ad conſeruationem hanc facit cœtus ille atque ſocietas ſeminum in Pyri, Cidoniſve folliculo? Non enim alterum alterius vel fide munitur, vel ſocietate firmatur, vel præſidio ſtipatur aduerſus temporum moleſtias. Quamobrem ambitioſè ſimul ac fruſtra poſitum eſt τὸ ἀλλήλοις, & τὸ κοινὴν περιοχήν. Neque differt hoc membrum ab iis quæ coriaceo amictu conteguntur. Acutiora ſanè iudicia

A nunquam ſatis conqueri poſſint de huiuſce viri ſecuritate. Τὸ γίγαρτον, dilabente acini pulpa: ſicut & os relinquitur in Palmula putrefacta pulpa. Τμέσι καὶ χιτῶσι πλείοσι. Diximus alibi maximam ſeminum partem duplici cute obduci, ac fortaſſe omnia, ſi eorum tenuitates oculi vis conſequi poſſet. Ἀλλήλοις πως συνημμένα. Quia cohærent ita vt ſe tangant, hoc eſt illud πως. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα. Hęc poſtrema intellige in Pyris & Malis, maioribus atque craſſioribus circumfarcta pericarpiis, quò diutius durent. Non igitur vnus tantùm vſus pericarpiorum pro cibo noſtro: ſi etiam ad ſeminum præſidium data eſt pulpa Pyris. Quamobrem ſic deſignanda erat ſeries harũ formarum atque finium. Fructum omnem quia
B non ſtatim terræ mandatur atque perfectus eſt, ſed quorundam intereſt expectare tempus ſationis (hoc dicimus reſpectu ad glandem, quæ paucis diebus poſtquam decidit, producitur in ſuam arborem) certis muniri tegumentis. Ea ſunt, ſi ſubſtantiam conſideres, Silicea, lignea, coriacea, membranacea, cutanea, vt in Olea, Glande, Caſtanea, folliculis Malorum internis, Tritico. Si numerũ, duplicia, multiplicia. Duplex eſt Cucurbitæ: multiplex Amygdalo. Si ſeriem, non eadem omnibus proportio. Nam durius Caſtaneæ corium exterius: contrà multis: mollius Iuglandi. Si locum, putamen extimum quibuſdam totis circumfunditur, vt Iuglandi: aliis non totum, vt Glandi & A-
C bellinæ. Si vſum, longè contraria natura quorundam. Nam pulpa ſola eſculenta, medulla non: velut in Olea & Ziziphis, multo minus in Palmula. Aliis contrà, vt Amygdalo: quorundam vtrunque, vt in Peponibus: aliquibus neutrum, vt in Lauro.

Τῶν μὲν οὖν καρπῶν. Partim colligit, partim repetit. Colligit ita fructus ſeruari ad ſationem: repetit ſuum item pericarpiis attributum tempus, quandiu eſſe poſſint vſui. Cui ſententiæ adiungit ſimilitudinem ſuccorum. Succis enim ætatem ſuam eſſe, vltra quàm ſeruati vitientur. Id vitium appellat tum hîc, tum alibi ἀνυγραίνεσθαι, aqueſcere. Scilicet ex vino fit vapa, quoties vetuſtate aut aliquo incommodo exhalat vigor ille igneus. Incommodum intelligo, veluti cùm dolia nõ ſunt obturata, aut quòd minus ſunt plena. Nam quod ſcriptum
D eſt in libris γεωπονίας tertio ex præceptis Quintiliorum, falſum eſt hîc apud nos. Iubent non compleri ad ſummum os dolia: ne, inquiunt, vinum ſuffocetur. Oportet enim liberiùs ſpirare. In Vaſconia ſi ita fiat, aceſcunt vina. Nam quod ait ſuffocari, ridiculum eſt. Et ſemper aliquid abit, ne id timeamus. Hæc igitur de ſuccis expreſſis, quorum ſimilitudinem applicet ad fructus. Quòd ſiquis non de exempto ſucco, ſed de eo qui etiamnum in fructibus eſt, accipere malit: non eſt laborandum. Tũc erit ſenſus, Vitiari fructus, quia ſucci eorum ſoluuntur atque marceſcunt. Prior ſententia plus conuenit rei. Quanquam ea quæ ſequuntur, magis fauent ſententiæ poſteriori. De Oleæ nanque ſucco ſcribit. Cuius tractationis ſumma eſt, vſque ſub Arcturum oleum gigni in Olea: poſt id temporis,

poris,

poris, pulpam potius. Præterea ſi pluuioſus annus ſit, deterius eſſe oleum, & fæcis habere plurimum. Quare poſtremo loco ſtatuit, caloris opus eſſe oleum. Τῶν δ᾽ οὐδὲ πλείους. Longè alia conditio quorundam, veluti olei. Non enim quo diutiùs in arbore olea eſt (hoc enim erat χρονίζεσθαι) fit liquidior olea: hoc enim erat ἀνυγραίνεσθαι: imò contrà, fit corpulentior. οὐδὲ πλείους, neque vberiores fiunt ſucci: οὐδ᾽ ἀπό τινος ὥρας. Si, inquit, certum tempus tranſmiſerint, iam non amplius augentur. Sicut olea, poſtquam ad Arcturum peruenit, ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ὥρας οὐ γίνεται πλεῖον τοὔλαιον, ἀλλ᾽ ἡ σὰρξ αὐξάνεται. Ergo denſeſcit, non fluida fit olea, vt fiebant alii vel fructus vel ſucci. Καὶ ἐάν γε
B δὴ πλείω. Quin contraria natura etiam, atque magis admirabilis. Nam oleum liquor eſt: videtur ergo magis ab affini iuuari poſſe. Cognatiſſima verò liquoribus ita videtur eſſe aqua, vt etiam ſit eorum mater. Quamobrem imbribus augeri oportere oleum videtur. At contrarium euenit.

Ποιῇ ὕδατα. Notanda loquutio. Si vulgò dicimus, facit frigus. Sic hîc facit imbres, ſcilicet imbrium autor. Eodem modo quo dicimus, pluit.

Ἀμόργην λαμβάνον. Explicatio eſt eiuſmodi detrimenti. Fit deterius, quia fæculentum fit. λαμβάνον, ſanè ab aqua, tanquam materiam malelaboratam à materia inelaborata. Addit, πλείω, propterea quòd in omni oleo fæx eſt. Ratio eſt in cruditate. Non enim euinci poteſt humor à calore, vt areſcat. Hæc enim eſt olei natura. Itaque denſitas terrea fit, quam Amurcam nominamus: ter-
C rea quidem natura, & quæ idcirco fundum petat.

Πολλάκις δὲ σηπομένου τοῦ καρποῦ. Anget Amurcæ cauſam. Scilicet iſtis ipſis imbribus non ſolùm premitur opera caloris naturalis, ſed etiam putreſcit fructus. Tum verò ne vulgò quidem mirum, ſi deterius oleum fit. Περιμένουσι γὰρ πέπανσιν. Dicat aliquis, cur ergo cùm in eo eſt olea, vt oleũ fit abſolutum, quódque poſtea ſuccedit temporis id omne pulpæ, non ſucco tranſmittatur: cur, inquam, non auferunt illico ad prela fructum, ſed expectant quoad matureſcat? Duæ cauſæ. ἐργασία maior, & ἀφαίρεσις difficilior. Id eſt, plus operæ ponitur in faciendo (hoc enim verbum peculiare huic rei: vnde & factores) ſcilicet crudior materia
D premitur ægriús. Et minus commodè decerpitur. Non enim facilè fructus abſcedit, neque carpentem ſequitur. Fructus nondum maturus hæret tenaciús. Sequitur ex hoc alia calamitas: perticis enim decuſſa olea nõ cadit, quin ſecum auferat aliquid de ramulis. Ideo dixit λυμαίνεται. Ῥαβδιζόμενα, virgis percuſſa. Φαίνεται δ᾽ οὖν. Demonſtratio à poſteriori. Demonſtrat enim cauſam, i. calorẽ δημιουργὸν olei, per effectũ: ſcilicet per pluuias. Medius terminus demonſtrationis eſt, λιπαρότης, ſic. Oleum eſt pingue. Pingue eſt opus caloris. Ergo caloris opus oleum eſt. Propterea dixit λιπαρότητα τοῦ χυλοῦ. Quia ſuccus eſt etiam à pluuia, ſed non pinguitudo. Ob id appellat ſuccum ὑποκείμενον. Quia liquor eſt ſubiecta materia, pinguedo eſt qualitas in eo ſubiecto. Ei qualitati at-

A tribuit conditionem, quæ eſt σύμμετρον εἶναι. Quoniam conſiſtit inter humiditatem illam aqueam ab imbribus, & vlteriorem deſiccationem. Eſt igitur lentor ille modus calefactionis vltra aquam, citra ſiccitatem. Id quod apertè mox docet cùm ait, Poſt imbres ſi ſerenitates ſubſequantur, caſtigari humoris illius copiam, atque reduci intra certos fines temperationis. Et dixit πρὸς τὸ ὑποκείμενον, non autẽ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ: quia eſt relatio quædam habitudinis inter ſubiectum, & ea quæ ſunt in ſubiecto. Εἰ δὲ πλείων. Quòd ſi modum excedat illum, non propterea maior olei copia. Quare? Quia eſt ἀλλοτρία ὑγρότης. Aliena à forma & à fine, ſcilicet ab olei & natura & vſu. Καὶ
B ἐπίθετος, non genuina, ſed acceſſoria atque aſcititia.

Πρὸς περιττώματος χώραν: ad quantitatem ſuperfluam. Rectè reſpondent omnia. ἐπίθετος, τὸ ἐπὶ, nota eſt exuberantiæ: ſic περίττωμα, τὸ περὶ. χώραν hîc poſuit, ſicuti Plato χώραν, pro materia. Vnde χωρεῖν, capere. Nihil capacius materia prima. Idcirco πανδεχὲς rectè vocauit idem Plato. Ad materiam recrementi. Οἷον ἀντισπῶντα μᾶλλον. Modus cauſæ. Vim ſucci trahens ad carnis ſubſtantiam conformandam. Id eſt auertens materiam ab inſtituto olei, ad carnis facultatem. ἀντὶ. ἀντὶ τοῦ ἐλαίου σάρξ. Dixit δυνάμει, quia ſucci vis tendit ad oleũ, à quo diſtrahitur ad carnem. Succus autem eſt δυνάμει aut oleum aut caro. Σπῶσαι, vim ſignificat abſtrahentis à fine in quem intendit. παρὰ τὸν χυλὸν τὸν ἄλλως μέλλοντα εἶναι ἔλαιον. Ὃ καὶ τοῦ θέρους.
C Nequis à tempore id fieri putaret, oſtendit etiam alio euenire tempore, dum adſint eædem aeris cõditiones. Ac tempora quidem duo contraria cùm deſignet, in quibus æquè id contingat: efficaciſſimè excludit omnes temporis obiectiones. Tum omnino vt id vitium ab humore oblatum declaret, ambit vtrunque genus aquarum, quæque de cælo fluunt, quæque rigationibus ducuntur. Itaq; dixit ἐκ Διὸς, pluuias: & ναματίοις, riuis. Tũ dicit effectum, ἐκσαρκοῦνται: & detrimentum, ἀπολύουσι τὸ ἔλαιον. Soluunt oleum, quia reddunt aqueum: ergo deterius. Reſpondet enim illi incommodo, ἀνυγραίνεσθαι, de quo ſuprá. Poſtremò dat cauſam, διὰ τὴν πολυτροφίαν. Verba illa moleſta ſunt, ἐν ὁρμῇ τῆς αὐξήσεως οὔσης. Dum in eo ſunt, vt creſcant. Id eſt,
D dum naturali curſu capiunt incrementum. Quomodo igitur hyemalium imbrium iniuriam ſentiant? Non enim tunc ſunt in cremento. Dicendum, hyeme pluuia deterius oleum futurum: niſi, vt ſubinfert ipſe, ſubſequutæ fuerint poſtea ſicciores tempeſtates. A rigationibus autem pati ſimiliter: ſi fiant, quo creſcunt tempore. Ita ſunt diſtribuendæ partes. Quod autem diximus ἀπολύουσι ſoluunt: ita interpretandum, ſi ita legamus. Sin, vt vulgò legitur, ἀπολλύουσι, perdunt. Οὕτω δὲ σώζεται, καὶ πληθύνει μᾶλλον, per ſerenitates caſtigato humore, ſeruatur oleum. Reſpondet illi, ἀπολλύουσι, καὶ πληθύνει μᾶλλον. Et vberior eſt oliuitas. Implet magis. Largiùs fluit, quàm ſi non exceptæ pluuiæ fuiſſent ſerenis tempeſtatibus. Sic igitur ſereno ſubeunte tempore, & emendatur vi-

tium, & suppletur detrimento. Οἷα ἤδη. Ponit A probationem ex historia, quę perspicuè per se est.

Ἡ ῥύσις ἐγένετο καλλίων. Largior vbertas fuit: nõ solùm quàm si serena tempora non subuenissent, vti dicebamus: sed etiam quàm aliis annis, quibus hyemes non fuissent pluuiæ. Ideo dixit elegantissimè, ἐκ γὰρ τῶν ἡμίσεων ἡ αὐτή. Duplicata fluxit quantitas. Ταῖς μὲν οὖν πέψεις. Epilogus dimidiatus. Nam cùm de coctione tam fructus quàm pulpæ dixerit: nunc de altero tantùm colligit, scilicet πρὸς τὴν χρείαν τὴν ἡμετέραν. Atqui etiam πρὸς τὴν γένεσιν. Et frustra addidit, ex supradictis cognosci à nobis posse institutas maturationes à Natura nostri causa. Non enim docuit nos nostri causa hæc fieri, sed fieri tantùm.

Lego, τῶν δὲ καρπῶν μὴ ἔχῃ, non autem τὸν δὲ B καρπόν. Et, τὰ μὲν ὄντα ξυλώδη, non μένοντα. Et, προσεκπιδῶσι, non προεκπιδῶσι. Et, δερματικοῖς, non autem θερματικοῖς. Et, ταῖς μὲν οὖν πέψεις, addita collectiua coniunctione.

Theodorus, ἐπεὶ δ' ἕτερον τὸ περικάρπιον. Cùm pulpa diuersa per se consistat. Nihil minus. Non enim vllum περικάρπιον per se consistere, docet relatio ambitus, qui designatur per notam, περί. Sed κακοζηλία præcipitem egit orationem doctissimi viri. Καρυώδεις, nuceum. Ingeniosa vox, nec aspernanda, vt in proposito. Γίγαρτον, vinaceum. rectè. Plinius communi natura, lignum. Barbari nostri, Arillum. Galli, Pepin. Quo nomine omne semen nunc, olim omne paruum significabant. Sic nunc Pepiniere satum agrum, vnde adultas ar C bores transferant. Plantaria Latini, Græci libri γεωπονίας, φυτώρια. A Gigarti vilitate Ligures Taurini tenuem supellectilem etiam nunc transposita litera Girgate nominant. Συνημμένα, deuincta. Nemo Pyri in folliculo quæ sunt semina, vincta dicat. Et de, non est σύν. Ἅπτεσθαι hìc est tangere, non vincire. Cohærentia, contigua. Illa omnia addidit, vigore certè indomito permanent, falsò simul atque ambitiosé. At illa prætermissa, καὶ ὁ τῆς ἰτέας πυρήν. Et sanè medum esse necesse est. Quis enim in saligno nucamento nucleus? Quærenda vox audacioribus quæ huic substituatur: aut delenda omnia: & sanè satis exemplorum est. Ἀνυγραινόμενοι, maduerint. Nequit vllus succus madere. Vapescant. Maximè patet in melle ὑγρανσις eiusmodi. Τῶν δὲ οὐδὲ πλείους, οὐδὲ ἀπό τινος ὥρας. D Nonnullis quodam tempore pòst copia largior datur, vt oliuis post Arcturum. Pessimè omisit negationes. Nam post Arcturum non augetur oleum, sed caro. Quippe non amplius elaborat calor, sed materiam addunt imbres. Ἀμόργην λαμβάνον πλείω. Oleum amurca deterius redditur. Malè expressit, πλείω. Quo sublato sentẽtia tota corruit. Item τὸ λαμβάνον. Amurcæ plus nanciscitur.

κατεργασία, confectio. Factio. Factores propriè olearii. Πρὸς περιττώματος χώραν. Deficit. Miserè interpretatus est. Degenerat ad recrementa.

Ἀντιπαθοῦσα, impellens. Negligenter admodum. Nos satis in Commentario. Ἡ ῥύσις καλλίων. Olei profluuium longè melius extitit. Insuauis oratio ac peregrina. Fluxit oleum copiosiùs. Ἐκ γὰρ τῶν ἡμίσεων ἡ αὐτή. Tantundem enim ex dimidiatis portionibus fluxerat. imò fluxit. De vsu tẽporis huius, satis in libris de causis linguæ Latinè dictum est à nobis.

CAPVT XXIII.

XXIII. capitis argumentum. Prima capitis pars, Quamobrem quædam fructum ferant ex anniculis, quædam è nouellis ramis: à neutris Palma, sed ex præcedentis anni rudimentis. Secunda pars, De priuata natura Palmæ.

ΕΠΕΙ δὲ τοὺς καρπούς. Postquã ostendit causas productionum fructuum, & maturationum secundũ tempora: nunc vult declarare fructificationum differentias secundum partes. Habet autem caput hoc partes duas. In prima declarat generatim differentias duarum specierum. Arbores quasdam ex ramis ferre præcedentis anni: nonnullas ex iis, qui eodem sunt anno recèns generati. Secunda pars priuatam Palmæ naturam tractat, quæ neque ex his neque ex illis ferat. Atque horum omnium assignat causas. Τὰ μὲν ἐκ τῶν ἔνων, τὰ δὲ ἐκ τῶν νέων. Alibi designauimus concinnitatem ἐκ τῆς παραλλαγῆς elementorum in hisce duabus vocibus. In earum quoque coniunctione ad denotandam diem affinem vtrique mensi decedenti atque subeunti, concinnitas alia est. Nominabant enim eam diem Græci ἕνην καὶ νέαν, postremam & nouam. Elegantia verò in eo est: Quòd si ponas ἕνον, postremum erit: si apponas νέον, non iam erit postremum, sed ipsum νέον erit postremum. ἕνον enim erit antecedens. Sed ad rem. Διεστῶτα ταῖς φύσεσιν. Hanc operis differentiam prouenire ex naturæ differentia quæ sit in temperamento. Ideo dixit εὐθύς. Id est ad ipsa substantiæ primordia. Iam declarauimus alibi quare differentias appellet διαστήματα. Sic hìc διεστῶτα. Sicut suprà σύστασις. Quia post motum multarum alterationum ad generationem fit status τοῦ εἶναι. Idcirco dicitur οὐσία. Sicuti post motum mentis in disquisitionibus causarum, fit status in cognitione, qui dicitur Græcè propterea ἐπιστήμη. Est enim ἐπίστασις, Latinè scientia. Est enim ἐπίσχεσις. Ratio verò illa, qua distant, rectè dicitur διαφορά: propterea quòd φορὰ motus est ad generationem. Quænam igitur sunt illæ, quibus distant, concretiones, explicat nunc. ξηρὰ, πυκνὰ, ξυλώδη. Sanè admodum inter se coniunctæ naturæ, aut saltem quæ duritiei sint autores. Possent esse sicca, & tamen rara. Voluit etiam densa esse, eámque siccitatem in subiecto crasso, cuiusmodi lignea sunt. Hæ nimirum conditiones prohibent subire humorem: quippe densitas non habet spatia, quibus sit commeabilis, & humoris haud multum inest. Quibus duabus de causis non satis materiæ suppeditatur ad nouitatem, sed in ipsis vetulis residet. Alioqui è contrario quispiam suspicaretur. Quippe quibus natura sicca & densa sit, in iis non prouenire debere è partibus siccioribus, quales sunt vetu-

vetu-

vetulæ: sed ex tenerioribus, quales sunt anniculæ. A Sanè hęc obiectio euidentiorem habet rationem. Rationis superioris fundamentum est in humoris ignauia propter paucitatem & viarum præclusionem. Quocirca nequeat porrò promouere sese ad nouella germina: sed restitet in vetustiusculis. Propterea dixit, μικρᾶς καὶ βραχείας οὔσης τῆς ἐπιρροῆς. Parua est affluxio, vt in corpore sicciore: breuis, vt in corpore denso. Signatissima vox βραχείας ad ostendendum quod intendit. Quia excursus humoris non est in nouella germina, sed breuis cursus retenti in vetustis. Parum igitur humoris, nec procedens. Ἅμα καὶ ὁ βλαστὸς ἀσθενής. Alia causa. Germen nouellum, vt è paupere penu, minus bonæ habitudinis. Ea imbecillitas ipsi sibi, satis habet, si sufficiat: nedum vt in fructus B suas opellas effundere meditetur. Ὥστε μήτε μετενεγκεῖν. Sanè si debile est, nequit fructũ ferre. Sed quod addit, μήτε κατασχεῖν, non intelligo quorsum. Neque, inquit, cohibere. Quid cohibeat? Affluxionem? nequaquam. Non enim affluit admodum. Quare nihil superflui: nullus impetus. Quónam ergo tenderet? Exiréne tentet ex germine ita vt opus habeat coertione? Potius intelligam sibi retinere alimentum, quàm non cohibere. Ὅσα δὲ ὑγρὰ καὶ μανά. Altera cõditio contraria, quia erãt illa sicca & dẽsa. Tertiũ contrariũ, καὶ τὸ ὅλον εὐτραφῆ. Quasi dicere velit, esse pulpę quã ligno propiora; nam illa erant ξυλώδη. Ταῦτα ἐκ τῶν ἀθρόως τε ἡ ὁρμὴ, καὶ πολλή. Est multa materia, & est impetus ob quantitatẽ, & est ἀθρόον, id est vniuersæ simul mo- C tus, non vt suprà βραχεία. Non minutatim, sed cõfertim. Ex continua igitur affluxione fit successio productionum & germinis primùm, & porrò fructus. Notabis σόλοικον. ταῦτα ἡ ὁρμή. Alius dixisset τούτοις: & fortasse sic scribendum est. Οὐ μὴν ἀλλά. Apponit exceptionem priori parti huiusce diuisionis. Quæ ex vetulis ferant, eæ nihilominus educere germinilla quædam nouella, atque ex eis fructum. ἐκ τῶν ἔνων φέροντα: deest omnino articulus. βλάστημά τι μικρόν. Extra vetulum ramũ prodit tenellus quidam, è quo fructus. Non enim ex vetulo illo εὐθύς, id est statim sine medio. Cui cùm apponat epithetum ξυλώδους, videtur etiam causam addere. Nam ligneam naturam ad hanc productionem ineptam agnoscebat. Siccitas igitur si est incommoda, nouella erunt commo- D diora. Sic igitur longè enucleatiùs diceremus, Ex nouellis omnino prodire semper fructum, sed in arboribus humidioribus ἀμέσως, id est statim: in siccioribus aliter: nouellum enim germen ex vetulo prodire. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πέφυκεν: non enim ex ligneo succus aptus. Ἂν μή τι παράλογον. Cautè addit, si secus eueniat, id non euenire secundùm rationem. Ἰδιωτάτη δέ. Altera capitis pars, in qua tertiam omnino in Palma naturam explicat. Idcirco superlatiuo flexu dixit, ἰδιωτάτη. Καὶ πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ ξυλώδη. Respectu igitur ad vtranque naturam illam. Quare non dixit, πρὸς ἑκάτερα? Quia sine flagitio potest abesse à natura humidarum, ipsa lignosa: at non sine admiratione, quæ sicca sit, à siccarum conditione desciscere potuit. Quæ fuit causa vt ita loqueretur, πρὸς αὐτά. Quasi diceret, καί τοι ἐξ αὐτῶν οὖσα. Ἀλλὰ τῶν κυουμένων πρότερον. Non à nouellis, non à vetulis, sed à rudimentis quibusdam prius inchoatis. Κυουμένων. Turgent enim diu prius quàm edantur. Ὥσπερ τὰ σταχυηρὰ τῶν σπερμάτων. Sic etiam turgent in spicis semina antequam proferantur. ἐκφαίνεται, verbum frequens in hac significatione fructuum inchoatorum. Ἐκ γὰρ τῶν ὁμογενῶν. Explicatio similitudinis. Illicò simul cum fructu prodit oculus. ὁμογενῆ vocat alios ramulos. Appellat ῥάβδον. Sic agricolæ Latini in Vite virgam. Αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις. Huius rei causam arboris assignat siccitatem. Quasi non B queat humorem producere seriatim, vt ramulum fructus consequatur. Suprà humidiores eodẽ poterant anno germen simul & fructũ fundere, propter materiæ tum copiam, tum facilitatem: nunc putauerit aliquis humidam Palmam, quæ simul vtrunque efficiat. Id non ita est. Tum quia priore anno institutum non potuit absoluere, tum quia germinis exiguitas haud multum operæ requirit. Semper modestissimè loquitur. αἰτιάσαιτο, pro causa afferre possit. Sed addit sententiam planè dignam tantis exercitationibus, καὶ τὴν ὅλην μορφήν. Semper viri magna in bonis literis autoritate tenuere: nullum ex Aristotelis familia vllum effectum retulisse ad eam causam quæ attribuitur toti speciei, sed qualitatibus manifestis. Hìc satis C patet aliter profiteri Theophrastum. Vt iam hinc quoque silentium imponatur Alexandri deliriis, qui formas ex elementorum educit principiis. Hic enim penitus distinguit à qualitatibus. Ἐπεὶ γὰρ φυλακῆς. Aliam nectit à fine causam præter hanc formalem. Quia fructus egent munimento quopiam ad conseruationem, & cùm editi sunt, & cùm exeunt: aliarum arborum fructibus hoc præsidium à frondibus comparatur, vt suprà videbamus: in Palma verò quoniam non est secũdùm frondem fructus, necesse fuit in ipso sinu cõformari atque consistere. Ἔξω συνιστάμενοι, cùm post editionem foris constiterunt. Καὶ ἐξ αὐτῶν προφαινόμενοι, cùm ex ipsis apparent primulùm: cùm extare incipiunt. Ἐν τούτῳ, in ipso tuberculo, tanquam φολάδι. Σύστασιν γενέσθαι, confieri. D Ὅπως ἰσχύον, vt non tener, sed validiusculus prodeat in aerem. ἀποδοθῇ, scilicet ab arbore. quia dicebat etiam suprà, ποιεῖται βλάστημα. Καὶ μεμορφωμένον. Formatio nanque non aduenit, nisi iam compositis mistionibus atque absolutis.

Διόπερ ἐν συγγενεῖ. Idcirco intus primùm cum virgula simul conceptus atque inchoatus, postea editus est. Quia tuitionis egebat, in cognato atq; sibi necessariò quasi gremio conceptus est. συγγενεῖ, respondet illis ἐκ τῶν ὁμογενῶν ἐκφαίνεται. Non in aerem continuò prodiit, quia non est cognatus aer, sed inter suos auspicia prima tulit originis, quibus propter naturæ coniunctionem naturali societate potius, quàm fortuito fœdere foueretur. Ideo & συγγενεῖς sunt vicinæ partes,

h.

& ἀκεῖαι, etiam conuenientes. Festiuè dixit, ἐξέτεκε τὴν κύησιν, ἀντὶ τοῦ, τὸ κύημα. Sicuti dicimus scripturam pro scripto: operam pro opere. Et quoniam reducebat ad spicarum similitudinem, modestè, vt solet, addit ἴσως. & inuestigandam censet causam. Εἰ ἄρ' ὅμοιον. Si fructificatio hæc similis est spicarum fœtificationi: quoniam hæc spicarum editio communis est multis: communem quoque cum illis multis Palmæ fructus causam obtinebit. Quòd si soli Palmæ contingit, priuata causa exquirenda erit. Ita in biuio ambiguè decernit, ac destituit nos hiantes. Quid quòd ne ibi quidem, vbi de spicarum hac eductione scribit, vllam causam dat? An peculiarem fœtus huiusmodi formationem dicemus? Cunctationis autem causam (anno enim sequenti explicat instituta rudimenta) eadem fuerit, quæ & in eductione arboris ipsius à semine, posteaquam terræ mandatum est. Serò enim editur: tardè crescit, tardissimè fœtificat. Operosa ergo tota est. Quamobrem neque virgam illam primo anno producere quit, & insequenti collectam diu materiam simul etiam efformat in fructum. Πλειόνων ἐστὶ τοῦτο, scilicet σταχυοβολεῖν: qua in voce verbum alio modo est, atque cùm dicebat φυλλοβολεῖν. In hoc abiicere: in illo eiicere. Τὴν αἰτίαν κοινήν. Si multæ sunt plantæ similes hac ipsa σταχυοβολίᾳ, in communi multitudine cõmunis causa quærenda est. Μόνον τῶν δένδρων τῷ φοίνικι συμβαίνει, ἀντὶ τοῦ, μόνῳ.

Lego, τούτοις ἐκ τῶν ἀθρόως, non autem ταῦτα.

Theodorus, ἐκ τῶν ἔνων ex anniculis, more suo. Non tamen id vox hæc significat, sed vt in chordis, ἐνάτη. Et aliter in reipsa est. Non enim anniculi sunt rami Persico è quibus prodit fructus, sed vetustiores atque etiam magis Moro. Dicendum ex ramis iis qui postremi prodierant. Εὐθὺς χρὴ τὰς κρόσεις. Omisit εὐθὺς, non sine culpa, vti declaratum est. Μικρὰς καὶ βραχείας. Parcè influunt. mutilé. Modicè, nec diu affluat humor. Εὐτραφῆ, plenæ benehabitæ, succulentæ. Ἄμφω δύνασθαι ποιεῖν. Theodorus omisit. Idiotismus Græcus. ἀμφότερον, βασιλεύς τε μέγας, κρατερός τ' αἰχμητής. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔνων φέρονται, cùm ex annotinis fructificant. Non per aduerbium, sed per relatiuum. Quæ, non autem cùm. De genere nanque illo agit. Συγγενεῖ καὶ οἰκείῳ τὴν κύησιν ἐξέτεκεν. Quamobrem in vtero parentis, natura partum seruauit. Miris modis & ambitiosa & aliena à sententia Philosophi oratio hæc. Neque partus est κύησις, sed fœtus. Partus autem τόκος. Μόνον τῶν δένδρων. Theodorus addidit frondibus Palmæ euenire. Non est affectus frondium, sed fructus.

CAPVT XXVI.

Argumentum capitis XXIIII. Quare arbores quædam non quotannis, sed alternis gerant.

A

ΠΑΡΕΝΙΑΥΤΟΦΟΡΑ. Suprà ostendebat quibus è partibus fructum ferant: nunc quibus temporibus. Itaque cùm sit alius affect⁹, aliud nos fecimus caput. Item suprà docebat quibus anni partibus, quæ propterea πρώϊα vocabat & ὄψια: nunc vult ipsis ab annis integris declarare fructificationis officium, eiúsque vicissitudines. Tertio quoque anno quasdam ferre. Alternationis causam reddit. In extremo capitis multum attribuit locis ipsis admodũ necessaria sententia: nequis ascriberet cæli vitiis aut benignitati vel noxas vel incõmoda: harúmq; quasi legum, quas hîc fert Philosophus, euersiones. παρενιαυτοφόρα.

B

Quia prætereunt annum otiosè, quasi dicas præterãniferas. Sicut ἐπετειοφόρα, quotãnis ferentia. ἐπέτειον, quod annũ durat: sic Demosthenes ex legibus Atheniensium ἐπετείους ἐγγύας. Illud παρ' ἔτος: hoc ἐπ' ἔτος. Et dicere poterat παρετειόφορα. Ὡς τύπῳ λαβεῖν, quia sumit tanquam concessum, καὶ ὑποτιθέμενον, non autem probatum. Τὰ ξηρὰ, καὶ ξυλώδη, καὶ ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων. An sunt hæ duæ causæ? Nequaquam. Ferre enim ex vetulis non potest esse causa: habet enim causam priorẽ, scilicet duritiam ex siccitate. Vt sit & humoris paucitas, & recipientis inobedientia. Οἷον γὰρ δεῖ προσυλλέξαι. Duo hîc fieri oportet. Vnum est, colligere alimentum: alterum est transmutare. In corpore sicco non multum conuasari potest. Quare tractu temporis opus est. Transmutatio

C

verò duplex requiritur. Prima est materiæ elemẽtariæ in succum arboris. Hęc est pręsens materia materiæ futurę. Quippe fructus ex ea conficiendus. Itaque acutissimè dixit προγεννῆσαι. Quia fructuum generationem antecedit succi generatio. Perinde igitur valet τὸ προγεννῆσαι atq; δὶς ἢ διπλᾶ γεννᾶν. Sic προσυλλέξαι. Quia colligendum est ad fructum: sed præ colligendũ est ad hanc ipsam collectionem. Simpliciter vt gignatur fructus, oportet succum prægigni. Οὐ δύναται δ' ἅμα ταῦτα. Sic suprà, ὥστε μήτε μετενεγκεῖν δύνασθαι, μήτε κατασχεῖν. Ideo dicit διὰ τὴν πρότερον λεχθεῖσαν αἰτίαν. Ὥσπερ τὰ ἄξυλα, καὶ ἄτροφα. Comparatio. Nequeunt hæc simul præstare, sicuti præstant eæ quæ minus lignosæ sunt & succulentiores. Nã

D

eæ ieiunæ vix sibiipsæ sunt satis. ἄξυλα καὶ ἄτροφα. τὸ ἀ, non æquè vtrobique. Nam in priore voce significat moderationẽ & detractionẽ: opponitur enim illi ξυλώδη. In secũda significat adiectionẽ τῆς τροφῆς. Nõ enĩ ἄξυλα dicas benè lignata, vt bene manè, bene pot⁹: sed mediocriter lignosa. Omniũ enim arborũ materia lignea. Sed in quibusdã excedit modum hęc duritia. Μάλιστα δ' ἐπιδήλως. Affert exemplum ab Olea. Cui præter internam hanc naturam, addit etiam causam fortuitã. Perticis enim cùm decutiatur Oliua, necesse esse ipsam malè haberi. Quanquam hæc ratio satis imbecilla videtur, ex aliis arboribus quæ idipsum patiuntur, quas inter est & Quercus & Iuglans. Quin putata Vitis fœcundior. μάλιστα δ' ἐπιδήλως. More suo verbum suppresit. Manifestè verò in Olea deprehendi: quia propius respicitur in ea vel iactura vel prouentus. Oleã sanè iis affectibus agnoscit oneratam. Conclusio est ex propositis. Omne tale, scilicet ξηρὸν, πυκνὸν, ξυλῶδες, est παρετειόφορον. Ἡ ἐλαία τοιοῦτο. Constat autem conclusio ex Historia, tertio quoque anno meliùs ferre. Habem⁹ nos huiusmodi suburbanas Malos. Ἀσθενέστατον, καὶ ἐπικηρότατον. Vt ex imbecillitate propria talis sit, atque etiam quia sit obnoxia maximè iniuriis omnibus: ἐπίκηρον, suprà satis declaratum. Πρόφασιν λαμβάνον ἐκ μὲν τῆς εἱμαρμένης, ἐκ δ' αὐτομάτου, πρὸς τὸ κακῶς ἔχειν. Ideo πονεῖ ῥαβδιζομένη: quod non facit Iuglans, non solùm perticis appetita, sed etiã saxis excussa. Καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλείας, cæsis termitibus. Alibi declarauimus hoc esse oleæ nomen ramis peculiare, sicut aliud aliis: præsertim in Vitibus. Didymus etiam Sarmẽtum quod defodit ad arbustum, ἐμβροχάδα scribit suo tempore appellatum. Ἐπεὶ καὶ ὅσοι. Probat iis verberationibus ita affici, vt fructum differat. Nam qui, inquit, non percutiendo, sed succussu legunt cadentem oleam: eam arborẽ vnde legerunt, aiunt non intermittere, quin quotannis ferat. Αὐτομάτως. hîc puto addendam copulam aut disiunctionem, ἢ αὐτομάτως ἀπορρέουσαν, id est caduam: ἢ σείοντες, aut concutientes. Nota tamen quod adiecit in fine, μᾶλλον. Non simpliciter ferre quotannis, sicut aliæ quæ sunt ἐπετειόφορα: sed μᾶλλον, magis quàm quæ ῥαβδίζονται. Alioqui non à siccitate quam prætexebat, παρετειόφορον agnosceret, sed ab hac perticarum iniuria & mutilatione. Μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι. Altera capitis pars, in qua, vt alibi sępè, multum regionibus attribuit. Ab iis enim cuicunque naturæ fieri accessionem. Itaque eas quæ sua specie quotannis edunt fructus, soli vitio, quicum minus eis conueniat, differant ac reponant alternis. Alias vberiùs quotannis ferre, quã ferrẽt minus commodis locis. Quemadmodum esse etiam regiones quasdam, quarũ beneficio eæ quæ alioqui suo in genere alibi frondes amittant, non amittere. Huic soli prærogatiuæ etiam adiungit cæli fauorem. Nam etiam paulo alieniore loco si tempestas anni fuerit clementior, parabilior item tunc fit fructificatio. Hoc tot locis est dictum, repetitum, vt iam sit prætereundum. Διαφέρουσι. Quia tractat τὰ παρενιαυτοφόρα: & affert exemplum τῶν ἀειφύλλων, quæ sunt valde distantes differentię. Imò verò τῶν ἀεικάρπων. Quæ Historia valde faciebat ad explicationem fœcunditatis illius, cuius causas quærebat in Malo Medica. Locum vnum nominat, Aletheam. Videtur esse regio. De ea nihil memini me legisse. Non enim de agro Siculo, qui cognomini vrbi adiacet, intelligere: satis ex eo constat, quòd tota Sicilia nihil tale videtur. Alio loco diximus, in Angor prouincia Troglodytarum, qui nunc Abissini dicũtur, aruum esse perpetuò paratum arationi, sementi, messi. Ἀεί τι καρποφορεῖ: παραλλαγὴν δὲ ποιοῦνται κατὰ τριετίαν. Tantum valet alternatio illa in arborum natura: vt iis etiam locis in quibus arbores toto anno semper aliquid fructuum ferunt, tamen tertio

A

quoque anno minus ferant. Παραλλαγὴ, mutatio vel copiæ vel bonitatis. Ita leuiter perstringit huius intermissionis rationem, cùm altiùs disquiri possit, qua id fiat lege. Nam si idem à terra succus aut propemodum, eadem arbor: quamobrem nõ eadem opera? An quæ facultates in materia sunt, fatigantur? Quamobrem egent intermissione ad spirituum instaurationem. Facultas quidem eadem: neque delassatur quod est substantiale (non enim posset reparari) sed eius instrumenta fiunt vel minora vel deteriora. Itaque etiam opus. Nam quod ait Auenrois formas, quæ in materia sunt, actionum frequentia fathiscere: non esse verum, docuimus in Exotericis. Nunquam enim forma terræ motum intermitteret descensionis,

B

etiam si interuallum locorum à quo & ad quem fit motus, esset infinitum. Sed finitus est motus rectus, quia spatia sunt finita. Motus autem cæli circularis, infinitus: quia spatium infinitum. Quia suprà sumebat exempla similitudinum ab animalibus: & nos dicebamus habere Malos παρετειοφόρους: dicamus & hoc. Ad hanc villam, vbi hæc scribimus, in gregibus nostris esse Scrofam, quæ tertio quoque anno terdenos parit: sequentibus interuallis tertio quoque, binos tantúm. Ὅσα γὰρ ἰσχυρότερα. Ostendit analogiam cæli cum solo. Sicuti solum efficiebat τὴν ἀεικαρποφορίαν: sic cælum concinnat naturam earum quæ à vetulis producunt. Si enim benignior annus fuerit, tamen

C

earum imbecillitas, quæ ferunt ἐκ τῶν ἔνων emendatur ita, vt etiam intermissionis tempore fructũ ferant. Ita scitissimè duo genera hæc simul contulit. Suprà in perpetuò ferentibus tertio quoque anno mutationem in deterius dicebat: hîc earum quæ tertio quoque ferunt, mutationem in melius. Sic ergo plus potest temporum qualitas, vt prauum corrigat, quàm locus, vt bonum perpetuet. Non est prætereunda sententia diuini Viri, ὥς ἂν ὁ θεὸς ἄγῃ τὰς ὥρας, prout Deus tempora statuerit. Vt Deum etiam quotidianarum operum agnoscat effectorem. Tantum abest vt Aristotelica familia neget, Deũ esse totius efficientẽ causam. Sed nos ex incõparabilis Præceptoris sententia fusiùs & acutiùs in Exotericis exercitationibus. Τὰ τῶν καρπῶν ἀποδιδόασι. Non solũ τοὺς καρποὺς, sed etiam

D

τὰ τῶν καρπῶν, & fructus, & occasiones, & circunstãtias. Ὥσπερ καὶ τὰ ἐκ τῶν νέων. Reducũtur ad earum naturã, quę ex nouellis fructificant. Quæ sentẽtia innuit id quod explicatum non est, scilicet quale tempus esse conuenit. Quale? Sanè cuiusmodi confert ad emolliendum τὸ ξυλῶδες illud, & humectandum τὸ ξηρόν. Συνακολουθεῖ ταῖς ὥραις. Verbum hoc & suprà & infrà, ad hunc eundem vsum. Quasi dux sit operæ, & administer aer. Aer, inquam, non ὥρα, id est motus illius mensura. Nullius enim autor est actionis. Idcirco addit καὶ τῇ κράσει τοῦ ἀέρος. Sunt enim aeris qualitates quæ mutant, non motus. Quarum principia sunt in astris quæ sunt in cælis, quorum actiones motu variantur: in motu, inquam, non à motu.

Lego, ἄξυλα, non ἀξυλῆ. Non enim eſt analogia. Et, ἰσχυρότερα ἐκ τῶν ἔνων φερόντων, non autem ἐκ τῶν νέων. Non enim à temporibus conſequuntur beneficium quotannis ferendi, τὰ ἐκ τῶν νέων φέροντα, ſed ſuapte natura ſtatis temporibus. Sic mox comparat atque ait, hæc τὰ ἐκ τῶν ἔνων, Dei cæliſque beneficio ita fructificare, καθάπερ τὰ ἐκ τῶν νέων.

Theodorus, ξυλώδη, prædurae. Affectum pro ſubſtantia. Περιγίνεται τὸ γονῶν. Expreſſit τὸ περὶ, priùs: priùs colligatur generetúrque. Et præteriit τὸ γονῶν. Εὔξυλα, probè materiatæ. Ἄτεγφα, altæ. Vtrunque minus bené. Nam ædes & naues benè probéve materiatas dicimus, cùm ex firma ſunt conſtructæ materia, & quanta opus eſt. At hîc aliter, vt expreſſimus in Commentario. Et ἄτεγφα non deſignat hîc proceritatem, ſed habitudinem ex temperamento. Vtrum verò altum, id eſt ὑψηλὸν quod ab imo diſtat, ſit tranſſumptum ab arborum animaliúmve magnitudine, quàm ex alimento ſint conſequuta: an quia Græcum ἄλομαι elationem ſignificat; in originibus ſatis declaratum eſt. Ῥαβδιζομένη, decuſſa perticis. Parallage eſt in ſolœco. Non enim decutitur arbor, ſed fructus. Αὐτομάτως ἀποῤῥέουσαν, ſponte decidentes. Sanè ſonat ita Græcé. Tamen res aliter monet. Colliguntur quæ cæcidere, non quæ cadunt aut cadebant. Caducæ aut cadiuæ. Sic enim veteres agricolæ. Μᾶλλον ἐτησιοφορεῖν. Propius ad fructificandum annuatim oleas accedere. Elegans verſio, ſuauis & commoda. Non tamen explet. Nam quod propè eſt, in eo non eſt cui eſt propinquum. Et olea quotannis fert. Si fructus nõ vi, ſed ſuauiter auferatur, plus fert. Ἀεί τι καρποφορεῖ. Theodorus omiſit τί.

CAPVT XXV.

Capitis XXV. argumentum. Arbores alterutro luxuriantes, fructu ſcilicet aut germine, altero minus fœcundas eſſe. Eius naturæ cauſam eſſe robur: imbecillas neutro excellere.

ΣΥΜΒΑΙ'ΝΕΙ δὲ ὅταν μὲν εὐβλαστῶσιν ἄγαν. Germina fructúſq; ſuprà comparauit inter ſe tempore generationis: nunc cõparat quoad materiam & quantitaté. Vbi germina luxurient, fructus eſſe minus vberes. Largiore fructus prouentu minus frequentari germinationem. Haud omnes tamen eſſe tales. Nam Ficũ & Vitem albam cùm maxime ramis & frondibus luxuriant, tunc eſſe fœcundiſſimas. Cauſas aſſignat, illis robur, his imbecillitatem. Ὅταν εὐβλαστῶσιν ἄγαν, ἀκαρπεῖν μᾶλλον. In aduerbiis eſt affirmatio, & reſponſus exceſſus. ἄγαν, exceſſus verus, nimium. μᾶλλον, exceſſus à medio. In verbis autem eſt contrarietas per aduerbia, τὸ εὐ, καὶ τὸ ἀ στερητικόν. Quæ aliis mox vocibus deſignabit, ὑπερβλαστεῖς, κακοβλαστεῖς. Alius dixiſſet, ὅταν βλαστάνωσι μᾶλλον, καρποφορεῖν ἧττον. τὸ μᾶλλον auget natura ſua: huic verbo iunctum ἀκαρπεῖν, minuit: propterea quòd auget diminutionem quæ eſt in verbo. Hoc non eſt mirum, ſed illud: Cùm ἀκαρπεῖν auferat totum fructum, τὸ μᾶλλον refert partem tantúm. Οὐ δυναμένης δ' ἄμφω διήκειν τῆς φύσεως. Scitum verbum διήκειν, pergere, peruadere, vtrunque perficere. τὸ διὰ, nota eſt motus interioris ac ſubitionis. Natura enim, vti ſuprà dicebamus, internum principium eſt. Si non poteſt, ergo debilis. ἀδυνατεῖ dicit Præceptor. Mox dicet illas alias eſſe debiles, quæ ἐκ ὑπερβλαστάνουσι. Καταναλισκούσης. Et debilis eſt, quia vtrunque nequit explere, & in alterutrum incumbit atque transfertur materia. Ἴδιον δὲ συκῆς. Diuerſa ab hac idea communi multis, Ficus & Vitis albæ ſpecies: quoniam εὐβλαστάνουσαι εὐτοκοῦσι. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι, καὶ τὸ πρότερον ἐῤῥημένον ἀληθές. Non vult dicere, alterius orationis veritatem ab alterius pendere veritate: qui loquendi modus diuino Præceptori peculiaris eſt: ſed ſic. Si verum eſt quod aiunt, non propterea non verum eſt quod nos dicimus de aliis in genere. Priuata enim in his natura. Ἡ γὰρ εὐβλαστία. Ratio à conſentaneo. Abſumit in ſe germen fructuum materiam. Huius rei duas aſſignat cauſas: vnam, χώρας ἀρετήν, ſoli facultates: alterũ, τῶν δένδρων ἰσχύν, arborum robur. Nanque ἐν τῇ, ſcilicet terra: ἄφθονα, vbertas larga: τὰ δὲ, id eſt arbores, ἑλκύσαι δύνα, valent attrahere. Et ſubdit exemplum Amygdali ac Punicæ, de quarum auiditate attrahendi ac frondificandi luxuria cùm loquitur alibi, vſurpat verbum admodum efficax. ait enim ὑβρίζειν. Quippe quæ ob fructum ſatæ ſint, fructui faciunt iniuriam. Largè igitur ſuppeditatur, largè attrahitur, largè abſumitur in frondes, intercipitur pars debita fructibus. Ἀρετῇ, alibi declarauimus vocem hanc à Philoſophis omnium rerum facultatibus accommodari. Δεινά. Hoc quoque vocabulum valdè commune eſt. Ita vt & in malam & in bonam partem accipiatur. Abſolutè poſitum, graue ac moleſtum ſignificat: cum adiecto quopiam ad id refertur. δεινὸς λέγειν, apud Demoſthenem, & δεινότης: de qua etiam Quintilianus. Eius autem origo docet hæc. Ductum enim eſt παρὰ τὸ δεῖν, καὶ παρὰ τὸ ὄν. Quod opus eſt vt ſit: Multum enim capit verbum hoc: vnde legimus ἀνηλωκέναι εἰς τὰ δέοντα. Sic etiã eſt in alia voce non minꝰ ampla, ἐπιτήδειον. Sed hęc ex originibus. Δῆλον δέ. Contra, quarũ natura imbecilla eſt, eæ non luxuriãt germinũ frequentia. ἀλλὰ σύμμετρος ἡ αὐτῶν εὐβλαστία γίνεται. σύμμετρος eſt contraria τῷ ὑπέρ. Sicut εὐβλαστία habet τὸ εὐ medium, contrarium duobus extremis ὑπερβλαστεῖς & κακοβλαστεῖς. Cuínam verò eſt σύμμετρος? πρὸς τὴν καρποτοκίαν. Arbore enim apta ad ferendum fructum & idonea, mediocrem obtinere debet facultatem. Itaque τὸ ἀσθενῆ hîc, quod his arboribus attribuebat, non eſt imbecillitatis nota, ſed mediocritatis. Alioqui eſſet non ſolùm κακόβλαστος, ſed etiam κακόκαρπον. Verum autor iſte populari vtitur oratione, non exquiſita. Non eſt igitur in ramis luxuria, ſed pro modo fructuum. Ἡ δὲ συκῆ καὶ ἡ ἄμπελος διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ecce quam in partem accipiat hanc ſuum ἀσθένειαν. Nam de iiſdem ſuprà dicebat, ſimul

mul ἀβλαστάνειν, ſimul ἀκαρπεῖν. Non poſſunt autem duo hæc δὲ, ab imbecillitate proficiſci. Quẽadmodum & mox abutitur hac voce ἀγαθὴν cùm dicit, δεῖ μὴ εἶναι τὴν χώραν ἀγαθήν. Nemo enim temperatè loquens dicat in mala terra fieri eadem in arbore καὶ ἀβλαστίαν, καὶ ἀκαρπίαν. Ideo addidit ἴσως. Et ſanè cùm dixerit λαμβάνει τὸ σύμμετρον, videtur attribuere arboris naturæ: cui etiam ſi contingat eſſe in optima terra, tamen nonniſi τὸ σύμμετρον ſumat ſibi. Διόπερ εἰς τὰς νήσους τὰ τοιαῦτα μᾶλλον συμβαίνει. Neſcio quas narret inſulas, arenoſas fortaſſe. At Cyprum & Siciliam, & Iauam maiorem qui notas habeat, is harũ meritis attribuet inſulis nomen horreorum: tantum abeſt, vt agnoſcat atque obiiciat infelix, aut ingratum ſolum.

Lego, vt ſcriptum eſt, ἡ ἄμπελος ἡ τοιαύτη, quia albam nominauit. Germani ex Theodori paraphraſi mutarunt in vocem explicatam, & poſuerunt pro τοιαύτη, λευκή. Hoc erit gloſſematis loco. Tamen monendi potius gratia acceptum velim, quàm caſtigandi.

Theodorus, συμβαίνει δὲ ὅταν μὲν εὐβλαστῶσιν. Aſtrinxit hoc apoteleſma ad Oleas tantúm. Addidit enim παραφερτικάς, Oleas. Ego puto, atque etiam ſcio, id arboribus, quæ nobis notæ ſunt, præter Vitem ac Ficum, omnibus conuenire. Sic addidit (neceſſe) ibi καταναλισκούσης. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι, καὶ τὸ πρότερον εἰρημένον ἀληθές. Quod ſi verum ſit, ſupradictum quoque verum eſſe neceſſe eſt. Hîc etiam addidit (neceſſe) & ſuperfluò & falſó. Non enim hoc ab illo pendet, aut ab hoc illud. Alterutrum enim eſſe quit verum, altero falſo: & è contrario. Quin cùm contrariæ ſint naturæ: non poteſt vtrilibet alterutri neceſſitas imponi conſequendi. Ἀφαιρεῖται, fructum detrahere. Nequaquam: ſed futuri fructus materiam. Subtrahere, dixerit acutiús. Σύμμετρος αὐτῶν ἡ εὐβλαστία γίνεται πρὸς τὴν καρπογονίαν. Sed modicè aptéque ad fructificandum his germina prodeunt. Non potuit peius. Sed germinum fructuúmque modus inter ſe conuenit. Hoc enim eſt πρός. Vt ſit relatio menſuræ illius ad hunc.

Ἡ τοιαύτη: Vitis præcipuè candida. Non præcipuè, ſed penitus ac præciſé. Non enim Vites aliæ. Λαμβάνει τὸ σύμμετρον. Hîc quoque temerè addidit, vliginem.

CAPVT XXVI.

Argumentum XXVI. capitis. Quare fructus poſterius, quàm eum ambiens munimentum concreetur. vtrinſuis incrementum alterius eſſe diſpendium. Naturam tamen vtrique ſtudere. Cauſas à qualitatibus & accidentibus quibuſdam ſenſibus veſtigandas: alias etiam ratione.

Ε'Ν ἅπασι δὲ τοῖς καρποῖς. Poſtquam diſceptauit de tempore generationis, comparando fructum ſimul & germina: nunc in fructuum partibꝰ idem facit. Quare meritò caput nouum à ſuperioribus abſcindendum. Fructuum partes duas agnoſcebat ſuprà: alteram καρπὸν vocabat, alteram περικάρπιον. Quas partes inter ſe comparabat dupliciter, maturatione ſcilicet ac fine, id eſt vſu. Nunc verò comparat quoad tractum temporis in quo fiunt. Quamobrem illis hæc commodiùs eſſent adiuncta. Confert enim generationum celeritatem. Ait ergo τὸ περικάρπιον prius moliri naturam. Ratio. Quia ſemen ſiue fructus ad propagationem: pulpa extima ad vſum noſtrum. At ille nobilior finis eſt. Cauſa igitur διὰ τὸ εὖ. Altera cauſa, ἐξ ἀνάγκης. Pulpa enim, & teſta, & corium eſt propter ſemen. Suprà nanque dicebamus eſſe σωτηρίαν τοῦ καρποῦ καὶ φυλακήν. Hęc eſt minor propoſitio ſyllogiſmi. Maior. Quodcunque propter aliud eſt, prius eſſe tempore neceſſe eſt, quàm id cuius gratia eſt. Animaduertendũ illud, Haſce duas rationes non cuiuis fructui conuenire. Non enim prior ratio conuenit Iuglandi, aut Amygdalo, aut aliis. Neque ſecunda conuenit Perſico. περικάρπιον enim illud eſculentum non eſt à Natura comparatum munimenti cauſa. Diſpertiendæ igitur hæ rationes alia aliis, prout quæque cuique accommodari poteſt. Ἢ αὐτός γε ὁ καρπός. Notandum γέ. Aſſertiua hîc particula. Καρπὸς, καὶ τὸ σπέρμα. Alterum nomen eſt ſubſtantiæ καρπὸς, alterum finis σπέρμα. Quanquam τὸ ἔτυμον τοῦ καρποῦ, non eſt à ſubſtantia, ſed ab euentu. κείρειν. Vnde etiam noſtrum carpere. tranſpoſitis ſanè vocis partibus, ἔκαρον ἀπό. καρπός. ἀπέκαρον.

Τοῦτο δ' οὐ μόνον. Duas deinde cauſas aſſignat: vnam à materia. Quia, inquit, magna ſeminum pars ligneo tegitur operimento. At hæc neceſſariò ſerius perfici, etiam ſuprà dictum eſt. Altera eſt ratio finalis, ἀλλ' ὅτι τὸ τέλος, de quo etiam ſuprà dixiſſe rectè dicit. Δεῖ δὲ τὸ οὗ ἕνεκα ἄλλου, ἢ ἐκεῖνό γε πρότερον εἶναι. Rurſus γε, profectó.

Ἐν προϋπάρχοντι γὰρ ἡ τῶν τοιούτων γένεσις. Duplex ſenſus elici poteſt ab homine ingenioſo. Primus de pericarpio. Eius naturam in eo conſtitutam vt antecedere debeat: τῶν τοιούτων, ſcilicet omnium eorum quæ propter aliud fiunt. Alter ſenſus pro ipſo ſemine. Eius generationẽ meditari naturam in alterius principiis, ſcilicet pericarpii. γένεσις ergo τοῦ σπέρματος ἐν προϋπάρχοντι ἐστὶ δυνάμει, id eſt in eo quod exiſtit: nempe in principio. Etenim dum condit Natura pericarpium, id fabricat vt ſemen faciat. Quòd igitur ſeminis ſit rudimentũ ipſum pericarpium, probat ab acinis Vuarum, in quibus ſemen intus nullum: quales inter alios ſæpe videmus. hoc eſt quod dicebat, οὐχ ἅπαντα περικάρπια σπερμοφόρα. Sic enim videtur inchoaſſe natura totum id quod ex pericarpio conſtat & ſemine. Semiſſẽ verò tantũ ipſius operis feciſſe, ſcilicet pericarpiũ, non autẽ abſoluiſſe operã integrã in ipſo ſemine, ſed ſubſtitiſſe. Ideo explicauit ſic, ὡς οὐ δυναμένης τελειῶσαι τῆς φύσεως ταύτης. Quo ex loco ſatis patet ita ſtatuere Philoſophũ, propter generationẽ ac propagationẽ ſemẽ inſtitui: propter ſemẽ, pericarpiũ. Ita vſus propter hominis cõmoda poſterior ſit, quã cõditio progenerationis. Dicat aliquis, at ii acinuli perfecti nõ ſũt: quare nil mi

rum ſi ſemen non habent. Occurrit. Γλυκεῖς δ' οὐδὲν ἧττον τῶν μεγάλων. Dulces ergo perinde ſunt atque maiores. Itaq; nihil eis deeſt quoad ipſos, niſi finis perfectio, id eſt interius ſemen. Cæterùm maior inſurgit dubitatio. Nam ſi acinulorum & ſuccus & caro iam perfecta ſunt, (ſunt enim, ſi etiam maiorum dulcedinem ex conuenienti coctione ſunt conſequuta) videtur ergo natura ſatis & laboraſſe & confeciſſe. Non enim ſemen porrò meditatum eſſe, quæ totam operam exhaurire potuerit in ipſa maturatione. Ad hoc reſpondet, ἢ καὶ δῆλον. Haud tam id eſſe naturæ opus, id eſt caloris interni plantæ naturalis, quàm ſolis & aeris, qui natura confectum ac tanquam propoſitum ſuccum pericarpii percoquere potuerint, ὡς ἀραιόν, inquit, ſcilicet facile factu propter corporis raritatem: idcirco dixit συνέψεσθαι, vt τὸ σὺν non ſolùm iungat ſimul aeris ac Solis vim, ſed etiam horum facultatem cum ipſa Natura. Semen verò, quia ſit interius, & ſubſtantiæ denſioris atque durioris, tametſi principia ſui habeat in acini principiis, ſicut & pericarpium: tamen non potuit accipere Solis aut aeris beneficium. Sed ſolius naturæ videtur opus, quæ cùm fuerit ad id minus valida, neque Solis aeríſque ſubſidiis adiuta fuit, nequiuit quod occœperat explere. Vbi & illud animaduertendum. Sunt enim in Pruno pulpa tenera, quam non durauit Sol. Eſt teſta interior, ſanè duritia inſignis: quis hanc durauit, quæ plus abſit ab autoribus eius duritiei, quàm agnoſcit in Gigarto? Sic de Palmula dices: de Oliua nihil minus. At ſuprà dicebat pericarpia ſeriora, propterea quòd eſſent lignoſiora. At ad ea tum intendit natura, tum adiungit miniſterium ſuum ſol & aer. Tria verò poſuit principia, Solem, aerem, tempus. Cæterùm vnum tantùm eſt, Sol ſcilicet. Is enim & aerem afficit, & ὥρας ducit. Non ergo ſunt ſeparatæ cauſæ, ſed explicationes. Dixit ἰδιώτερον eſſe opus Naturæ τὸ σπέρμα, quia etiam τὸ περικάρπιον ἴδιον. Pericarpium proprium cum aliis: ſemen magis proprium per ſe. Πρὸς ἡμᾶς δέ. Quia pericarpium eſt non præcipuus naturæ finis, ſemen eſt præcipuus: ſemen propter generationem: pericarpium propter nos. Idcirco dicit, ſeminum quædam nihil ad nos, quædam parum. Vt Gigarta nullo vſui, Perſicorum nuclei nonniſi ad medicamentum. Verùm duplici ratione vſum eleuat: partim à tota ſpecie, vt Ziziphorum & Olearum: partim à tempore. Ideo dixit ἐν ἐλάττονι χρόνῳ, & mox ἐλάττων ἡ χρεία. Nondum tamen in mentem venit, an ſemen vllum ſit aliquando eſculentum, quod idem non ſit ſemper. Quare ἐν ἐλάττονι χρόνῳ ad maturitatis celeritatem retuliſſem: ſed tunc quid ſibi vellent illa verba, τὰ μὲν οὐδέν, equidem ignorabam. Non enim penitus ab opere Naturæ diſiungere licet. Quòd ſi voluit dicere, non durare ad vſum cibi: at plus durat ad vſum cibi Triticum, quàm ad ſationem. Non malè tamen comparat hanc diuturnitatem pulpæ cum ipſis nucleis: minus ſanè diu durant. Διὸ καὶ

A τὰ ἀπύρηνα μάλιστα ζητοῦμεν. Ratio qua oſtendit ſemen nihil aut parum ad nos pertinere. Quia nucleos, inquit, abiicimus, ſiqui ſunt, vt Prunorum: aut etiam arte facimus, vt ne ſint: quemadmodum in Vuis, quas hîc ἀγιγάρτους vocat, vulgò dicimus Corinthiacas. Eæ ſanè perpuſillos habent acinos: at in Indicis nauigationibus etiam grandiſſimas eſſe apud Orientales abſque lignis internis. Sic etiam fit & curatur in Punicis. Quin iiſdem in libris legimus ibidẽ Granata quæ vocantur Mala, non ſolùm ſine intimo illo callo eſſe, verumetiam carere iis ligneis carnibus in quibus inſident grana: ſed prætenuibus admodum herciſci diſſepimentis. Ἡ δὲ φύσις. Altera capitis pars. Neutrum, inquit, natura negligit.
B Nequis ex ſuperioribus verbis arbitretur, πάρεργον eſſe τὸ περικάρπιον, cùm dixit τὸν καρπὸν ἰδιώτερον. Quantum cuique ſatis, impendere, ἀμφοῖν ἀποδιδόναι τὸ σύμμετρον: id eſt, quod cuique conueniat. Ὁπότερον δ' ἂν πλεονάζῃ. Quod faciebat in comparatione τῆς καρπογονίας, καὶ τῆς βλαστήσεως, facit hîc inter partes ipſas eadem proportione. Si excedat alterutrum illam συμμετρίαν, alteri tantundem ſubtrahi ac deeſſe, quantum in illud abierit. Et quia copia eſt à materia, defectus à defectu: declarat quemadmodum exuberet alteri, alteri deſit. Nam ſi alterum ſiccitatem poſcat, melius habebit in ſiccis locis atque temporibus.
C Quod humidum requirit, ab humida tempeſtate lætius erit atque habitius. Vtroque verò vitiari συμμετρίαν, quæ vtrique debeatur. Sic erat in oleæ partibus. Sicciore anno plus olei, humidiore plus pulpæ. Cæterũ haud ſine diſquiſitione ſupinè tranſeundum eſt. Nam ſi vel à tempore, vel à loco, vel ab vtroque ſit humoris copia, tum ex ea Pruni Perſicíve pulpa ſit craſſior: non puto eius beneficii parte nucleum ipſum defraudatum iri. Alteram ergo tantùm huius ſententiæ partem veram eſſe cenſeo: quippe ſiccitate, gigarta frequentiora ſunt in Vuis. An verò etiam ſint craſſiora, perſpiciendum eſt. Et ſanè videtur ratio par. Ex materiæ nanque multitudine multitudo gigartorum. Quare non item & magnitudo? Cauſa verò cur gigartorum ſit copia ſiccis temporibus, ea videtur eſſe,
D quia craſſior ſuccus ab anni ſquallore minus aptus eſt ad pulpam. An verò ſimilem afferet rationem pro altera ſententiæ parte? Quippe argumento ſimili videtur item ad Gigarti ſubſtantiam materia fuſior atque liquidior, ex qua fit acceſſio ad pulpam ex humidioris aeris conſtitutione: neque poteſt ſatis calor coquere ad duritiam vſque illam. Sic habes excuſſam quæſtionem.

Τῶν μὲν, ſcilicet pulparum. τῶν δὲ, ſcilicet lignorum. Τὴν γεωργίαν συμπονεῖν, corrigendo luxuriam: ſicuti ſuppeditando materiã, cùm deficit: quippe rigatione aut ſtercoratione. Διὰ ξηρότητα καὶ πυκνότητα. Quia in ſiccitate materiæ priuatio: in dẽſitate cohibetur ſuccꝰ, quominꝰ diſpertiatur. & alit καὶ τὸ ὅλον ἀτροφίαν. Non neceſſaria additio: ἀτροφία nanque priuatio eſt. Hæc immediata eſt cauſa,

cauſa, quare minor ſit vel pulpa vel lignum: quia paruitas eſt defectus dimẽſionis: cuius cauſa prior eſt defectus materiæ, quæ eſt ſiccitas. Et notabis ἀτροφίαν, non veram, ſed μειοτροφίαν. Καὶ πρὸς τὴν μὲν ἑκατέρου. Quia humiditatem ac ſiccitatem nominauit: ac præterea mentionem fecit τοῦ συμμέτρου: item diſtribuit vtrique tam καρπῷ quàm περικαρπίῳ quod eſſet conueniens: repetit toties iam dictum effatum illud, triplicem comprehendens cauſam duobus modis: nempe internis qualitatibus, quas naturas vocat, & extimis duobus efficientibus, aere ſcilicet ac loco. Hæc igitur tria facere ad καρποῦ καὶ περικαρπίου perfectionem: addo etiam, inquit, ad ipſam generationem totius plantæ: tum verò & ad germinationem. Sanè rectè. Hæc enim tria nihil aliud ſunt quàm generatio. Sed cùm dixit, περιβλαστίαν, partem ſententię pro tota poſuit.
B Etenim hîc τὴν δύναμιν eſſe cauſam dicit, cùm ait, αἰτιατέον, pro cauſis afferenda. At δύναμις eſt tam ad fructum quàm ad pericarpium: quorum neutrum idem exigit. Præterea cùm aliis qualitatibus hîc recenſuit ψυχρότητα. At frigiditas non eſt cauſa τῆς περιβλαστίας. Itaque intellexit πρὸς τὸ περὶ καὶ ὀψὲ βλαστάνειν. Καὶ τὰς ἰδίας ἑκάστων φύσεις. Quia natura eſt principium motus eius in quo eſt. Declarat autem naturas, humiditatem & ſiccitatem, aliáſque qualitates quæ ſunt formarũ, id eſt naturæ inſtrumenta interiora. Ideò dixit, ταῦτα τῆς φύσεως, non autem φύσις. Natura enim eſt forma: accidentia verò ſunt à natura, id eſt à forma. Id adeò, vt plerique Philoſophi putarint, æquiuocè dici ens de ſubſtantia & accidẽte. Quaſi accidens non ſit ens, ſed entis. Sic humiditas non
C ſit natura, ſed naturæ. Hæc ſubtiliora non ſunt hîc implicanda. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἄλλα. Autor, qui ſibi ſumpſiſſet prouinciam explicandi cauſas, rectè modos eas venandi docet nos. Ait igitur, Harum cauſarum aliquas ſenſu poſſe percipi: intelligit denſitatem & humiditatem, atque alia talia. Quaſdam verò ſola ratione deprehendi poſſe. intelligit calorem, & frigus. Non enim calidiſſimæ plantæ, fœcũdiſſimæ. Hoc mox deinceps diſputabimus. Cæterùm de humidis quoque ſimilis excitari poteſt controuerſia. Non enim humidiſſimæ, fœcundiſſimæ: neque plus fert Spinachia ſeminis quàm Myrrhis, aut Daucus & affines ſũt naturæ. Namque humor materia eſt: calor inſtrumentum formæ. Ideò dixit, διαμφισβητεῖται, dubitatur, vnde oritur contradictio: iccirco adiunxit
D καὶ ἀντιλέγεται, & cientur controuerſiæ. Ἀνάγκη δέ. Hiſtoria eſt quam dicebat de euentibus fructus, ac pericarpii, déque mutuis reſpectibus in natura. Cauſæ erant, internæ qualitates: externæ, à loco, aere. Cognoſcendas eſſe cauſas, in præceptis eſt, ac præſenti propoſito. Modus cognoſcendarum duplex: à ſenſu, à ratione. A ſenſu facilis per certas qualitates: à ratione, quomodo? Nunc ergo methodum declarat, aſtque ex euentibus excipiendas atque admittẽdas cognitiones. Hæc ſunt veſtigia diuini Præceptoris in quibus ſemper inſiſtit optimus Philoſophus. Duci nos ad vniuer-

A ſalia per ſenſum receptis notionibus. Iccirco ab accidentibus capienda eſſe primordia conſiderandi. Hæc axiomata ſtatim in totius operis initio ſtatuenda fuere. Ἐκ τούτων γὰρ κρινόμεν, καὶ θεωροῦμεν τὰς δυνάμεις. Is enim ordo veſtigandi effectus, vis, qualitas, ſubſtantia. exempli gratia, vſtio, vrendi facultas ex qualitate: id eſt eſſentia ipſa ipſius qualitatis. tertio loco, qualitas id eſt calor. quarto, caloris ſubiectum. Nota verborum ordinem, κρίνομεν prius, θεωροῦμεν poſterius. Iudicium tamen eſt poſterius contemplatione. Eſt enim iudicium reflexa cognitio: ſiue cognitio cognitionis. Cæterùm & Theophraſtum & Ariſtotelem ita loqui conſueſſe, alibi declaratum eſt. Modus enim eſt, ἀναλυτικῶς.

Lego, ἢ ἐκεῖνό γε, non ἐκείνου. Et γλυκεῖς, non
B autem γλυκεῖα. Et τὰ ἀπύρηνα, non autem πύρηνα. Et καὶ τὸ ὅλον ἀτροφίαν, non autem ἀτροφίαν.

Theodorus, ἐν προϋπάρχοντι, in præcondito aliquo, & quaſi iacto fundamento. Non placet. Non enim eſt fundamentum ipſorum fructuum, ipſum pericarpium: ſed munimentum. Fundamẽtum autem eſt vtrique commune, materia: ſuper qua fundatur vtriuſque ſua cuique forma. Sed eſt apparatus quidam operis futuri: cuius finem dicit eſſe ſemen Theophraſtus. Ἀραιὸν ἐκπέψαι, rara aptáque excoqui. Ἀραιὸν cauſa paſſiua excoctionis. Συνέψεσθαι, percoqui ac dulceſcere poſſit. More ſuo poſtremum hoc addidit: neque expreſſit τὸ σύν. Et tamen erat neceſſarium. Sunt enim multa συνεργάζοντα, Sol, aer, ſolum. Ἐν ἐλάττονι χρόνῳ. aliam minimo vſui ſcilicet. Non di-
C xit hoc Philoſophus, niſi ſecundùm tempus. Omnia namque ſunt eſculenta non minimo vſui: ſed non ita diu. Ἀμφισβητεῖται καὶ ἀντιλέγεται, dubitantur, atque in crebra obloquutione verſantur. Neque Latinè: & ambitioſé. Nam quid eſt obloquutio? Nempe iurgium aut conuicium. Nec dicam, hæc dubitantur. Commodiùs, in controuerſia ſunt. Quòd ſi non negarim, dici poſſe, hoc dubitatur: at nego dicendum, qualitates dubitantur.

CAPVT XXVII.

Capitis XXVII. argumentum. Calor attribuitur pro cauſa quatuor rebus. Fertilitati in plantis: locis ad conſeruandum contrariarum qualitatum plantas: tempeſtiuæ germinationi; atque
D *fructificationi: foliorum perpetuitati.*

MI' Α μὲν οὖν αἴτια λέγεται. Suprà dixerat de calore ac frigore inquirendum. Deinde inueſtigandum ac declarandum quæ calida ſunt, quæ frigida. Quamobrem antequam exeat è præſenti tractatione, præſtat quod recipit de natura calidorum. De frigidis non dicit: propterea quòd ex iis contraria patebit natura. Quatuor caloris capita facit, non quidem æqualia, vel æquali natura reſpondentia. Hæc autem omnia, aut ex opinione communi, aut ex Me-

nestoris sententia: quæ postea perpendet particulatim. Primum caput est de calore in plantis, qui sit autor fertilitatis: idque ex opinione communi, λέγεται. Esse verò causam tum in plantis tum in animalium vtraque natura, tam quæ animal, quàm quæ ouum pariunt. Hoc an verum sit postea videbimus: sicut & secūdum caput, in quo calorem attribuit locis ad frigidarum plantarum conseruationem: quasi fiat hunc ad modum temperatio. In animalium concretionibus hæc fuit Empedoclis sententia. Etenim piscium naturam professus est igneam: atque iccirco detrusam in aquas ob temperandum. Hanc opinionem Menestorem quoque secutum esse. Verùm, vti videbimus aliquot patitur difficultates. Tertia caloris classe statuit vim frūctificādi: quarta foliorum attribuit perpetuitatem. Εἰς τὸ κάρπιμον ἀνάγουσι. Nota loquutionem. Causa referens ad fertilitatem: scilicet ducens cognitionem nostram. Nam vulgò aliter loquimur. Dicimus enim ad causam referri fertilitatem. ἑτέρα δὲ κατὰ τὰς χώρας. θερμὸν καὶ ψυχρὸν in præcedente sententia intelligebat internum (vt suprà docuerat) nūc alteram causam dicit externam à qualitate regionis, scilicet pro cæli segmentis, aut inclinationibus. Nam neque terra, quà terra est, neque locus, quà locus est: sed quatenus sub aliqua cæli parte continetur. Iudicatur ergo terra calida, in qua frigidæ plantæ: frigida verò, in qua calidæ. Vt argumentum τῆς κυριευούσης qualitatis in natura plantarum sumatur à contraria regionis temperatura. Οὕτω γὰρ εὐθύς. Argumētum ab vniuersali naturæ instituto. Fieri namque hunc ad modum generationem. Sanè contrariorum & concursu, & occursu, & pugna, & victoria, & consensu tandem. Εὐθύς, id est à primordiis ipsius generationis. Quare si est internorum talis ratio: erit etiam circumstantium: qualis est locus. Lex enim eadem constituendi & conseruandi. Est enim, quod & alibi diximus, conseruatio quasi generationis perpetuatio quædam. Ὡς ὑπὸ μὲν τοῦ ὁμοίου φθειρομένων. Argumentum à contrario. Si ex similibus euenit corruptio: ex contrariis consequētur conseruationē. Ac nequis demiretur, à simili fieri dissimilitudinem, (corruptio namque dissimilitudo est in substantia) vt diluat hoc paradoxon, addit causam, διὰ τὴν ὑπερβολήν. Id quod Præceptor non semel dicit, πῦρ ἐπὶ πῦρ. Summa rationis, ἐπικρατείας τινὸς γενομένης. Ex conflictu fieri concordiam. Est enim belli finis, pax. Τὰ γὰρ ὑπέρπυρα. Empedoclis opinio, de qua suprá. Ὑπέρπυρα, respondet illi, ὑπερβολήν, communi vtrobique præpositione. Sed vis verbi negligenda non est. Non enim τὸ ὑπὲρ ἐν τῷ ὑπέρπυρα auget τὸ πῦρ: sicut τὸ ὑπὲρ ἐν τῷ ὑπερβολήν, auget τὸ βολήν: suprà nāque calorē ignis nullus calor est, sed significat excessum caloris præpositio: altera vocis pars est excessus illius ratio: scilicet ignis. Συνηκολούθηκε, sequutus est Empedoclem Menestor. Pręgnans verbum: sequutus est, & cum eo fuit in ea sententia. Id valet illa prępositio, σύν. Θερμότερα γάρ φησι. Menestoris

A exempla ad sententiam corroborandam, per enumerationem. Recenset Iuncum odoratum & Calamum, non hunc nostrum Acorum id est Aire indigenis, aut Bostuorce, aut Zeli Tattarsci, quod sonat herbam Scythicam: sed verum calamū, qui est arundo, & vocatur ab Arabibus Cassab alleri, à Persis Cassab alderira. Probatio sententiæ, τῶν χειμώνων οὐκ ἐπιπήγνυσθαι. Quòd in aquis tum eæ, tum Cipirus oriantur, constat: quòd sint calidæ plantæ, vis ipsa docet, qua frigoribus ita resistunt vt ne gelascant. Auget probationem latioribus exemplis etiam extra aquas. Nempe frigidis locis prouenire pinus, abietes, cedros, iuniperos, ederam: cuius tanta sit efficacia, si calorem spectes, vt etiam niues excutiat hyeme: non enim durare super ea illas. Etiam adiūgit argumentum B alterum ederaceæ caliditatis, flexuositatem. Eius esse causam medullæ calorem: ac propterea contorqueri. Hoc in pilis robustis patet, & pellibus: vnde & Æthiopum capilli. Τρίτην δ' αἰτίαν λέγειν. Tertium caloris officium est, maturare germinationem ac fructificationem. Sanè suprà sæpe dixit, calorem κινεῖν. Et Aristoteles in libro de mistorum affectibus dicebat, Igni vti Naturam, & tanquam materia, & tanquam instrumento. Et in primo de generatione, attribuerūt antiqui actionem omnem igni. Καὶ ὁ ὀπὸς αὐτός. Quia calor non agit, nisi in subiecto: & spiritus in animali (his enim designatur actio ab anima) sanguinis sunt puriores partes: in plantis non sanguinis, sed eius loco succi sunt particulæ tenuiores: iccir C co non calorem, sed calidum succum dixit, ποιεῖν καὶ προβλαστάνειν, καὶ πέττειν. Crassiusculè tamen. Materia namque succus ipse est, in quam calor agit, vt eam maturet. Non est ergo succus ipse agens, sed patiens, quippe materia, pariens maturationem. Iccirco dicebat alibi succos dulcescere.

Τετάρτη δέ. Quartum caloris opus est, efficere vt plantis ne cadant folia. Etenim propter calorem Menestor in planta frondes seruari putat. Quæ amittunt plantæ folia, id ea pati caloris inopia. Προσεπιλέγει. Quinta capitis pars, in qua caloris indicium in plātis exquiritur ex eo quòd earum lignum facillimè comprehendit ignem. Quid super hac re sentire Galenus videatur, suo loco dictum est. dicit, προσεπιλέγει, scilicet D Menestor. Pręter quatuor exquisitiones adiungit & hanc. Τὰ πύρεια, ἄριστα καὶ κάλλιστα ἐκπυροῦται. Explicādum aduerbia. Non ἀμαυρῶς, sed κάλλιστα, λαμπρότατα, luculentè in fomentis ignis accēditur. Non ὀλίγον, sed ἄριστα, felicissimè. Τὰ πύρεια materias intelligit ad ignes excipiendos, siue qui è silicibus excutiantur, siue, quemadmodum docebat in Historiis, quæ attritu concipiunt ignes, Ἄριστα, egregié. ὑπεκκαύματα vocat Præceptor multis in locis. Καὶ τῶν δένδρων, ὥστ' ἀεί τις τὰ τοῦ πυρὸς ὄντα τάχιστα ἐκπυρούμενα. Satis patet hîc esse codicem mendosum. Omninò delendum τις. vt sit conclusio, ὥστ' ἀεὶ τὰ τοῦ πυρός. Vt pro certo habendum sit, quæ celerrimè concipiunt ignem, eas esse ignea. Hoc sanè est quod vulgò dicitur à Philoso-

Philosophis symbolum. Ὄντα τοῦ πυρός. Nota loquutionē in secundo casu: quod solet in sexto ex igni, ex auro, è luto. Quia etiam vulgò dicimus ignem dominari: quasi sint in ignis potestate.

Lego, τὰ μὲν θερμὰ ἐν τοῖς ψυχροῖς, τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τοῖς θερμοῖς. Non autem vt legitur. Nam quomodo essent in contrariis πρὸς συνεργίαν? Et iam esset ὑπερβολὴ contrà Menestoris sententiam: & φθορὰ ὑπὸ τῶν ὁμοίων. Et προσεπιλέγει, non autem προσεπιλέγειν, sicuti suprà λέγει, non λέγειν. Hoc tamen modò his in libris sæpe scriptum esse, etiam alibi monuimus.

Theodorus, ἐκπήγνυσθαι torpere. Plus sentit Græca vox. ἐμπήγνυσθαι dicit infrà. Non enim torpor omnis à gelu. Quin torpet manus aliquando spiritibus intus suffocatis: quoties scilicet brachiū B ligatur: aut cùm parua olim pila luseramus. Turgida tamen erat, & sanguinis affluxu tum rubicūda, tum feruens. Is modus ambitiosè interpretandi non parat diuerticula, in quibus acquiescamus, sed errationes. Quid cum prohibuit simplicissimè dicere? non gelascunt. Ἔτι τούτων γάρ. scilicet, edera. Theodorus malè super his. Esset enim omnium affectus ille, soluendi niues. At non est. Videmus enim Pinum maximè grauari niuium incessu. Hanc autem sententiam esse vanam, satis patet ex recepta de Tiliæ calore opinione, & ex aspectu quotidiano. Sub Septentrionibus enim Tilia frequentissima. Ea verò tantum abest vt dissoluat niues, vt etiam onere dirumpatur.

Ὁ δ' ὀπὸς ποιεῖ. Theodorus emolliuit eam, quam suprà narrabamus difficultatem. Abstinuit enim C ab explicatione illius verbi, ποιεῖ: & sententiam circunduxit. Ἐκπυροῦσθαι. exardescere. Non. Aliud est, ignem concipere: aliud ardere: hoc enim, φλέγεσθαι.

CAPVT XXVIII.

Vltimi capitis argumentum. Exemplo animalium non esse calidiores plantas fœcundiores. Calore modico fieri & genrationem, & augmentum: excessu corrumpi. Aquatilia non omnia calida. Natura quæ gignit in vno loco, in alium contrarium non transfert. Sententias sibiipsis aduersari. Calorem in fomitibus attritu fieri, non ab interno calore. Ratio calida explorandi melior à sensu.

EXEI δ' ἀπορίαν. Discutit ea quæ sunt à Menestore cōstituta. Summa propositi sita est in aureis illis verbis. Ταῦτα μὲν ἐν ἀμφιδόξῳ, προσδεόμενα δέ τινος διορισμοῦ. Quasi sint aliqua ex parte vera: qua vera non sunt, sint à veris segreganda. Nempe nonnulla calida, sunt fœcunda: quædam non item. Hæc est prima quęstio. Secunda hæc. Quædam calida in frigidis, quædam in calidis. Ad primam sic. τὰ γὰρ θήλεα τῶν δένδρων. Statim in materia, qua de agitur, redarguit. Arbores, inquit, eæ quæ pro fœminis habētur, sunt fœcundiores. At fœmina frigidior in animalibus: ergo per proportionem etiam in plantis. Iccirco dixit, ἐκ τῶν ζώων ὁμοιότητος ληπτέον, καὶ

A μὴ ὁμωνύμως. Vt eadem natura conueniat per gradum quēdam: non autem penitus ęquiuocum fœminæ nomen sit. Hoc à sexu argumentum alterum: quod sequitur, à genere. Ἔτι δὲ τὰ ζῷα. Animalia cuiusque generis calidiora, non item esse fœcundiora. Inductio per σαρκοφάγα, καὶ λαίμαργα, carniuora & gulosa. Hæc enim calidiora: nempe plus coquunt: Ideò plus appetunt. Sola fœcunda calida, canis & sus. Ac canem quidem hîc vult calidam. Multas tamen patitur obiectiones. Αὐτῶν δὲ τῶν ὁμογενῶν τὰ ὁμοιοειδέστερα, πολυγονώτερα. Sententia obscurissima, & vnus ex iis locis, in quibus de Theophrasti candore cōqueri soleo. Torquet enim me cruciátq; simplicissimi hominem ingenii, penè sæpiùs quàm docet. Tamen eluctādum est. Videtur hæc sententia partis aduersariæ, B quæ calorem facit autorem fertilitatis. Ait enim hîc, in speciebus animalium, quæ sub vno genere continentur, eas species quo inter se sunt similiores, eo esse fœcundiores. Quod autem eius similitudinis participes sint, causam esse calorem: cuius vi fiat, vt membrorum articulationes sint expressiores. Hanc sententiam sumi posse ex auium generibus. Nempe in idea summa columbacea multæ sunt species inter se quàm simillimæ: Palumbus maior, minor, rupicola, turricola, domesticus, turtur. Habes perplexissimam sententiam simul, & quæ habeat contradictionem. Non enim tam latus est eius ambitus, quin excludat quamplurima genera: neque solùm in quadrupedibus, verumetiam in auibus ipsis. Nam Bouis C genus summum, sub se multas habet species, bouem hunc vulgarem nostrum, bouem Lituanicū, quem Vrum vocant, *Bufalum* nostratem, quem falsò putant vrum, bouem Africanum qui nunquam nostratis vituli non excedit magnitudinem, bouem Æthiopiæ iubatum, bouē Indum vnicornem, & alias fortasse formas: addunt enim etiam tricornes boues. natura tamen hæc neque diu, neque multum fœcunda. Septem enim annos vix explent fœtæ. Geminos tam rarò pariunt: vt portento propius esse videatur. In auium verò genere, quid infœcūdius rapacibus? Equidem Aquilā, Accipitrē, Vulturē, Ossifragū sub vno sūmo genere colligo. Sub iis species longè simillimas, minus aptas tamen ad sobolem multiplicandam. Accipiamus Coruinum genus. Sub eo coruus, cornix, D monedula triplex, & fortasse pica quoque. Nihil iis minus fœcundum. Corui fabulosa viuacitas. Nemo illum expetit ad mensas. Raritas insignis. An vult dicere similitudinem inter marem ac fœminā? At gallinæ gallique facies dissimiles: & fœcundissima natura tamen. Cæterùm omninò plus facessit negotii, quàm paret vtilitatis. Quare ad alia. Ἐξαύξειν, non simpliciter αὔξειν, perficere atque explere augmentum. Ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ζῳογονίαν. Si quale denominatur à dominio qualitatis: prima propositio falsa est, quæ statuit calida fœcunda: si ponit calidum in excessu. Namque in omni generatione tam animalium quàm fructuum: itémque ad ipsam maturationem, non calorem, vt

A calor est, vnde animalia, plantæve dicuntur calidiores: sed calorem moderatum, & quæri à Natura, & comparari. Quòd autem ita sit, satis patet ex altera propositione: quæ vult calidas plantas aquis temperari. Dixit, συμμετρίας τινός. Quia non omnis mediocritas apta est. Iam de æquali ad pondus alibi satis. & de latitudine sanitatis. Ὥστε ταῦτα ἐν ἀμφιδόξῳ. Nunc ostēdit pro vtraque sententia disputatum: opus autem habere disceptatione. vt σκέψις sit πρὸς τὸ διορίζειν. Περὶ δὲ τῶν ἐνύδρων. Altera quæstio. Comparat hanc cum priore, atque ait esse faciliorem controuersiam. Sanè verò similius videbatur Philosophis, maiorem calorem esse autorem maioris, id est frequentioris generationis: quia calor per se sit autor generationis. At minus videtur è re Naturæ, educere plātam calidam ex loco frigido. Est igitur ῥᾴων
B ἀμφισβήτησις. Tria ponit, γεννᾶν, ἐκτρέφειν, σώζειν. Hæc tria non possunt effici à contrario. Nam generans adeò est simile generato, vt sit idem substantia nutriens autem est idem potentia cum nutrito. Conseruans est idem pro portione ac beneficio. Et nos dicere consueuimus festiuè potius quàm exactè, conseruationem esse generationis continuationem. Ἔτι καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Illusisse Naturæ Empedoclem sententia sua: qua professus est, illam in sicco creasse pisces, atque in humorem transtulisse. Πῶς γὰρ ἂν διέμεινε. Optimum argumentum. Si eadem fuit, erátque Natura, quę nunc quoque est: quomodo māsissent in sicco pisces: quandoquidem nunc manere nequeunt sine interitu? Et quia verè diluere
C potuerat efficaciam argumenti, si diceret: illico post generationem translatos: addidit ὀλιγοχρόνιον χρόνον. Negat vllum temporis momentum pati potuisse piscium vitam. At enimuerò non ita est. Non enim statim in sicco spirant pisces. Ἔτι δ' αὐτὸ τὸ συμβαῖνον. Auget argumentum. Non dissimilem sui Naturam esse. Si nunc iisdem in locis, in quibus generat, & statuit, & alit, & conseruat: idem quoque videtur initiò fecisse. Διαμένοντα, καὶ γεννώμενα. Ecce & hîc mutatum ordinem. priùs enim generantur quàm maneant. Καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη διαφορά. Mos Aristotelis (nequid omittat, certis declaratis capitibus) addere, καὶ εἴ τι ἄλλο, aut eiusmodi. Et sanè præter aquatilia & terrestria, statuit etiā aerea Aristoteles: ac de igneis suspendit iudicium, scilicet de Dæmonibus. Sed hæc fusiùs in Exotericis. Διὸ καὶ ἀπαθῆ μὲν
D ὑπὸ τούτων. Ponit pro conclusione id quod est in maiore propositione. Ea est. Corruptio fit à contrariis, conseruatio à similibus. ὑπὸ τούτων, scilicet ὁμοίων. Ἅτε μεγάλης τῆς μεταβολῆς. Ratio corruptionis. & est maior propositio vlterioris syllogismi. Vbicunque fit magna mutatio, multum patitur natura. Minor. Inter contraria fit magna mutatio. Hoc resoluitur ad definitionem vsque. Cōtraria sunt, quæ maximè distant sub eodem genere. Ἀσύμφωνοι δὲ αἱ δόξαι. Pro tertia quæstione. Pugnare aduersus seipsas opiniones. Componit inter se propositiones. Vna est. τὰ ἀείφυλλα,

A calida. Altera, calida tempestiuè germināt, & fructificant. Conclude. Ergo τὰ ἀείφυλλα περιβλαστεῖ. Falsum. Altera ergo illarum falsa, & vtraque fortasse. Non est dubium quin prior sit falsa. Sed tum enim ἀείφυλλον, & frigidis annumeratur. Casia fistula, & Ægyptia spina frondem nunquam amittunt. Alia pręterea pugna. Si aquatilia non omnia calida: & aquatilia non omnia fœcūda: non erunt omnia calida fœcunda. Ἔνια δὲ καὶ συμπαρακολουθεῖ. Propterea quòd erant illæ differētiæ, πρῴ, ὀψέ: quarum causas contrarias faciebant, τοῦ πρῴ, calorem, τοῦ ὀψὲ frigus: quid, inquit, de iis statuendum, quæ & πρῴ & ὀψέ: simul, inquam, tempora iungunt hæc continuatione germinationis, & fructificationis. Exemplum in Senecione. Quam
B explicationem vt perfectius expediat, addit: duas esse res huiusce causas naturæ: alteram, alimentum ipsorum florum (sic enim materiam, quæ suppeditatur, vocat) alteram, temperaturæ mediocritatem, quam συμμετρίαν nominat. Non enim potest excessu caloris vtrunque fieri, τὸ πρῴ, καὶ τὸ ὀψέ. Quòd si τὸ πρῴ fit à calore, & à contrario τὸ ὀψέ, quod est contrarium: vbi fit vtrunque, necesse est vtranque esse causam, calorem scilicet ac frigus: quare necessariò quoque confieri mediocritatem. Tum acutissimè concludetur. A mediocritate fieri καὶ τὸ πρῴ, καὶ τὸ ὀψέ, pro modo affluentis materiæ. Si enim sit nimia: differatur coctio. Idem intellige de spissitudine, aut visciditate, aut excellēti tenuitate: quæ omnia repugnant coctioni. ὃ δὲ προσεπιλέγει. Nunc destruit argumentum τῶν
C πυρείων. Id non esse de calore, sed propter attritionem: vt in historiis περὶ τρυπάνου καὶ ἐσχάρας. Ἐξαερουμένη δυναμένη τὸ ὑγρόν. Rationis explicatio. In iis inesse quiddam humidum prætenue, quod attritu attenuetur magis atque aerescat. Sic alibi disputatum est: quomodo, & in quibus motus sit causa caloris. Vnde etiam aliud axioma vulgatum declaretur in Philosophia. Quomodo humidum sit ignis pabulum. Non enim verum est: humidum esse materiam sicci. Sed id ita est. Aerem esse affinem igni tenuitate & caliditate. Eius humidum esse fusissimum atque rarissimum. Facilè vincitur id ab igni: faciléque fit ignis. Et notabis, vt toties, præpositionem ἐξ, in verbo ἐξαεροῦν. Ex aqueа materia conficere aerem. Quid sit hîc ἀνθηρότητος, nescio. Expectanda vel codicis alius felicitas, vel hominis eruditioris diligentia, vel audacia ad
D emendationem, si sit corrupta vox neque otiosa vox illa, δυναμένη. Nanque in quinto historiarum oleam ad id ineptam prodit, quoniā sit humidior quàm laurus. Iccirco vult vim illam præualere. Ἀλλὰ δὴ μάλιστα. Hæc est vltima capitis pars, in qua statuit è sua sententia. Sensu experiendum: atque fides facienda, tum ex eo, tum ex medicorū experimentis. Igitur κατ' αἴσθησιν: veluti Batrachia, Pyrethrum, Staphysagria, semen fraxini. Statim enim calorem indicant. Ideò dixit κατὰ τὴν ἀφὴν καὶ γεῦσιν. Alia non statim designant calorem aut frigus, nisi adhibita ratiocinatione. Veluti cùm dicimus, odoratū aut acre. Oportet enim nosse priùs, odo-

A odoratum an sit calidum. Eodem modo de densitate ac raritate. Iccirco dixit, κατὰ λόγον, & πάντα ταῦτα ἐν θερμότητι δοκεῖ εἶναι: vt sit, λιπαρόν: ergo calidum. Sic colligitur: ἄσαπτα, minus putrescentia: ergo minus humida. Εὐπύρωτος. Quia περὶ πυρείων dicebat, ἐκπυροῦται. Id verò esse in Pinu propter pinguedinē. A ratiocinatione omnia. Quia pingue aereum. Itèm porrò. Hæc affinis igni. Ὅσα τὴν τοῦ σιδήρου βαφὴν ἀνίησι. Hoc etiam maiore opera indiget intellectus. Sanè calore obtundi ferri aciem par est. eiúsque rei quotidie facimus periculum. Frigus enim densat: calor laxat. An verò solo calore vis hebetetur illa? Videmus profectò etiam Citriorū succo nihilominus obtundi: quod esse frigidissimum satis constat. Non
B est causa frigiditas: sed lentor illius succi, quo fit aciei minus lubrica subitio. & notabis festiuam loquutionem. Acies gladii cote fit, deducto corpore crasso ad lineæ tenuitatem. Duritia est à natura ferri, Non pauca ipsis ab aquis: vt etiā Poeta dixerit, Salone gelari ferrum. Theophrastus non dixit, τὴν ἀκμήν, sed τὴν βαφήν: tincturam remittere, id est vim, quam ex tinctura nactum est. Χρὴ τοιαύτας δυνάμεων ἀθρεῖν τὰ θερμά. Cùm & tactum & gustum consulendos censeat ad calorem deprehendendum, festiuè tamen dixit, ἀθρεῖν. Hoc enim oculorum est. Sic, audire vocem visa sum militis, apud Comicum. Θερμότητας ἐμποιεῖ. non solùm ποιεῖ, sed etiam ἐν. Quia recipitur species. Hoc enim est sentire. Καὶ πέψεις, καὶ συντήξεις. Hoc percipitur ratione. Quòd facilè, quòd rectè con-
C coquatur: resistentiam non habere à frigiditate. Item τὰ συντήκοντα, καὶ τὰ σήποντα, quæ liquefaciunt ac soluunt corpus, quæque putrefaciunt: iccirco dixit, ἰατρῶν χρεία μαρτυρεῖ. Quo loco non supinè agendum est. Videmus enim hîc ab inferiore artifice superiorem sibi sumere argumenta: quippe à medico, naturalem: idque in re dubia. Διαδιδόασιν τῆς αἰσθήσεως, sensionem distribuunt. An vsus hoc verbo est, vt τὸ διὰ indicaret transitum à sensu ad ratiocinationem? An non est ita: quia iam ipse se sistit in sensu, cùm ait, οὐ λόγου δεῖται. Sed τὸ διὰ, erit à re ipsa speciei transmissio in sensum ipsum. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν. Postrema capitis pars, in qua, quem instituendum iubebat, persequitur διορισμόν. Esse igitur in calidis calida: esse verò e-
D tiam in frigidis. Modestissimè verò loquutus est, ac fortasse nimis. Dixit, πλείω ἐν θερμοῖς. Postea correxit, ἢ οὐκ ἐλάττω. Imò verò πλεῖστα in calidis: in frigidis ὀλίγιστα. Quia igitur in vtrísque inueniuntur: addit, διὸ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσι καὶ ταῦτα ἀμφισβητεῖται. Quæ causa est, vt de iis perquiramus, tanquam de rebus subcontrariis generibus. Τὸ μέν τοι παρέπεσθαι. Quod palàm videtur, concedere cogitur: etiam à frigidis locis calidæ plantæ suppeditari alimētum. Sed dixit, τινὰ τροφήν: quoniam si frigidis penitus alerentur, essent vtique frigidæ. Omninò verò non contemnenda est Menestoris sententia. Si enim calidæ plantę, quæ nascuntur aquosis locis, in sicca loca transferantur, interibūt. Egēt igitur τινὸς illius τροφῆς, id est frigidæ alimo-

FINIS COMM.

A niæ, non qua frigida est, sed quatenus est in humido. Nec verbi contemnenda est consideratio. παρέπεσθαι, inquit. Quasi accessoria sit natura illa frigiditatis: primaria verò calida: quia frigidam illam sibi parat planta calidam. Ἀλλὰ τί ποία. quia dixit τινά, neque explicauit: & requiri posse videt: tātas difficultates differt ad aliam operam. Quantum verò præsenti instituto capi quit: confugit ad humanarum tenebrarum asylum: in quod si quis animi aciem intendamus: non sanè pudeat virum verè sapientem sese fateri nescire: sed pœniteat, si quando se quicquam verè scire professus est. Adducit ergo, ἰσχύω: sanè verò: ac præterea τινά. Atque obiecta hac offa nobis, quam deuorare non potuit, putauit se euasisse.

B Lego, οὐ θερμότερα καθάπερ τὰ σαρκοφάγα. Et αἱ δόξαι πρὸς αὑτάς. Et ὃ δὲ προσεπιλέγει, vt suprá. Et ἄφρων, quid hîc sit, nescio. Et δυσπύρωτος ἐστί. facilis ad ignescendum. Et συντήξεις, non συντάξεις. Et περὶ τῶν πυρείων, non πυρείνων.

Theodorus, μὴ ὁμώνυμον, non cognatione nominis. adderet, solius. Nam etiam vniuoca communem habent nominis rationem. Sed ne Græci quidem satis rectè putarunt, τῷ ὁμῶς capere sola nomina, rerum excludere rationem. Et sanè valet idem τὸ ὁμῶς ἐν τῷ ὁμώνυμον, quod τὸ συν ἐν τῷ συνώνυμον. Ἔτι δὲ τὰ ζῷα. Theodorus aut ex alio codice, aut arbitratu suo aliter legit. Nos quoque ita legimus, ἔτι δὲ τὰ ζῷα τὰ πολυγονώτερα, οὐ θερμότερα, καθάπερ τὰ σαρκοφάγα. Non enim constaret sen-
C tentia contradictionis. Vult enim falsum ostendere: plantas fertiles esse calidiores. Ἡ γὰρ θερμότης ἐξαυξάνειν φαίνεται. Theodorus addidit, immodicé. sanè immodicé. Non enim in naturis formarum quicquam immodicum. Sed τὸ ὁμοιοειδὲς fit κατὰ συμμετρίαν. Neque eum mouere debuit, ἐξ præpositio. Familiaris enim est cum ipsi, tum omnib[us] Atticis, vt mox ἐξαεροῦν. Διαθροῦν, coarctare. Si non scripsit coartuare, errauit, dearticulare. arctare autē παρὰ τὸ ἀρκέω. artus, ἀπὸ τῶν ἄρθρων. Quòd autem malè addiderit aduerbium, immodicè, satis hîc patet: vbi dicit immodicum calorem exiccare, non autem augere. Ἐν οἰκείοις τόποις, suo loco. Mihi tamen plus videtur οἰκεῖον, quàm suū. Suus est cuiusque locus, vbi est: οἰκεῖος non semper est. Est enim οἰκεῖος, idoneus. Καὶ μᾶλλον ἐξαεροῦν.
D Theodorus addidit, magis extenuari. Ἀσαπῆ. putredine immuni. putredinis. Ἀπύρωτος, perfacilis ignitu accedit. Iis verbis nimius sæpe ac frigidus, nec ferendus. Nam quò accedit Pinus? Βαφήν. aciem hebetant. Rectè ex necessitate. consequens, vti dicebamus, pro antecedente. Tingo Græcū est, τέγγω. Mirū, vbi candens ferrū aqua extinguimus, nihilo minus tinguimus. Itaq; si pateretur vsus, βαφὴ hîc est illa extinctio. Ἀνίησι, hebetāt, remittūt. Πέψεις, coctură. concoctiones, in plurali: quia est in vētriculo, in venis, in membris. Ἡ διαμονή. Polleant perdurare. Verbū tamē hoc sēper cum aliquo nomine, polleo viribus, gratia: cum infinitiuo. Græcissat. Εμπήγνυσθαι. cōcrescere. ābigua vox. suprà, torpere. ęquè malé. Gelascere.

IN LIB. PRIMVM.

IVLII CAESARIS

SCALIGERI IN SECVNDVM DE CAVSIS PLANTARVM THEOPHRASTI, COMMENTARII.

PROEMII ARGVMENTVM.

In plantis naturas esse duas, vnam simpliciter, alteram ab arte. Naturam nihil temere instituere. Artem naturæ opitulari.

ΕΠΙΤΟΥΤΟΙΣ τὰς βλαστήσεις. In præcedenti libro disquirebat, vnde sumenda essent argumenta & inuestigationis, & cognitionis naturæ plãtarum: in isne quę sponte proueniunt, an in iis quæ ab arte. Hoc erat fundamentum methodi totius. Nunc generatim hæc duo vult exequi, tam quæ principium suum à sola nanciscuntur Natura, quàm quæ artis opera naturæ aliquid addunt ad eam perfectionem: quæ illis tametsi extrinsecus aduenit, tanquam peregrina: tamen aliena non est, sed habet proportionem & affinitatem futuræ vnionis: ita vt cum principio Naturæ coniungi possit artis supplementum. De vtraque igitur agit hoc libro: de natura priùs, vtpote priore. De arte pòst. Totius igitur libri Synopsis hæc esto: vt huius viri fidem atque sedulitatem cum in eruditione, tum in prudentia quæ in ordinationibus constitit, intelligatur. In prima parte docet, quibus rebus naturalibus plãtæ bene habeant. Quæ illis conferant aut incommodent. Hoc quoad ipsas. Inde ad earum officia: quippe fructificandi. Postea tum ipsæ habitudines, quàm earum officia quibus de causis mutentur, scilicet ad fœcunditatẽ aut sterilitatem. Deinceps de natura seminum, ac de fructuũ mutationibus. In secunda parte quæ ab arte fiant mutationes. Ab his regreditur ad naturas, & agit de accidentibus: nempe de odorum causis. Tum de specierum mutatione. Inde quam ob causam in aliis quædam innascuntur: in terra satæ, non. Hinc de mutuis inter plantas officiis aut noxis. Postremò de mutatione foliorum. Atque hæc, vt quicque occurrerit, explicabuntur: nunc proemiũ aggrediamur. Quæ naturæ soli debent sua principia, hæc & suprà & hîc αὐτόματα vocat, vsitato quidẽ verbo, sed receptro præter rationem. Nam & hîc & alibi, & Præceptor sæpius, ἡ φύσις οὐδὲν μάτην. Quid igitur in naturæ opere prodeuntibus plãtis τὸ μάτην inserere ausi sumus? Præterea

A si acutiùs iudicemus, τὸ αὐτὸ, minus conuenit. Quod enim generatur, nondum est. Quónam ergo modo est, ἀυτὸ ἀφ' αὑτῆς, si nondum est? Est autem caput hoc πρωτομιῶδες, eorum ex genere, quæ semẽtem faciunt futuræ messis in toto libro: maximè Philosophis familiaria, quos nihil arcessere decet superflui. Οὕτω μὴ πρότερον εἴρηται. Quasi non sit argumentum separatum, sed diligentia περὶ τὰ ἐξαλειπόμενα. Mihi tamen commodiùs facturus fuisse videatur, si non dispergeret. Quare non fecit igitur? Quia mos est Peripateticorum, ὡς πύπῳ narrare priùs, quæ deinceps ἀκριβέστερον διέρχεσθαι. Ὡσαύτως. Similiter. Nõ simili modo, mutile: sed simili instituto ad reddendas causas. Διαλεγώμεθα χρεὼν ἕκαστα, ἑκάστοτε scilicet. Et respondent

B inter se voces, χρεὼν, ἑκάστοτε. vnde nostrum seco. Κατὰ τοὺς ἐνιαυσίους ὥρας γινόμενα. Τὸ γινόμενα, tam comprehendit fructus qui annuo prouentu generantur in arboribus non emorientibus, quàm plãtas alias duorum generum: quæque intermortuæ renascuntur ab radice, quæque seipsas radice propagant: idque duobus modis: vel agnata, vt bulbacea quædam: vel prorogata, vnde alii stipites enascantur, vt gramẽ: aut cacumine, vt rubus: aut nodis, vt peruinca: aut semine, vt magna pars. Quæ Naturæ digestio longè est exactiùs à nobis explicata, quàm à Theophrasto. Κατὰ τὰς γεωργικὰς θεραπείας. Altera pars ab arte: quæ Naturæ imitatione naturas iuuat. vel corrigendo, vel demendo, vel addendo. Corrigimus Vitem ridica. Demimus luxuriam, putatione. Addimus fimo succum.

C Correctio autem duplex, aut plantæ, aut circunstantiũ. Plantæ, sicuti de vite dicebamus. Circunstãtia sunt, tellus, aer, aqua. Tellus, vt matrix: aqua, vt alimentum: aer, vt vtrunque, namque & fouet, & alit. Terram corrigimus, puta fodiendo. Eius instituti finis duplex: vnus, vt letior ac rarior fiat, quo (exempli gratia) prorumpens Cinara commodiùs exeat: alter, quò stipes latiùs adolescat, & iustioris capiat crassitudinis incremẽtum. Imitatur autem ars Naturam ipsa propagatione. Quippe vt rubus defixo cacumine sese propagauit: ita vitis brachium demisit vinitor. Item alia ratione

Naturam

Naturam imitatur: vt insitione. Quia Viscum videtur incertum Quercui. Quam legem etiam à casu mutuata est. Natam enim vidimus in Salice Nucem. In stipitis enim vitiosi medullam putrefactam importauerat iuglandem Pica. Δύο γὰρ ἦν μέρη. Duæ partes totius considerationis, Natura & ars. Hæc est vniuersæ summæ partitio.

Παρασκευὴν δεόμενον εἰς τὸ εὖ. Apparatum hunc omnem operam deputat, quæ præcedit opus tale, vt per ipsum dicatur: planta est. Ὁ λόγος δ' ἄμφοιν ἐκ ὁ αὐτός. Hæc est illius consilii ratio, διαλεγώμεθα χρεών. Quia non vna ratio. Simul enim tractanda essent, si vtriusque vna esset ratio.

Οἷον φυστόν. Quomodo οἷον? Non significat similitudinem accidẽtalem. Est enim naturalibus substantiale esse naturalia. Sed τὸ οἷον significat hîc substantialem differentiam. Sic enim dicimus, ποιὸν τι. Ὁ δὲ ἑπιγνωστικός. Tractatus alterius partis pertinet ad ratiocinationem & intellectionem. Propterea quòd habet ars suæ substantiæ principia ab intellectu, obiectum autem à re. Notiones enim sunt artium principia ad agendum. Οὔτε γὰρ ἡ φύσις μάτην. Non his rationem reddit quare tractatio illa sit naturalis, neque quamobrem distinctæ sint eæ duæ tractationes: sed consilii sui, qui instituerit causas & inuestigare & reddere. Quippe si Natura nihil temere molitur, nihil expedit: quænam istæ sint causæ, à quibus & in quas intendit illa, videndum est.

Ἢ τε διάνοια βουλεύει. Similia sunt ergo. Si consultò Natura facit: & consultò naturam iuuat ars. Omne autem simile, est alio modo diuersum: alioquin essent vnum. Vtriusque igitur assignandæ causæ, & quidem seorsum. Ἐπὶ δὲ πρότερα τὰ τῆς φύσεως. Priùs de Natura dicendum: quia prior. Sic Præceptor vbique, πρῶτον δὲ περὶ τῆς πρώτων. Dubitabit aliquis. Cùm à notioribus sit procedendum, quare non incœpit ab iis, quæ sunt arte constituta? Hæc enim notiora nobis. Quippe nos artium principia sumus. Dicendum: in agricultura omnem artem pendere penitus à Natura: neque insitionem cognosci, nisi priùs insita & inserenda agnoscantur, scilicet ab artifice. Nam qui spectat, priùs nouit confusum genus insitorum, quàm partes insitas, aut modum insitionis. At hîc artifex hæc tractat, non spectator: qui non potest desumere surculum nisi à Natura.

D Theodorus, ἢ ἁπλῶς τῆς φυτῆς, atque ex toto plantarum. Atque omninò. Hîc τὸ ἁπλῶς excludit partitiones, & genus designat. Est enim cõfusum quodammodo simplicius, quia paucioribus circunscribitur differentiis. Species autem sũt suo modo aliter simpliciores, quatenus arctioris sũt ambitus. Talis est inter ea proportio, quatenus alia atque alia ratione alterum alterius est vel totum vel pars. Genus enim est ad species totum prædicabile: & tamen est speciei pars in definitione. Verùm de his suo loco. Γεωργικὴν θεραπείαν. Quæ agricultura parit & auget. Id est, ponit operam, vt generentur & augeantur. Non e-

A nim generat aut parit agricultura, sicut statuaria quæ facit formam in marmore. At agricultura non facit, neque formam, neque figuram, neque accidẽtia cætera in Tritico: sed Naturæ solius ea sunt officia. Ars, vti dicebamus, aufert impedimẽta. Veluti cùm terræ mandat semina, quasi remouet horrei solum, quo impediebãtur quin sulcum tangerent: arui superficiem leuat, quæ impedit quominus subeant. Addit etiam quæ desunt conditiones, quas circunstantias nominant. Μέρη, Theodorus transtulit genera. Cicero partitiones generum in species. Οἷον φυσικόν. velut naturale. Imò verò verè naturale, sicut suprà ostendebamus.

CAPVT II.

B *Argumentum capitis secundi. Omnis planta iuuatur hyeme, pluuia & boreali, potissimùm verò nimbis, vetento intus calore à frigore, & adaucto alimento ab humore.*

ΜΕΓΙΣΤΟΝ μὲν οὖν. Enumerat causas efficacissimas atque cõmodissimas ad generatiõnẽ. Quoties, inquit, hyems ὑσρία est, id est suis mensibus. Εὔκαιρος, dixerim, opportuna: non nimis longa, nimis breuis, alieno anni tractu. Hæc prima conditio. Altera, καλὸς. Pulchras vocat hyemes, vt mox declarat, commodas imbrium vbertate borealium, & niuium copia. Omninò verò spirantibus Aquilonibus hyemes candidiores sunt atque apertiores. Etiam si pluit, hilariores eæ pluuiæ sunt. Χειμαδιᾶναι, hybernari, ad verbum. Hybernis affici qualitatibus. Infrà de floribus, χειμαζομένων, qui ab hyeme patiuntur incommoda. Naues in tempestatibus dicuntur

C χειμάζεσθαι, cùm iactationem patiũntur, etiam in æstate: propterea quòd eiusmodi difficultates hyemis peculiares sunt. Βλαστήσεις καὶ λήψεις. Idem quod modò dicebat, ἀθλασίαν. Et aptissimus est connexus orationis. Ἀπὸ τῶν καλῶν χειμώνων καὶ λήψεις βλαστήσεις. Apponit minorẽ syllogismi propositionem per explicationem τῶν καλῶν τῶν χειμώνων, tribus conditionibus. Eæ sunt, πολυϋδρείας, βόρειος, χιονώδης. addit τὸ ἅλον vt colligat in vnum, quòd sit frigus absque gelu, ψύχη ἀνευ πάγου. Iccirco vult aquas & niues, non autem torridã hyemem. Quãquam hæc verò est segetum mater. Pruinis enim satis suppeditatur alimenti: ficco gelu reflectitur introrsum ad radices tota vis: herbæ malè: bestio-

D læque necantur. Vult itaque non abesse gelu penitus, sed suaue esse. Nequit enim hyberna pluuia borealis, esse sine gelu. Διὸ κεκεραμένα. Duo posuit, pluuiam & boream. Duorũ ergo causam dare oportet. Iccirco dixit, reponendum arboribus tantundem quantum subtractum est. Subtractum est autem à fructificatione. Igitur hæc est ratio τῆς πολυϋδρείας. Imbres affluentes esse conuenit: vt exhaustæ fœtibus arbores de integro repleantur. Et moderata est postulatio. Cùm enim scipsas exinaniuerint in ipsos fructus: saltem sibi alimentũ reponi debere. Hæc est ratio quæsitæ πολυϋδρείας. Sequitur quãobrẽ borealẽ esse oportet,

καὶ ταύτην πέψαι καὶ κατασχεῖν. Non satis est accipere succum: seruato etiam, atque etiam cocto opus est. Et hîc peruersus ordo. Cohibetur enim priùs quàm coquatur. Cohibendus autem vt arctiore loco meliùs coquatur: neque laxatis partibus tepore superueniente protinus euocetur intempestiué. Id quod fit Noto flante. Igitur educti flores in hac regione, cui Vulturnus hybernus frequẽtes excitat tepores, Cori verni aut Aquilonis, quorũ vterque sæpe spirat hac anni tempestate, superuẽtu miserè aut vrũtur ipsi, aut astricto pediculo decutiuntur. Vtrunque igitur & detentio, & coctio frigore fit: detẽtio per se, coctio per accidens, coercito calore intus per ἀντιπερίστασιν: quod & suprà dicebamus. Τροφῆς μὲν οὖν πλῆθος ἐν ὄμβρου πλήθει. Maior & minor propositio simul in vna coniunctæ. Ita habemus hîc πλῆθος, quod erat πολὺ ἐν πολυϋδείᾳ. Τὸ δὲ κατασχεῖν: minor propositio alterius syllogismi. Oportet cohiberi succum, vt coquatur & alat: Hæc est maior. Sub ea sumitur altera. Hyeme cohibetur. Conclusio: ergo hyems causa est coctionis & alimenti. πιέσῃ, grauet, premat. Quia terræ densat superficiem. Translatio à ponderibus, quæ premunt. ita calor deorsum truditur ad interna. Καὶ μὴ ἀθρόως ἡ ἐκδιεσμὴ γένηται. Ne excurrat. Id est, ne euocetur vel alimentum, vel calor naturalis. Si enim non comprimatur, exhalabit. Ideò mox dicet, ἡ μαλακότης ἐκκαλεῖται. ἐκδιεσμὴ habet motus principium internũ: ἔκκλησις, externũ. Τὰς γὰρ ῥίζας. Adhuc ostendit τοῦ πολλοῦ καὶ τοῦ πλήθους finalem ac materialem necessitatem: vbi dixit, ἀφθόνου τροφῆς, non modico alimento, sed largo: ergo etiam ἄφθονον materiam poscũt. Imbres igitur. Simul rationem reddit τοῦ ἀφθόνου: duobus verbis, primum est, διαδιδόναι. Quod enim diditur, vt scita atque apposita voce vtar, oportet multum esse. alterum verbum, παντὶ τῷ δένδρῳ. Si tota requirit arbor: magnæ moli magna debetur quantitas ad supplementum. Ὥσπερ κυουμένην. Ratio, quare cohiberi oportet. Quia tametsi multus demittatur humor: tamẽ si non retinetur, non erit multus. Tum si distributione opus est, necesse est diu cõtineri, quod ipse declarauit per σύμμετρον χρόνον, Id est quãtum satis. Quæ necessitas etiam à duobus operibus declaratur: vnum est in participio πεπομένην. Coctio namque est motus. motus fit in tempore. Et coctio est alicuius & aliquãti coctio, neque sola alteratio, sed etiam transsubstantiatio. Partes enim arboris non aluntur aqua, sed ex eo quod fuit aqua, & alia elementa simul. Est igitur alicuius, id est humoris crudi: & aliquanti, id est vt dixit toties, multi. Eget igitur & trãsmutatio multis alterationibus antecedẽtibus: & alteratio multo tempore propter cruditatem: & copia requirit multam pugnam. Deinde est aliud participium κυουμένην. In quo etiam vlterius officium designatur. Non enim est sola πέψις ad alendum plantam: sed & κύησις ad ferendum fructus. Ταχὺ γάρ Hoc aduerbium celeritatis aduersatur commoditati τῆς τοῦ χρόνου συμμετρίας. Quia cæli mollitia præuenit statuti temporis illius προθεσμίαν, & succum

A euocat in germina. Tepor enim laxat. Quamobrem nos in hymno diximus veris clementiam. Διὸ πῦς τε ὄμβρους. Nunc declarat borealium imbrium vtilitatem. Quia si spirant Austri, mollis fit aer: minor propositio syllogismi. maior illa iam dicta fuit: aeris mollitia euocat. Καὶ πλῆθος χρόνος. Duæ causæ commoditatis ex niuibus. Prima: quia iuuat, sicuti rores Cyrenaici, qui præstant imbribus, propterea quòd paulatim subeũt. Pluuiæ verò diluunt, aut glebas detergunt atque auehunt: aut solum densant in crustæ modum. At nix, postquam incubuit, duo facit: dum manet ἀναζυμοῖ, fermentat locum ipsum. Itaque etiam cruda terra dicitur inepta. Intus igitur calorem concludens quem deprehendit, coquit aruum. Deinde cùm soluitur & marcescit, sensim subit. B Adderet: niuem fimi vicem gerere. Omninò enim ex niue fit aliquid lutosum. Ad hæc ita censeo, Niuem multum concepti aeris continere: tota namque spuma est. Omnis autem aer principium cuiuspiam pinguitudinis est. Nix verò ita gelat tellurem, vt non compilet, sed potiùs dissipet. Sub niuibus enim solum non solidum stipatúmve, sed solutum inuenimus. Hoc est quod suprà dicebat, ψύχος ἀνὰ πάγους. Illa verba omnia significant. Διαδύεται. At non pluuia: abit enim. At materiam quærimus ad alimentum. Κατὰ μικρόν. Ergo dispertitum pensum non premit aut suffocat calorem naturalem, sed ita vacat ad operam ponendam ob coctionem. Μὴ ἀθρόον, non confertum, vt pluuia: cuius partes seipsas stipantes, nequeunt inter se cedere. C Μὴ δὲ προσπεσὸν, vnde stipetur solum ex eius casu, tanquam malleo. Tamen quod dicitt πρὸς τὸ ἔδαφος, meliùs πρὸς τὰ ἐντὸς, aut ἔσω, καὶ παρὰ τὸ ἔδαφος. Συγκατακλείουσα, καὶ εἰσαπολαμβάνουσα. Priùs tamen deprehendit quàm includat. Quod tot locis monuimus, transposuit more suo. Et sanè prioris participii prępositiones aptæ sunt. σὺν, notat obsidionem illam. κατὰ, locum inferiorẽ. Sic prior præpositio posterioris. ἐν, designat inclusionẽ. At τὸ ἀπὸ, quid præscribit? actionem præcedentem à niue. Ὃ καὶ τοῖς σπέρμασι. Vt talis hyems apta sit, & ad partiũ in arboribus, & ad totius in genera satorum, generationẽ. Iuuãtur autem semina, propterea quòd subtus cohibita D fouentur commodiùs intimo calore: qui, vt suprà loquebatur, διαρθροῖ. Itaque hîc dicit ἐπισχίσαντα, numerosioribus fibris aucta radice. Quasi radix in fibras scĩdatur. Sic enim scriptũ est, ἀπὸ τοῦ σχίζειν. Non tamẽ verbi genus cõuenit. Quippe ῥιζωθέντα passiuum est: σχίσαντα actiuum. dixisset igitur σχισθέντα. neque ἐπισχίσαντα scripserim: tum quia generis eadem excusatio, tum quia non frequens vsus. Ἐπισχισθέντα potiùs. Itaq; lego, ἐπισχύσαντα, παρὰ τὸ ἰσχύειν: cùm propter densationem in seipsum collectus calor corroboretur ita vt radices agat profundiores atque validiores. Duo posuit, πίλησιν, stipationem atque subactionem. Sic enim subacti panni, qui non filis texti sunt, sed pilis conferti, quales pilei, & quos *filtros* vocant.

Altera

Altera vox est, καταπιέσῃ. Quia fit ex densatione A compressio. Igitur, sicuti dicebamus, non reiicit πάγον, sed vehementem gelu concretionem.

Ἅμα τῇ ἡμέρᾳ διαχαλάσῃ. Vbi primùm cæli tepore laxata est, erumpit ac repentina capit incrementa. Ταχείας καὶ ἀθρόας ἀναδόσεις. Redditiones, cum ipsis reditionibus. Et redit, & quod detinuerat in radice, reddit ad crementa superiora. Idque tum multùm, tum celeriter. Posuit ἡμέραν pro tempore: quòd & nos: voluenda dies en attulit. Ne putes igitur te fraudatum tempore: citò compensat. Ταχείας. Ne putes opus ea dilatione imperfectum: ἀθρόας. Optimum verò ministrum: cuius officium magnum in celeritate. Ἀλλὰ τὰ μὲν σπέρματα. Quia frigoris communes fecerat vtilitates & arboribus, & satis distribuit certas differentias. Sententiæ summa est. B Pluuiis plus arbores, frigore plus iuuari sata. Æstiuas pluuias esse vtiles vtrisque: at seminibus quàm arboribus vtiliores. Itaque vetus quoque verbum fuit: Æstate pluuia, puluere hyberno grandia farra Camille metes. Ideò dixit, προσεπιζητεῖ καὶ τοὺς θερινοὺς ὑετοὺς μᾶλλον. plus scilicet quàm arbores. Ratio. Quia radix eorum minus profunda ex profundo nequit haurire. At soli superficies æstu facilè siccatur. Arbores autem tum demissioribus radicibus è longinquioribus, profundioribúsque, ac propterea minus exuctis locis alimentum sibi parare queunt: tum sibi semper intus habent succi multũ. Itaq; non alimento & humore, sed potiùs calore opus habent, qui eis opituletur ad coquendos iam partos, iam seruatos succos, & C quos conficiãt ad alimoniã, & quos vertãt ad germinationes. Hoc est quod aiebat: ὥστε τρόπον τινὰ μᾶλλον τοῦ συνεργήσαντος δεῖσθαι. Duo autem ponit in satis, πλείους καὶ κατὰ μικρούς. Plus humoris poscunt, quia plus siccantur: sed minutas pluuias: dat rationem, διὰ τὴν ἀσθένειαν. Largiores enim imbres, & substrahunt glebam, atque iccirco thesaurum alimẽti: & sternunt ipsa. Quamobrem facilè putrescũt. Ideò dixit, καὶ ταχὺ πάλιν δεύονται: vt ostendat satis operæ poni posse etiam à minutioribus illis rorationibus. Itaque omnes orationis partes inter se conueniunt. Sicut & illæ: in satis ἀσθένεια. in arboribus ἰσχυρότερα. Dixit autem προσεπιζητεῖ. πρὸς, & ἐπί. D Prior præpositio materiæ additamentum declarat: altera temporis successionem, atque adeò accessionem ipsam. Πλείους, discretas, non confertas sed crebras. Cui respondet illud in arboribus, διάπλεα. Quia calore inaniantur sata, πλείους quærunt: arbores quia διάπλεοι, non quærunt. Σημεῖον δὲ τὸ μὴ βλαστάνειν πρὸ τοῦ ἦρος. Quia dixit arbores non humoris egere, sed calore, adiungit argumentum. Haud priùs germinare quàm ver aduenerit: cuius scilicet tepor συνεργήσῃ: vt anni calor interno calori ferat suppetias, per se imbecillo ad illam concoctionem.

In vtroq; casu, recto & quarto legi potest συγκατακλείουσα, de niue: & συγκατακλείουσαν, de terra: quę calorem cohibeat. Corrige plebeium mendum ἀντιπληρωθῆναι. Et βορείους, pro φορείους. Et θερινοὺς pro ὀρεινές. Illud autem non vulgare, pone pro ἐνδεσμὴ, ἐκδεσμή.

Theodorus, μέγιστον μὲν οὖν, summum omnibus arboribus. scilicet bonum. Etiam Latini. Sic ὡραίοις καὶ καλοῖς, tempestiuam, probámque. Καλοῖς, commodis. Græcè tamen hîc pulchrum significat: & vulgus ita vtitur. Εἰ μὴ κατάσχῃ τὰ ψύχη. Theodorus addidit: frigus vehementius, diutiúsque adiuuerit. Duo errata. Non expressit τὸ κατασχῇ. Et omninò apposuit quod autori contradiceret. Ait enim Theophrastus ψύχη ἀνὰ πάγου. quam sententiam tanti fecit vt adderet asseuerationẽ, τὸ ὅλον. Si vult ergo frigora sine gelu: quid addito fuit opus, vehementia esse oportere atque diuturna frigora? Nec prætereundum quod item per se aduersatur. Si enim opus habet χρόνῳ συμμέτρῳ, B vt scribit Philosophus: non opportunum est aduerbium, diutius: vt adglutinat Theodorus. Ἀπορρυῇ προσπεσόν. influxu corruens vnico dilabitur. delabitur potius. Nam dilabi dicimus, quoties dispersim: vt dilapsi equites, qua salus cuique sese ostenderat. Neque negligẽda vocum Latinarum cum Græcis collatio. Nostrum ruo, Græcum est integrum ῥύω. id per, influxum interpretatus est Theodorus. Et quod erat, προσπεσόν, id est illabẽs, vertit per corruens. Ταχείας ποιεῖ, καὶ ἀθρόας τὰς ἀναδόσεις. Celeriter atque vniuersa erumpunt. Non erumpunt semina, sed effundunt: ἀναδιδόασι.

Ταχὺ γὰρ ἂν ξηραίνονται. Mox siccari móxque madescere. Non est ταχὺ mox. Mox enim ordinẽ consignificat: quippe est aduerbium consequentiæ, C & relatiuum. Quare in secundo commate rectè fortasse: at in priore, nequaquam.

CAPVT III.

Tertii capitis argumẽtum. Rursus ab imbrium euentu probat vtilitates. Vbi tepor toto perdurat anno, vt in Ægypto, æqualitatem illam conferre: vbi intermittitur, vtiliorẽ esse frigoris interuentum. Germinationem esse quasi quandam generationem. Omnem generationem egere mediocri temperamento. Ab aere facilè pati tenellas productiones.

OTI δὲ πολυϋδεία. Fortasse non erat hinc scindendum caput: vna enim tantùm materia est. Rursus namque probat, ab imbribus multas euenire commoditates: D idque Aquilone spirante, non Austro. Iccirco dixit κἀκεῖθεν. Quasi sit additum nouum prioribus argumentum. Ἅπαντα ἀσθενεῖ μᾶλλον. Hoc fuisset falsum. Non enim omnia pluuio tempore diuturno meliùs habent. Non enim fruges, non olera pleraque. Ideò addidit, ὡς εἰπεῖν. Quoniam maior pars. Nam sanè arbores etiam quædam non illam amant imbrium vbertatem. Non enim Mali, non Oleæ, vt alibi dictum est.

Ἀλλ᾽ ὅταν ὦσι νότιαι. Castigat sententię τὸ καθόλου. Non omnis πολυομβρία, quippe non australis, sed borealis tantùm. Australibus enim δυσχεραίνονται

id eſt humore nimio marcent aut fathiſcunt. ϗ ἀσθενέστερα. huc Hippocratis aphoriſmus. Auſtros eſſe graues. ἰσχυρά τε ϗ ἐκπέττει μᾶλλον. vt & ſibi meliùs valeant: hoc eſt ἰσχυρά: & ſint officioſiores ad opus concoctionis, hoc eſt, ἐκπέττει, ſcilicet fructus. & dixit μᾶλλον, quia etiam ſub auſtro maturant, ſed ſub borea plus. Ἅτε τῆς μὲν γῆς. Ratio roboris. Quia terra ſatura eſt. Argumentum ἀπὸ τῆς αἰτίας. Quia, inquam, terra eſt tanquam penu plenum. Ideò dixit eam διάκορον. Poteſt ergo multum ſuppeditare. Hoc ab efficiente: illud à recipiente. Αὐτά τε συνεστῶτα. vox haud facilis ad Latinitatem recipiendam. Significat tamen firmitatem. Conſtatia, inquit ipſe. id eſt non exucta, aut famelica, ſed quaſi in ſuo aere. Καὶ ἐναπειληφότα οἰκεῖον θερμόν. Quia non exhalauit calor. concepto intus calore. ἀπολαμβάνειν. à quo? à frigore ſanè repercutiente. Sic frigus & cohibet intus calorem, & corroborat atque compacta facit. Hoc erat, συνεστῶτα. Ὅπου γάρ. particula γὰρ hîc nullum ſui præſtat vſum. Non enim ab aeris continuata clementia deducere ſimul poteſt arborum felicem habitum, & à frigoris beneficio firmari arbores. Eſto tamen hunc ad modum opportuna ſententia hæc: quaſi occurrat obiectioni. Dicat enim quiſpiam. Quomodo frigoribus aſſignas arborum firmitatem & coctionem? Nam ſanè in Ægypto, vbi frigus nullum, ibi lætiſſimæ arbores, atque fertiliſſimæ. Reſpondet. Ibi aerem quidem eſſe calidum, ſed clementer. Hoc enim eſt, μάλακος, ſuauis. præterea dicit, ἀεί. Quare non fit contrariorum viciſſitudo. hoc eſt illud, ἀντικόπτειν. Nihil, inquit obtundit in Ægypto: propterea quòd eſt æquabilitas. Itaque ſemper eſt εὐτροφία. Duo fauent igitur: ſcilicet aer duabus conditionibus: quia non eſt aſper: quia eſt aptus ad alendũ. Sic & alibi habemus, εὔτροφον, quaſi dicas, almum. Fauet etiam ſolum. Nempe ἄφθονος ἡ τροφή: non autem viciſſitudinaria, ita vt oporteat eam cohiberi, ſi velis poſtea ſuppeditari, quantum ſit ſatis. Et ſanè ſi Februaria frigora non ſuperuenirent: rectè ſuccederet etiam noſtratibus. Tum deinde diluit alteram dubitationem. Quæret aliquis: an boreale frigus illud ſit arboribus naturale. Reſpondet ad hanc ſententiam. Non eſſe, niſi per accidens. Hæc autem ſententia eſt, quæ & ſuprà non ſemel. Πρὸς τὸ ποιοῦ, vt hæc ita fiant. Id quod hæc ita facit, aut in omnibus, aut in quibuſdam, opus habet fortaſſis alio temperamento. Vt non ſit calor elementaris ſolus, calor ſcilicet is qui vulgò ſentitur, ſed alius certus temperatus. Iccirco dixit, τινός: vt ad formam, eiúſque inſtrumentum dirigeret nos. Et addidit ἴσως: quia non eſt hîc locus diſputationis huius, ſed in eo libro qui tractat vniuerſalem viuentium generationem: quem librum tam animalibus qàm plantis oportet eſſe communem. Ἐνταῦθα δέ. Contrà hîc apud nos, atque in Ægypto: quia hîc tempeſtatum vices non ſolùm variæ, ſed etiã aduerſæ. Quamobrem oportet ſtatos eſſe circuitus ac terminos

A germinationum, cáſque certis qualitatũ legibus accommodatas. Propterea dixit, προεκδράμωσι: præuenerint: præexcurrerint. Πρὸ deſignat tempus anticipationis in quo fit excurſio illa, ſiue egreſſio. Ἐκ, notat naturam quæ eis debetur, & ex qua egrediũtur. Nam ſi debet hyẽs eſſe gelida, vt cohibeat ſuccũ, ne erumpens in folia & flores, & ſit tepida, euocatus ille ſuccus atque in germina conformatus, noui frigoris ſuperuentu corrumpetur. Non enim intempeſtiuus tepor ille alieno incubans tepori poteſt perpetuari. Ideò dixit, καθ' ὥραν ἔτους. Id eſt ſuo tempore. Et verbo ſignato vſus eſt cùm dixit, δράμωσι. Anticipatio namque omnis celeritatis nota eſt. Curſus autem eſt crurum motus celer. Δι' εὐτροφίαν, ob alimenti copiam, ſiue à ſolo intelligas, ſiue ab aere. Aer B namque auſtrinus implet. Itaque εὔτροφον aerem dicit ſæpe. Καὶ ἄνεσιν τοῦ ἀέρος, & aeris indulgentiam quæ laxat. Actiuè hîc ἄνεσις. Laxat enim tepor. Hoc eſt ei contrarium, quod ſuprà de contrario, ſcilicet frigore, dicebat. Συγκατακλείουσα. &, πλήσσει, & καταπιέσει. Ἐπιγινόμενα ψύχη. Tanquam ſibi debitum tempus à feſtiua germinatione præoccupatum vindicantia frigora ſuperueniunt. Ἐλυμήνατο in præterito. Quia rei naturam demonſtrat ex vſu Philoſophorum ſic loquentium, vt Laurus erat. Quod enim iam factum eſt in Natura naturale videtur eſſe. Hoc alibi ſubtiliùs diſputatum eſt. Καὶ ἐπέκαυσε, vſſit, de frigore. Sic & Virgilius. & ſanè diuerſarum virium caloris ac frigoris effectus idem in germinibus, floribus, fructibus: Flacciditas pri- C mùm exhauſto ſucco aut corrupto, deinde ariditas, tum caſus, poſtremò color ater. Ὅταν γὰρ ἅπαξ ἐκτήκωσιν. Explicatio eſt commodi & incommodi. Cur à frigore nocetur? Propterea quòd egent aere molli. At cur egent? Quia nõdum firmi fœtus, nondum ſolidi. Οἱ ὄπισθεν χειμῶνες χαλεποί. Seræ hyemes incommodæ: tenella namque germina populantur. Εὐμαλοῦς εἰς τὴν τροφήν. Aeris egent clementis & lenis ad educationem. Figura attributio, quę eſt ſoboles trãſlationis. Εὔμαλης enim eſt affectio rei animatæ, & ἐχούσης μένος: id quod hîc de aere.

Καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Duæ ſunt cauſæ, quibus maximè nocetur arboribus principiis læſis. Vna eſt materialis. Imperfecta materia nequit ſe tueri. Itaque alieno eget præſidio, D quod ſitum eſt in aeris benignitate. Propterea dixit, τότε ἀσθενέστατοι. Altera cauſa eſt penè formalis. Quia germinatio prima videtur eſſe quaſi compendium totius futuri prouentus; cuius felicitas aut interitus in aeris benignitate aut ſæuitia repræſentatur. Sed illud vrbaniſſimé. Τὸ δ' ἀσθενὲς ἀεὶ τιθηνήσεως δεῖται. Quod imbecillum eſt, indiget quaſi nutricationis. Nutricis eget ſedulitate. Perſtat in metaphora τῆς ἐκτροφῆς.

Καὶ γὰρ ὅλως. Maior propoſitio. Omnis mutatio, & omnis generatio opus habet præſidio ad progreſſus faciendos: facilè namque impeditur.

Minor

Minor: Germinatio, & floreſcentia ſunt mutationes, & aliquo modo generationes. Hoc etiam ſuprá ſanè ſubſtantia noua eſt. Hæc autem eſt definitio generationis. Tunc enim generatur arbor, cùm ſemen generatur. Quia ſemen eſt idem numero cum arbore, quæ ex ipſo creatur, quaſi potentia & actus: vt in Trãſnaturalibus declaratum eſt. Ἐν αἷς ϗ πλεῖσται φθοραί. Conuenit hoc cum ſuperioribus. Dicebat enim, τότε γὰρ ἀσθενέστατοι, τῶν καρπῶν ἐρυσιβουμένων τε, ϗ ἀποκεκομμένων, ϗ ἀποπιπτόντων, ϗ τὸ ὅλον χειμαζομένων. Ab ægritudine, ἐρυσίβη, rubigo, quæ eſt qualitas ab humore reſide, vt videbimus. Ἀπόκοψις, contuſio, afflictatio, à vẽto. Etiã ab eodẽ ἀπότριψις: conteruntur enim vel mutua, vel foliorũ, vel ſtipitis alliſione. Sic enim abolẽtur, vbi confligunt. ἀπόπτωσις. Hoc non eſt malum ab aliis diſtinctum, ſed conſequens. Habet autẽ multas præterea cauſas alias à ſuperioribus. Iccirco totum illud colligit vno verbo, quum dicit, τὸ ὅλον: quod alii, συνελόντι. Χειμαζομένων. Denique tot affecti difficultatibus, quot afferunt hyemales tẽpeſtates. Dixit autem, ϗ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, more ſuo, nequid prætermitteret. At quid eſt aliud præter βλάστησιν ϗ ἄνθησιν, cuius ſit generatio? Sanè haud paruũ negotium eſt, intelligere. Nam fructum ſub flore comprehendit. De corticis, aut medullæ augmento ſenſiſſe, nimis leue eſt. An τὰ φύλλα innuebat, quæ neque rami ſunt, neque folia, neque flores, neque fructus? Eiuſmodi ſunt Gallę in Saluia & Quercu, & Cachryes, & Agaricum, atque alia talia. Ἔτι καὶ τὰ ἄγρια μᾶλλον τοῦτο συμβαίνει πονεῖν. Argumentum à potiori. Non eſt dubium, quod & alibi diximus, agreſtia mitibus eſſe robuſtiora. Hæc, inquit, ſentiunt noxas illas. Quippe parturientes ſi quo frigidiore vento deprehendantur, aut calidiore, pereunt. Ἀρτιβλαστῶν, felix vox recẽtem deſignans germinationem. Et quia placidiores auræ, quæ intra frigus illud ſubſiſtunt, non ita nocent: addidit ἄγαν. vt ſit valde frigidus aut calidus ventus. vnde peruulgatum illud, μηδὲν ἄγαν. Et eſt in Aphoriſmis Hippocratis. Ἀπορρεῖ γὰρ ἄμφω, καὶ ἀπόλλυσιν. Nota ἀπορρεῖ actiuum, vt vulgò loquuntur: vt nos emendauimus, tranſitiuum. quomodo eſt vſus ſæpe Virgilius. Quod penè ſemper in compoſito, diruo, eruo, ſubruo. Infrà verò poſuit abſolutè more vulgatiore. Cætera plana ſunt.

Lego ἀσθενέστερα, non ἀσθενέστεραι. Sic etiam ἰσχυρά. nam ἐκπέττει, numero ſingulari, qui non cõuenit fœminino flexui plurali. Apud Pindarum ſuper hoc videndum, an corruptus ſit codex. Et διάτε τὴν εὐτροφίαν, non autem ἀτροφίαν.

Αὐτά τε συνεστῶτα, vtpote quæ ſibi conſtent. Theodorus omiſit, ἅτε τῆς γῆς διακόρου οὔσης. Siquidem ſatura tum terra eſt. Compacta, dixerim ξυνεστηκότα: ſicut infrà, ξυνεστηκότων, καὶ ἰσχυόντων τῶν καρπῶν, καὶ τῶν δένδρων, ſolidis non laxis. Sic Liuius de Gallis, corpora calore fluxa. Μηδὲν ἀντικόπτειν, nihil retorqueat. ἀντικρούειν, vnde ἀντικρουστικὰ medicorum: repercutere vulgò dicitur. retundere, ad verbum. ἀέρος εὐτρόφου, cæ-

A li clementia. Non explet. ſed aer alumnus. aer genitalis aliud ſignificat, ſimile tamen. Πρὸς δὲ τὸ ποιοῦ ἢ πάντων, ἢ τινῶν. Ad rem tamen, quæ omnia hæc, aut aliqua ex his faciat. ad rem, id eſt ad naturam. Τινὸς ἑτέρας κράσεως, alia conditione. Non exprimit conditionis vox temperamentum. Eſt loci, eſt cæli, eſt operæ, eſt ipſius temperamenti conditio. Itaque expreſſum oportuit.

Ἐὰν μὴ καθ' ὥραν, ſi non tempeſtiuè, optimé. vt apud comicos toties, In tempore aduenis. Εἰς τὴν ἐκτροφήν, quo adoleſcere poſſint. rectè. Τιθηνήσεως δεῖται. Tutelam, & quaſi officium nutricis. rectè. nutricationis egeat. Ἀποκεκομμένων, perciduntur. verbum ſiniſtrum. ceduntur aut abſcinduntur. tunduntur potius, vt ſuprà ἀντικόπτειν.

Τὸ ὅλον, ad ſummum. rectiſſimé. Ἀπορ- B ρεῖ γὰρ ἄμφω, καὶ ἀπόλλυσιν. Vterque partus labefacit atque interimit. addidit partus. Labefacere, ad vnguem eſt, labi facere, ἀπορρεῖ, vnde labes propriè, cùm terra ſubſidet. In vſu tamen eſt ſignificatus concuſſionis, quæ lapſionem antecedit. vt, -labat ariete crebro Ianua. niſi ibi quoque caſum iam ipſum intelligas. Addit enĩ, -& euerſo procumbunt cardine poſtes.

CAPVT IIII.

Quarti capitis argumentum. Quæ ſint tempeſtiuæ pluuiæ: & quare ad fructuum productionem atque perfectionem.

C ἘΠΟΜΕΝΟΝ δέ πως τούτοις. Pluuia quidem ſubſtantia eſt, ex qua fit plantis alimentum: eius autem qualitates efficiunt plantarum affectiones. Quippe naturalis humiditas, & caliditas interior, & extrinſecus adueniens, vel harum vtrauis, vel aliarum quæpiam, cauſæ ſunt commodorum vel incommodorum quæ plantis eueniunt. Propterea deducit hæc à quantitate Philoſophus: hoc eſt enim πολυϋδεία. Item à qualitate: nempe ab Aquilonum & Auſtrorum temperatione. Nunc alias adducit conditiones ad ſimilia: quippe à tempore, quod duobus modis conſideratur: aut pro ra- D tione temporum anni: veluti cùm vernas, aut æſtiuas pluuias dicimus: aut reſpectu ad plantas: videlicet ſi ante germinationem, aut poſt, aut cum ea ſimul contigerit. De prima iam ſuprà: de altera nunc, tribus capitibus. Primo capite ſupradictas repetit ab anni tempore. eas eſſe optimas. Proxima bonitate eas, quæ ante germinationem. tertia vtilitate, poſtquam defloruerint. Hęc eſt prima capitis pars. In ſecunda repetit id quod ſecundo tractauit capite.

Ἑπόμενον, conſequens. Etenim pluuiarum conſideratio, quatenus antecedunt aut ſequuntur germinationem, appendix eſt conſiderationis illius, quæ perpendit hybernarum aut aliarum

vtilitatẽ. Ratio, quia germinatio est actio. omnis actio in tempore. hyems, ver, æstas, temporis partes: Περὶ τῶν ὡραίων ὑδάτων. tempestiuas aquas vocat τὰ ὡραῖα, non ab horis, id est anni temporibus: (hoc enim iam suprà) sed opportunas quatenus obeunt commodè plantarum affectiones. sic ὡραία virgo dicitur, non ab anni partibus, sed ab ætatis opportunitate. Sic apud Virgilium, iam matura viro. & apud Horatium, tempestiua viro. Ibi verò signatissimè, ὡραιότατα τὰ χειμερινά. quia χειμὼν ὥρα est. Δεύτερα δὲ τὰ περὶ βλαστήσεων. Nunc τὰ ὡραῖα, id est apta commodis. Cicero tempestiuum. Οὕτω γὰρ ἀθροωτέρα. Ratio, quare τὰ περὶ τῶν βλαστήσεων. quia copiosior, & melior materia. rationis ratio: ἐκπληρωθέντων πάντων ταῖς μορφαῖς. Efficacissima vox: non solùm τροφήν, sed etiam μορφήν. Forma namque intus agit. dicat aliquis. Ergo forma extrinsecus affertur iam formatę rei, ac per se consistenti. Dicendum: non afferri nouam formam, qua totum fiat: sed materiam super quam extendat se forma interior: id quod cremẽtum appellatur. Crementum enim alibi diximus non esse generationem: haud tamen fieri sine generatione. Fit enim accessio materiæ, cuius forma corrupta post multas alterationes, introducitur forma corporis, quod ali debet. Atque inde fit vnio naturalis, id est vnum sub vna forma. Nam prius fit vnio mathematica quantitatum duarum, quarum extrema ex contiguis duobus fit vnum continuum. Ἐκπληρωθέντων, expletis. τὸ ἐκ significat complementum expletionis. Ἀβλαστεῖς, non penitus, ita vt tota priuentur germinatione, sed κακοβλαστεῖς: sicut apud Præceptorem ἄποδες vespertiliones, & Cypselli. Τῶν μὲν ἐχόντων, τῶν δὲ πεπομμένων. Haud temerè Theodorus verba hæc vel abiecit, vel dissimulauit. Nam quomodo essent ἀβλαστεῖς ἄμπελοι, si partim haberent, partim coquerent? non enim coquitur quod non est. Τρίτα δὲ μετὰ τὴν ἀπάνθησιν. Tertius vtilium pluuiarum ordo est, postquam flores lapsi sunt. In illis enim esse vtilitatem ad materiam & formam generationis. In iis enim iam spectat Natura πρὸς τὴν μορφήν. intelligit fructum ipsum. Vt iam suppeditatæ, iam præparatæ materiæ, iam factæ idoneæ ad formę susceptionem, forma inducatur: non sanè ab ipsis aquis, sed à facultate formatrice. Et quia forma est perfectio, dixit τὴν τελείωσιν. Ita exprimit Peripateticam formæ appellationem. ἐντελέχειαν enim vocant. Τελείωσις autem est τοῦ τέλους ἐπίθεσις. Ταῦτα δὲ οὐκ εὐθύς. Quoniam statim à subeunte fructu pellitur flos atque aboletur: posset intelligere quispiam; tum primùm illico prodesse pluuias. Non statim, inquit: ἀλλ' ὅταν ὁ καρπὸς ἰσχύσῃ. Cùm fructus paulo robustior est. Sic & Virgilius; frons tenera imprudénsque laborum. Et idem hoc suprà iam professi sumus. Εἰ δὲ μή. Hîc duas partes. Si non accesserit pluuia: cadunt humoris inopia. Si incesserit non consummato fructu: aut cadunt humore obruti: aut si non cadunt, marcore corrumpuntur. Hoc est, διυγραινόμενα, humore nimio soluta. Duæ condi-

A tiones deprauationis: χείρω, quoad vsum: ἀσθενέστερα, quàm vt durare queant. Idque bifariam: aut in arbore ad perficiendum, aut decerpti ad seruandum ob vsum. Τὴν δ' ἐλαίαν. Adeò sunt ad fructus fluuiæ necessariæ, quibus materia suppeditetur: vt etiã si sit materia, & aliorum dirigatur: fiat casus fructuum. Id quod in olea contingit, vbi noua superuenit ramorum germinatio. Tunc enim cadit oliua defraudata succo, qui abeat in germina. Hoc est quod dicebat: ἅτε τῆς τροφῆς ἰούσης εἰς τὴν βλάστην. Est autem hæc Oleæ ἰδιότης. Ἀωρία. transitio. Intempestiuè, inquit, eæ pluuiæ: at illæ pessimæ, quæ florescentibus ingruunt. Ἀωρία, nota vocis mutationem ex compositione. ὡραῖα, non dicitur ἀωραῖον. Χείριστα, καὶ προσκαιρότατα. Simpliciùs dixisset, B ἀκαιρότατα. Nam sanè quod serum est, rectiùs dicitur παράκαιρον: propterea quòd præterierit occasionem. Quod anteuertit, ex vsu potius ita dicitur, quàm ex verbi etymo. Nostrum præter, meliùs accommodatur: quia in eo inest, præ, quod anteuertit. nisi mauis acutiùs, è contrario. Quæ serò veniunt, ea non amisisse occasionem, quam reliquerint: sed contrà potius ipsam non esse assequuta. Περὶ τὰς ἀνθήσεις. Si verum est, aquas incommodare fructibus, qui nondum corroborati sunt: quanto magis floribus? Ideò dicebat, πάντα γὰρ ἀσθενῆ. minor est propositio syllogismi. Τὰ μὲν ἐρυσιβούμενα, enumerat incommodorum species. Pereunt, inquit, aut labuntur, vel rubigine, vel marcescentia. At quæ C non cadunt, degenerant præter pauca. Καὶ τοῦθ' ἧττον ἐστὶν ἐν τοῖς φρυγανικοῖς. ita lego absque nota negationis. Hoc minus euenire in fruticibus. causam ponit ambiguam. Aut, inquit, propter occultam vim, aut propter manifestam siccitatem, qua resistant illi nimiæ humiditati. Tria statuit genera in enumeratione, φρυγανικὸν, summum, & sub eo, στεφανωτικὰ, καὶ πόαι, καὶ χέδροπα. Ἐ αὐτῶν τε καὶ προσφύσεων. Duo subiecta roboris illius, quo resistunt calui: tota planta, & priuatim pediculi. Hoc enim est πρόσφυσις, qua hærent. His caussis ita designatis, non sunt otiosa verba illa, ἄγρια καὶ αὐτόματα, namque agrestia sicciora & robustiora. Αὐτόματα verò esse validiora multę persuadent demonstrationes, & nominis ipsius pars, αὐτό. Quod enim seipso autore facit, αὐτοκράτωρ D est. Locus præterea & cælum, in quo & sub quo potuit nouas formæ prolatio in materia comparari: poterit etiam fouere iam constitutam. Ῥόδον καὶ κρίνον. validiorum exempla. Ὅσα τούτοις ὅμοια. vt Lilium conuallium, Hemeroacles, Narcissus, Hyacinthus. Ἀναλαμβανόντων τὸ ὑγρόν. Ratio, quare siccæ non patiantur ab illis imbribus. Quia, inquit, facilè absumitur humidum. Superfluum illum humorem depascitur sibi illorum arida natura. Ἐπικρατεῖ γὰρ οὕτω τὸ κρατοῦν, ἀπαθές. Iucundissima oratio: cuiusmodi fuimus olim vsi in epitaphio patris mei viri fortissimi. Victum ab eo toties fatum superauit. Præpositio ἐπὶ præualet. Sicuti

cuti Latinè dicimus, præponderat. Τὸ κρατοῦν, est aqua valida. ἐπικρατεῖ, eam siccitas superans superantem. ideo remanet ἀπαθής. Hæc sic ad exercenda iudicia. planiùs atque apertiùs, τὸ κρατοῦν, siccitas suo robore, post pugnam ἐπικρατεῖ, vincit: itaque non patitur. Ὧν δὲ εἰ καὶ προχρονιώτερα. Demonstrationis partes hunc ad modum ordinabuntur. Tempestiuæ pluuiæ ob incrementa sunt eæ quæ sequuntur fructuum inchoationem, & perfectionem antecedunt. Igitur quæ plantæ serò maturant fructus suos, in tam amplo interuallo licet eis expectare pluuias: atque iis etiã si seræ sunt, frui. quæ significauit illis verbis, τούτοις ὡραῖα καὶ τὰ ὀψιαίτερα. Sanè conuenit, vt ne sint seris fructibus seræ pluuiæ: par enim naturæ ratio: par ergo caussis effectus atque etiam euentus. Ἁπλῶς δὲ ἑκάστοις. Quia non est omnibus eadem προθεσμία, id est præstitutum tempus vnum perfectionis, vt simul colligat sub vnam præceptionem dissita genera, dicit: in summa esse vtiles pluuias ante cuiusque perfectionem. Notanda loquutio. ἑκάστοις. ἑαυτῷ. Διὸ καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς ἅπασι καιρός. Conclusio est demonstrationis, cuius propositio maior erat illa: Sub floris perfectionem tempestiuæ sunt pluuiæ: non omnibus idem tempus perfectionis: non igitur omnibus eadem pluuiarum ratio tempestiua. Ὥσπερ ὁ τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν βλάστησιν. Comparatio superioris capitis cum hoc, id est germinationis cum fructificatione, & temporum cum temporibus. Omnibus hyems confert ad germinationem: at non omnibus pluuia eodem tempore ad fructificationem. Cætera plana sunt, vbi ponit inter ea quæ temperiùs proueniunt, trimestres fruges. Ἁπλῶς δ' ἀεὶ τὰ βόρεια βελτίω. Repetit hac parte capitis, quæ priore dixerat capite. Τὴν ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω. Vsus eorum diuturnior. Rationem adiungit & antecedentis caussæ, & coniunctæ, & ante has procatarcticæ. Coniuncta causa est ἡ σύστασις τῶν καρπῶν. Fructuum firmitas ex soliditate. Huius caussa antecedens est in arbore. Qualis enim arbor, talis fructus: ideò dixit, ξυνεστηκότων καὶ τῶν καρπῶν, καὶ τῶν δένδρων. Ita sanè habent huius consistendi atque perdurandi facultatis caussam in principiis maternis, id est in arbore. Procatarctica verò caussa est in illa voce ψυχρότερα. Frigus enim densat. Quæ propositio est in hac humana caligine vltima: nec habet vlteriorem in quã resoluatur. Nemini enim compertum est, quã ob caussam quóve modò frigus denset, calor laxet. Est igitur ὁ καρπὸς, opus: τὸ δένδρον, opifex. Item boreas opifex, frigus opera, firmitas in arbore opus, atque etiam in fructu. Vnde fit ἀπόλαυσις. Ἀφαιρεῖ τὸ περιττόν. Alia vtilitas. Non solùm non addit quo marcescat: id quod Austrina facit pluuia διυγραίνουσα: sed etiã aufert superfluum. quippe frigus cogit, cogendo exprimit. Inde lachrymę & coryzæ nobis. Atque idcirco exprimendo siccat, ἀποξηραίνεται. καὶ οὐκ ἐᾷ προσκαθήμενον διυγραίνειν. Hoc vbi caussas tractat rubiginis, apertiùs declaratur: ex humoris insessu situm contrahi ac marcessere. Ea nanque rubigo

A est. Προσκαθήμενον: inuidiosum verbum, insidens, incubans. Οὐδ' ὑπὸ ἡλίου συνεψόμενον λυμαίνεσθαι, neque permittit ab humore nimio solis penitum fatigari. Si enim plus satis humoris insideat, id quod à Sole concoqui oportet, non concoquetur. Computrescent ergo. Διὸ καὶ τὰ ἐπιγινόμενα πνεύματα ὠφελεῖ. Conclusio. Non solùm antegredientes flatus iuuant, quia materiam suppeditãt: verumetiam posteriores, si sint boreales: propterea quòd demunt de difficultate concoctionis exucta materiæ portione. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προσπλήσια. In hac extrema capitis parte persequitur analogiam. Qualis proportio borealis frigoris ad austri teporem, talis nocturnæ pluuiæ ad diurnam: reddit rationem. ἀπόλαυσις maior, χρεία scilicet: B quia non illico absumitur à Sole quæ noctu cadit aqua. Καὶ τῶν ἄλλων ἀκινδυνώτερα. Vbi non est negligenter intelligendum. Primùm non declarauit quid quantúmve inesset in diurna pluuia periculi. Deinde non est æqualitatis ius in partibus comparatis. Nam si boreæ flatus plus iuuant, quia detergunt magis: & Sol detergit: sub Sole quę fient pluuiæ conducibiliores esse videntur. Dicendum, non in eo esse vim comparationis, sed in tepore: vt Solis tepor austrinæ mollitiæ similis sit: similiter igitur agat. Quare non differet quod sequitur, à priore commate huius periodi. Idem enim est esse ἀκίνδυνον, & μὴ ἀφαιρεῖσθαι τὸ τρέφον ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Tamen aliquid excogitandum est, C quo diurnarum imbrium colligantur incommoditates aut pericula. Et sanè impræsentia nihil succurrit, nisi rubigo. Sol enim incidentem vritatq; corrũpit humorem, quem discutere nequit. quanquam nocturnas pluuias in sinubus florum adhęrescentes superueniens Sol sequenti die perinde vertat in fuliginosum lentorem illum, qui à calore dicitur Rubigo.

Lego, sicuti monebam, absque negatione, καὶ τοῦθ' ἧττον ἐστί. Et, χεῖρον ἀνθεῖ, non ἀνθεῖν.

Theodorus, ἀθροωτέρα, καὶ καλλίων ἡ βλάστησις. Pleniùs & lætiùs germinatio agitur. Hoc verbo sæpe vtitur ad hanc formam, peregrina sanè phrasi. Aliud enim est agere, aliud facere. Sicut & Gręcè, aliud δρᾶν καὶ πράττειν, aliud ποιεῖν. Et ἀθρόον non D non est plenum. Nam compleri potest generatio etiam particulatim, vt in Secale & aliis, quemadmodum in priore quoque libro declaratum est. At ἀθρόον dicit totum simul germinare, quantum debet, non autem differri spatiis aut interuallis. Id quod & materiæ copiam & facilitatem (quippe sicca est contumacior) & virium facultatem vegetiorem indicat. Ἐκπληρωθέντων ταῖς μορφαῖς. Cùm plenè omnia suas formas receperint: mihi videtur minus esse vsitata loquutio hæc, plenè recipio. Cicero vtitur explendi verbo ita vt hîc sit accommodatissimum. τὰ μὲν ἄλλα καὶ ἀπορρεῖν, cæteri quidem fructus. Qui cæteri? Non ita est, sed τὰ μὲν ἄλλα, ἐπιρρηματικῶς. Et Latinè dicimus, aliàs: hîc ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Partim delabi: quæ non delabũtur: tamen adeò corrumpi, vt speciem amittant. Alio flexu orationis dicatur idem, οὐ μό-

οὐχ ἱερωγίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποῤῥεῖν, vt tunc sit prorsus incommodatum. Τὴν δ' ἐλαίαν καὶ ἐπιβλαστούσαν ἀποβάλλειν. Omisit vim præpositionis illius ἐπὶ, non opportuna negligentia. Cuiusmodi verò sit illa loquutio, oliuæ germinibus intereunt: equidem nescio. Sic dixit (vti dicimus) interire fame. Sic nemo dicat, exilio interire. Sic regnum cùm affectauit M. Manlius, atque eam ob rem interfectus est: nemo dicat, regno interiisse. Ἀωρεία μὲν οὖν ταῦτα: χείριστα δὲ καὶ παραχρειέστατα πρὸς τὰς ἀνθήσεις. igitur intempestiui imbres sunt pessimi, atque ex toto importuni. Omisit παράβασιν, & vnam tantùm fecit orationem, quæ duæ sunt. Est enim epilogus superiorum more Græco, cum transitu ad sequentia. Igitur ii imbres, qui sequuntur B illico florum casum, pessimi sunt, quia intempestiui. Sequitur altera sententiæ pars. Illi verò qui florescentibus ingruunt, longè pessimi. Maluit integrum inopportuni, quàm vsitatum importuni. Τὰ δ' ἐπιμένοντα. Quæ autem resistere potuerunt. non pote meliùs aut pleniùs. Nam ἐπιμένειν significat & manere & sustinere: quorum vtrunque expleuit verbo vno. Καὶ τοῦτο οὐχ' ἥττον δεῖν. Sic etiam cum ipsa negatione legit Theodorus: Quod in fructicũ genere animaduertere licet. Imò verò minus id euenit fruticibus & coronariis, quia minus humida. itaque mox, ταῦτα δὲ διαμένει. Διὰ τὴν ἰσχὺν, propter soliditatem. Tamen solida non sunt, sed vacua & arundinacea omnia legumina, sicut & cæterorum stipulæ cerealium. Προσφύσεων, retinaculo. Pediculos C intelligo calyculorum: retinaculum, officii vox est: πρόσφυσις, naturæ. Ἐπικρατεῖ γὰρ οὕτω τὸ κρατοῦν ἀπαθές. Theodorus aliter legit, ἐπικρατεῖ γὰρ οὕτω: τὸ δ' ἐπικρατοῦν ἀπαθές. Facilior oratio: nostra est acutior. Τὴν ἀπόλαυσιν ποιεῖ πλείω. Faciunt vt plantæ amplius humore sibi oblato potiantur. Non explentur Græca Latinis. Quoties quippiam nanciscimur, eo sanè potimur. Potimur enim eo quod est in potestate nostra. at ἀπόλαυσις plus est. quippe vsus aut fructus. Multa nobis eueniunt, quibus frui non possumus. Ita etiam diurnæ pluuiæ plantis contingunt. At eis non fruuntur plantæ, quoniam subtrahitur à Sole multum. Itaque οὐκ ἀποτυγχάνουσι μὲν, οὐκ ἀπολαύουσι δέ. Denique sic statuendum ex vsu Latinitatis: vt qui frui- D tur, potiatur: qui potitur, non continuò fruatur. Cæterùm, quod toties testati sumus, pauci purè loquuntur. Οὐδ' ὑπὸ ἡλίου συνεψόμενον λυμαίνεσθαι, neque æstu Solis afficere sinunt. Nullus est in hisce verbis sensus. Neque quod apparandum est concoctioni, à Sole vastari. Vastum enim est vacuum. Suggens Sol euacuat. Ea est læsio quæ Græco verbo significatur σειαιρεῖ, detergunt: optimé. Absumit, ad verbum.

CAPVT V.

Quinti capitis argumentum. Qui venti commodiores, & quare. Loca non omnibus eadem. Austrinis borealia feliciora. Loca oportere aperta esse, atque ventorum flatibus exposita.

ΤΟ'Ν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν πνευμάτων. Quoniam pluuiarum commodã, aut incommodam naturam deduxit à ventorum substantia & qualitatibus: vt analyticam expediat rationem, tractat etiam ventorum ipsorum ex naturis vtilitates. Et quia ventus, tametsi non est aer motus tantùm (vt in meteoris declaratum est) sed aut sola exhalatio, aut ab exhalatione pulsus aer: tamen quia id est in aere, quod aqua fluminis in terra: ita recipit ab aere qualitates, sicut à terris quas transmittit fluuius. Igitur Auster è siccis flans, humidus est nobis propter mare, quod trãsmeat: vnde ab hauriendo Latinum nomen. Item Vulturni eadem consideratio. Nam tametsi causa non absimili calidus est & Italiæ & Prouinciæ: tamen hic in Vasconia frigidus est interdum: sanè quoties Aruerni montes niuibus tecti sunt. Ii nanque inter illius exortum, atque hanc interiacent regionem. Hæc est causa propter quam de aeris hîc scribit qualitatibus. Hęc est prima capitis pars. In altera disputat de locorum differentiis: in quibus etiam petit argumentum ab animalibus. In tertia parte considerat locorum conuenientes cum plantis conditiones. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. Eadem ratio ventorum. Nam si pluuiæ Aquiloniæ sunt meliores Austrinis: sanè ipsi item Aquilones Austris erunt meliores. Ab effectu noto ac probato ad causę cognitionem. Καὶ τὰ πόντια. Ventorum differentiæ substantiales ab exhalationũ substantia sumuntur, & qualitates propriæ à qualitatibus propriis. Accidentia verò locorum naturæ debentur. Locorum natura duplex, aut à quibus, aut per quæ. Prior ratio magis vniuersalis initur per orbis dimensiones. Ita distinguuntur in Aquilonem, Austrum, Fauonium, Subsolanum primò, mox in alios per interstitia. Ab Oriente nanque, Occidente, Polis aut Polorum tractibus flant. Hoc ideo sic distinguo, propterea quòd Auster nõ flat ab Antarctico nobis, sed ab Æthiopia aut Libyæ montibus, qui à Meies Atlantis promontorio ad Mareoticas penè paludes pertinens, separat à Libyæ desertis oras Africæ maritimas. Hic est modus vniuersalis. Priuatim verò ventis adiungunt varias qualitates loca (sicuti dicebamus) per quæ transeunt. Prioris autem modi etiam ratio particularis est à priuis locis. Quidam enim spirant à terra, quidam à mari. Hos igitur hîc comparat inter se. Eos qui à mari veniunt esse frigidiores, quàm qui à terra. Quę tamen sentẽtia si simpliciter accipiatur, haud semper tuta est. In Italia tota, Prouincia, Bethica, quin vniuersa Græcia, Austris, Africis, Euris longè frigidiores sunt ii qui à terra surgunt. In Italia ab Alpibus Noricis, Carnis, Illyricis, Gallicis, Apœnino. In Prouincia ab Aruernis montibus, Cemenis, Pyrenęis, Allobrogibus. In Græcia ab Oeta, Hæmo, Rhodope, Olympo. Καὶ τὰ ἀπὸ δύσεως τῶν ἀφ' ἕω. Quoniam qui venti vel sequuntur Solem, vel antecedunt, ii Solis naturam videntur participare. Orientales autem cum Sole.

le. Subtiliùs hæc digessimus alibi nos. Frigidiores A enim sunt ab Oriente nocturni, ab Occidente calidiores, quia Solis impressio recentior est. Καθόλου τὰ ψυχρά. Maior syllogismi propositio, similis superiori. Frigida omnia conferre. Cæterùm quia frigus (vti disputauimus alibi) non facit ad opera naturæ per se: non potuit hoc axioma verum esse in omnibus speciebus, locis, temporibus, ætatibus germinum aut florum. Idcirco subdit, quibus castiget audaciam notæ vniuersalis illius, καθ' ὅλου. Prima moderatio est cùm dicit, ὡς εἰπεῖν. Altera, cùm explicat fusiùs sic, ἐὰν μὴ ἀρτιβλαστῆ ᾖ. Frigidi iuuant flatus, modò ne sint etiamnum tenella germina. Felix compositio Græcis, νεογνὰς, νεώνητος, ἀρτίτοκος, ἀρτιβλαστής. Hæc est exceptio atque præscriptio illius καθόλου. Sequitur ra- B tio. Τότε γὰρ ἀποκαίει. Hoc etiam suprà dicebatur. Multa enim hoc in capite repetuntur, quæ pridem dicta fuerunt. Βελτίω δὲ καὶ τὰ ζεφύρεια. Quia dixit τὰ ἀπὸ δύσεως, declarat, quæ. Sunt enim tres, Africus, Fauonius, Corus. Ex iis eligit temperatiorem. Nam & suprà & infrà laudauit συμμετρίαν. Non solùm autem ex Occidentalibus Zephyrum potissimùm commendat ipse: verumetiam nos (si Græcis credamus) anteponere non dubitabimus. Genitales enim semper Zephyros canunt. Itaque eius vel comitem, vel sobolem, vel coniugem attribuere Chloridem, quam & Zephyritida vocant. Vernæ enim iucunditatis autorem faciunt ac patrem. Καὶ αἱ τροπαί. Aliam apponit non à loco, sed à tempore conditionem. C Solstitiales hîc ventos designat, figuratè quidem. αἱ τροπαὶ ἀντὶ τοῦ τὰ τροπαῖα, siue τροπικὰ πνεύματα. Sicut ἵππος ἀντὶ τοῦ ἱππέως, Africa terra, pro Afri. Et apud Hippocratem, τὸ πῦρ ἀντὶ τοῦ πυρετοῦ. Sic Ver sanum dicimus, id est Veris qualitates sanitatem facere. Καὶ ὅλως αἱ αὖραι. Nunc ἀκριβολογεῖται per gradus. ἄνεμος, ventus: validius, πνεῦμα: αὔρα, vnde nostrum aura, flatus clementior. Hanc dicit vtilem: vehementem illum abiicit. Dicitur αὔρα, παρὰ τὸ ἄω καὶ ῥέω. Spiritus fluens. ἄνεμος autem est emissio, veluti è carceribus quadrigarum cum impetu. Auræ non apposuit epithetum: significatus enim placidæ fluxionis illius est vsitatissimus. Vẽtis autem apposuit, quibus declararentur incõmoda. Sanè σκληρῶν καὶ διατόνων. Durum dixit ventum optima translatione. Definiũt enim durum, quod D non cedit: ergo retundit. Addit & aliam maleficii potentiam, διατόνων. Duo significat vox hæc, vehementiam & perpetuationem, id est pertinacem contentionem. hoc enim designat διατείνειν. Et conuenit huic duritia. Sic enim intenta chorda duritiem acquirit. Vbi est iucunda sanè disceptatio. Nam duritia videtur esse propter partium propinquitatem. vt lapis densior durior. Quónã igitur modo duritia succedit partium discessioni atque laxationi? Tympani enim membrana tenta laxior: quippe diductis partibus, nempe longior fit ac latior, & durior tamen. Primùm dicendũ, non omnia densa dura esse. Non enim aquam. Deinde, non omnia dura densa. Densior est cera, quàm pumex. Tum acutius videndum: partium laxitatem in corio non esse vel causam, vel fundamentum duritiei. Neque veram ibi esse duritiam. sed quia per distentionem chorda tam rara facta est, vt porrò nequeat rarior effici neque distendi, nisi rumpatur: ne rumpatur, non cedit tactui: à violento verò impulsu rumpitur. Τὸ μὲν γὰρ τρέφει. Voluit dicere αἱ μέν. De auris loquitur. Alunt auræ, quia sensim induunt aerem: aer autem multis locis δίτροφος dicitur. Θάτερον δὲ πιλοῖ. Quia dixit σκληρῶν. Sanè durum compilat ac stipat. Καὶ κωλύει τὰς αὐξήσεις. Accretio enim est additio substantiæ quantæ per omnes dimensiones. Oportet ergo extrema promoueri. Quod igitur cogit & cohibet, prohibet terminorum promotionem. & quod stipat, angustat meatus. Non igitur subire quit alimentum. At crementum sine alimento nullum. Est enim altrix auctricis administra. Ἰσχύει δὲ ἕκαστον. Nequis putet hæc, quæ dixit, esse talia simpliciter: ea reducit atque refert ad regionum rationes. Aliis enim alia conferre. Κατὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. Non solùm secundùm regionem, sed etiam secundùm situm. Regionis conditio est, aut à cælo: veluti cùm dicimus Austrinam, Aquiloniam: aut à modo terrarum, vt sicca, vda, montana, campestris: aut à situ, vt in valle, ad cliuum, sub monte. Ita laudatissimi illi Fauonii hîc in Vasconia perniciosissimi: à Pyreneis enim spirant. Etiam situm statues in propinquitate aut longinquitate. Nam qui Austri sunt hîc perniciosi, Franciæ pro saluberrimis habentur. Hanc ad rationem in locis Septentrionalibus Austrinus esse situs potest. Ita totus Africæ tractus Aquilonem spectat. ergo viridis ea plaga tota non sentit familiares illius cæli difficultates.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπείπερ αἱ παραλλαγαί. Prout erunt mutationes qualitatum: item fuerint regionum facultates ad plantarum fructus. παραλλαγαὶ, permutationes. Declarat quomodo. Velut, inquit, hyeme calidiora loca, frigidiora caloribus temperabuntur. Nam si fuerint, vt de sua patria festiuè canit Hesiodus, pernicies sequitur excessum. Intelligamus diuersa loca, non eadem hyeme calida, æstate frigida. Nulla nanque ratione fieri potest id apertis locis, sed subterraneis tantùm, ob ἀντιπερίστασιν. Εὔλογον δὲ ἤδη. Est conclusio. Ideo dixit ἤδη. Iam patet, inquit, non omnibus omnia prodesse vel obesse. Quia (sicuti dicebamus) Auster quibusdam perniciosus, alios iuuat. Aspellit enim à regionibus in quibus oritur, exhalationes ad nos: illis serenus, nobis nubilus: quemadmodũ Etesiæ nostri cùm spirant, nobis non solùm temperant æstus, sed etiam serenum faciunt annum: Æthiopiæ vltimæ inducit nubes, quibus niues colliquefactæ soluantur ad incrementa Nili. Sic Notus, Hetruriæ pestilens, infamis: nostros Noricos oblectat ac reficit. Ἐπονὴς, noxius atque infestus. Καὶ ὁ ζέφυρος, aliis conducibilis, aliis detestabilis. Ciet enim Vasconiæ, grandines, fulmina, typhones. Ἅπασι δέ. Quia frigida dicebat secundùm se meliora: moderatus est, & vo-

luit esse potius auras, quàm ventos. Postea dixit & calida frigidis locis. Nunc opportunitatem à tẽpore, non vniuersali veris aut hyemis, sed germinationum ratione. Quod cùm suprà iam dixerit, non oportuit hîc repetitum. Suprà dicebat, ἀπορρεῖ γὰρ ἄμφω: hîc διαφθείρει γὰρ ἄμφω. Neque solùm quia ad germinationem, neque quia calida, neque quia frigida, sed quia λίαν. Hoc valde est ὑπερβολὴ, quam vbique meritò reiicit. Naturæ enim decẽpeda est symmetria. Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπεῖν, εὔπνουν εἶναι καὶ τὸν τόπον. Declarat à situ & modo flatuum. Εὔπνους enim vox habet in se τὸ εὖ καὶ τὸ πνεῖν. Vult aperta esse loca, sed modicis flatibus: quibus σκληρὰ καὶ διάτονα contraria, spirabilem esse decere aerem, qui locum ambit, siue mauis perflabilem.

Ἕτερος δ' εὔπνους καὶ προσήνεμος. Vt neque à ventis penitus exclusus, neque ventorum iniuriis obnoxius. Vbi manifestò προσήνεμος aliud, aliud εὔπνους. Vt τὸ εὖ non sit in copia, sicut εὐπορία, sed commoditas. Σχεδὸν δὲ ὁμολογουμένη. Quoniam dicebat aliis alia conferre: videbatur hoc esse controuersum atque disceptabile, si quid de vno pronunciaret. Tamen, inquit, illud confessum est de aere, oportere ipsum esse mediocri temperatura. Talem enim aptum esse autorem vel fructuum, vel germinationis. Hoc significat εὐβλαστὴς καὶ εὔκαρπος. Quid autem hîc agat vox illa τούτοις, haud equidẽ scio. Notabis maiorem propositionẽ syllogismi. Ea est πᾶν δ' εὐβλαστὲς χρήσιμον πρὸς τὴν βλάστησιν. Ex ipsa nominis vi penè est prædicatio de seipso, quã Duns probat: Auenroistæ ridiculè irrident. Ostẽdimus enim alibi nos esse ex Aristotelis sententia in primo Topicorum. Animaduertes etiam τὸ εὐβλαστὴς esse actiuè positum. Οἱ δὲ περισκεπεῖς, si legas περισκεπεῖς, vt & alibi, hæc nota δὲ, non disiungit ea quæ dicuntur hîc, ab iis quæ dicebantur περὶ τοῦ εὐκρατοῦς. Sed ab iis quæ pridẽ περὶ τοῦ εὔπνους. Conclusa loca, & obiectu montium à ventis disiuncta suffocare fructus. Duo igitur extrema fuerint, τὸ προσήνεμον, καὶ τὸ περισκελές. Quorum mediũ sit τὸ εὔπνουν, at legendum περισκελεῖς. Vox est apud Sophoclem: & eos significat, qui alterorsum claudicant: cuius contrarium ἰσοσκελές. Quæ loca in alterutrum excessum inclinant caliditatis aut frigiditatis: & sanè sic videtur sensisse Philosophus. Ait enim ἐφ' ἑκάτερα. Deinde dat vtriusque exemplum in ipsa exceptione. Excipit enim peculiarem vtranque naturam, quęque caloris gaudeat excessu, quæque requirat frigora. Illiusmodi Palmam esse: huius Abietem. Χαλεπῶς δὲ καὶ πύξος καὶ φιλύρα, ægrè locis æstuosis prouenire tum Buxũ, tum Tiliam. Sic interpretor, ἐμπύροις, non autem simpliciter calidis. Hæc enim regio ad calorem propius accedit, quàm ad frigus: in ipsa tamen est Buxus satis frequens aliquot locis. Tilia verò vsque adeò frigidis gaudet: vt ingentes sint in Nortwegia & Laponia syluæ. Hæc autẽ natura extremitatis orbem ipsum complet per gradus suos. vt quædam extremis meliùs habeant, alia mediis. Sic Aristoteles docuit, aliquos seruos nasci veros, neque aliam fortunam æquo animo pati posse: Ita nonnullæ plantæ infelices. Exemplum familiare vel ipsis in plantis probis atque vtilibus. Diximus alibi de Tritico & Hordeo, illum poscere lætos sulcos: hunc strigosum solum. Οἷον πῦρ ἐπὶ πῦρ. Prouerbium sumptum à Præceptore.

Συμμετρίας γὰρ δεῖται. Prohibet ne calidioribus statuantur arbores. Aliquis dicat, quid si sint istæ ipsæ arbores calidæ? Non, inquit, tum laxè vtendum illo principio: simili simile iuuatur: sed tamen dum ab excessu. Additur enim ignis igni. Ac quanquam excessu gaudent quædam, tamen excessum hunc oportet præscriptione quadam intra certum naturæ modum cohiberi. Ideo dixit καὶ τὸ ὅμοιον. Non solùm frigida calidis, frigidis calida temperari, ita vt ne excedant certam mediocritatem: verumetiam similibus similia designato modo foueri. Intellige similia per totam denominationis latitudinem. Verbi gratia, calida calidis. Calida igitur non quibuslibet calidis iuuabuntur, sed ad certos gradus. Alioqui sententia leuis esset admodum, si similia agnosceremus secundùm eũdem gradum. Itaque subdit. οὐδ' ἐν τοῖς ψυχροῖς ἔνια φύεται τῶν ψυχρῶν: non quia sint dissimilia qualitate, sed qualitatis gradu. Addit & illa non fieri semper in contrariis temperationem. Videlicet quia non potest eis conuenire ad quæsitæ mediocritatis illius constitutionem. Propterea subdit, ἀεὶ γὰρ δῆλον τινὰ ἔχειν τὴν κρᾶσιν τῆς φύσεως πρὸς τὸ περιέχον. Quibus verbis omnino Menestoris tollit sententiam: Non enim in calidis frigida, in frigidis calida statui à natura, vt cõfiat illa moderatio: sed omnino subesse in planta naturalem concretionẽ, quæ conueniat cum loco, siue is sit aqua, siue aer, siue vtrunque. Ἔοικε δὲ κοινὸν εἶναι. Alia capitis pars εἰκαστική: similitudinem nanque petit ab animalibus. Propterea quòd quædam quibusdam locis non sunt, aut quia non conuenit aer, aut quia pabulum minus aptum. Sic, inquit, & in plantis.

Τάχα δὲ καὶ ἑτέρας πλείους αἰτίας. Is locus est iam secundus, vnde Peripateticos intelligamus, & agnoscere & statuere occultas qualitates. Nam & priore libro, capite vicesimoquarto, καὶ διὰ τὴν ἄλλην μορφήν. sic & hîc, ἑτέρας πλείους αἰτίας, αἱ πρὸς τὰς ἰδίας φύσεις εἰσὶν ἐναντίαι. Μεγίστη γοῦν διαφορά. Ratione magis vniuersali demonstrat certa quibusque generibus destinata loca. Nemo, inquit, in magna illa summorum fastigiorum differentia quærit, quam ob causam aquis aquatilia, terris terrestria sunt à natura data. Sed solùm quærimus, quæ sunt calida magis aut minus. Ὡς εἰπεῖν. Quia non penitus absistimus ab omni causarum eiusmodi quæstione. Hoc dixit, nequis ab eo nunc exigat occultas illarum, quas subticet, causas. Quasi dicat, Sapienti multa licet ignorare.

Τοῦτο γὰρ ἀμφισβητεῖται. Omissis iis, quæ nequeũt sine culpa aut frustratione vęstigari, Controuersantur, inquit, in qualitatibus quibusdam. Καὶ ἄλλα δὲ οὐ συγκεχωρημένα τῇ φύσει τίθεται. Cætera, quorum causæ non relucent in humana caligine, ea tum cognoscimus nobis, tum docemus alios per θέσεις. Ponuntur, inquit, & cõceduntur interea: non

non autem de eis disceptatur, quippe μὴ συγχωρουμένων τῇ φύσει. Quæ scilicet sibi natura seruauit, non concessit nobis. Καί τοι τὰ καθόλου, καὶ κοινὰ πρότερον ἴσως δεῖ ζητεῖν. Pro se litigat adhuc. Quæ sunt vniuersalia magis, ea necesse est artifici vęstigare. Probat, quia in omni scientia particularium cognitio pẽdet ab vniuersalium notionibus. Hoc est quod aiebat, εὑρεθέντων γὰρ τούτων καὶ τὰ κατὰ μέρος φανερά. Quod ita dicit, quasi dicat, cùm ita sit vt adeò vniuersalium causarum rationes aut differamus aut omittamus: non erit fraudi harum quoq; minutiorum aliquas ignorare. Atque ita festiuè persoluit debitum egestate: quemadmodum ii qui vulgò dicũtur facere bonorum cessionem. Tum demum deuenit ad propositam excusationem.

Τοῦτο μὲν ἴσως κωλύοι τ' ἂν οὖν διὰ τὸ χαλεπόν. Difficultas eò nos penetrare prohibet, vnde sunt emendæ causæ. Scilicet vniuersalia longè absunt à sensibus, in quibus est omne omnium artium atque scientiarum fundamentum. In particularibus ergo versandum erit nobis: è quibus sensuum indagine perceptis euehemur ad ideas principiorũ. Propterea dicebat, ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα μᾶλλον εὐποροῦμεν. Ἡ γὰρ αἴσθησις δίδωσιν. Ratio methodi. Principiorum aggressionibus atque constitutionibus & disputandum & procedendum ad conclusiones: harũ enim habitus sunt scientiæ: at principia nonnisi à sensibus suggeruntur: id quod diuinus quoq; Pręceptor docebat in Resolutoriis. Probat. ἐμφανέστατα γάρ. Circa singularia manifestissimi sunt affectus. At affectus omnis habet causas à differentiis essentialibus. Καὶ ἔτι μᾶλλον πλείους ἐπὶ τῶν φυτῶν. Quia cæteris naturæ partibus si affectus sunt manifesti: in plantis inueniuntur manifestissimi. Sunt enim animalibus plantæ simpliciores. Minus igitur latent euentus. Metalla verò etsi sunt plantis minus composita: minus tamen natura sua sunt nota homini. Etenim plantæ quodammodo nobis sunt familiares. Dixit autem ἐπ' ἄμφω, scilicet ad vtranque partem disceptationis. Præcedit enim quæstio assertionem. Præter ergo primas qualitates, cũ pauca sese plantis offerant indicia ad earum naturas cognoscendas: plura verò in animalibus: minus erit in plantis dispiciendum. Μεγίστη δὲ διαίρεσις. Alia capitis pars, qua redit ad propositum post ecbasin illam, quam lõgè commodiùs docuit in principio libri vniuersæ methodo præponi: vbi sese excusaret, quantum hîc facit. Redit autem ad locorum considerationem. Quod, inquit, attinet ad locorum rationem, maxima diuisio est: quia maxima inter agrestes ac mites differentia. Declarat oratione.

Ἀεὶ γάρ τε μαλακωτέρους καὶ ὑγροτέρους ζητεῖ. Vtra verò tandem huiusmodi locorum mollitiem quęrunt? Quippe duo simul ponit, mitia & syluestria. Sanè mutila oratio. De mitibus vt intelligamus naturæ affinitas persuadet. Molliores enim mites.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιά γε. Hæc sententia non cohæret iis verborum notis, quibus est adiuncta superiori. οὐ μὴν ἀλλά. Non enim aduersatur priori sententiæ, sed eam consequitur. Nam si molliora loca requirunt mites arbores: iam, si molliora loca sunt tepore modico humida modicè, non poscent mites arbores vel calida loca vel frigida. Quamobrem non ad id referendum τὸ οὐ μὴν: sed ad causam, sic. Cæterùm non propter solam crasim, solámve imbecillitatem sibi quęrunt mites arbores loca mollia, sed subsunt aliæ causæ. Quæ? Vna illa est inter cæteras in iis arboribus, quarum radices minus profundæ sunt. Oleæ exemplo. Vruntur enim facilè tum ab æstu tum à frigore. Ideo neque in Germania, neque in Æthiopia sunt Oleæ. Imbecillitatem verò intelligit à raritate aut paruitate, vt suprà dixit. Crasim intelligit aut contrariam aut similem, sed in excessu. Καίπερ θερμὸν καὶ πυκνόν. Tam est noxæ parata superficiaria radix, vt neque calore queat resistere neque dẽsitate. Quæ duo præsidia pro roboris causis attribuebat suprà naturæ plantarum. Ἐμπήγνυνται γάρ. Quanquam oleę exemplum applicabamus nos vtrisque locis tum calidis, tum frigidis: tamen Philosophus de solis frigidis intelligit. Itaque dixit in iis non posse durare oleas, propterea quòd radices gelascunt. Itaque de calidis statim. Ἡ δὲ ἀχράς. Pyrus syluestris in calidis malè haberi, vt in Ægypto. Vbi etiam mites Pyri & Mali, nihilo melius. Nulla itaque syluestris in Pyrorum genere: mitis autem rara. Vt loci natura penitus reiicere videatur: ars nonnihil extorqueat consensionis. μοχθηραὶ καὶ σπάνιαι. Vbi videmus tres læsionis species, ablationem syluestrium, satiuarum vel raritatem, vel deprauationem. Signata vox μοχθηρόν. Quod laborem defraudauit, elusit, frustra esse fecit.

Τὴν δ' αἰτίαν σκεπτέον. Quoniam cuipiam viderentur hac de causa fortasse non esse calidæ, rationes inuęstigari iubet. Τὰ μὲν οὐδ' ὅλως. Auget historiam in genere, duobus modis. Scilicet vt quædam proueniant, sed nihil ferant fructuum: quædam ne germinent quidem. Exemplum Perseæ in Rhodo insula: quæ quasi ignara peregrini cæli, ac tanquam stupida, diu nihil ferat: tandem assueta discat opus facere, sed exiguum. Καὶ καλλικαρπεῖ, καὶ γλυκυκαρπεῖ ἐκεῖ μόνον. Mutila oratio. Vbi ἐκεῖ? Ad Ægyptum referendum. Cætera plana. Ὁ γὰρ ἀήρ. Quasi dicat aerem ob frigus inhospitalem. Οὐ δέχεται. Tres modi. Vnus, ὅλως οὐ δέχεται. Sic dicebamus suprà esse priuationem. Alter, τὰ δ' εἰς βλάστησιν. Germinatione tenus. Actio diminuta. Tertia est perfecta, cùm ait, ἔνια δὲ καὶ εἰς καρπόν. Ὁ δὲ οἰκεῖος. Quia dicebat quibusdã rectè procedere ad fructificationem vsque, dat causam. Euenire hanc perfectionem propter loci conuenientiam. Ita vt & arbor ipsa, natura sua fructifera sit: & locus ipse faueat affectu simili. Hîc τελείωσις non est ἁπλῶς, sed πρός τι. Natura perfecta, huic scilicet. Itaque τελείωσις hîc est in latitudine τῆς εὐκρασίας: non absolutè, sed relatiuè. Quoniam suprà ita dicebat, amare quasdam τὴν ὑπερβολήν, vt nihilo seciùs constaret symmetria quædam. Excessus igitur ille est his εὔκρατος. Quemadmodum Mandragora, & Hyoscyamus, & Dipsas, & Seps sunt sibi εὔκρατα: sunt enim sibi sana.

Δι' αὐτὴν δὲ τὴν αἰτίαν. Deducit Ficus historiã in Ægypto, & causam quare non bonæ sint ibi, non vlli vsui: hoc enim est χρησταί. Quia nimis æstuosus aer est. Vrit ergo, non coquit. Vstio fit humore consumpto: coctio, non consumpto, sed modificato. Dicat aliquis: At Ægyptium solum feracissimum. Fateor, inquit, in humo εὐτροφίαν: coctionem nego. Id est humorem multum inesse assentior: modum caloris, non. Hoc est quod dicebat, διυγραίνει μόνον. Humor quidem est, ἀπέπαντος οὖσα. Quasi dicat, ἄπεπτος δέ. Cæterùm haud respondet. Nam si est in Ægypto calor multus, humor multus: esse oportet coctionem multam. Neque verum est, Ægyptio solo subesse vliginem: sed succum à Nilo inuehi. Itaque segetes breui spatio lętissimæ: arbores non omnes. Ficus autem minus commodè prouenit ibi propter æstum. Calores enim amat: squallorem non amat. Atque hoc quidem vt lęditur: ita etiam Nili inundatione. Deterrima nanque est Ficus locis palustribus ac depressis, velut in agro Ferrariensi. In Illyrio, Piceno, Brutiis, optimæ, quemadmodum & ab insulis Ionii maris & Ægæi. Vt eleuaret fidem obiectionis περὶ τῆς εὐτροφίας, addidit eius operam mutilam, quippe solam humectationem, διυγραίνει μόνον. Διὸ καὶ μεγέθει. Hæc verba potius ostendunt cõtrarium τῆς διυγράνσεως, & ipsam adeò vstionem, quàm ἀπεψίαν. Quia ἀπεψία siue μόλυνσις, non est in exiguitate fructuum, vbi est εὐτροφία, & τὸ διυγραῖνον, sed iusta magnitudo, verùm succo terreo aut aqueo, & indomito. Igitur in Ægypto Ficus si paruæ sunt, adustionis indicium est. Huiusce rei argumentum nobis est familiare. Quibus annis tempestas vda nimis: fructus grandes, insipidi, sera vtilitate. Vbi squallidus annus est, fructus pusilli, densi, crasso succo, exucti. At Ficuum succus propter pinguitudinem perfacilè aduritur.

Τοὐναντίον δὲ ὁ ψυχρός. Quia de calidis & frigidis proposuit: de calidis exemplum dedit: de frigidis subdit. Contrà in frigidis euenire. Quomodo? Eximit frigus humiditatem. Intelligamus esse contrarium τοῦ ὑγραίνει. At idem tamen euentus vtrobique: paruitas scilicet fructuum. Et causa nihilominus eadem, ratio diuersa. Tam eximit humorem frigus, quàm calor: sed laxando calor, attenuando, resoluendo: frigus exprimendo quod inest: cogendo ac densando quod coqui debet admisso calore extimo: cogendo meatus arboris, ac prohibendo, ne subeat alimentum. Τὴν δὲ ἐξαιρεῖται. Id est partem eximit: quod relinquitur, nequit ad bonam frugem perducere. Dixit οἰκείαν πέψιν. Quia certa est cuiusque maturatio. Qui gradus in vna erit imperfecta maturatio, in Sorbo Mespilóve perfecta fuerit. Ὥσπερ ἐν ταῖς ἐλαίαις. Nunc omnino demonstrat locorum variam potestatem ad fructuum generationem. Oleas frigidioribus locis minus habere carnis, plus olei: quasi caro sit oleum incoctum, oleum caro cocta. Quod & alibi docet, pluuiis temporibus carnosiores, siccis oleosiores. Notabis vocem ἀνέλαιοι.

Lego, ἕτερος δ' ὁ ἄπνους. Et, εὐβλαστής, non συμβλαστής. Quanquam alibi σύνεργον appellauit. Et, τούτοις, in aliam vocem mutandum videtur. Et, χαλεπῶς, non χαλεπός. Nisi sit figura, Attributio. Quasi dicat, morosum se præbere Buxum. Et, τὸ μὲν δύνασθαι βλαστάνειν, τὰ δ' οὔ. Et, καίπερ θερμόν, non καί. Et, ἔνια δὲ καὶ εἰς καρπόν. Et, ἐλαιοδέστεροι δέ, non μεγαλόρριζοι.

Theodorus, αἱ τροπαί, solstitiales, scilicet venti. Ille solstitia, ex vsu, non ex ratione vocabuli. Διατόνων, intentis, contentis. Πιλοῖ, instipant. Stipant, simpliciter. Infarciunt. Ἄλλα γὰρ ἄλλοις τοιαῦτα. Alii aliis tales occurrunt. Quid sibi velit hîc illud verbum, nescio. Et infrà repetit: & huiusmodi verborum additionibus abutitur Latinis auribus. Εὔπνους, flatus compotem. Flatibus commodis ventilatum. Ἢ ὅλως ὁ προσήνεμος. Malè omisit τὸ ὅλως. Oportet ponere tamen: quia non est εὔπνους, sed prorsus ventis obnoxius. Ἀναυξής. Incrementi laudem nullam assequi potest. Sanè ambitiosam, ne dicam ridiculam κακοζηλίαν. Ἀέρος διαθέσεις, cæli habitus. rectè. Περισκελεῖς ἐφ' ἑκάτερα, qui in alterutram excesserint partem. Inclinauerint. Τὸ περὶ, non designat vtrunque simul, vt in voce περιφέρεια: sed alterutram ambitus extremitatem. Ἐλάτην hîc prunum legit Theodorus malé. Est enim in Syria & Africa, & Cypro optima ac pulcherrima. Αἴτιον δὲ θερμότης καὶ ξηρότης. Theodorus hîc omisit siccitatem, rectissimé. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐναντίων συμμετρία τις πρὸς ἄλληλα. Contrariorum quoque copulandorum modus statuitur. Non commodè videtur dici, plantas & aerem copulari. Neque Græcam sententiam fideliter plenéve expressit. Est etiam in contrariorum natura mutuæ cuiusdam proportio mediocritatis. Τὰ μὲν δεχόμενα τὴν τοῦ ἀέρος διάθεσιν. Alia pati aeris qualitatem possunt. Non rectè δέχεσθαι, pati. Admittere, suscipere. Δέχεται, quod iuuet: patimur, quod aduersatur. Et διάθεσιν, qualitatem. laxè admodum. Ἐναντίαι, diuersæ. non bené. Aliud διάφορον, vt canis à ligno: aliud contrarium, vt calido frigidum. Οὐ συγκεχωρημένα. Theodorus legit affirmatiuè, explosa particula negatiua: tanquam naturæ concessa ratione. Quasi concesserit ita Natura. Vtrouis modo constare sententia potest. Non quærendas causas, quia natura sic voluerit. Non quærendas, quia sibi abdiderit natura, neque concesserit. Hoc est Asylum philosophorum. Ibi suum habent trapezitam: cuius ephemeris sæpe rationes soluit ex illo collybo, NESCIO. Τὰ καθόλου, perpetua. Iam hîc excessit temere nimis interpretis fidem. Nemo negat species æternas esse in Philosophia. Cęterùm si dicas ἀΐδια Græcè, vel perpetua Latinè, haud continuò intelligas τὰ καθόλου. Multa nanq; sunt æterna, quæ non sunt species. Vt alia omittã, vel Deum afferas, vel materiam primam. Pręterea non est confessum omnibus, species esse substantias reales communicatas indiuiduis. Hoc negat Themistius, Auenrois, Thomas. Sed aiunt esse nõ tiones modò in intellectibus humanis, conceptas

ex cognitione indiuiduorum. Quod si verum esset, ęternitas illa esset accidentalis, quotidie in intellectu alio atq; alio generabilis & corruptibilis. Μᾶλλον εὐπορεῖν. Plus facultatis differendi habetur. Singularium causæ faciliùs atque largiùs à sensu suppeditantur. Διὰ τὴν ἀσθένειαν, ἢ τὴν κρᾶσιν. Propter debilitatem aut habitum. Aliud ἕξις, aliud σχέσις, aliud διάθεσις, aliud κρᾶσις. Ἐμπήγνυται, sicut & suprà ἐκπήγνυται, gelu concrescit. Fortasse non opus est eo verbo. Gelu afficitur, simplicissimé. Καίπερ θερμὸν καὶ πυκνὸν ἐν τοῖς δένδρεσι. Theodorus hæc omnia omisit. Tamen ad rem faciunt. Videbatur enim ferre gelu posse calore suo, sua densitate. Ἐπεὶ οὐκ ἂν θερμὰ δόξειεν εἶναι, quippe cùm eas calidas nullus existimet. Non affirmat oratio Græca, sed sic modestè: quoniam non esse calida videri queant. Περσέα, Persica. pessimé. Sunt enim tres arbores, vna nux Persica, vna pomum Persicum, vna Persea Pruni facie. De qua olim dubitabam essétne nostra Nucipersica, quam Vascones *Brignols* vocant. Cæterùm Dioscorides excussit nebulam. Τὰ δ' ὅσον εἰς βλάστησιν, ἔνια δ' εἰς καρπόν. Alia eo vsque potest, vt germinandum tantummodo sit: quædam etiam ad fructificandum vsque euenire patitur: sed fructum perfici maturarísque nunquam sinit. In codicibus nostris hæc postrema desiderantur. Mihi tamen arrident admodum. Illa loquutio & peregrina & cum cæteris partibus non cohæret, vt germinandum tantummodo sit. Nam verba alia ad cælum referuntur, patitur, sinit. Sic fortasse scriptum reliquit vir omni laude dignus, vt ad germinandum tantummodo apta sint. Χρησταί, frugis bonæ, sic alibi frugales. Sic in Præceptoris historiis de Apibus. Ἀλλ' ἡ ἐκ τῆς γῆς εὐτροφία διυγραίνει μόνον, ἀπέπαντος οὖσα. Sed terra suo duntaxat alimento crudo humefacit. Non expressit ἀπέπαντος. Nam crudus ὠμὸς mitescere coquendo potest. Et est in ea specie qualitatis quam potest amittere. At ἀπέπαντος excludit cum actum omnem coctionis, tum etiam potestatem. Est enim in habitu priuationis. Aliud enim est ἄπεπτος incoctus, aliud ἀπέπαντος incoctilis: sed semper est ἐν τῇ μολυνώσει. Ἄσαρκοι πάμπαν, nulla carne. Hic erat locus censuræ Theodori, qua profitetur se cum Aristotele ac Theophrasto certare. Aduerbium enim illud πάμπαν hîc mendacissimum est. Mirum si vsquam vlla extitit oliua, cuius sub cute solum esset oleum tanquam in vtre, fracces verò post oleum factum nulli.

CAPVT VI.

¶ Sexti capitis argumentum. Terrarum differentiæ ad arbores & fruges. Quare solutior ac leuior arboribus: frugibus pinguior. Quod Oleis aptum solum, quod Vitibus.

ἘΠΕΙ δὲ καὶ τὸ ἔδαφος. Plantarum principia interiora, sicut & aliarum rerum naturalium materia & forma: atque ab his prodeuntes qualitates à quibus vires ad vitam, facultates ad generationem pendent. Exteriora principia prima naturalia, secunda ab arte. De his in libro sequenti. Naturalia totidem sunt, quot interna quæ materiam secundam constituunt, quatuor scilicet elementa. Necesse enim est iis seruari, quibus est constituta. Itémque iisdem qualitatibus interdum similibus, interdum contrariis, vti suprà dictum est. Hæc autem elementa sic vt futura sunt materia: cæterùm habent etiam efficientis causæ rationem propter qualitates. Eæ verò sunt in terra, vt in matrice ac nutrice: in aqua, vt in lacte cibóue maxima ex parte: in aere, vt in magistro siue rectore: in igne, vt est instrumentum ad actiones. Sic enim ait Philosophus, igni Naturam vti tanquam materia & tanquam instrumento. De cæteris omnibus dictum est: nunc de terra dicendum. Eius ergo differentias crassiusculè tractat imprę sentia, mox minutiùs atque auctiùs in capite sequenti. Nunc satis habet in summa recognoscere terram pinguem & leuem, carúmque vtilitates assignare, huius arboribus, illius frugibus. Causas daturus, repetet iam supradictas. Hæc prima capitis pars. Altera declarat pinguis leuísque soli conditiones. In tertia parte affert exemplum suæ sententiæ ab hominis natura, vt videbimus. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἔδαφος. Solum appellat sicut & nos. Tamen ἔδαφος Græcis est superficies, ἕδους ἀφή. Qua sentitur tactu sedes. Nostrum solum tota massa est. Hoc enim est ὅλον, & osce, solon: vnde soliferrea. Idcirco Iureconsulti solum distinguunt à superficie. Vt solum sit ipsum totum atq; totius facies: superficies, quo super facie constitutum est: aut supera facies, vt ædes, columna. Καὶ γὰρ αὐτὰ τῆς φύσεως. Quoniam duobus hisce libris naturalia tractat, sequentibus artem: notabis numerorum diuersitatem, πέπτει, αὐτά. Ἔτι δὲ εὐβλαστῆ ἄμφω γίνεται. Asseueratio rationis. De causis agimus τῆς εὐβλαστίας. De aere diximus. At etiam terra causa est. Igitur de hac quoque dicendum. Nota ἄμφω, ἐπιρρηματικῶς: vt apud Homerum, ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Alius dixisset δ' ἄμφω. Dixit πολλάκις. Quin potius semper propter vtrunque. Vt sic explicemus: διὰ τὸν ἀέρα μὲν ὁμολογουμένως: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν γῆν πολλάκις. Idcirco subdit, tantum posse terram, vt etiam in aere pessimo soli proficiant bonitate. Non tamen parum sibi poscit, cùm posuit superlatiuũ χρηστότατα. Vult enim tantum accedere telluri, quantum decedat de aere.

Καθάπερ ὅταν. Sicut è contrario cùm ager improbus est. Huius tres ponit conditiones, ἀμμώδης, κεραμὶς, κατακεκαυμένη. In sabulo enim non est alimentum. Hoc primum. Item dissitæ sunt partes. Admittit itaque facilè nocumenta frigoris aut æstus ad radicem. κεραμὶς, figulina terra, cretacea, argillacea. Non enim putrescit neq; admittit aquas, & strangulat vehementi sua cohæsione. κατακεκαυμένη, adusta, propter inclinationes cæli, vt in Æthiopia inferiore: vel quia natura sua cinerea sit, sicut & alię nitrosa, aluminosa, sulfurea, metallica.

Rubricam sub cretacea comprehendit. Ῥιζῶσι γὰρ καὶ τροφὴν οὐδεμίαν τούτων ἔχει. Alius dixisset, ῥιζῶσι μὲν, τροφὴν δ' οὐδεμίαν ἀπὸ τούτων ἔχει. Ibi autem τὸ τούτων, intelligit radices, quę vox sit in verbo ῥιζῶσι. Cæterùm in sabulo & adusta terra verũ sit. Facilè nanque tum effundunt frequentes, tum in profundum radices demittunt propter partium raritatem. At in argilla quî possit? Καὶ σχεδόν. Tales, inquit, sunt steriles atque etiam ἀβλαστεῖς. Non penitus nudæ, sed (vt suprà) κακοβλαστεῖς. Καὶ εἴ τις ἄγαν δίυγρος ὅλως. Contrariam ponit naturã, earum scilicet quæ palustres sunt aut lutulentæ. Duo sunt augẽtia significatum incõmodi: præpositio διὰ (vt alibi sępe) διυγραίνει: & aduerbiũ ὅλως. διὰ, vsque & vsq;, prorsus: ὅλως, omnino. Id est vnico verbo præhumida. Marcet enim & virtus & materia. Lutũ verò inutile si liquidum est, propter humoris copiã: si crassum non æqualiter hæret plãtæ. in vtroq; verò humidi plus satis. Itaq; lutoso solo non pãguntur arbores, sed sicco. Βλαστητικῶν γὰρ καὶ ἀκάρπων. Persequitur ius arborũ in terra macilẽta. Et omnino in arborum genere statuit eam distinctionẽ, quã agnoscebat inter segetes & arbores. Segetibus attribuebat aruũ pingue, macrũ arboribus. Ita, inquit, in ipso ambitu naturæ arborum, sicui detur solum lætum, germinabit nec fructificabit, aut nõ feliciter. Cui verò tenuis ager obtigerit, ea probè ac largè feret fructum. Καὶ τὸ ἐκ τοῦ βάθους. Aut codicis mendum est, aut autoris morositas. Desunt enim talia, τροφὴν ἑαυτοῖς ἕλκειν. Nisi velis ita cõcinnare: Radices esse magnas & valẽtes: eã verò quæ radicum est caput, adigi admodum in profũdum. Tamẽ τὸ ἐκ, aliã innuit sententiam. Ἣν δεῖ μὴ δ' ὀλίγην. Paucitas citò desit: idcirco suppeditari oportet non parum. μὴ δ' ἀξήραντον, quod euenit in sabuletis. Hæc penè omnia iã dicta sunt. Αὕτη γὰρ ἐν μὲν τῇ πείρᾳ. Explicat vbi neq; exiguum alimentũ neq; exuctile. Vnde felix arborib⁹ germinatio, itẽ magnitudo. Non tamẽ alimẽtũ excoqui potest: ideo non fructificat. In tenui verò succus est quãtum opus est, ξύμμετρος, tum ad germinationẽ, tum ad arborum speciẽ, tum ad fructuum vel copiã vel bonitatẽ. Κρατοῦνται. Euincũt arbores alimẽtum atq; perficiunt in fructum. Contrariũ ei quod dicebat μὴ ἐκπέττειν. Λευκὴ λίαν οὖσα, ita candoris gradus habes: hîc λίαν, mox ὑπόλευκον. Ἡ δὲ πίειρα πάμπαν. Apponit hîc præscriptionem opinioni de bonitate quæ sit in pingui. Nã pinguedo si frugibus vtilis: ergo multa pinguedo multum vtilis esse debere videbatur. Atqui, inquit, neq; arboribus, vt dictum est de pingui ἁπλῶς, neque frugibus ipsis, si est pinguis, πάμπαν. Causa. Vrit enim plus satis: nõ tamẽ eo verbo vsus est, sed vicario, ξηραίνει μᾶλλον τοῦ δέοντος. Nõ potest autẽ exiccare, nisi frigore aut calore. At quomodo exiccet pĩgue? Omne enim pingue quà pingue est, humidum est. Pinguedo verò est in calore, sed mediocri. At mediocris non resiccat. Huius sententiæ Menestorem quoq; facit autorem: cui tamen assentiri nequeo: sed incõmodari alia ratione. Pingue enim omne arboribus esse inimicum: siue quia non subeat succus

A propter lentorẽ: siue quòd marcescant arbores in pingui, ac putrescãt. Omnis enim putrefactio per initia pinguis est. Quid de segetibus? quare terræ pingui nõ læduntur? Duplex explicãda ratio. Primũ propterea quòd frugum omniũ stipula rarior absq; medulla, subarida natura. Deinde quia radices minus profundæ, castigatur itaq; succus in superficie de qua suggunt. Quòd autẽ frugum gen⁹ siccius sit, satis ex eo patet, quòd terram exhaurit. Idcirco nouales cessant. Nominat autem terrã illã non à specie, sed ab officio πλυντρίδα, qua scilicet fullones vtuntur. Quasi dicas lotricẽ. Et designat coloris nota, χρῶμα ὑπόλευκον. Minus alba quàm superior illa, quã commendabat. Ἀρίστη δὲ δῆλον,

B ὡς ἡ ἄριστα κεκραμένη. Nunc optimum designat. Nã si requirit semper τὸ σύμμετρον καὶ τὸ εὔκρατον. Et τὸ εὔκρατον habet latitudinem quandam, vti dicebamus. Ergo τὸ ἄριστα εὔκρατον erit optimum & vtilissimum solum. Cæterùm hoc est διαγνωστικόν. Da ergo quî cognoscam. E sensibus enim deducebas notiones. Idcirco dicit μανή τις οὖσα. Rara solutáq;: vt Virgilius, -resolutáq; terga: & -putris Zephyro se gleba resoluit. Agnoscitur in aratione, cùm vtrinque marcescunt glebæ ac soluuntur: & ad occationem, cùm disperguntur. Μὴ ψυχρά. Hinc amouet vitia. Est enim contraria τῇ ἄριστα κεκραμένῃ. Addit deinde alia signa, vt barbari nostri loquuntur, positiua bonitatis. ἔνικμος vt sit. Vliginosa proprio succo, vt ille dixit: & cùm vult ex se ipsa remittit. Lætam Latini dicunt: quemad-

C modum id quod talem facit lætamen. Καὶ εὐδίοδος. Pergit designare. Vox hæc etiam suprá. Hæc est contraria illi argillæ tenaci ac densæ. Quocirca & cedit radicibus, & soles transmittit: & traducit imbres mediocriter ad alendum. Ob hæc dixit εὔτροφος. Τὸ εὖ non tam signat facilitatem transitus quæ in sabuletis maxima est, quàm mediocritatem atque commoditatem. Ὅπερ βούλονται. Probat à signo talẽ esse oportere. Ars optimũ quodque conatur. Patet. Quia supplementa mittit aut dat naturæ. Ars quærit rarefactionẽ. Rarefactio ergo confert. Non nominat artem, sed describit tribus vocibus. Prima est τοῦ σκοποῦ. Αἱ ἡμερώσεις. Cùm volumus feras plantas cicurare, inter cætera officia illis præstanda, solum ipsum fossionibus a-

D pertum curamus. Hæc cicuratio quomodo fit? Declarat duabus vocibus, κατεργασίαι, operæ, puta fossiones, ablaqueationes: καὶ κοπρώσεις, stercorationes. Videbimus enim in sequentibus stercorandi vtilitates. Nã & auget calorem, & auctũ fouet, & terram coquit ac laxat, & materiam adiungit. Ἄλλη δὲ πρὸς ἄλλα. Hæc est altera capitis pars. Suprà duo fastigia componebat, pinguis ac tenuis: quas applicabat vel sementi, vel plantationi. De pingui species dixit, nunc de macra: cuius modos item comparat. Ὥσπερ καὶ διαιροῦσιν. Addit suis dictis autoritatem ex sententiis sapientum. Duas statuit, vnam oleis aptam, quam σπιλάδα vocat: alteram vitibus. Σπιλὰς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ λευκόγειος. Spongiosam vult oleis deberi, propterea quòd oleæ debetur humiditas & flatus.

At

At in cauernosa terra multum est vaporis, & habet spiramenta. Atque hac ratione confit syllogismus. Adiungit autem huic vtilitati alteram vtilitatem: quippe si sit albicans. Et sanè affinitas est talis loci atque olei. Est enim oleum aquea terra cũ aere plurimo. At suprà ex etymo demonstrabamus aerem esse παρὰ τὸ ἄω. & πνεῦμα παρὰ τὸ πνέω. Si ergo aereum oleum est, atque idcirco densescit, non autem concrescit vt aqua gelu: & ex cauernosa terra conceptus flatus exire potest ad oleam: ad oleam flatus illius pertinere potest vtilitas. Ἡ δὲ λειμωνία καὶ ὕφαμμος. Ad Vites. Omnino in sabulonibus excellentissima vina: sicut in glareis Vibiscorum. At prata qua ratione commendet ad vineta, non satis liquet. Prata nanque lætissimum amant solum. Hoc autem Vitibus inimicum. Vini quidem plus: sed tenerũ est & aqueum: citò fit vapa, citò acescit, marcescit, situm contrahit. Ipse tamen ἔφυδρον esse vult: quoniam Vitis multo egeat alimento. Hoc etiam infrà profitetur. Sic & in libris Geoponias Constãtini Florentinus, palustris vini laudes recẽset multas. ὕφαμμος, scilicet arena mista terræ, non autem mera. Deinde apponit eas conditiones, quarũ beneficio coirę possint pluuiæ cum succo natiuo. Igitur esto solum tenue, rarũ, leue, nec sine humore, ἔφυδρος, id est intra se aquosus, ἐπί. quasi ἔνυδρος. Quia rara quædam non continuò lęuia sunt, vt tofacea: neque tenuium partium, vt terræ quædam inæquales in collibus nostris. Idcirco tria coniunxit, μανή, κούφη, λεπτή. Τὸ οὐράνιον ὕδωρ συνικνεῖσθαι πρὸς τὸ ἐν αὐτῇ. Idcirco aqua natiua non compinget solum: quia rarum est, & admittet recreationem ex humoris peregrini accessione. Τροφῆς πολλῆς ἄμπελος δεῖται. Ergo deposcit sibi terrã εὐδίοδον Vitis: quia laxior terra quit humorẽ transmittere. Sequitur probatio, θερμή, μανή, ὑγρά, πολύκαρπος. Si est calida, sitit: si rara, resolubilẽ succum habet: & partes alimẽtum admittentes. Si humida natura sua, humoris multum requirit. Si feracissima, oportet multum quęrat, quia multum impẽdit. Addere potes & id: Calida reficienda est frigore tẽperato: quoties ei calori calor additur foris: ne fiat (vti suprà cauebatur) ὑπερβολή, καὶ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Quo ex loco non vulgarẽ excutias cõsiderationẽ. In exotericis castigauimus illius temeritatẽ, qui Solẽ volebat esse actu calidum sicut ignẽ, non autẽ effectu tantũ. Et recẽtiores scholastici de serico argutabantur, nõ esse tẽperatum, sed frigidũ: propterea quòd Ser vermiculus illius opifex esset frigidus. Iam videmus ex piscibus esitatis ardeolarũ excrementa vsq; adeò calida esse, vt arbores exurant. In præsenti verò exẽplo quis nescit Vitis folia pro frigidis haberi? Earum clauiculas ac summitates tundimus ad intinctus ob aciditatem. Huius tamen plãtæ opus, id est vinum, adeò calidum est, vt spiritus incendat. Sed de his alibi. Τάχα δὲ καὶ δι' αὐτὰ ταῦτα καὶ πολύκαρπος. Cùm quatuor posuerit, calidam, raram, humidam, fœcundam: hoc postremum agnoscat tanquam superiorum opus in natura, & conclusionẽ in syllogismo. Quia ma-

A teria est ab humore, agẽs à calore, facilitas à raritate. Non enim impeditur trãsitus vel materiæ vel facultatis. Ἔτι δὲ καὶ εὐδιάπνοοι τῶν ὑγρῶν αἱ ῥίζαι. Mirabilis sententia. Vdum solum esse aptum Vitib⁹, propter prædictas causas. Dicat aliquis, quomodo non putrescẽt? Quia, inquit, humida radix est. Minor propositio syllogismi. At humidæ radices non putrescunt. Maior propositio: quæ non est sine disceptatione. Videmus enim hîc apud nos in aere, quæ sunt humidiora, facili⁹ pati putrefactionẽ. Est enim humor aptior ad patiẽdum. Sic pisces ac fructus humidiores celeriùs cõputrescunt. Dicendum ad autoris tuitionẽ, sicciores radices auidas esse humoris: qui cũ coqui nequeat, quia non sit naturalis, putrescere. Sed satis: nõ enĩ satisfacit.

B Posuit autẽ diuturnitatis causas optimas tres in cõditionibus naturalis facultatis, ἐπισπᾶσθαι, ἀντέχειν, ἀποδοῦναι. Trahunt, vt alantur: resistũt, vt ne putrescant: reddunt quod acceperint, & partibus ad alendum, & potestatibus ad fœtificandum. Resistunt autem humidis humidę non contrarietate, nec verè resistũt, sed potius affinitate naturæ, vnum fit humor internus cum humore externo: id quod etiam fit in Alni ligno, quod sub aquis tam est incorruptibile, quàm aquæ ipsæ. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Tertia pars capitis, qua redit ad officium atque vsum partitionum. Quo in loco miror à Theodoro nouum abscissum caput. Est enim eadem penitus materia. Nimis pinguem negabat cuipiam esse v-

C tilem. Postea pinguem simpliciter dicebat esse arboribus inutilem. Nunc istam ipsam non multis esse vsui demonstrat. Sed quod dicebat περὶ τῆς πάμπαν πιείρας: nunc dicit περὶ τῆς ἁπλῶς πιείρας. Et perstat in superiore sententia. Videtur, inquit, pinguis exiccare plus satis, μᾶλλον τοῦ μετρίου. Est enim aduerbium satis, nota mediocritatis, sumptum ab agricolis post sementem factam: perinde atque si dicerent, satis frugibus non præterea laborandum. Sed hæc in originibus. Καὶ λυμαίνεσθαι καὶ νοσεῖν. Vtrum prius est ægrotare an afflictari? Quia dixit πλείοσιν, quibus esset pinguis inutilis: declarat quibus sit vtilis. Ὅσα λυπρά. quæ exucta & strigosa, παρὰ τὸ λυπεῖσθαι. Eius contrarium dixit Horatius, nitidum. Tristis Latiné. Addit exemplũ ab oleribus & frumentis. εὐθενεῖ, ver-

D bum Aristotelicum, sicut εὐημερεῖν. Maiorẽ propositionem postponit minori, minorẽ conclusioni. Conclusio. Pingui solo egent fruges & olera. Minor: Fruges & olera λυπρά, humoris indiga & auida. Maior. Quodcũq; humoris est indigum, auidum est alimẽti pinguioris. Ποτικοὶ γὰρ δεῖ τροφῆς. Et perstat in sententia. Vt non solùm sit humidũ, sed etiã pingue. Tum quia spirituosum est, vti monebamus: tum quia minus absumitur. Exemplum ex oleo petendum, quod cũ aqua feruet in lebete. Aqua soluitur in vapores: oleum non abit: quia tametsi aliquid tenuiorum partium abscedit, tamen quæ sunt crassiores, attenuantur calore, atq; subeunt in absumptarum locum. Quare olei moles remanet. Δηλοῦν δὲ δοκοῦνται. Hac parte confirmat exemplo, quod sentit in natura plantarum,

Hominum exemplo, inquam, qui sunt ἔκλιμοι, exucti. Χαίρειν μάλιστα ταύτῃ. Hoc scilicet alimento pingui. Et quia multi sæpe noxiarum rerum appetentes sunt, apponit emolumentum. Ex eo summas capere vtilitates. Quippe ἐπιδιδόναι progressus facere. Πρὸς εὐεξίαν καὶ ἰσχύν. Ad bonum habitum, qui est primo loco. Non enim erit εὐεξία, nisi sit sanitas. Altiore loco est εὐεξία athletica. At idem sanè cum sanitate apud medicum, vt vult Galenus. Vlterior est ἰσχὺς, robur ipsum. Cutis sanè tenuiorum est receptaculum exhalationum, quarũ proportio est pro natura totius sanguinis. Nota χαίρειν, vt ostendat esse naturale desideriũ hoc est appetentiam: id adeò, vt etiam gaudeant. Ξηρὰ γὰρ ὄντα σώματα δεῖται τροφῆς πολλῆς, καὶ πιείρας. multum esse oportet alimentũ, quia multo egent. Defectus emendatur supplemento. Pingue verò eas ob causas quas dicebam. Hîc intellige finem, reductionem malè temperati corporis ad modum naturalẽ: non autem naturalem appetentiã ad conseruationem. Ὑπὸ δὲ τῶν λυπαρῶν. A siccioribus cibis non iuuari, quia eorum temperamentum sit extremo propius. Et reddit rationem. διὰ τὸ μὴ ἀπολαύειν. Propterea quòd fructus non sequatur vsum. Neque solùm non iuuari, sed etiam adduci in discrimen ægrotandi. Euenire nanque inde τὴν ὑπερβολὴν, de qua suprá. Fiet enim λυπαρότης ἐπὶ λυπαρότητα, sicuti dicebat πῦρ ἐπὶ πῦρ. Ἄλλας τε καὶ μάλιστα τῆς κοιλίας. Tum alios, tum eos quibus ventriculus tentari solet. Sanè legimus ethicos fieri quosdam à ventriculi siccitate. Quòd si κοιλίαν inferiorem accipit sicut κοιλιακοὶ, non vulgata significatione, sed quemadmodum intellexit Asclepiades, quibus dixit ne flatus quidem demitti. An addere liceat dysentericos? Acui nanque humores siccitate notum est: vnde fieri possit erosio intestinorum aut vasorum apertio. Ὁμοίως δὲ. Hæc est ἀνάδοσις τῆς παραβολῆς, aut τῆς εἰκόνος. Ponit deinde discrimen in hac similitudine. Quia exuctæ plantæ semper tales sunt: humana corpora non semper. Ἀλλ' ὅταν ἀνακομισθῇ. Sed posteaquam restituuntur mediocritati, μεταβαίνει εἰς τὴν τετριμμένην καὶ ἄκνηστον. Transeunt in habitum hilariorem atque puriorem. In verbo est metaphora sumpta à messibus. Fruges enim cùm feruntur in aream aut horreum ἀνακομίζεσθαι dicuntur. Habes in aphorismo verbum, pro reductione ad pristinum statum. Et est inter hoc verbum & aliud, scilicet ἀναλαμβάνεσθαι, proportio. Resumi nanque dicuntur corpora quæ recreantur, posteaquã morbis defuncta sunt. Aliæ duæ voces sumptæ sunt ab vsu balneatorum & παιδοτριβῶν. Etenim ad εὐεξίαν balneo vtebantur, & frictione. Hoc est τετριμμένην, scilicet ἕξιν. καὶ ἄκνηστον, si est per η, erit à qua pedor ac nidor abest. si est per ι, æquabilem nec mordicantem. Κνίζειν, vellicare, mordicare, vrere, Virgilius & Terentius: vnde κνᾶν scalpere. Τυροκνῆστις, instrumentum quo caseus raditur in micas.

Lego ἡ ἀμμώδης, non autem ἢ. Et addo βλαστητικῶν δέ. Et in tertio casu λιθώδῃ λίαν οὔσῃ, nõ inuecto, scilicet τῇ πέτρᾳ. Et πλυντηρίδα, nõ πλυντρίδα. Et κεκερμένην, non autem κρεμαμένην. Et πιοτέρας, non autem πρεστέρας. Quia non inueni quid significaret ἐκλίμους, aliam substituendam ratus, ἐκλίμους satis habui in præsentia, quoad aliquis aliud melius comminiscatur.

Theodorus καὶ διὰ τὸν ἀέρα, καὶ διὰ τὴν γῆν πολλάκις. Rei vtriusque tum cæli, tum soli occasio germen feliciter educit. Omisit πολλάκις: non rectè. & addidit occasionem, pessimé. Non enim aer ac terra occasio est, sed causa. Occasio sanè est causæ conditio, vt tempus, & locus, & absentia, & præsentia. At terræ cælique qualitates effectrices sunt primariæ & veræ causæ. Causa Troiani belli fuit raptus Helenæ. Occasio fuit Hectoris mors, Scææ portæ ruina: nox, sopor lætæ ciuitatis. Occasionis vox satis indicat rẽ ipsam: est enim quasi ob causam aut ob casum: queadmodũ in libris de causis vniuersalibus à nobis summa diligentia declaratum est. Τὰ κάτω χειρότατα. Arborum pars ima. Nequaquã: sed terra, non arbor. Τὰ δ' ἄνω φαῦλα, id est aer, non autẽ arboris pars. Loquitur enĩ de solo & aere: quod patet tum ex propositis, tum ex iis quæ subdit. κεραμικὴ ἡ ἀμμώδης. Ἡ κεραμὶς, tofosum: non, sed aptum εἰς τὰ κεραμικὰ, quasi dicas figulinum. Ῥιζῶσι. Radices modum excedunt. non. Non enim in sabulo radices grãdissimæ, neque in adusto. Sed ῥιζῶσι tantùm: radices agunt. Καὶ μέγεθος τοῖς δένδροις. Theodorus non satis habuit dicere magnitudinem, sed ambitiosè addidit amplissimam. Item omisit illa λιθώδῃ λίαν οὔσῃ.

Ἐν δὲ τῇ λεπτοτέρᾳ σύμμετρος γίνεται πρὸς ἄμφω: καὶ κρατοῦντα τὰ δένδρα δύναται καρποτοκεῖν. Theodorus πρὸς ἄμφω, παραφραστικῶς interpretatus est commoda illa explicatione, tam ad germinãdum quàm ad fructificandum. Sed illud κρατοῦντα, fœdauit ambitiosa oratione sic: vtpote robustiores, quã vt oblata copia vinci possint. Hîc non est copia, sed σύμμετρος. Quod rectè transtulit modicé. At in re modica non est copia. Nẽpe copia est copia. At modicũ est quasi mediũ. Πλυντηρίδα. Ad abstergẽdum maculas. Terram lotricem dixeris, aut abstertricem: vt M. Tullius expultricẽ. Terra fullonia. Καὶ μὴ ψυχρὰ, nec frigore torpeat. Additio fimbriata. Ἡμερώσεις, mitigationes. rectè, sed obscuré. Κατεργασίαι, agitationes, neque rectè & obscurè, præsertim redundanti sæpe paraphrastæ. Sic diceret aliquis, quod intẽdit ars præstare iis operis quæ ad cicurationem pertinent: cuiusmodi stercoratio est, &c. Σπιλάς, argillaceã. Non sanè significat id vox hæc, sed scopulũ interdũ, interdũ specum. Non est dubiũ quin ita voluerit Philosophus. Vult enim ἰκμάδα multã, multũ præstari πίδακα: quorũ vtrunq; in cauernosa terra continetur. Talis in Prouincia, Thuscia, Piceno: argilla nulla. ἰκμάδα vaporem est interpretatus communi vsu. De hoc & exhalatione nos alibi. Καθάπερ αἱ τῶν ξηρῶν, quæ siccescunt. Fatalis Theodori lapsus & recentiorũ, abuti verbis alterationem significantibus pro iis quæ habitũ significant. Ἔστι τις οἰκεία.

Solum

Solum idoneum redditur. Imò est. Nam redditur arte tale, quod non erat. Hîc non artem curat, sed naturam. Idcirco ἐστί. Αὐχμηρὰ, macilenta, tristis, ieiuna. Aridum, senem auarum, Plautus. σίκχον, Aristoteles: vnde & nostrum, siccum. Ἐκλίμους, macilentos, ieiunósque. Iam dixi me nondum meminisse vocem hanc apud quempiam scriptorẽ: ac nescire an sit ἐκλίμους reponendum. Idest famelicos qui ex fame nuper exiere. Nam inde λιμαλέος designat macilentum: quales hoc anno videmus penè infinitos. Εἰς τετριμμένην καὶ ἄκνιστον. Corpus recreatum ad plenum incolumémque habitũ transeat. τετριμμένον, nitidum. ἄκνιστον, purum, præpurgatum ab infestis acrimoniis.

CAPVT VII.

Septimi capitis argumentum. Rursus redintegrat explicationem differentiarum quæ in terris inuenimnur, vel ad sementem, vel ad consitiones.

ΔΙΑΦΟΡΑΙ δὲ πολλαὶ καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν δένδρων. Prosequitur etiamnum terrarum differentias: quarũ species attribuit aliis alias. Vbi duabus animaduersionibus obnoxius est. Primùm, quia multa repetit: deinde, quia miscet ea quæ ad artem pertinent: quam tamen seorsum profitetur libris sequentibus. Dicendum, non nunc docere artis modum, sed terrarum naturam: quasi iaciat fundamenta futuræ electionis ad sementes & consitiones. Quod verò repetit, necessariò facit, cùm minutiùs exequitur soli discrimina. Est autem caput hoc solidũ ac deductũ, nullísque dissectum portionibus. Hinc autẽ auspicati sumus, atque disiunximus à superioribus: quia mos est Peripateticorũ, positas materias exactiùs deinceps discutere. Διαφοραὶ καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν δένδρων. Simul enim vtrunque, quatenus inter se conueniunt, colligendum. Nam si essent in terris differentiæ, in arboribus non essent: vnum tantùm terræ genus eligeretur. Cæterùm quia sunt in arboribus quoque differentiæ, varianda erit electio atque attributio. Atque hunc ad modũ separatur caput hoc à capite superiore: quia suprà posuit terrarum differentias: nunc arborum adiungit varietatem, quas illis applicari conueniat. Videamus igitur hoc in natura Vitium. Quædam enim mõtanis meliùs proueniunt, aliæ campestribus. Comparabis autem hanc compendiariam excursionẽ cũ diligentia librorũ, in quibus hæc præcepta recẽsentur: Constãtini dico, & Columellæ, atq; aliorum. Non enim sumus ii qui omnia congerunt, vt nihil non scisse videantur. Nihil à nobis Latinorũ Græcorúmq; autorum prætermissum est: omnes sunt in amplissima bibliotheca: omnes in elẽchis, ac fortasse etiam memoria. Cæterũ casti integrísq; interpretis officio fungimur, non ostẽtatoris. Sed ad rem. Ita verò certæ sedes cuique sunt à natura attributæ, vt ex paruis momentis maximæ fiant in ipsis ideis inclinationes. μικραὶ παραλλαγαί, momẽta diximus: motus enim & mutatio communia habent principia appellationum μῶ: vnde μῶα nostris Æolensibus, quos Latium est sequutũ: quod alii μῶσα & μοῦσα. Ῥοπὴ autem, est examinis inclinatio in trutina. Τὰ μὲν στερεά. Deducit ad partitiones hoc generale dictũ. Solidas ac densas minus vdis locis commendari: earum nanque naturam minus trahere. Hoc est cõcretionis ratione. Nam sanè solidum pluribus constat partibus, quã idem si sit rarum. Dicendum, minus resolui solida corpora. Idcirco vbi aliquando constiterint, minori egere supplemento. Rara autem semper hiare: admissum atq; receptum succũ multum resolui: multum ergo reposcere. Τὰ δ' ἀραιά. Quarum concretio illis contraria, carũ loca priorum locis esse decet contraria. Arborum verò constitutiones contrariæ hæc. Raris densæ: solidis humidæ. Ita facta est antithesis figura in figura, quæ dicitur χιασμὸς: vt primo reddatur quartum, secundo tertium. Τροφαὶ σύμμετροι. Ex hoc quasi naturæ symbolo fieri, vt cuique quantum satis sit, pabuli administretur. Ὑπὲρ πάντων ἴσως. Quia pro vniuersa natura arborum solius Vitis attulit exemplũ: exẽplo absoluto de omnibus concludit idem, cũ moderatione tamen ἴσως. Αἰσθητικῆς δ' εἶναι συνέσεως. Sententiã quam suprà dixerat in excusatione illa, non posse nos omnium causarum consequirationẽ, sed sensibus acquiescẽdũ in periclitatione quæ fit circa singularia, repetit hîc. σύνεσις est in Ethicorum libris habitus animi: quo præditos Latini prisci, catos appellabant. Hunc hic attribuit exactiori sensuũ sedulitati. Itaq; sensuum humilitatẽ, quæ poterat despecta esse, adornauit vocabulo nõ contemnendo. Et bonam suam facit causam à difficultate, quã designauit illis vocibus τὸ ἀκριβὲς, & τῷ λόγῳ οὐκ εὐμαρές. Colligamus sic. Non est absistendum à disquisitione ac disceptatione. Nõ sunt nisi duo canes Philosophis ad venationem causarum, sensus & ratio. Ratio non quit nos perducere: à sensibus igitur suppetias. ἀκριβὲς, quod tã subtiliter perpensũ est vt non egeat ampliatione. ἀνακρίσεως. Itaque Latini dicunt exactum. Quod nõ est amplius repetendũ. Ἐπεὶ καὶ ταῖς πρὸς ἥλιον διαφοραῖς. Siquidem non solùm terræ qualitatum atque substantiarum oportet habere rationẽ, verũetiam situum, quoad Solis radios excipiendũ, Orientis, Occidentis, Meridialis, μεσουρανοῦντα simplici voce dixit. Ἤ πως ἄλλως ἔχοντα. Propterea quòd alii quoq; tractus sunt inter hos. Adiũgendæ nãq; sunt vernæ, autũnales, æstiuæ, hybernæ inclinationes. Ποίων τῶν φυτῶν οἰκεῖος. Sic & Virgilius, - Denique apertos Bacchus amat colles. Ὅλως δὲ τῶν ὁμογενῶν. Quia faciliùs dignoscuntur summorum generum differentiæ, veluti Vitis, Quercus, Palmæ: cui quis conueniat locus. Quin suprà docuit in genere viticeo multas esse species differentes. Ὅπερ οἵ γε ἀμπελουργοί. Declarat artis exemplo. Ex multis enim experientiis fit vna memoria: ex multis memoriis vna propositio vniuersalis, quæ est principium in scientia. Vinitores, inquit, si conuallem fuerint nacti, in qua viticam statuant, non omnia latera æquè probant, sed vnum

aliúmve cliuum. συνάγγεια, conuallis. ἄγγος, receptaculum. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Quia in omni re varia sunt momenta ad multas controuersias: idcirco reducit cognitionis iactationē quasi in portum mediocritatis. Nam & suprà leuem cùm laudabat, nō propterea sabulum, quod est leuissimū, admittebat. Quæ terræ, inquit, erunt mediæ inter densum ac rarum, siccum & humidum, leue & graue: quæ erunt æquales, vt ima summis conueniant: non autem sub crusta terræ habeant tofum, rubricam, sabulum: qua ratione scriptum est à Poeta, τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν: & vulgò βαθύγειος dicitur: eæ erunt optimæ. Quòd si, vt faciunt Iureconsulti, amplificare velis sententiam, τὰ ἄνω, καὶ τὰ κάτω, dilatabis etiam ad aerem & ad terram. Vt non solùm terræ substantiam, quod hîc facit, consideremus, sed etiam situm ipsum. Atque hoc sanè non necessariò, sed διδασκαλίας χάριν. Nec tamen ab re. Mox enim dicet. φαίνεται ὁμοίαν τινὰ ἔχειν τῷ ἀέρι πρὸς τὰς ἄλλας χώρας. Non ergo parum refert, si cum aere conueniat in mediocritate. Πρὸς τὰς ἄλλας χώρας. Si cum aliis terris comparetur, videbitur hæc similior aeri, quàm illæ. Omnino sententia hæc eget explicatione. Quippe aer est rarissimus, leuissimus, solutilis, fusilis, pinguis, & pinguitudinis principium in mistis: ad hæc, si vera est humidi definitio, humidissimus. Ex iis colligi possunt ea in quibus huic mediocri terrarum habitudini cū aere conuenire possit: in quibus non possit. Vt potius ea de qua tractatio mox sequitur, propius ad aeris naturam accedere videatur. Ait ergo eam quæ non erit mediocris, necessariò declinare. Quæ igitur in alterum extremorum declinarit, in proxima esse commendatione. Et sanè propterea quòd haud facilè cognoscitur hæc mediocritas: neque crebra est, & fortasse nusquam: idcirco expleuit doctrinam hanc prudentissimo apotelesmate. Si hæc ad manus non sit, ἀλλ' ἐκ τοῦ γε τούτων ἢ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα. Quæ abscedet ab hoc medio, si accesserit ad laxam, leuem, vdam: inter bonas recensenda erit. ἔνικμος, quæ verè humus, vt alibi docebamus. ἰκμαλέον, vdum: vnde humus, & vua, & vuidum: quorum origo ὕειν, καὶ ὕδωρ. ἰκμὰς ad verbum, mador. Quæ vox Latina etiam Græcos parentes habet. Ἔχει τε γὰρ τροφήν. Sunt rationes propositionis minoris in syllogismo. Maior est hæc: Quæ terra in se continet alimentum & facilitatem ad suppeditandum, ea est optima. Continet autem alimentum ἔνικμος. Propensa est ad illius transmissionem, ea quæ est εὐδίοδος. Idem quod μανὴ propter meatus. Cuius habitus constituitur à leuitate: non enim cogitur aut compingitur. Subeunt ergo radices, ac facilè prolatantur. At eæ sunt alimoniæ penora aut promi. Notabis autem admirabilem opinionem. ἣν καί τινες ἁπλῶς τίθενται ἀρίστην. Vt optimum non sit in medio, sed ab latere. Sic & nostra æqualitas à vero medio recedit ad calidum & humidum: quia non est sanitas medium concretionis simpliciter, sed relatum ad vitam & officia quæ aut ei debentur, aut ab ea debentur ad beatitudinem. Κατὰ δὲ τὰς παραλλαγάς. Nunc perpendit naturarum harum coniugationes. Si vna quæpiam natura fuerit pro arboribus, quoties eiusmodi multæ conuenerint, tanto magis arboribus consuletur. Exēpli gratia: si laxitas quæritur, & cum laxitate coniuncta fuerit leuitas & siccitas, fiet accessio ad bonitatem, modò sit βαθύγειος. Arboribus enim radicum frequentia aut profunditas requiritur. Hæc autem frugibus inepta est. Rationem suprà dixit bis: hîc etiam repetit. Summa est in radicum profunditate. Laxa transmittit hybernos imbres in profundum: quo ex loco sibi haurire queant arbores, fruges nequeant ob radicum situm superficiarium. Ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις ἄλλη διαφορά. Quia hæc, de qua diximus, terra propter has conditiones est inutilis segetibus, vtilis arboribus: si qua est alia differentia, ea vt erit inutilis alicui, sic vtilis erit alii. Hoc est quod, inquit, τὸ γὰρ πρόσφορον ἀποδώσει τινὶ γένει διὰ τὴν παραλλαγήν. Quia plantarum genera declinant à medio puncto ad ambitum vitæ, non per vnam lineam, sed per diuersas diametros: sic & terrarum habitudines. Quocirca παραλλαγή, id est varietas mutationis ipsorum temperamentorum adhærebit semper alicui propter conuenientiam.

Οὐκ ἀηδῶς δέ. Eleganter sentire illos etiam qui aliam dirigunt temperaturam ad vtilitatem, scilicet calidam & humidam. Quare dixerit οὐκ ἀηδῶς. Quasi frigidè laudet hanc sententiam, sanè me latet. Est enim omnium optima. Vbi vides à nobis (quod suprà dicebamus) acutè dictum: τὰ ἄνω ab aere intelligi, τὰ κάτω à terra. Nam terra calida nulla est, nisi ab aere. Sanè quibus subterranei calores, eæ omnes steriles, quippe à sulfure, nitro, alumine, bitumine. Non enim ignis ille aptus ad generationem. Ἄμφω γὰρ ἔχειν, ἃ δεῖ. Ratio præstantiæ. Cùm duo requirantur, si adsit vtrunque, perfectam esse naturam. Sunt autem duo illa, materia & agens. Ideo explicat, τροφήν τε καὶ τὸ κατεργαζόμενον, id est κατεργάζον. ἰκμὰς est τροφή, τὸ θερμὸν est effector. Εὐλόγως δέ. Tertia ratio bonitatis, ἀπὸ τοῦ θησαυρισμοῦ. Non solùm materiam suscipit ea terra, quam statim conuertat in alimentum: sed etiam seruat ac repostam habet pro futuro supplemento, quam dependat. Resoluit enim in exhalationes, quas efficit ex prius admissis imbribus atque summittit: vbi superiora sunt exhausta calore cæli. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἔνικμον. Nunc partitur calidam simpliciter, atque adiungit differentias humidi aut sicci. Has deinde tum frugibus partitur tum arboribus. Plana sunt, ac sæpius inculcata. Ἐπὶ ταύτῃ δὲ φέρονται. Par, inquit, huic illa quoque sententia, quæ pinguem vult, non compactam, μὴ παγώδη. Quasi dicat μὴ πυκνήν. id quod suprà quoque detrahebat de bonitate: & hîc addit, quasi exponēdo. Nisi παγώδη capias, quasi quæ frigore facilè cōcrescat. Nā pinguis non crustatur frigore, sed spissatur, vt oleū. Μὴ δ' ἁλμυράν. Nō posuit suprà dulcē esse oportere ad cōmendationē, nunc tamen

tamen perinde ac vitium amouet contrariū. Nam si pingui obiiciebat desiccandi maleficium, quāto magis salsæ? Ἀλλά ποτε μὲν καὶ ψαθυράν. Atque etiam, si fieri pote, etiam friabilis esto. Tum inde rursus, ac tertiò τροφή, καὶ τὸ εὐδίοδον. Vt hi sint medii termini syllogismi tot demonstrationum.

Μελάγγειος. alia nota bonitatis à colore. Τὸ μέλαν hîc pullum accipias, non atrum: atra namque nimis vda, pulla satis. Ὅτι δύναται καὶ ὄμβρον. vulgaris natura. Duę namque plantis potissimùm causæ sunt omnium morborum, multi minus imbres, æstus aeris. Quæ terra sese tuebitur ab vtroque, eam pro re valentem esse censet. Verùm hæc Leophanis causa à sensu tracta est. Da tu mihi, Philosophe, causam ἀναλυτικῶς. Dicendum, quia calore coquit imbres: humore domat æstus. Nempe illis in verbis non est ratio resoluens, δοχὸς οὖσα καὶ τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ. Nulla enim terra non excipulum est vtriusque. Notabis vocem δοχός, hospita. Cætera plana sunt in epilogo.

Ἀρετὴν χώρας. Virtus nunc loci, regionis: signatiùs atque arctiùs, quàm γῆ. Quia regio multas alia alias proprietates. Χώρα, officii nomen à capiendo. Vnde materiam sic appellauit Plato, propterea quòd est πανδεχές. Ἀρετὴν autem esse vim: & inanimis quoque rebus attribui tum à medicis, tum à Philosophis, iam dictum est à nobis, & in originibus, & in familiaribus exercitationibus, deducta è Chaldæorum & Syrorū vsu, quorum linguam Cadmus in Græciam importauit. Priores namque duæ syllabæ nō solum Leonem, sed etiam omnem designāt ferociam: vnde etiam illorum ἄρης.

Lego, πυκνὰ φυτεύειν ἐν τοῖς ἐνίκμοις. Et expūgo δέ. αἱ τροφαὶ δῆλον ὅτι. Suspicor hîc alia quoque menda esse, quemadmodum creberrima sunt toto opere.

Theodorus. μικραὶ δὲ παραλλαγαί. Quanquam exigua diuersitas sit, potiùs sic intelligām. Si constituatur arbor aliter, atque eius exigit natura: tametsi parum absit loci natura ab arborum natura: tamen multum affert momenti ad naturæ deprauationem. Tunc παραλλαγαὶ significabit aduentitiam mutationem, non autem naturalem diuersitatem. Καθ' ἑκατέρας τὰς χώρας. Pro vtrarunque arborum natura. Puto scriptum reliquisse: pro vtrarunque terrarum. Συνέσεως. Nunc notionem, nunc diiudicationem interpretatur. Sensu consultò opus est. Κρᾶσιν ἐναντίων. contrariorum confusionem. Noua audacia, aliud est σύγχυσις, nunquam in ordine naturali rei constitutæ, sed in via tātùm ad constitutionem: vbi post elementorum conuentionem fit actio mutua: aliud κρᾶσις, quæ temperatura est ordinaria in opera atque opere Naturæ. Latinè concretio iisdem vocum lineamentis: vt alibi diximus. Ἡ δὲ πυκνή, καὶ βαρεῖα, καὶ ξηρά. Spissum, ponderosum, sitiens. consequens pro antecedente. Sanè quia siccum, sitit βαθύγειος. Si solum altum sit. satis ambigué. Namque in colle solum sabulosum nihilominus altum est, nec βαθύγειον tamen. Τὸ δὲ πρόσφορον. Theodorus addidit illa omnia. quod aliis incommodum foret. Οὐκ ἀηδῶς δέ. Non imperitè diiudicant. Verbum addidit. & videtur αἰδῶς legisse. Μὴ παγώδη, non rigidum. à rigore scilicet ac frigore. Puto intellexisse contumacem ac concretam glebam, cuius partes haud facilè separentur. Sicuti ferri scoria παγώδης, non tamen solida. Δοχός. capax. receptaculum. Πρὸς ἕκαστον, conuenienter singulis. non vulgaris loquēdi ratio: qua tamen vtitur Cicero.

CAPVT VIII.

Octaui capitis argumentum. Aquarum vtilitates, dulciū, salsarum etiam quibusdam. Ex Brassica natiuam educi acrimoniā, nitrosæ aquæ rigatione. In Tylo insula salsas rigationes plus conferre quàm pluuias.

ΤΑΣ δὲ τῶν ὑδάτων διαφοράς. Iam diximus aquas esse tanquam lac in plantis: terram pro matrice, quoad aquas scilicet, quas intrà se continet. Suprà dixit de cælestibus aquis: nunc de iis quas vocat ἐπιγείους. Quam vocem æqui boni consules: sunt enim ἔγγειοι καὶ ὑπόγειοι. Sed respexit ad rigationes, elices, alueos, canales, qui sunt ἐπίγειοι. Earum differentiæ multæ à qualitatibus peregrinis. Dulces dicemus ipsas insipidas. Alię sūt acidę, vt in Aruernis, nec sine vini (vt sibi ridiculè persuadēt amētęs incolę) imitatione. Id aluminis vena præstari, argumento est dentium stupor impressus ab alumine. Aliæ salsæ sūt, amaræ aliæ. Item à primis qualitatibus, calidæ, frigidæ. calidarum differentiæ multę. Quamobrem in quibusdam vis inest genitalis: in quibus scilicet mediocris tepor cum dulcedine. Quocirca pisces in aquis calidis ad Iuliam Carnicam: quemadmodum contrà in gelidissimis puteis Florentinis pisciculi, quos *Lascas* vocant. De his igitur omnibus hîc agendum. Καὶ γὰρ ταῦτα οὐ μικρὰν ἔχει μερίδα. Haud paruam habent portiunculam ad alendum. Quarum officia atque facultates haud exiguam sibi partem vindicant ad plantarum incrementa. Θερμά, νιτρώδη, στυπτηριώδη. calidę scilicet valde. Nam infrà quædam calidæ non sūt ineptæ: cuius vitii has insimulat. Feruidæ namque vrūt ac delent calorem naturalem, qui in mediocri temperie constitutus vtrinque habet extrema pro contrariis. Nitrosæ autem & aluminosæ propter siccitatem. Ἔτι ἄλλος τοιοῦτος χυλός. Puta bituminis, chalybis, æris, sulfuris. Ἄτροφα, plātis quæ extant. Ἄγονα, plantarū quæ ab aliis dulcibus generantur. Sanè conuenit, vt in se habeat vitæ principia id quod habet in se vitę proportionem. Est autem vitæ proportio, nutrimentum. Potestate quidem membrum est viuens, in quod futurum est, vt transformetur, & cum eo quod præexistit, fiat vnum. Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Si non exactè loquamur, sed in summa. hoc est hîc ἁπλῶς. Πλὴν εἴ τι συγγενὲς αὐτοῖς. Declarat exceptionem. Quia sunt quædam quarundam priuatæ naturæ planta-

rum, quibus priuata quoque deberi alimenta par
est. Καθάπερ ἡ θάλαττα. detorta oratio. Τὸ καθά-
περ reddere debebat plantam συγγενῆ, non autem
aquam. Sicut mare. Imò verò, sicut alga, quæ sit
cognata mari. Hîc mare refertur ad illud, εἴ τις ἄλ-
λος χυλός. Est enim sapor præter illos salsus. Βρα-
χὺ δέ τι τοῦτο. Quare, dicet aliquis, non fecisti com
munem τροφὴν ex omnibus aquis, quibus partim
hasce, partim illas tanquam nutricibus plantas
attribueres? respondet hoc esse parum. Βραχὺ, si-
gnata voce, quia dicimus totum capere partes:&,
species capi ambitu generis. Ἢ οὐδέν. corre-
ctio ad asseuerationem. imò nihil. Cæterùm quia
erat excessus in loquutione: τὸ οὐδὲν namque ni-
mis multa negat ac tollit: adiūxit moderationem:
ὡς εἰπεῖν. ἐνιαχοῦ δέ τι ποτίμων. Alia exceptio cum
ratione. Tametsi calidæ alicubi: tamen quia vsui
sunt ad potandum, vsui sunt item ad alendum. Hîc
ἐκτροφὴ est actiuè posita. Καθάπερ τοῖς ἐν βρα-
χεῖ θερμοῖς. mutatio casuum: ποτίμων, θερμῆς. Καθ'
αὑτὰ δέ. Sua tamē natura quemadmodum nullum
generant animal, ita etiam nullam plantam. Sic
dispungendum. Ὥσπερ καὶ ζώων, καὶ φυτῶν. scilicet, οὔ-
πω καὶ φυτῶν ἄγονα. Suprà dicebat ἄτροφα καὶ ἄγονα.
Mox hîc dicit ἐκτροφή: nunc hîc, ἄγονα. Non est
autē quasi ratio, quam dicit: vt, quia non gignunt
animalia, iccirco ne plantas quidem gignāt. Non
enim sequitur negatio ab operosiore ad minus o-
perosum. Sed posuit ἱστορικῶς, & comparatione po
tiùs quàm deductione. Ἡ δὲ θάλασσα πολλά.
Quantum est in Historiis declaratum. Etiam de
marinis Quercubus Lusitanis fabulatur Por-
phyrius Græca fide, quarum glandibus saginen-
tur thynni. Παντοῖα, nimis audax vox. Pauca nam-
que sunt marinarum genera plantarum: si ad ter-
restres respiciamus. Et abolerent hæc verba sen-
tentiam superiorum: vbi dicebat, hæc pauca, βρα-
χὺ, ac penè nulla, ἢ οὐδέν. Καὶ ἔστιν ὥσπερ ζώων.
Tantum attribuit mari genitalis facultatis, vt suas
sibi plantas agnoscat peculiares, quæ in terra na-
sci nequeant: quemadmodum altera priuata natu
ra suas animātes, id est pisces. Non est igitur quod
aiebat, οὐδέν. Nam tametsi non ex æquo cum ter-
ra partitur plantarum species: tamen ex naturæ
portione vindicat sibi, quātum sua interest. Non
ergo debet excludi aqua salsa ab officio plantas a-
lendi. Ὅσα δ' ἐν τῇ ἀμπώτιδι. Quoniam iis in
locis vbi reciprocat mare, non solùm arbores fe-
ras videmus, vt alnos, populos: salices, alias, sed e-
tiam vineas, easque fructuosissimas: vnde satis
queamus obiicere maris fœcunditatem: respon-
det quæ arbores sunt in ęstuariis, vt in ora Bel-
gii, maritimis insulis, Quas iccirco *Zeland* vocāt,
hîc in Vibiscis vicinis nostris, non à mari capere
alimentum, sed à venis subterraneis. Hoc nos in
Exotericis disputauimus: marinas aquas perco-
lari atque amittere virus salsitatis. Ἄμπωτις est ma
ris æstus, quasi resorptio, ἀνάπωσις. Περὶ τούτων
ἂν τις. addidit præpositionem. Satis enim erat,
τούτων, scilicet τῆς τροφῆς. Has ex interiori terræ si-
nu exhaurire. Mare ipsum, cùm circunfunditur,

A nihil nocere, ἀβλαβῆ: sicuti neque alias aquas, quæ
plantis aliis circunfundūtur. Ideò dixit, καθάπερ καὶ
τὸ ὕδωρ τοῖς ἐγγείοις. Quia eæ plantæ non sunt ἔν-
γειοι ἁπλῶς in æstuariis, in quibus aqua non est per-
petua, sed ἔγγειοι. Sunt ergo tres plantarum mari-
narum modi. Vnus in sinu maris ad fundum, alga:
cuius naturæ Lichen est Indici maris, qui dicitur
ab Hispalensibus Salgamazo. Alter modus in æ-
stuariis, in quibus aqua per vices est, accessione,
ac decessione. Tertius est in maritimis quem po-
nit hîc. Cæterùm harum duplex est ratio. Partim
enim radices agunt in terra: aliæ sunt humiles, stri
gosæ, tristi facie, atque infelici natalia sua testan-
tes: quippe saxis editæ dubitare faciunt, an radici-
bus nitantur vllis. Tales sunt in Ora litoris Ger-
manici. Καὶ ὅσα δή. Hîc narrat vicinas mari.
B Hasce frui salso humore subterraneo, quem vo-
cat hîc ἁλμυρίδα, quasi muriolam dixeris. Πρὸς
ἀσθένειαν καὶ τροφήν. Tum ad alimentū, tū ad robur.
vt non solùm viuāt inde, sed etiā bene valeant. ne-
quis putet miserè vitam trahere. Sicut suprà dice-
bat, ἡ δημήτειος καρπὸς ἀσθενεῖ: sic hîc ἀσθενεῖ. etiam
εὐσθενεῖ legas apud veteres. Hoc autē aperit mani-
festam inconstantis sententiæ fluctuationē. Nam
quas narrabat in æstuariis, eæ quamobrem ἐκ ἀ-
πόλαυσιν τῆς ἁλμυρίδος ἔχουσι; Quare, inquam, non
aluntur salsugine, sed ab imo hauriunt dulces? Hæ
quę remotiores sunt, salsuginem trahunt? An ve-
rò si percolatur aqua marina: quo facta dulcis a-
lat illas iis in locis, quorum in superficie aliquādiu
stabulatur: nō vtiliùs percolabitur, vt minus pro-
C pinquas alat? His enim transmissio illa vel æquè,
vel etiam magis necessaria. Subtus enim esse de-
cet penum atque commeatum, quas nullus super-
nè humor alluit, vt illas. Ἔοικε γὰρ καὶ τοῦτο. Vi-
detur, inquit, genus hoc quasi medium esse, quem-
admodum & superiora. Vt inter terrestres, quæ
dulci aluntur, & marinas quæ sunt in sinu maris,
duo videantur interualla, vnum æstuariarum, alte
rum litoralium. Τὰ δ' ἁλυκά. Adhuc confir-
mat hanc opinionem, quæ vindicat à salsugine a-
limentum etiam iis, quæ in mari non viuunt, sed
terrenis ipsis, minus tamen ac minus bonū, quàm
à dulcibus. Hæc si meminisset Plutarchus, aut plu
ris fecisset, quàm friuola quædam: non ea scri-
psisset, quæ nos impugnauimus in Commentariis
D nostris illis inuidiosis super libros De plantis fal-
sò Aristoteli attributos. Ἀναυξῆ γὰρ ποιεῖ. Ra-
tio, cur deteriùs alat. quia prohibent incremen-
tum. Incrementum enim ab humido: sal exiccat. i-
ta habes demonstrationem. Ipse aliam expressit
causam, quasi à calore: ἐπικάει. quia sal non agit sic-
citate: siccitas enim passiua qualitas: sed calore suo
siccat. Τὸ δ' ἁλυπότερα. Hinc subdit salsarum a-
quarum vtilitatem certis plantarum generibus,
tum arboribus, vt Palmæ, tum Oleribus, vt Bras-
sicæ: idque ex aliorum sentētia. Cuius rei assignat
causā, quia plātæ illę sunt robustiores. Vrbanitas
est in oratione. Τὰ δ' ἁλυκὰ τῶν ὑδάτων ὕδατα. Sic Sy-
ri loquūtur, Dicēs dicā dictū vnū tibi. Τοῦ ἁλυπό-
τερα. Distribuit eam naturam, simul comparat di-
stributa.

stributa. Conferre quidem tum arboribus qui-
busdam, tum oleribus, sed oleribus minus, quia
minus sint arboribus robusta. Vbi comparanda
sunt genera in eo similia, scilicet quę iuuentur sal-
sis. Alioqui olera quædam quibusdam arboribus
plus accipiunt à salsis beneficii. Oblectatur iis
Brassica, Pyrus offenditur. Τάχα γὰρ ἄν τις προσ-
φορά. apertior asseueratio. Namque suprà salsis
minus ali dicebat, & deteriùs nunc: tantum abes-
se ab hoc maleficio, vt etiam afferant emolumen-
tum. Ideò dixit, τὸ ὅλον: si tota natura consideretur.
Εἴπερ καὶ οἱ ἅλες. Argumentum ab abstracto
ad concretum. Si sal iuuat: ergo & salsa. Ideò di-
xit: παραπλήσιος γὰρ ὁ αὐτὸς χυλός. At quomodo simi
lis & affinis, si est idem succus? Οὐ μὴν ἀλλά.
Non erat opus aduersatiua. Idem est in eodem sē-
su, iisdem verbis. Olera iuuari salsis. Βελτίω
γὰρ γίνεται. Non igitur fit διὰ τὸ ἰσχυρότερα εἶναι, sed à
forma: quia talis quædam sua ratione, quam sequi
tur finis: διὰ τὸ βελτίω. Quod addit de nitro: id est
propter proportionem salis ac nitri. Γίνεται
πολλῷ γλυκύτερα. Sapor princeps affectus est cibi:
quò condiuit eum Natura, vt mandendi labori
comes esset voluptas. Is igitur si salsugine adipisci
tur in olere commendationem: plurimùm ad olus
facit salsugo. Est secundo loco quod quæritur in
cibis, friabilitas atque teneritudo: propter duos
fines. Vltimus quidem ac verus est, facilitas trans-
mutationis quę fit ægriùs in duro. Medius finis ac
propinquior, est cōmoditas ore conficiendi, tum
quia est apparatus ad illum vlteriorē finem, tum
quia gustum citiùs atque prolixiùs sapor afficit,
in partes minutiores soluto atq; liquefacto cibo.
Horum vtrunque salis beneficio cōparatur: dul-
cor quidem propterea quòd agrestitas, vt ita lo-
quar, illa domitatur calore salis, quemadmodùm
& solis vi, cùm fructus maturantur. Teneritudo
autem, quia sal penetrando consumit humidum
lentorem, quo fit partium cohęsio pertinax. Iccir-
co dixit, καθάπερ καὶ ἡ ἑψομένη. Cocta si dulcescit ac
tenerescit: igitur idem fiet à proportione coctio-
nis. Itaque salis vi, quia salis vis coctrix: calida e-
nim est. Καὶ ὅλως ἡ ἁλυκότης. Rationem red-
dit, quæ subtiliùs est consideranda. Amaritudi-
nem, quæ in Brassica est, reseratis à salsugine mea-
tibus, exigi. Quod hîc considerare debemus, est.
Amarum & salsum sapores esse affines. At expul-
sio fit à contrario. Deinde, expulsionem esse a-
ctionem valentioris. Ac amaritudo salsedine po-
tentior est. Dicendum: non expelli à salsedine, sed
à calore naturali coquente & aperiente meatus,
cui fit sal pro ministro atque instrumento. Atque
ita soluitur vtraque obiectio. Ταύτην scilicet πι-
κρότητα, salsugo subiens ἐξάγει, educit. Abit igitur
ipse quoq;, alioqui non fieret γλυκυτέρα: abit por-
rò eiusdem opera caloris. Ἀναστομοῦν, quia rare-
facit calor. iccirco dixit, subiens. Vnde fit teneri-
tudo, dissitis partibus.

Τὸ δὲ πικρὸν ἄτροφον, καὶ δύσχυλον. Omnium
Philosophorum sententia hæc: amarum neque a-
lere, neque succum facere naturalem. Ita, quod

A dicebamus, vides. Saporis iucunditatem necessi-
tudinem habere cum alendi facultatibus. vt χυλὸς
sit διὰ τὴν τροφήν. Τὰ δ' ἄλλα χείρω. Cæteras
plantas fieri deteriores: propterea quòd salsugo
ab eis nō educat extraneum succum, sed vitiet aut
absumat peculiarem. Vbi notabis vocem, ἀλλό-
τριον. Quasi verò amaritudo illa sit. Brassicæ pe-
regrina & extraria. Non est sanè, sed οἰκεία. Ve-
rùm respexit ad commodiora: vt sit, ἀλλότριον sa-
pori. Δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. Analogiam
ponit Coronopodis & salis. Coronopoda prope
Cichoreacea satam, eorum mitigare amaritudi-
nem, sua scilicet acrimonia. Vbi vides omninò
Coronopoda Theophrasti esse nostrum Cornu-
cerui, siue Herbam stellam. Est enim sapore acri
atque Erucis affini. Dicet aliquis: cur prope Al-
B lium sata, non eius diluit vim? Respondet, διὰ τὴν
ὁμοιότητα τῶν χυλῶν. Simili namque augetur simi-
le, non tollitur. Καθάπερ ἐπὶ τῶν κναφευόντων.
Ostendit subitionis modum. Qui maculas eluūt,
euocant quo sunt imbuti panni. Id quod facit sa-
po subiens atque sese commiscens, deinde exiens:
sic & lixiuium. Sic Zaphera vitrum purgat. Ἐπι-
χρώσεις coloramenta. Quia macula omnis alius
coloris est, atque id quod maculat. Εἰ δ'
ἀληθές. Androsthenes scriptum reliquerat, in Ty-
lo Erythræi maris insula rigationes plus confer-
re quàm pluuiales aquas. At rigationes esse salsas
ibi, satis constat. Διὸ καὶ ὅταν. Corrupta hæc
sunt verba, sicut & alibi pleraque. sententia hæc.
Si post pluuias inducūt riuos: id consuetudini es-
se tribuendum, quasi neget esse naturale: sed ex
C consuetudine corrigere ibi, quod alibi deprauat.
Cæterùm huic iudicio meus animus nequit ac-
quiescere. Si enim non ferret natura: non inferret
consuetudo. Nam fuit aliqua sanè rigatio prima
omnium. ea quare non obfuit? Nam si obfuisset:
nunquam fuissent adducti Olitores vt secundam
inducerent. Cur ergo confert? propterea quòd
conuenit vitæ tractus cum principiis. Ita dico, il-
lis plantarum speciebus non aduersari salem. Prę-
terea illis in locis si potuere prima vitæ rudimen-
ta pati sub salsæ naturæ solum illud: posse etiam si-
milia vitæ supplemēta tolerare atque in sua com-
moda vertere, id est ad alimoniam, accretionem,
durationem. Εἰ παρέχειν, scilicet ἀληθές ἐστι. Συμ-
βαίνει δέ. Quia videbatur inuita sententia cedere
veritati, scilicet consuetudine Naturam supera-
D tam: addit naturam ibi infrequentem esse, id est
pluuias: iccirco artis officia libenter atque etiam
vtiliter admittere, id est rigationes, ob agrum si-
ticulosum. Quare factum vt non solùm arbores,
sed etiam fruges sibi eam operam depoposcerint.
Nec sanè non mirandum est, si etiam segetes ri-
gantur ibi. Διὸ καὶ πᾶσιν ὥσπερ ἀρδεύουσι. Quip-
pe cum cælo calido qui habeant rationes, aquarū
vsuram perfacilem: ea indulgentia & commodi-
tate sibi comparant, & quasi seruire cogunt tem-
pestates. Ita, quod & alibi diximus, in Angot pro-
uincia Troglodytarum, quæ sub eadem est verti-
cis altitudine, toto anno seritur, Ταῦτα ὡς ἐξ ὑδάτων.

δήτως. Quia minus accuratè redditæ causæ sunt. Quemadmodum cùm robur pro causa designat, quamobrem ἐπέτεια salsuginem patiantur. Esse namque τῶν ἐπετείων naturam valde friuolam: satis patet ex vitæ breuitate. Item quòd in æstuariis alantur arbores dulci, non salsa. Nam Bascorum vina subsalsa sunt, propter venas subterraneas ab Oceano: ac sanè talia, quale canit lac diuinus Poeta: *Et salis occultum referunt in lacte saporem.* Quocirca vina illa quo magis potantur, minus extinguunt sitim: & in Vibiscis vesicæ vitia crebra.

Lego συγγενὲς αὐτοῖς ἐκτρέφειν, cum aspiratione, non αὐτοῖς. Et ὅσα δ' ἐν τῇ ἀμπώτιδι. Et τοῖς λειμῶσι γὰρ, οἷς, addita coniunctione.

Theodorus, παντοῖα, varia. Mitigauit licentiam Græcæ vocis. Παντοῖον, varium quidem significat, verùm in ipsa vniuersitate. At mare neutiquam generat παντοῖα φυτά: non enim ὅσα ἐν παντὶ τῷ γένει τῶν φυτῶν. Ἐν αὐτῇ καὶ τῶν φυτῶν γένος τι. Quod nisi in mari viuere nequit. Addita hæc per paraphrasin. Τοῖς ἐγγύς. Suas incolas. sanè plusquam Poeticé. Παραβαλλόμενοι, aggeratus. vox nimia Satis est, appositus sal, adiectus, affusus. Et addidit de suo: vnicé. Καθάπερ καὶ ἑψομένη. Sicut & si priusquã coquatur, sale commaceretur. Ita ergo τὸ ἑψομένη, esset futurum. at est præsens. Μεταξὺ ἑψομένη. Inter coquendum sanè fit tenerior: at nequaquam dulcior, sed salsior si sal addatur. Sed cõparauit Philosophus salis vim cum vi coctionis. Ἄτροφόν τε καὶ δύσχυλον. An amaritudo cum saporem, tum alimẽtum peruertit. Sæpe monuimus, hosce versionum laxiores ambitus non hærere medullis sententiarum Philosophicæ orationis. Sic in his. Τὸ ἄτροφον, negat penitus. τὸ δύσχυλον, non negat aut tollit, sed deprauat. At Theodorus vtrique verbum idem, peruertit. Simplicissimè, nec ambitiosé. neque alit, & vitiat saporem. Εὐαυξέστερα, altior. Non expressit crescẽdi aptitudinem ac facilitatem, quam acquirit à sale. Tenerior fit & habilior ad crescẽdum. Id enim est τὸ εὖ, in ea voce. Τὰ δ' ἄλλα χείρω. Sed cæteris in rebus deterior. Attribuit hęc verba Brassicæ. at referenda sunt ad alias herbas. Brassicam meliùs habere à salsugine, ceteras peiùs, in quibus ἐπικρίνεται τὸ οἰκεῖον. Et quæ sint aliæ res illæ in quibus sit deterior: si & in specie habitior, & in sapore dulcior, & ad vsum alimenti est tenerior? Καθάπερ καὶ ὁ κορωνόπους. Vt in Selagine atque vniuerso genere Intuborum. Ita omissa est sententia qua comparatur in acribus Coronopodis vicinia, cum salis vicinia in amaris. Coronopum Plinius cùm duobus diuersis locis ita pingat, vt vni non videatur conuenire: ab vtraque longè diuersam facit Selaginem. Cęterùm vt pleraque alia videtur ex appendicibus Dioscoridę sublegisse Theodorus. Ἐξαγόντων ἐπιχρώσεις, maculas detergunt. Aliud est ἐξάγειν, aliud ἀποπλύνειν: vt etiam declaratur à Galeno. Detergentia amouent à superficie, non habent euocandi facultatem. At in hac cõparatione est, subitio, mistio, eductio, quemadmodum dicebamus.

CAPVT IX.

Noni capitis argumentum. Aquarum dulcium qualitates, vtilitates, causæ. Magis conferre frigidiores. Puras. Commendabiliores. Salsugine, aut aliis mistas saporibus quibus prosint, & quamobrem. Dulces ad Pyræan quare non alant plantas.

TΩN δὲ ποτίμων. Exclusis salsis aquis, ac medicatis à communi rigationis vsu, solæ supersunt aquæ dulces: quæ propterea quòd tum frigidæ, tum calidæ queunt esse, idq; vel sole, vel igni, vel Austro: quæ quibus sint vtiles, hìc videbimus. Totum caput hoc suauissima narratione iucundum ac perspicuum est, neq; diuulsum farragine disceptationum, neque dissitum in partitiones operosas, vt pleraque alia. Primùm agit de aquarum frigidarum, quę purę sunt, commodis. Deinde abit à proposito, vt non amplius de dulcibus agat, sed de iis quibus admiscentur salsæ. Postremò de vitiis occultis aquarum, quæ ad Pyrean sunt, tametsi dulcium. Τῶν δὲ ποτίμων. Potabilium, id est dulcium, ab effectu & vsu qualitas expressa est. Ait, frigidas esse optimas. ratio: Autores sunt concoctionis: quia cogunt introrsum calorem ad radices. Is secum ipse cumulatus, cumulatè ac plenè operam nauat ad officia concoctionis. Hoc sanè per antiperistasin, obsesso calore scilicet. Calidas autem euocare ac dissipare. quippe aperiunt. Hoc ergo ratione partium. Deinde accedit ratio similitudinis: vt foras exeat ad calorem calor: cuius coniunctionis atque necessitudinis suprà faciebat mentionem. Alibi dicebamus: solum Ocimum aquis insolatis lætari atque proficere. Κατάψυξιν. alia causa. Excalfactas, exuctásque radices egere refrigerationis. Ideò dixit: ταύτης δεῖται τὰ δένδρα. Vt quod facit in animalibus vel spiratio, vel trãspiratio, huius proportionem præstet istiusmodi refrigeratio. Ὅτι δὲ βελτίω. Sententiam confirmat experimento. Hæc est hypothesis: omnibus in partibus esculentis dulcedinem quæri, veluti radicibus, foliis, fructibus. Ait ergo: dulcescere omnia hæc aquarum dulcium rigatione.

Ἔοικε δέ. tertia ratio à similitudine. procedit autem per probata. Nam suprà commendabantur aquæ boreales & nocturnæ: ratio par in rigationibus, quæ in pluuiis. Similis quoque proportio à ventis. Frigidi namque flatus probabantur. Dicit hìc νυκτερίδια, sicut alibi νυκτερινά. Ὅταν ψυχρὰ καὶ μὴ θερμά. Non est hìc illa palilogia, de qua diximus alibi ex Homero, Aristotele, hoc ipso autore, ἐοικέτοι, οὔτοι ἀεικὲς: μέγα, καὶ οὐ μικρόν: sed quia dicit frigidas conferre: ne quis suspicari posset, calidarum parem, aut saltem similem afferre vtilitatem, si dulces sint, addidit, ita frigidas vsui esse, vt calidæ non sint. Τὴν γὰρ αὐτήν. Eandem ab omnibus præstari vtilitatem: quia sit omnibus eadem natura, quę est principium vtilitatis. Poterat dicere, ἔχει πάντα: maluit πάντα ἔχει: neq; fugit hiatum. Τὰ θερμὰ διαχεῖ. Rectè. diffundunt duplici ratione. Nam & continentis partes laxant: & contentas attenuãt. Addidit autem ἀνυγραίνει: quia si ventos consideres, Meridionales cum calore imprimunt etiam humidum. Si aquas: quia humidæ sunt actu, apertis subeunt meatibus. Itaque tunc fit contraria natura ei, quam suprà toties commendabat: ξυνεστηκότα τὰ δένδρα. Ὑγραινόμενα ergo dicemus, ob mollitiem laxa. Καὶ ἀσθενὲς ποιεῖ. imbecillũ facit natiuum calorẽ. Causa est in præcedenti verbo, διαχεῖ: dissipatus fit sibi ipse, quoad partes alienus. Dissitum seipso cõpacto quiduis infirmius. Ratio: Quia collectum est magis vnum. At vnitatis ratio est reciproca cum entitate. At rarum est quodammodo multa, sibi ipsi denso comparatum. Est & alia ratio imbecillitatis, ἀνύγρανσις. Humectatio maior quàm par sit. Cùm Hippocrates tria designet, continentia, cõtenta, καὶ ἐνορμῶντα: hæc tria tetigit. Continens, est arboris corpus. Contentum, τὸ ὑγραῖνον. Τὸ ἐνορμῶν, calor naturalis. Ὑπερβολὴ δέ τις ἐστὶν ἴσως. posset aliquis occurrere. Quomodo frigidas & eligis & laudas, cùm aquæ natura frigidissima sit? Frigus autem calorem extinguat: quo fit vt non alantur: fit enim alimenti transmutatio à calore. Quamobrem necesse est interitum sequi. Hoc est quod dicebat, εἰ γὰρ ἀφαιρεῖται τῆς τοῦ θερμοῦ δύναμιν, ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν: ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν ζωήν. Quãquam illud γὰρ, potiùs fuisset οὖν. Consequitur enim vitæ ablatio nutrimenti ablationem. Respõdet: temperari aquę vim illam, illúmque excessum remitti adiunctione terræ, in qua sunt plantæ & affinitate aeris, qua ambiuntur. Nam sanè si ab his non sint subsidia: obsunt aquæ frigidæ. Iis enim vruntur prata, nisi fimo aspergantur. Ita insistit in vestigiis Præceptoris, qui in secundo De generatione aqua sola negat ali plantas. Duo connumerat incommoda frigiditatis, καὶ πρὸς τροφὴν καὶ πρὸς γένεσιν. Οὐ μὴν πολλή γε. Is, inquit, excessus & inutilis & noxius. Si tamen eius operæ aliorum opera misceantur: illorum coniunctione tum ipse fiet tolerabilis, tum erit eius actio naturalis. Χυλὸν ἀλλότριον. Intelligit aeris & terræ: quod mox explicat: Ταῦτα δ' ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐν τῷ ἀέρι: scilicet δένδρα. Οὐ πολλή, non multus apparet is excessus, οὔτ' ἐν πολλοῖς, neque in multis. In ipsa quidem aquæ natura est: at in subiectis corporibus, quibus opus est aqua, non extat. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιον. Ostẽdit, illius obiectionis aliam solutionem variam esse. Est autem solutio per aliã obiectionem. obiiciat enim pisces quispiam. Ii namque ita illo in excessu sunt, vt & tolerẽt & viuãt. Ait ergo animantes illas habere sibi peculiares aquas: plantis autem esse alienas. Itaque pisces aquis ambiri totos atque contineri: plantas verò non ab aquis, sed à terra & aere. Οὔτε τὴν ἐκ τῆς γῆς. Intellige terræ calorem, non proprium, sed à sole impressum. Πλὴν εἴπου γε. Nisi aer, inquit, item sit frigidus. Hoc sequitur ex propositis: non sanè temperaret, sed conseruaret excessum. Nam omninò & aer talis ἀβλαστής, id est infœcũdus: at sub eo terra ἄγονος. Consule huic voci. vt sit ἄγονος è semineis sibi creditis. Nam sub vrsa terrarum tractus syluarum frequentia, densitate, arborum specie, viriditate visendi. vnde & *Gruntland* nomen. Quos enim nos *frun* illi *grunt*, viride. Τὰ μὲν οὖν ψυχρά. Diabasis ad aquarum comparationẽ, quæ sunt bibendo & quæ non sunt. Quæ aquæ sunt idoneæ potui: eæ si peregrinis qualitatibus vitientur, non alunt. puta si salsis admisceãtur. Veluti quæ litoribus aut æstuariis proximæ: eas non solùm non alere, ἀτροφίας ἐμποιεῖν, non vulgato loquendi more: verumetiam lędere, morbos afferre, βλάβας ἄλλας: quia ἀτροφία βλάβη ἐστί. Plus est ἀτροφίας ἐμποιεῖν, quàm οὐ τρέφειν. Quia non alit lapis arbori vicinus, non tamen nocet: at hìc salsilago facit ἀτροφίαν, id est consumit. Ἐμποιεῖ, τὸ ἐν, intus. quia nutrimentum fit κατ' εἰσπιδόχλω. Καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων. Sal enim τήκει, tabefacit. Ἡ δὲ μῖξις. Tollit opinionem perpetui nocumenti huiusmodi mistio, ποσαύτη, id est non excedens, idem quod σύμμετρος. Et simul comprehenditur ποσαύτη καὶ τοιαύτη, quia est quãtitas qualitatis. Nõ enim quantitas nocet, vt vulgus habet in prouerbio, sed qualitas, & ea quidem certa. Hãc temperaturam ait esse vtilem: quoties expugnãda fuerit natura quępiam in aqua crudiore. Σκληρὸν durum vt in Brassica. Ita suprà dicebat, ἁπαλωτέρα. Sic hìc, ἄπεπτον, καὶ ὠμόν, suprà πέψιν ποιεῖ. Aquam verò quæ secum limum affert appellat θῆλυ καὶ μαλακόν. Sanè fontes ac fluuii qui surgunt ex terrenis, aut terrenos transmittunt alueos, molliores vehũt aquas, ex saxis crudiores, ex arenosis mediocri sapore iucundas. Cùm mollitiem duriuscula metaphora pinxit facetè. Simplex sententia est, aquæ contumaciam emolliri inuecto limo: quem terrenum succum vocat. Et dixit, συνεπιφέρει, duplici præpositione, ἐπί, super aquæ cruditatem. Σὺν, limum cum aqua. Θολερά, vt in Duria fluuio Subalpino. Adeò fœcunda est aqua Duriæ & Granç, qui est in prætura Salutiarum, vt non solùm ditẽt prata, sed etiam generent. Καὶ κοπριώδη. Vt fit in pratis. Sparso fimo deducunt riuos, quorum decursu cæteris partibus communicetur fimus.

Τοιαύτης δέονται τροφῆς. Quia mollitudine opus habet, quæ est in turbida & fimosa. Λεπτὸν καὶ καθαρόν. Species alias declarat mistionum. Si nimis crassa est, non est communicabilis. Ideò tenuiores adiunctione tum fluida fiet, vt diducatur: tum attenuabitur, vt subeat. Declarat autem vtrunque modum duobus exemplis. Vt putealis tenuitatem admisceat scatebris lutulentis: & fluuialis crassitiem pluuiali. Distinxit ναματιαῖον ἀπὸ τοῦ ῥυτοῦ. Eadem aqua riui est & fontis, vnde fit riuus. Sed scatebrã intellexit superiorem, riuum autem postquam processit. Εἰ μὴ τῷ καὶ ἁπλῶς αἰτίῳ. Quæuis harum, aut similium mistionum apta est: quæ verò materia causaria est, id est quæ exigit mistionem, ea est inutilis. Τὸ ἁπλῶς αἴτιον. Quod simpliciter afferat causam excusationis, vt aluminosum, & eiusmodi. Quia tales aquæ penitus excludunt vtilitates mistionum. Θαυμαστότερον. Hæc est postrema capitis pars. Non tam hęc quę diximus, admirationem facere queant. Habent

enim causas manifestas, quàm si qua est aqua potui habilis hominibus: quæ non tamen sit, vt ita dicã, plãtis potabilis. Sic quoq; diuinus loquitur Poeta: *-potent violaria fontes.* Θαυμασιώτερον. Quia illud quoque admirabile, salsa alere. Γλυκὺ καὶ πότιμον. Dulcedo, qualitas ad vsum: potabilis, vsus ipse: est potabilis, quia dulcis: dulcis, vt potetur. Ἢ ὅλως ἄτροφον, ἢ μὴ τελεσφόρον. Aut penitus inutilis, aut deterior vtendo. Τελεσφόρον, cõducibile, quod perfectum afferat alimentum. Ἐν δυοῖν αἰτίαις. Duas commentus causas priorem excludit. Idem modus & suprà, & alibi, δυοῖν θάτερον. Εἰ ὅτι πάντως: quod alibi πάμπαν. An, inquit, aqua illa tam rara est, vt inepta sit ad concretionem. Hoc est illud ἀσθενὲς à raritate. Non, inquit, ea causa. Quippe rarissimus est, atque alit tamen. Idem sępe, tum suprà, tum alibi, ἄτροφος. Modestè loquitur, vt semper, δοκεῖ. Ἢ ὅτι χυλόν τινα. An gustum latet sapor occultus quispiam? Ecce, quemadmodum refert cognitionem nostram, quod & alibi facit, ad occulta quædam, quæ sensum queãt fallere. In sapore, inquit, non est: tangeret enim gustum. Noxa tamen eius deprehenditur experimẽto. Qui namque homines ea lauantur aqua, fiunt scabiosi. Sanè verò mirum: si cutim adurit & linguam, faucésque non afficit. Profectò non iam θαυμασιώτερον, sed θαυμαστότατον. Ἐκδηλούμενον. ἐκ, quia latet, exit veritas. Λεπτοί. Aliud ab Elephanto. iam vulgò scitur. Καὶ τὰ φυτά. Plantas quoque aduri credendum. Οὐ γὰρ δὴ τό γε ἄγαν. Excludit tacitam opinionem. Cùm receptum sit, aquas dulces ali: & manifestò eæ sint dulces aquæ: fortasse putaret aliquis, ab iis & ex iis nimium confieri nutrimentum, adeò vt concoctrix virtus superetur: atque obtusa virtute consequatur tabes. Hoc tollit. Nescio an probus sit illius vocis flexus, ἀτροφῆ. Ἄτροφα namque sunt ὕδατα. Corpora verò si sunt ἀτροφῆ: noua vox est ἀτροφής: nam ἀτρεφὲς dicimus: igitur & ἀτρεφές.

Lego καὶ ἄλλον ἔχει χυλόν. Et ἐπὶ τῶν ζώων δεῖ, τῶν ἐν ὑγροῖς. ἐκεῖνα μὲν γάρ. Et ἄγαν σκληρὸν ᾖ, καὶ ὥσπερ. Et εἴ τι γλυκὺ καὶ πότιμον, non ἀπότιμον. Et ἀτρεφῆ, non ἀτροφῆ.

Theodorus ἀντιπερίστασιν, circumobsistentiã. At idem est, circum, & ob. obequitare, obambulare. Ἀντιπερίστασις significat aduersariæ naturæ obsidionem vel obsessionem. Ἔμφυτον θερμόν. insitus calor. minus plené. Omnis calor, qui intus est, ibi situs est: ergo insitus. At non omnis ἔμφυτος, innatus. Exprimenda naturæ vox, quæ in eo verbo est. φυτὸς enim ἐκ τῆς φύσεως. Ὑπερβολὴ δέ τις ἐστὶν ἴσως. Sed forsitan frigidi quoque excessus statui potest. Quod statuitur, hominis opera fit. At hîc τὸ ἐστὶ natura est. Ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ θερμοῦ δύναμιν. ἀφαιρεῖται τὴν τροφήν. ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν ζωήν. Alimentum, viresq; caloris demat, sine quibus seruari vita non potest. Toties conquesti sumus, à fimbriis deformari vestimenta Philosophiæ. Malim equidem in comptiusculam paulo orationem, & multo exprẽssiorem veritatem. iãprimùm peruertit ordinem. Nam priùs tollitur calor, qui est autor alendi, quàm opus eius quod est alimentum. Deinde, quod innuebamus in Cõmentario, hîc est demonstratio à posteriori. Hoc enim concludere vult, quod tractat. Tractat autem alimenti rationes ab aquis. negat hasce aquas alere. Non potest probare ex eo quod deprehẽdatur, quid intra arborem agatur. Probat igitur ab euentu vltimo. Intereunt, inquit: ergo vitiato calore, & subducto nutrimento. Theodorus autẽ quasi apud ἡλιαστάς, non autem in Lyceo causam agat, suo more loquitur: non respicit ad ducem suum. Hæ aliorúmque tales forenses orationes plebeiarũ literarũ sectatores saturãt, secundísque plausibus excipiuntur: at Philosophiæ meræ sunt vel κηλῖδες, vel κῆλαι. Ἄλλον ἔχῃ χυλὸν ἀλλότριον. Nisi alia quoque causa damnosa accedat. Nimis laxè, χυλός, causa. Ταῦτα δὲ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῷ ἀέρι. Plantæ autem in terra, & in aere stant. Non satisfacit verbum hoc additum. Non eodem modo stant in terra & in aere. in terra stant, aere ambiuntur. Πλὴν εἴπου γε καὶ ὁ ἀὴρ ὅλος τοιοῦτος. ἔστω γὰρ ἀβλαστής, καὶ ἄγονος ἡ γῆ τὸ ὅλον. Theodorus legit, οὕτως: vt terra sit ἀβλαστὴς, καὶ ἄγονος: quod placet. ἄγονος, quòd non ferat: ἀβλαστής, quòd si tulerit, ea nihil ferant. Γεώδη συνεπιφέρει χυλόν. Saporem, pessimè est interpretatus. Sapor enim nõ est in aqua, nisi subsit succus. Iccirco mox dixit, alimentum. Ac à sapore alimentum nullum, sed à substantia, in qua sapor est. Εἰ μὴ τῷ καὶ ἁπλῶς αἰτίῳ. Theodorus omisit hæc omnia.

CAPVT X.

Decimi capitis argumentum. Plantas alias aliis gaudere locis. Quid inter Abietem ac Pinum conueniat: quid non. Quid item inter Punicam, & Myrtum. Quid Oleis noceat Tarentinis, & quamobrem.

TOΥΣ δὲ τόπους. Quanquam de locorum affectibus, à qualitatibus, & à situ, pro plantis, aut aduersus plantas disputatum est: de integro tamen retexuntur eadem orationis tractu admodum suaui atque æquabili: vt hoc solo tollatur tędium repetitionis. Distribuit ergo locorum, plãtarúmq; naturas, suam cuique: communes autem mutuásque coniungit.

Τοὺς δὲ τόπους. Ne frustrà an temere loquax repetere videatur: exactiùs procedit hunc ad modum. Non solùm, inquit, eæ plãtæ, quæ minus vulgatæ sunt, propria sibi quæque loca vindicant: sed etiam eæ quæ minori discrimine variis locorum affectibus acquiescere videntur, desiderant certa loca potiùs quàm alia quædam. Ita posuit ἀντίθετα, scilicet περιττὰ καὶ ἴδια. altera ex parte κοινότερα. Diximus alibi tum apud ipsum, tum apud Præceptorem, περιττόν, rarum: quod præter aut ordinem communem est, aut cognitionem nostram. Sicut impar numerus, si diuidatur, habet quòd egrediatur ab æqualitate. Locorum autem differentias statuit ab internis qualitatibus, ξηροὺς, ἐνύδρους: ab externis, χειμερινοὺς, προσηλίους, παλισκίους. Χειμερινὸν appellat

appellat frigidũ, ab hyemis natura. προσήλιον, apertũ & expositum soli, ea loca dicuntur aprica. His cõtraria παλίσκια, vmbrosa, opaca. quid hîc agit τὸ πάλιν? An vult dicere vmbrã duplicatam, & quasi reciprocam, quasi ex altera diametri parte radiorum? Nam sanè radius perpendicularis à subtensa reflexus ęqualiter vtrinque reciprocus in seipsum duplicatur. A situ alia differẽtia, ὀρεινοὺς, ἑλώδεις. Nã etiã montana alia sunt aprica, alia opaca, alia vẽtis & frigoribus agitata, alia ventis auersa: sicut inter summa iuga vertices, alioqui altissimi, depressi. Sic & valles, apertæ, occlusæ à tergo, à frõte, ab latere. Cæterùm mõtes maxima ex parte sicciores: valles humidiores. Οὐκ ἀεὶ δὲ πάντας. Quanquã certa requirũt loca: tamẽ haud semper. Οὐδὲ διὰ μίαν αἰτίαν. Quare non eadẽ loca sẽper appetunt? quia non eadem causa. quin non vna causa semper. sic hæc confusa explicãda. Quia non eadem semper anni pars: non semper idem locus plantæ commodissimus. Non eadem semper anni cõstitutio: causæ minutiores, imbres, vẽti; nebulæ, siderũ nouæ mutationes, haud statæ, instabiles, incõditę, incertę. Καὶ παρὰ τὸ συγγενές. optima sẽtẽtia. Natura cõparatũ esse, vt cognata inter se cõsentiãt: atque iccirco arboribus cõueniat cum locis propter affines qualitates: quod appellauit οἰκεῖον: & subintulit conueniẽtię huius tesserã illã, ἐν ᾧ περ καὶ αὐτόματα φύεται. Quasi loci natura sese propaget in plãtæ naturã, quam educat è sinu suo. notabis diligẽter locutionẽ. Præpositio παρὰ cum quarto casu significat interdũ exclusionẽ: vt παρὰ τὸ πρέπον, pręter decorũ: nonnunquã designat principiũ, & originẽ: quomodo vtitur Aristoteles in topicis: & autor Etymologici potiùs dicit, παρὰ τὸ λέγειν λόγος, quod alii ἀπὸ τοῦ λέγειν. sic hîc παρὰ τὸ συγγενές. Nec deest ratio: quod enim deducitur ad alio, separatur ab eo. & illud notandum. Videtur enim verbũ hoc ἄγει, μέσον esse, ἀντὶ τοῦ ἄγεται. Alius dixisset, ἡ φύσις, non autem τῆς φύσεως. Τὸ δ' αὐτόματον μηνύει τὴν φύσιν. Maior propositio. sic digeritur demonstratio. Quod spontè nascitur, testatur communẽ conueniẽtiam naturę: in propriis locis est quod spontè nascitur: ergo propria loca sunt principia naturæ conuenientis. Ὥσπερ ἐκ τῶν αὐτῶν αἱ τροφαί. Frequentata sentẽtia multorum recitatione, quam primus edidit diuinus Præceptor: eadẽ esse principia nutrimenti & generationis. Hæc est probatio maioris. Quia natura est principium generationis. nẽpe principium omnis motus. at generatio conseruatur alimento. Hoc iam declaratũ est: nutritionẽ non esse absque generatione. Καὶ καθ' ἕκαστον διαιρέσεις. Id est eadem ratio, alimẽti, generationis, partitionis: scilicet quam quicque qualitatem sibi conducibilem nanciscatur. Ζητεῖ γὰρ τελεσφόρον. Probatio probationis, aut explicatio quæ fit in Epicheremate. Requirũt enim ea quæ faciunt ad suum temperamentũ. Ergo sicca siccis, humidis humida sunt distribuenda. Nam si alimentum est tum denique cùm vnum est, materiæ continuatione sub eadem forma: necesse est, easdem quoque obtinere qualitates. Τελεσφόρον, signatissimum verbum. Fit enim accessio corporis ad corpus ex alimẽto. Quia cibus est potestate corpus animalis: φέρει ἄρα τι πρὸς τὸ ὑπάρχον. Ἔτι δὲ ἀσθενῆ καὶ ἰσχυρά. Aliæ differentiæ à partibus & habitu. Habitus est, ἀσθενὲς καὶ ἰσχυρόν. partes illę, βαθύρριζα, ἐπιπολαιόρριζα. Πολλάκις δὲ καὶ διὰ πλείω. Multa etiã conuenire atque conspirare, quasi fiat illa Empiricorum συνδρομή: ac tantundem mistionis vicissim expetatur à planta, quæ mistio fit in agro, in cælo, in eorum accidentibus. Ἐνίοτε δέ. Sic etiam in primo Historiarum differentias statuit κατὰ τὸ ἔχειν, καὶ μή. Sanè hæc est maxima differentia: vbi est minus materiæ necessariò, id est ex Naturæ legibus, & alius formæ modus. Πάντα γὰρ ταῦτα. Videtur mutila aut superflua oratio: itaque tota est omissa à Theodoro. Ἔτι δὲ τὰ ὅμοια. repetita sententia. A similibus appeti similia: illis dissimilia non appetere illud idem. Τὸ μὴ αὐτόν. Quasi pronomen ἀόριστον posuit, ex instituto Præceptoris, τὸ μὴ αὐτὸν, sicut ἐκ ἄνθρωπος. Sanè poterat, οὐ τὸ αὐτό. Declarat autem τὸ ἀνόμοιον sequentibus. Ὅταν ᾖ τις παραλλαγή, quoties non conueniant inter earum naturas. Vbi, inquit, extiterit diuersitas. Verbum ζητεῖ iam ter posuit, & mox ponet, neque temere: habet enim suum etymon, ζῆν αἰτεῖ: vt vitæ causa sibi deposcant loca debita. Adducit exemplũ Abietis & Pini: in quibus est diuersitas. Namq; Abietem siccam dicit: igitur opacis gaudere: non enim vult amplius siccari: contrà, Pinus humida quærit aprica: amat enim insolari. Calida, inquit, vtraque. Cæterùm ad fidei suæ leuationẽ addit, ἴσως, & καθάπερ φασίν: adeò pudẽs vir & modestus: omnia circunspicit, omnia tuta timens, dissimilis nostrũ, qui arroganter cuncta profitemur. Siquis aliter sentiat, adeò excandescimus, vt ei maximè infensi atque etiam infesti simus. Σημεῖον δέ. locus hic deprauatus est. Argumentum, inquit, sumendum ex Pini generatione. verba hæc nihil significãt. Quid enim prodat Pini generatio Pini humiditatem? Sed neque Theodori diligentia subuenire potest nobis, qui legit πίσσης, non autẽ πεύκης γένεσις. Esset enim nugatio repetita eadẽ re, sic pote. Argumẽto est picis generatio, simul autẽ humiditatis copia. Nã sanè pix ipsa humiditas est. vbi est animaduertẽdũ, humiditatẽ hîc esse liquorẽ. Nã sanè pix ipsa, siue resina liquor sanè est, sicca tamẽ est: resina quidem potestate, pix autem etiam actu. Καὶ ὁ προσήλιος τόπος. Affert pro indicio humiditatis, natalia pini: nempe apricis locis. Neq; necessarium signũ est, neque necessaria causa, neque necessaria conclusio: quia loca soli exposita requirat: iccirco sit humida: neq; quia humida, desideret loca illa. Πέψις γὰρ οὕτω μᾶλλον. A fine probat calidi loci conuenientiam: nempe melior vt fiat cõcoctio. In tertia sectione apud Aristotelẽ scriptũ est: ἔνδεια ἡ ἐπιθυμία. Et omnib' vbiq; receptũ, appetẽtiã defectus esse sobolẽ. At hîc excessũ facit appetitus autorẽ. Sanè appetitum creat contrarii ad temperationẽ. vbi habes conuenientiæ ambitum ampliorem: non enim propter similitudinem præsentem, sed

propter futuram æquabilitatem. Ἀεὶ κατὰ τὸ ὑπάρχον. continuat explicationem. Semper appetere tantum quantum opus ſit propter exuberantiam: quia multum ſucci multum expetit coctionis: igitur à calore multo. Hoc tamen, ſi ad vniuerſum reuoces, falſura eſt. Non enim appetunt humida reſiccationem. Dicendum, non propter ſuam ſubſtantiam & conſeruationem, ſed propter operis finem. Ὑπάρχειν, ὑπερβάλλον. Proportio nãque in ſignificatis communis eſt, τοῦ βάλλειν, καὶ τοῦ αἴρειν. Καὶ δῆλον. ad alia diffundit hoc exẽplum. Quemadmodum Abieti & Pino non fecit commune genus: vt iiſdem locis gauderent: quare inueſtigatæ ſunt cauſæ in differẽtiis: ita in aliis quoque inueſtigãdę. Quia mirum videretur cuipiam, non conuenire: cùm ſenſus penè iudicet eaſdem, propter maximam figurarũ & communium qualitatum affinitatem. Quin necui id adeò mirum ſit: contrario deſignat euẽtum contrarium. Nam ſi congeneres diuerſa loca ſibi quærunt, quanto propiore iure quę ſunt generis diuerſi? velut Edera quæ ſit calida & ſicca, atque aliæ plantæ quæ ſunt humidiores. Etenim tum hæc, tum illa volunt vmbroſa loca. Πάρυδρα, quæ aquarum gaudent halitu: & ἀλσώδη, quę delectantur opacis: qualis ea que nomen inuenit inde, Alſine: nec minus Betonica. Ῥᾴδιον εἰπεῖν. puto hîc eſſe mendum: diſtorta enim oratio eſt. Τῶν δὲ ἡ φύσις. Earum ſcilicet, quæ aquarum aſpergines, aut cęcas venas, aut vdos halitus requirunt: & earum quæ opacis gaudent, genera ſunt affinitate naturæ coniuncta. Cæterùm haud facilè eſt intelligere, quamobrem hæc appoſuerit. Dicamus, ſimul oſtendere, tum ſimilia, tum diſſimilia eadẽ loca exigere. Diſſimilia, vt Ederam & Alſinem. Ederam calidam, Alſinem frigidam, locis opacis lętas eſſe: Similia: vt Lẽticulam & Lichenem, ad aquas. Nota verò vocem periculoſam, ὅσα μὴ ὁμογενῆ τὸν αὐτὸν ζητεῖ: nam ὅσα, idem quod πάντα. Hoc autem falſum: ſed ἔνια tantùm. Ἔνια δὲ καὶ τούτων. Si quis, inquit, ſingula intueatur: faciles ei ſeſe atque apertæ cauſas dabunt. Ὁμοίως δέ. Affert diſſimilium exemplum aliud in iiſdem locis, ſub eo affectus genere, quod appellat φυλλόσκεπον. In quibus opacatur fructus foliis: qualis Punica & Myrtus. Tectifolias vocare quis poſſit. differentias oſtendit. Punica rara & ſicca: Myrtus denſa & ſicca. Vides communionem & diuerſitatem. Sicuti ſuprà, Pinus & Abies: vtraque calida, altera ſicca, altera humida. Ita Myrtus & Punica, ſicca vtraque. rara hæc, denſa illa. Atqui diſſimilia hæc eadem loca ſibi dari petunt, nempe opaca. Ratio vna. fructus ſiccus. patet. πυρηνώδης vtrique. Nimis igitur exiccaretur. Τῷ ἡλίῳ παραδιδόμενος: quaſi dicat, proditus. Et addit, ταχὺ, ſcilicet antequam perficeretur maturando. Mirum verò, ſi Punica ſicca humidum fructum fert: eſt enim ſucculentus. Dicendum: ſucco, quantus quantus ſit, præponderare alia multa, nucleũ, membranas, pulpam interiorẽ, coriũ. Quin ſuccus ipſe actu humidus, poteſtate ſiccus, ſicut omnia acida. Quãobrem nimis inſcitè conceſſerunt Elephantico medici recentiores, Punicum acidum, Arancium & Limonem. Σκιατροφούμενος. vmbratili fruitur educatione. Καὶ μετρίως εἰσλάμποντι. ſi mediocriter illuſtretur. Lucem potiùs dixit quàm calorem: vt tangeret mediocritatem. Σώζει τὴν οἰκείαν ὑγρότητα. Contrà illud καταξηραίνεται. καὶ ἀποπίπτει. Is nempe finis: propter quem depoſcatur eiuſmodi locus. Διὸ καὶ τὰς ῥόας. Ex artis præceptis, vt ſæpe aliàs, parat probationem. Crebras ſeri Punicas: vt mutua inumbratione opacentur. συνσκεπάζωσιν, cooperiant: obtegant inter ſe mutua, vt ita dicam, coumbratione. Nam Græci ſic loquuntur, συσκιάζειν. obiectu mutuo: hoc enim eſt, προβολὴν ἔχωσιν. Ἅμα δὲ καὶ τοῦ. Occurrit obiectioni. Ea eſt: fore, vt ſeſe mutuò defraudent. Non, inquit, eſt periculum: non enim vel magna vel multa nituntur radice.

Οὐκ ἐνοχλοῦνται, non incommodant. Experimento id compertum eſſe: nam vbi raræ ſerantur, minus eſſe fœcundas. Εὐνογεῖ γάρ. ſcilicet aliæ, non Punica aut Myrtus. Haſce humidiores efficaciores poſtulare ſoles ad maturandũ.

Αἱ μὲν οὖν τῶν τόπων. Colligit & claudit hanc tractationem prudenti exceptione. Sic eſſe cognoſcenda loca in natura, & ab arte eligenda: niſi quippiam ſit impedimento, vt Oleis in agro Tarentino. Notabis voces, κώλυμα καὶ σίνος. impedimentum, noxa. ſuprà ἀσινής. Ὥσπερ τάραντα τῆς ἐλαίας. Nota caſum, κώλυμα τῆς ἐλαίας. τῇ ἐλαίᾳ dixiſſet alius. Ἡ μὲν ἄπνοια κατὰ τὴν. Non eſt controuerſa cauſa, ſed ſenſui manifeſta: vtrique verò ſenſui, tactui, propter occurſum ventorum: viſui propter frondium quietem. Aeris ergo langor ille deprehenditur: quanquam etiam naribus id percipitur: ne nunc aures adducam. Itaque dixit αἴσθησιν, vt hæc omnia comprehenderet. Ἀποκλείεται γὰρ πολλά. non omnia. Itaq; minuitur, non tollitur prouentus. quia non refrigerãtur aura: vruntur. Dicat aliquis, mirũ ſi nunquã quicquã flat. Flat, inquit, aliquãdo, ſed marinus vẽtus. & lepidiſſimè attenuatione figura vſus eſt. τοιοῦτον τι. Tale quiddã marinũ. quod non eſt ſupinè accipiendũ. Siquidẽ Tarẽto Boreas marinus eſt: Auſter autẽ ἀπόγειος. Niſi intelligat Vulturnũ, qui ab Ionio & Ægæo ſeſe infert. Ideò Syrochus vulgò dicitur Eurus: propterea quòd Italiæ ſpirat è Syria. Ἡ τῇ ἅλμῃ. Explicat noxã quę à vento proficiſcitur, ac pręterea modũ. Rãdit enĩ mare, neq; aufert aliquid exhalationũ, quæ ſale ſuo flores erodũt atque populãtur. ἐπιφερομένη, illata. ἄνθη. Oleæ flores hîc vocauit τὰ βρύα. Δοκεῖ δέ. Non abſimile nocumentũ à ſimili materia. nebulã inferri atque inuadere ſine vẽto. quomodo mouetur ergo? quia ſẽper exhalat aliquid ſubinde poſt primã exhalationẽ. Itaq; cùm eius natura ſit, nõ aſcẽdere, & ſuſpellitur à ſubeunte, neceſſe eſt in latus moueri: & ſanè repellitur ab aere ſuperiore. Hęc etiam ratio motus eſt in ventis. Διὸ καὶ μάντεις. Nunquã non regnarũt præſtigia, & impoſturæ prętexẽtes verũ Dei cultum. Quis furor in ea perſuaſione? nidore hirci

hirci cõbuſti arceri poſſe caliginem illam. Ὥστε μὴ ἐκβῆναι. Quominus egrederetur è mari, atque inuaderet. Καί φασι κωλύειν. prudenter ſtare voluit mendacii fidem penes autores. Pecora Platonica, vbi diſpartita ſunt imperia Dæmonibus: ita vt alii præſint tonitribus, alii caligini, alii vẽtis, alii aliis: aiũt hoſtiarũ animabus placari eos. Veſci enim animabus illis, atque etiã fumo, nidore, fuligine paſci: propterea quòd ſint conſtituti ex ſimili materia. Quaſi verò ſi Dei miniſtri ſunt Dæmones, (ſunt enim) eorum impetus commentis mortalium retardentur: ac non potiùs ira Dei, ab ipſo ſtatim Deo ſit deprecanda.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. Repetit quæ ſuprà dicebat, τὰ ἄνω χειρότατα, τὰ δ' ὑπὸ γῆς φαῦλα. Aeris temperati bonitate plantas ali etiam in terra non bona. Καθάπερ ἐλέχθη. Suprà, capite ſexto. Σωτήριον. Synonyma omnia, vel analoga, ἴδιον, οἰκεῖον, συγγενές, πρόσφορον, σωτήριον.

Lego, ὁ τῇ ἅλμῃ, non autem ἤ. Πάντα γὰρ ταῦτα. demit Theodorus. Legendúmne ſit, πυκνῆς γένεσις, an πίσσης, ſatis dictum eſt in Commẽtario.

Theodorus περιττά, operoſo habitu. περιττὸν eſt, ſicut πάρεργον. Hîc præter leges communes ordinarias. Κατὰ τὸ ὑπάρχον ἡ ὄρεξις. res excellentis ratione appetentia ſequitur. Nihil penitus intellexiſſem. Simpliciſſimè & candidiſſimè exceſſus fecit appetentiam. Ζητεῖ, concupiſcit. laſciuit. Nam ἐπιθυμία longè abeſt à plantis in ſchola Peripatetica. Φυλλόσκεπα. quæ niſi frondibus obſepta, poſſent ſeruari. Nimis anxiè aſtrinxit Punicorum conſeruationem frondibus Theodorus. Facit ſanè frondium frequentia, ne nimium ſolis admittant: non tamen eorum ſalus inde pendet. Quippe non parum prominent frondibus poma: alioquin non coquerentur: multum enim terræ obtinent, humoris non parum.

Σκιατροφούμενος, in vmbra coaleſcens. non: ſed adoleſcens. Coaleſcũt ea, quæ diſiuncta priùs, poſtea conueniunt: συμφύεσθαι. Εἰσλάμποντος. ſolem modicè ſentiens. Rectè dixit, ſed non expreſſit. Καὶ προβολὴν ἔχωσι τοῦ ἡλίου. Atque ſolis nimios æſtus aufugere poſſint. laſciuẽ. Non enim aufugiunt: neque, vt ait Cicero, flexu corporis declinant: ſed præſidio muniuntur. Hoc eſt προβολὴ, verbum militare, proiecto ſcuto. Nota loquutionem, προβολὴν τοῦ ἡλίου. ἀναβολὴν potiùs, & προβολὴν πρὸς τὸν ἥλιον. Σωτήριον, commodum. At plus eſt, ſalutare.

CAPVT XI.

Vndecimi capitis argumentum. Veſtigantur cauſæ maturationis. Quæ ſub hyemem matureſcunt, & quare. Quædam nulla aeris qualitate, neque frigore, neque calore, niſi artis ſubſidio.

Εἰ δ' ἔγκ ἡ πέψις. Toties maturitatis mẽtionem fecit ſuprà in principio libri, & capite quinto, & in vltimo capite libri prioris: vbi diſputabat, quænam eſſent fœcundiora, calidáne, an frigida. Impræſentia vult diſcutere quæſtionem: vtra ſit efficiens cauſa, calórne, an frigus, vt ſtatuunt quidam. Partes capitis hæ ſunt. In prima dicet, vtro & quo modo. In ſecunda ſcribit, in quibus ea ſit differentia. In poſtrema demonſtrat, quædam ne calore quidem coqui poſſe, niſi arte ſubuentum fuerit. Εἰ δὲ γε ἡ πέψις. Vult dicere: ſi ea opinio, quæ frigore fieri dicit concoctionem, haud penitus explodenda eſt: at ſaltem, inquit, fiat diſtinctio, vt à calore ſit opus id per ſe, à frigore per accidens. Nempe frigus non agat in ſuccum, ſed calor introrſum coactus à frigore circunſtante. Ideò ſic explicauit. Τὸ γὰρ θερμὸν ἐν ἀμφοῖν πέττει, καὶ μία τις αἰτία. Vna cauſa, tametſi non vno modo. Ὅτι οὐχ ὁμοίως, ſed per illam toties accerſitam ἀντιπερίστασιν. Et mox, tametſi hoc aſſerit, tamen modeſtè dicit, ὑπολειπτέον. Συμβαίνει δέ. Altera capitis pars oſtendit, in quibus id cõtingat. Quæ ſerò fructus coquũt, neceſſariò hyemis ſuperuentu occupantur: περικαταλαμβανομένοις τῇ ὥρᾳ. λαμβάνει tẽpus, ſicut locus. Capit enim & continet quodam modo. Κατὰ ſemper dicitur de minus valenti. περὶ, reſpondet illi circunuentioni, quæ eſt in verbo ἀντιπερίστασις. Et hîc τὸ κατὰ eſt τὸ ἀντί. Quoniam ſerotini fructus ſunt, aut propter ſucci copiam, aut propter contumaciam: de vtriſque loquitur: & partitur cauſarũ rationem. Quæ humidiores eæ requirunt hyemem vegetiorem: συντονώτερον, contentiorem. Rigidam dicit in ſua lingua hoc in ſignificatu vulgus Gallicum: & hyemi conueniet. talem ait eſſe Vitem. Et ſanè ad flumẽ Rhenum hyeme maturatur vua. Et vuæ genus quoddam non niſi tali tempore coqui narrat Plinius. Quæ verò ſicciorem fructũ ferũt, vt Myrtus: eæ mitiora volunt frigora: propterea quòd ſi contentiùs ingruat frigus, vrat porrò nimis. Ἀποστύφει τε ἄγαν. Non cogit introrſum clementer calorẽ, ſed compingit & obſtruit meatus. Apud nos hîc vites cùm in eo ſunt, vt coquatur vua, vel modico frigore crudeſcit occupata. Ἡ δ' εὐκρασία. Duo ponit principia maturationem conficiẽtia: Primùm εὐκρασίαν: quod non eſt ſeparatum principium à calore. Eſt enim, acſi diceret, calorem mediocrem. Alterum, inquit: ſi hoc non poſſumus nanciſci: at ſaltem oportet eſſe aerẽ humidiorem. rationem omittit. Eſt autem: quia humidi eſt ſubire: vt eſt in ſecundo De generatione. Non ſubit autem, niſi aut diſſipet partium cohæſionem, aut ipſummet diſſipet. Ac quanquam humidi beneficio fit partium cohærẽtia, atque adeò ipſa vnio: tamẽ id fit ab interno humido. Nullum autem corpus viuens caret meatibus, qui ad cutim vſque pertinent: in eos meatus ſeſe induit externum humidum: quare partes illæ teneroſcunt, ſubuecto aeris vel tantillo calore, aut etiam coacto modicè introrſum calore naturali: tertio loco addit auſtralem aerem. Sanè vtrumque ſecum habet quod afferat: nam & humidus eſt, quod erat in ſecundo loco, & calidus quod erat in primo. Ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ὑγρότερα. Aſtruit hoc antecedenti ſententiæ: ita eſſe oportere, nempe vel εὐκρασίαν, vel Auſtrum: quia ne illa quidem humida,

si sint humidiora, nimio coquũtur frigore. Quare quod suprà dicebat, συντονώτερον, intelligit comparatam alteri frigori, cuius egeant ficciora, non autem ἁπλῶς σύντονον. Sed omninò aut fit vitium exiccatione, aut proprii succi priuatio, vt in Ficu. Nota loquutionem: ὁ ὑπὸ νότον ἀήρ. Aer Austro subditus: in quem scilicet ius Austro est. Ἀντέχει. Eximit ab his naturas quasdam præhumidas, vt Arbutea poma: resistere namque resiccationi. Καὶ ἔνια γεώδη. Nunc ex genere siccorum apponit alia, quæ ob terrestrem naturam sũt admodum rigida: quæ item opponat illis ὑγροῖς, quibus vitium afferebatur. Γεώδη, atque iccirco στρυφνὰ, aspera, καὶ ἰσχυρὰ: iccirco ἀντέχει, resistunt. Ostendit autem esse terrestria, quia serò maturãtur adepta propriam humiditatem: quippe serò fit æquabilis eorum caro ad succi repræsentationẽ. His addit Mespila cum *Auarcis*: sic enim vocant Vascones agrestia mala. Quam vocem recipiendam censeo ad supplementum penuriæ nostræ, sicuti cateruam & alia plurima. Καὶ πάνθ' ὅλως πεπαίνεσθαι, scilicet δύναται. Maturari queunt omnia, sed non plenè, at quadamtenus, quoad succum quendam conceperint esculentum. Τὸ ὅλως, non respicit τὸ πέπανον, vt omninò maturentur, sed ambitũ huius naturæ, quæ est στρυφνή. Εἴτ' οὖν σῆψιν. correctio. Nisi quis mauult agnoscere putrefactionem quàm maturationem: quemadmodum in carnibus quæ asseruantur: quo euadant teneriores. Εἴτε καὶ ἄλλην διάθεσιν. Etiam tertiũ iudicium: vt neque sit maturitas neque putrefactio, sed alius affectus, quem nobis deuorandũ reliquit in illo magno sanè bolo, ἡντιναοῦν. Vt teneritudo illa non sit à terra, neque ab aere, neque à sole, neque ab arboris calore: sic non erit maturatio, si non fit à causa naturali. Si non est putrefactio, non erit à causa quæ sit præter naturam. At nihil hìc medii. Οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως. Ne perturbatum relinquat auditorem: posse, ait, euenire ab aeris externo calore: & esto vera maturatio. Amplificat rationem. Desiit, inquit, humor affluere tũc, qui priùs ab arbore suppeditabatur. Quare potens est aer id perficere calore suo. Sic enim multis locis attribuit aeri ἀτρεφίαν. Ac nequis miretur ab extraneo confieri, quod nequiuerit à naturali, scilicet dum essent in arbore: ait duo fuisse impedimenta, vnum ordinarium, affluentem perpetuò succum, alterum fortuitum. Fortasse, inquit, superuenit frigus. Hanc materiam etiam in sequẽtibus tractat: vbi rationem venatur eorum seminum, quæ terræ mandata serò exeunt. Μὴ περιγινομένης. Nunc cum in arbore non sunt, nulla cùm fiat accessio ἐπιρροῆς: seruatus intus calor naturalis, aut iuuatur ab externo, aut obsidetur à frigore, quoad opus perficiat. Itaque in stramine maturitatem acquirant. Λαμβάνει τὴν μεταβολήν. Sic mox ἀμετάβλητα, mutatio hæc est alteratio. Τοὺς ὑδατώδεις. Exemptæ à vitibus vuæ aliquot post dies dulcescunt magis, consumpta solis vi humiditate aquea. Ita sanè si in sole ponantur. Nam in vmbra si sint,

A aeri opus illud ascribatur. quid si creta diluta incrustentur? Hac enim arte diutissimè seruantur incorruptissimę. Tunc sanè calorem internum autorem intelligemus. Ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἀμπέλων. Duos adiungit modos analogos huic. Vnus est vt subtiliter ludamus, si neque eximantur è vite, neque non eximantur. Id ita fit: cùm in vite relictis torquentur pediculi. Hunc ad modum haud penitus frustrantur τῇ ἐπιρροῇ: tamen pars maxima tollitur: quod relictum est, probè coquitur: hoc est ἐπιστρέφωσι. Alter modus est, cùm super matrice senescunt. Fiunt enim passæ, quas Græci σταφίδας vocant: vnde verbum hîc, ἀποσταφιδῶσι, quasi dicas, passescunt. Σχεδὸν δέ. Hoc, inquit, exemplum pro omnibus satis esto: idem enim euenit, tametsi plus aliis, aliis minus. B imò verò aliis non. Non enim Persica, non Cerasa, non alia multa recipiunt eiuscemodi perfectionem, sed marcescunt. Tricocca verò Mespila vix tres horas exempta durant. Ἔνια δ' ἐναντίως. Vltima capitis pars de iis qui non solùm in arbore non maturescunt, sed ne exempti quidem, neque è contrario: vt in Ægypto Mora: tametsi loco sint non inepto, quippe calido, nisi oleo perungantur. Attenuat Oleum, & aperit ac viam facit soli. calefit & calefacit. Hæc vulgata: illud acutiùs. fortasse etiam calorem auget densatione. Non enim tam aperit cutem, vt putarunt, quàm densat. Omne namque pingue viscidum. Et Oleo fricti pisces compactiores. At in gymnasticis Oleum aperire arbitrati sunt, decepti frictionibus. hæ namque aperiunt. Quid C de carnibus Oleo elixatis senserit Auenrois, alio loco disputatum est. Ἐπικνισθέντα. Scalpta vt sol penetret. Itaque non est Oleum quod aperit. Ἀπεψίαν τινὰ ἔλαβεν. ἀπεψία hìc cruditas, nisi sit mendum, imperfectio, quæ finem nacta nõ est. Hìc ἔλαβεν, est ἀπέλαβεν, abstulit & humoris & spiritus cruditatem. Ita hìc spiritus facit mẽtionem, quemadmodum alibi sępe autorem operum animæ, vt generationis, nutritionis, accretionis, maturationis. Ἔνια δὲ τῶν λαχανωδῶν. Negat cucurbitam maturescere: at nos negamus hanc negationem. Quin maturescit super matrice sua, atq; etiam siccatur. Maturescere verò satis patet: quod eius seminibus satis nouellæ plantæ prodeunt.

Lego ἀποστύφει τε ἄγαν, non τό. Et ἐπικνισθέντα δὲ, addita coniunctione.

D Theodorus, κατὰ συμβεβηκὸς, per euentum, pessimé. Eueniunt enim multa necessarió. Diuiditur euentus in necessarium, & contingens. Accidens, quod cadit præter causam. Οὐχ ὁμοίως διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν. Non æquè percipi potest propter circumobsistentiam. Quasi ἀντιπερίστασις, obtundat cognitionem nostram. Haud ita est. est. Sed malè addidit infinitiuum. Imò, ὁμοίως: non similis actio eiusdem causæ. Quia calor idem non obsessus aliter conficit coctionem, quàm obsessus à frigore. Ἀποστίφει, exacerbat, id est acerbum facit. Non. sed condensat, vt fit μόλυνσις, de qua duritie importuna dictum est in libro de affectibus mistorum: cuius autorem facit frigus. Legit ergo Theodorus ἀποστύφει. nos ἀποστίφει, vt circumfertur. Est autem στίφος, acies densa. Sic στίβειν, & nostrum stipare. Et iter calcatum, στίβος. Οἱ ὑγρότεροι, καὶ ὁ ὑπὸ νότον ἀήρ. Austruni ac humidi spiritus. malè subuertit ordinem. Tria namque ponit, vti dicebamus: ἀκεσσίαν primó. Id si non possit: at duo reliqua. Alteruni est, humidus aer quomodocunque: alterum est, humidus aer cum calore, qui sanè præstatur ab Austro. Ἐξαιρεῦνται τὸν οἰκεῖον χυλόν. Insipidos reddunt. non. Sed exempto peculiari succo euadunt, vti dicebat, στιφρὰ, cruditate compacti: qua voce Philosophus vtitur in tertio De partibus. Nimis audacter, vt sæpe coarctauit generalem sententiam ad priuatam speciem. B Non enim omnis μόλυνσις insipidum facit fructum: nam & amari admodum quidam fiunt. Hoc in prunis & in peponibus sæpe gustus noster damnauit. Non enim verum est, quod medicorum iactat vulgus. amarum semper à calore gigni. Οἰκείαν ὑγρότητα, humorem saporémque suum. Sibi debitum à natura succum. Καὶ πάνθ' ὅλως πεπαίνεσθαι. Omninò quæ arboribus decerpta. Est ergo mutilus codex noster: aut hæc ille addidit non incommodé. Ἄλλην τινὰ διάθεσιν τὴν σῆψιν. Alium quempiam habitum naturalem. malè addidit, naturalem. Omne quod est in natura, naturale est: non tamen huic aut illi. Hoc declaratum est in quarto De generatione animalium. Is igitur affectus si non est maturatio, neque putrefactio, non potest à Theodoro diiudicari, sit ne naturalis, an non. Ideò dicit ἡντιναοῦν, C quancunque, quamlibetcunque. Οὐκ ἐκράτει, fructus exuperare non poterat. At non est fructus qui vincere debet aut excoquere, sed calor, quem oportet esse succo potiorem, vt eum domet: & cuius facultati nequeat resistere succus sua cruditate. Ὅταν ἐπιστρέφωσι. Nos suprà dicebamus cõtortis pediculis acquiri saporem dulciorem: id quod sæpe factum est. Theodorus longè aliter, Cùm vuæ humorem haurire desierint: Quasi sit ἐπιστροφὴ, cùm remeat introrsum calor. Est igitur ἀποστρέφωσι. Non tamen quadrat numerus is pluralis cum succo aut calore. Ἔνια δ' ἐναντίως. Nonnulli è contrario maturitatem accipiunt. Theodori verba id significant: aliquos D fructus maturationem cõsequi alio modo atque illi qui dempti ex arbore maturescant. haud tamen ita est. Namque illi tum aeris calore, tum suo innato intus concluso maturi fiant: ii verò scalptione & illitu. At ii modi non sunt contrarii. At Theophrasti τὸ ἐναντίως aliorsum spectat. Quippe illi super arbore nunquam: hi extra arborem nunquam. Quòd si Theodorus cuipiam videatur rectè vertisse: huic fortasse non videatur plenum ipsius Theophrasti τὸ ἐναντίως: nullam enim esse contrarii rationem, sed diuersitatem tantúm.

Διὰ τὴν ἀτρεφίαν. Incipiunt maturescere. alia lectio. Græcè enim est, quod & alibi, nimium succum excoqui non posse: neque placet: incipiunt

A maturescere. maturescunt enim. Ἀμετάβλητα, incommutabilia. Commutatur, quod datur, accipitúrve pro alia re accepta datáve. Simpliciter ac plenè, mutantur, alia suscepta qualitate.

CAPVT XII.

Duodecimi capitis argumentum. Arbores quibus in locis quales. Locorum beneficio mutari arborum habitudines, aut iniuria.

TΩN δὲ δένδρων. Locorum naturas ac cęli suprà declarauit, quoad faceret pro germinatione, fructificatione, maturatione: nunc loci differentias tractat, quatenus ad habitudines arborum spectant: quæ sanè tractatio alieno loco posita est: statim enim post cognitionem B primæ generationis hoc exquirendum fuit. Consequitur enim generationem habitus, & principia existendi: vt crassitudo, proceritas, rectitudo, densitas, rigiditas, & contraria. Itaque hoc pusillo capite peracto redit ad affectus fructuum, non sine incuriæ exprobratione. Sic enim veteres illi, vt suspicandi dederunt occasionem, sumptam materiam vbi semel deduxerãt, nunquã præterea recolebãt. Ait ergo duo: primùm, arbores in locis opacis, & à vẽto otiosis rectas prouenire simul, & proceras: in expositis vento ac soli, contrario habitu. Ἀπνόοις, καὶ παλισκίοις. Quia multa opaca, quę soles non sentiunt, ventos sentiunt. At cùm dixit, ἀπνόοις, καὶ προσηνέμοις: videtur palilogia in sensu. Εὔπνοον, si τὸ εὖ significat mediocritatem, vt alibi C diximus, minus est quàm προσήνεμον. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. Idem euenire, si densæ cõsitæ sint. Quod & suprà de Punica dicebat, cùm his habet aliquam proportionem. Frequentes arbores alterã ab altera opacari. acutiùs ita iudices. Rectas futuras assentior, proceras, nego: nisi siquæ radicibus iis nitantur, quæ breui spatio multum trahant. Μανοῖς καὶ πεφυκόσι. Nihil hìc agit hæc postrema vox: neque ad manus est, quàm huic similem substituã, salua verecundia. Qui reponere voluerit, ψαμμώδεσι, audeat. Theodorus posuit, solutis. Hoc addidit Theophrastus, cùm in priore mẽbro non posuerit, πυκνοῖς. Tamen vbi rationem reddit, innuit τὸ πυκνόν. εἰς βάθος αὔξησις κωλύεται ταχεῖ. est igitur solum densum. Namque multa sunt opaca loca, & D à ventis auersa, eadémque rara & sabulosa. Si ergo non est latè regnans & robusta radix, totũ alimẽtũ abibit in superna. Hoc est quod dicebat, εἰς τὸ βάθος. Quod contingit in raris locis: in quibus vtroque versum distribuitur alimẽtum, & sursum & deorsum. Καὶ τὰ πνεύματα. Miscet causas vtriusque partis. Illa pertinebãt ad παλισκίους, scilicet, κωλύεται τὴν εἰς βάθος αὔξησιν: hæc ad aprica & vẽtosa loca: quia trũcos exasperãt, & in nodos cogũt vẽti. Quare propterea quòd euenit, vt in frigore, quoties horrescimus. Inęqualitas excitatur in cute, repulso introrsũ & humido, & calore. huius enim illud vehiculũ. Subsidet ergo caro in ipsis pilorũ interuallis: pilorũ rigor seruat in radicibus tenorẽ suũ. Ἐμποιεῖ, scilicet ἐν τοῖς δένδροις: quod & suprá.

Διὰ τὴν ἐπίστασιν. Qui ἐπιστῶσι, faciunt vt sint: quod suprà dicebat συνεστηκότα. Condensant enim flatus. at nodus densitas est. Ἐκείνοις δὲ. Iis caussis sublatis educuntur in altitudinem stipites. Amplifica tu, τὸ ἀφῃρημένων sic: siue absint, vt absunt in illis vmbrosis locis: siue auferantur fortè aut consultò: cui operæ veteres etiam verbum excogitarunt, interlucare: quia Natura tam in vmbrosis quàm in apricis generat. Μόνη εἰς τὸ μῆκος, sola longitudo. Quia prohibetur crementum profunditatis. Διὸ καὶ τὰ μὴ ὁμοίως. Confirmat simili narratione. Id, inquit, adeò verum est, vt quæ arbores absunt ab ea specie rectitudinis & proceritatis, si in eiusmodi loca, opaca scilicet, atque auersa tum ventis tum solibus, vel transferantur, vel in eis edantur natura, parem aut similem adipiscuntur pulchritudinem. Vbi notandum est: nõ id omnibus arboribus euenire. Nam quę præhumidæ sunt, in humidis sitę distorquẽtur, quia propter vbertatẽ alimenti nequeunt proceritatis excessum sustinere. Quod & alibi dictũ est. Τὴν αὐτὴν διάθεσιν, eundem habitum nãciscuntur. Sic è contrario: populus in vdis recta & alta, in aliis flexuosa & strigosa. Καὶ σχεδὸν ἰσομήκης. Quin etiam penè æquant Abietum vertices ipsa robora: tantum abest, vt recta nequeant consistere. Sũt in Petrocoriis nemora Quercuum proceritate visẽda: non enim superãtur iactu scorpionis. Καθάπερ φασί. Prudenter vult hæc recipi secundum famæ fidem. Ἅμα δὲ μανότερα. Assignat alios affectus non commodos neque vtiles. Raras tum hasce fieri, ac minus firmas. Hoc est contrarium habitui τῶν συνεστηκότων. sanè ita est. Quercus è planis pulcherrimæ: cæterùm ex eis parata tigna fathiscunt: solutiore namque materia sunt.

Theodorus, ἀστραβῆ καὶ λειότερα, καὶ ἀμηκέστερα. Proceræ, læues atque excelsiores: nempe idem ex prima & vltima voce. Ἀστραβῆ, quæ non sunt strabæ, sed rectæ. Inde namque intuitionis obliquæ deductio ad oculos. Alibi vox eadem significat, quæ in operæ non obtorquentur. Sanè columellam è iuglandis ligno habemus ad lectulum, quæ ita se contorsit, vt basis quadrata qua parte latera dirigebant, ea nunc prodeant cuspides angulorum: præbeátque situs rhomboidem diametrum.

Ἥ τε εἰς βάθος αὔξησιν. Incrementum enim profunditatis altitudinem vetat. κακοζηλία. Altitudo profunditatis est, atque si dicatur, color albedinis. Et sanè incrementum vetat incrementum.

Διὰ τὴν ἐπίστασιν, retorsionis & consistentiæ causa. Nihil est in Græco exemplari, quod reddere queat retorsio hæc. Ἐν τόποις γένηται τοιούτοις, cùm hospitata locis huiuscemodi fuerint. Quin arbores quibus locis proueniunt, ciues in iis sunt, non hospites: πολῖται, inquam, non ἐμπολιτευόμεναι, vt ait Isocrates ad Philippum. Et priuatim Quercus neutiquam sunt hospites in opacis.

CAPVT XIII.

XIII. capitis argumentum. Quæ fructus amittant, & quare. De Ficuum, & Palmarum culicibus atque caprificatione. Quamobrem culices exeant è caprifico. Serotinas non amittere fructus. Non quæuis loca egere caprificatione. Cur biferæ ac triferæ ficus.

ΑΠΟΒΑΛΗΤΙΚΑ δὲ μάλιστα. Hinc caput à superioribus abscindendũ: redit enim ab affectus fructuum, & maturationis & cruditatis: qui congeneres affectus sunt retentionis & amissionis. Aut enim amittunt, quia crudi neque possunt persici, & humore destituantur: aut crudi sunt, quia amittuntur, præueniente maturitatem lapsu. Partimur hoc caput in quatuor. Primo loco duas reddit rationes, quare cadant fructus ante maturitatem. Secundo loco de caprificatione. Tertio quæstionem mouet circa culices. Postremo vestigat causas, ob quas non omnibus locis opus sit caprificatione. Ἀποβλητικὰ πρὶν πεπᾶναι. Quia cadunt aliis, vbi sunt maturi. Pauci diu seruãtur incolumes: vt pruna viridia, ventriosa, producta in colli exilitatem cucumeris obtorti modo. Earum quæ in arbore passa fuerunt soles & frigora, sapor excellentissimus: in pingui suaui iucunda dulcedo. Duas, vti dicebamus, affert rationes: vnam retentionem humidi cuiusdam simul atque flatus, vt ficus. De flatu sequenti capite planiùs. Συμβαίνει γὰρ ἅμα τῇ θερμότητι τῇ κατεργασμένῃ συγκατακλείεσθαί τι πνεῦμα. Quia humorem multum calor dilutus cùm dissoluere nequeat, agit, sed non peragit. Agitatio fit igitur partibus attenuatis, ac motis, nec discussis. Ratio altera. Debilitas appendiculorum, tam secundùm se, quàm respectu ad fructus magnitudinem: cuiusmodi est Amygdalum, Pyrum, Malum. Cùm enim grauia sint, facilè sentit pediculus incommoda distentionis ex pondere. Præsertim cùm aliæ quoque superuenire queant causæ, velut humiditas nimia, nimia siccitas. Ideò dixit verbum illud peculiare, διυγραίνεσθαι, & ἀσθενὲς ποιοῦσι. Et repetit vrgeri copia flatuum. An uerò flatus pondus addant? Addunt, quia sunt terrestres. Tum si sunt puri aerei, etiam addunt in schola Peripateticorum. Ἱκανὸν ὁπουοῦν διυγραίνεσθαι. Dicit iacturæ facilitatem. ὁπουοῦν, minimis quibusque momentis. Τὴν προσάρτησιν ἀσθενῆ. Non dixit pediculum debile, sed omninò appensionem: vt & materiam tangat, & quantitatem, & qualitates. Ἐπιγίνεται μέγεθος. Vt non solùm grauentur humore, sed etiam aggrauentur flatu. Ἐναπόληψιν dixit τὴν σύλληψιν. Propterea quòd accipiunt ab altrice tellure intra se: ideò, ἐν, ἀπό, λῆψις. Ὑγρότητός τινος. Non cuiuscunque, sed certæ quæ ponderi nequeat in pediculo resistere: tum grauet in fructu. Id quod in Amygdalo & Ficu mirum: succus enim admodum glutinosus. Ἡ δὲ ῥόα. Aliam causam externam Punicę adiungit. In Cytinos (ii namque calycis figura) cùm descenderit humor cælestis, debilitari. Quam ob causam excogitata sũt arte remedia: de quibus mox. Nota loquutionem Atticis vsitatam: ἡ δὲ ῥόα, subdit, τοῖς μέν. Huius exempla posita sunt à nobis in familiaribus exercitationibus. Simplex oratio fuerit

tio fuerit. Punica quoque hoc in numero est: quippe cuius Cytini facilè dilabantur. Prima ratio. Debilis illorum appensio, πρόσφυσις, adhæsio naturalis ei loco vnde sunt exorti. φύονται nanque: ac propterea προσφύονται. Altera sequitur ratio, cuius hæc prior est fundamentum. Humore cælesti occupati facilè labefiunt. Ὡς δ' ὅταν, ὡς, ἄνω ἀντὶ τοῦ, ὥστε. Ψεκάδες, καὶ δρόσοι, minutæ pluuiæ roréque. εἰσδυόμενα, subeuntes propter exiguitatem. κατὰ τὸ ἄνθος, in sinum Cytini: qui sanè cauus est. Ἀνυγραίνει. Humoris mollitia soluit retentricis facultatis contentionem. Ob id infert, ποιεῖ τὴν βολήν. Casus causa est, non efficiens, ita vt verbum ποιεῖ iure possit accommodari: sed antecedens. Grauitas enim est casus causa. Διὸ καὶ κατάγουσι τὰ δένδρα. Artis parata præsidia. Curant, vt arbusculæ ipsæ breues sint ac subductæ. κατάγουσι, deducunt. Hoc faciunt præcisione ac permittendo vt fruticent. Καὶ οὐκ ἀφιᾶσιν εἰς ὕψος. Non concedunt elationem in proceritatem. ἀφιᾶσι, amandant. Hoc fit cessatione, si non attondent. Arborescerent enim. Quare id faciunt? Vt ex imbecillitate exilium ramorum nutent Cytini. Quo fit, vt os auersum à cælo, non excipiat humores. Hoc est quod aiebat, μὴ ὀρθοὶ γινόμενοι δέχωνται τὸ ὑγρόν. Ῥάβδους ἀνάπαλιν. Par eorum consilium qui iubent virgas pangi. Ob tenuitatem surrectos nequeunt sustinere Cytinos. Quid hîc est τὸ ἀνάπαλιν? Diuersa ratione, atque alii. εὐθὺ, statim in ipsis vitæ rudimentis. κατανεύωσιν, deorsum nutent. Ὅτι δ' ὑγρότης. Alia docet Historia lapsionis causam esse humiditatem. Pyris & Amygdalis humefacto austris aere, atque nubilo tum flores cadere, tum etiam primores fructus qui statim sint flores subsequuti. Κἂν μὴ βρέχῃ. Nequis occurrat: fortasse aliunde humorem suppeditatum: δι' ἄρδευσιν scilicet, vt infrá. Μετὰ τὴν ἄνθησιν. Suprà quoque detestabatur eiusmodi pluuias tanquam intempestiuas. Ἐν τῇ προσαρτήσει. Epilogus duarum causarum, quarum altera est in priuatione, scilicet cohæsionis debilitate: altera in actione: grauitas ex magnitudine, ὄγκος. Τῶν δὲ συκῶν. Miror quo consilio Theodorus hinc absciderit caput nouum. Eiusdem affectus tractatio est, quippe casus: de quo reddenda ratio est in Palma & Ficu, quemadmodum in Cytino factum est. Ait ergo, quòd Palmæ, quòd Ficui labantur fructus, easdem causas esse: aliam verò præterea quæ sita sit in principiis speciei: quam speciem obscura sanè voce minus exercitatis, διάστασιν vocat. Quippe species differentia constituitur, qua distat ab aliis speciebus. Et apud acutiora iudicia signata sanè vox est. Distant enim species per differentias potius, quàm differunt. Differre actiuum est. vt, nubila differt: &, differor doloribus. Differentiæ differunt actiuæ species ipsas, id est distrahunt: quæ vbi dilatæ, distractæve sunt, tum verò διίστασι. Vt post motum ad generationem sit quies in substantia. Idcirco Plato alio flexu, passiuo scilicet διαφερόμενα, non διαφέροντα. Est igitur hæc sententia ac si dicat: Iis in causis conuenit cum superioribus tam Ficui quàm Palmæ: peculiarem tamen habent pręterea causam, quæ fundata est in natura speciei. Quippe cadunt & propter appendicum debilitatem, & propter pondus ac magnitudinẽ: & quia non maturescunt natura sua. Quamobrem cadunt ante maturitatem. Διὸ καὶ ἐρινάζουσι. Vt hanc iacturam tollant, adferunt Caprificos. Τοῦτο δὲ ποιοῦσι. Causam declarat quare emigrent culices. Nam si in Caprifici fructu nati sunt, indidem alimentum sibi parare posse par est. Id quod in primo politicorum Aristoteles: παντὶ γὰρ ἐξ οὗ γίνεται, τροφὴ τὸ λειπόμενόν ἐστι. Quia, inquit, intus humor nullus idoneus ad eorum cibum. Infrà enim dicit οὐκ ἔχοντες τροφὴν διοίγουσι τὰ ἐπὶ τῆς συκῆς. Notabis verbum διοίγουσι. Nam mouebit infrà quæstionem super verbo hoc. Συμβαίνει δὲ τοῦτο. Eas arbores ficiferas appellat ξεναζομένας, suaptè scilicet interna forma, non autem à Caprificis arcessita. Quia nõ solùm apenditur Caprifici ramus cum Olynthis ramis ipsis Ficus, vt inde in hanc euolent atque ingrediantur: sed etiam μὴ ξεναζομένων, si non appendatur: quin è Caprificis euolant atque inuadũt ficos. Ἐπιγίνονται ἐπὶ αὐτῶν τῶν συκῶν. Hîc non significat innasci, sed accedere. Quia non ingenerantur, sed superueniunt. Ἐπὶ τῶν ἄκρων. In summo ficeti limite: vnde culices ad ficos secundo vento deferri queant, conferunt Caprificos. Hæc est ἡ πῶσις οὐρία. Malim tamen legere ἡ πτῆσις, volatus. A puppi ventus, ex Homero. Κατ' ἄνεμον, secundo vento: sicuti κατὰ ῥοῦν & κατ' ἴξιν. Ταῖς μὲν προθεσίαις, artis diligentiam. Quæ Caprificus eas obseruet species quæ fructibus ferendis conueniant cum Ficuum speciebus. Καὶ μέσαις μέσους, qui medio tempore fœtificant. Διαχθέντος δὲ τοῦ μέσου. Adaperta media Ficu, superfluam depascunt culices humiditatem. Hoc primum commodum, vt subtracto quod exuberabat, à calore natiuo reliquum possit excoqui. Altera vtilitas: iuuari calorem hunc ab externo calore, cui patere queat aditus per foramen illud. Καὶ τὸ ὅλον ἀναπνούστερα. Plurimum (sicuti dicebamus) tribuit spiritui Theophrastus. Ne intus suffocetur, laxiore spatio liberiùs vt commeare possit: hoc naturæ commento cautum est. Nisi etiam velit peregrinis auris subeuntibus crudum succum domitari. Agitantur enim intus: atque ex motu calor. De interno tamen spiritu sentire, satis patet ex sequẽtibus. Euenit enim simul cum calore illo elaborato spiritum includi. Κατειργασμένη. Elaboratum intelligit eum, qui animæ concoctrici facultati attributus est. Erat enim prius inutilis calor. Inclusum autem dicit, nõ obsessum, sed insitum. Elixationis exemplo vtitur. Fit enim flatus intus, qui citatus partim per bullas exit, partim visum fallit. Eo flatu cum humore absumpto ἐμμένει, scilicet fructus. Quia suprà casus causam dicebat flatum, καὶ ἅμα τούτοις γε καὶ πνεύματος ἐπιγίνεται μέγεθος. Εὐλόγως δέ. Duas proponit causas excutiendas, quare ingenerentur culices, & quare exeunt. Exequitur priorem hisce verbis, γίνονται μὲν generantur.

quià fructus illi perfici nequeunt. Hoc est τελεἰυργειν. Videndum est, quemadmodum huic causæ possimus assentiri. Principiò in maturis quoque fructibus animalia concreantur, fabis, tritico, aliis. Deinde τὸ πάρεργον ἦν ἂν ἐργολαβία ἀξιότερον τοῦ προὔργου. Proposuit natura Caprifici fructum perficiendum, rem vilem admodum: non potest: vertit operam illam plebeiam ad operosiorem functionē, quippe culicem: quem admodum contingit hominibus nequam, quibus pœnitentia est fœdior peccato. Dicendum, naturam omnem vbi nacta fuerit materiam, adiungere formam idoneam. Neque est culex πάρεργον, aut accessorium operæ quæ parabatur ad Caprificum: sed æquale propositum naturæ, vt ex materia Caprifici culicem generet, nihilominus quàm Caprifici fructum. Nec miretur quispiam quomodo in Caprifici cruditate fieri queat putrefactio: contraria nanque sunt. Est quidem cruditas cessatio eius caloris qui intendebat fructus maturationem. In hac huiusce operæ suspensione subit externus calor, qui fit autor putrefactionis. In Tritico verò perfecto naturalis calor, qui priùs erat integer, aboletur aut debilitatur: cui succedens alienus gignit gurgulionem. Non autem totus semper aboletur. Quippe ex crosi tritici satu segetem exire, videbimus in sequentibus. Culices autem multis in plantis oriuntur, Vlmi, Quercus, Lentisci vel folliculis vel baccis: neque semper fortasse ex putrefactione. Καὶ ἐν τούτοις ζωοποιὸς ἡ φύσις, animaligena est natura. Non igitur necessaria est putrefactio. Neque fit è terra putrefacta Filix, sicuti nec Adamas: quemadmodum non fit è tritici semine putrefacto seges, sed reducto ad actum. Ita fit Adiantum ex primordiis, quæ habent cum vero semine proportionis quādam proportionem.

Οὐκ ἔχοντες δέ. Egestas appetentiæ causa est. Quia omne quod est, expetit sui cōseruationem. Appetitus causa est motus. Motus autem ad finē. Finis alimentum. Alimenti finis vitę conseruatio. Medius finis, consumpti reparatio. Dixit οἰκεῖαν. Quia cuique rei τὸ οἰκεῖόν ἐστι τὸ τέλος. De hoc suo loco. Φέρονται πρὸς τὸ ὅμοιον. Medius terminus syllogismi est, τὸ οἰκεῖον. Quod non repetit in altera propositione, sed reponit συνώνυμον, quod est τὸ ὅμοιον. Maior propositio etiam vocem aliam pro illis præ se fert, cum illis eandem. ἡ γὰρ ἐπιθυμία πᾶσι τοῦ συγγενοῦς. Quia τὸ συγγενὲς τοῦ ψηνὸς ἐστὶν ἐν τῇ συκῇ. Ὥσπερ τοῖς φθειρσίν. A simili. Pediculi è sanguine corrupto, quippe ex ichorib⁹. Ideo vertuntur ad sanguinis suctum. Εὐλόγως δέ. Quia suprà dixerat δι' ἀτροφίαν non posse maturescere: ac propterea exigendum & superfluum succum & ventum: huic rationi consentaneum illud quoque esse: in macro solo non quæri caprificationem: neque in Boreali, quia siccus ventus. Ita duas attigit causas, à solo & ab aere. Quæ res tamen non est leuiter animaduertenda. Etenim si quis intelligat, nusquam nisi in terra Græcia Ficus egere eiusmodi subsidii, non in Illyrio, Syria, Italia, Gallia, Hispania: facilè abiiciat consilium fouendi hancce causæ cognitionem: quandoquidem etiā Austrinis, etiam pinguissimis locis perficitur. sicuti ne id quidem quod suprà dicebatur, Ficum amittere fructum propter humiditatem, verum est. Non enim est humidissima, sed Morus aut Vitis. Præterea hîc, vbi arua sunt pinguissima, non cadunt Ficus. Ἐπιζητοῦσι. Non vacat præpositio. Scilicet vtilitas quæ petitur à culicibus, præstatur à soli cælique siccitate. Igitur pręter eam non quærunt: quasi dicat οὐκ ἐπὶ τούτοις. Οὐδὲ δὴ, εἴ τις. Neque sicca neque temperata opus habet caprificatione: sed ea quæ plus summittit alimenti, quàm quantum possit excoqui. Haud paruum conficiat negotium Theophrastus, si solum Atticum aut montana Peloponnesi plus habere vbertatis persuadeat, quàm ager Patauinus. In hoc tamen nulla caprificatio. Ἡ γὰρ ἀποβολή. Maior propositio. Conclusio erit, cruditatem in Ficu esse causam amissionis. Καὶ ὅπου κονιορτός. Alia causa, qua excludatur necessitas à caprifico. Vbi, inquit, solum est puluerosum. Quod non negligenter accipiendum est. Nam in eiusmodi agro æstiuus humor, quo tempore coquitur Ficus, longè minor: & puluis excitatus opertas maturat Ficos. Idem videbimus infrà in præceptis vindemiarum. Ἄπνοι. Ponit obiectionem, ac diluit. Iam dictum est, ab Aquiloniis locis non requiri culicum operam, propter siccitatem. At Aquilone flante maior Ficuum casus, quàm sub Austro. Ratio, inquit, est ab inspissatione: quia condensatis Ficubus non potest spiritus cōmeare. Ecce hîc quoque spiritum autorem facit retentionis, sicut & suprà: vbi dicebat ἀπνούστερα: sic hîc διαπνεῖν. Nota ἐρινεά, pro Ficubus. Ἅμα δ' ἴσως. Adde, inquit, compactionem quandam ipsius succi. Et sanè humidum est causa vnionis siue connexionis partium atque continuitatis. Quæ causa, inquit, etiam foliorum casui à quibusdam est assignata: τῇ ψύξει scilicet, frigoris superuētu. Ὅσα δ' ὄψια πάμπαν. Dixit, quæ fructuum casum patiantur: nunc eas narrabit quarum non cadat fructus. Serotinæ, inquit, tales sunt: in iis enim flatus non coercetur. Ratio. διὰ τὴν ὥραν. Maior enim calor plus discutit. Ἀντιπεριϊστάμενον τὸ θερμόν. Non est hîc sicut ἀντιπερίστασις frigoris: cū intus obsidet calorem. Ibi enim τὸ ἀντὶ spectat ad contrarium. At hîc externus calor περιίσησι, circūsistit & agit: ἀντὶ, non contra calorem internum, sed è regione. Ex aduerso enim est id quod est foris ei quod est intus. Sic etiam dextrum sinistro: non solùm quod in conspectu ante nos est: vnde nostra præpositio anté. Hæc causa est extrinsecus: at alia quam subinfert, interna. Ἅμα δὲ καὶ φύσει ξηρά. Ita vt vbique prætexat siccitatem. Et addit πως, scilicet ad eas comparatæ, quæ primo quoque tempore germinant. Fortasse verum non est: quia Morus sera & humida valdè: vt dixerit πως, quasi σχεδόν. Διὸ καὶ τὴν ἀρδείαν. Probat esse ficciores: quippe gaudere humectationibus quæ parantur rigatione. Ἔοικε δέ. Hoc postremo apotelesmate agnoscit eandem naturæ proportio-

portionem in Ægyptia Moro. Nempe simili apertione, ne cadant, comparari. Εὔπνοιαν ποιοῦσα: vt suprà ἀπνούστερα. Καὶ ἀπορροίαν: sicuti suprà ἀφορμάν. Ἀλλὰ τοῦτο διὰ μ.φ. σβεννῦσι. Hæc est alia capitis pars, qua super hac materia quæstionem expedit. Eam malè separauit à toto huius tractationis corpore Theodorus, vt esset aliud seiunctum caput. Nam peracta quæstione, redit ad idem quod hîc relinquit. Quæstio sita est in contrariis. Culices aperire dixit. At contrà videri. Occludi potius ab ipsis atque effici, vt conniueāt osculorum labra: quamobrem arceri pluuias atque rores, quominus subeant: atque ita non cadere. Cadere nanque receptis illis humoribus: vti suprà dicebamus. Ideo dixit, τὴν αἰτίαν ἐκ τοῦ ἐναντίου φέρειν. Παραφέρειν: meliùs εἰσφέρεσθαι. Ὑφ' ὧν θερμαινομένων. Suprà dicebamus, Punicorum Cytinos cadere, pluuia roréve imbutos: atque ibi causa erat partium laxatio: hîc aliam reddit causam, διαθερμαινομένων. Excalfacto humore illo. Calore igitur extraneo: quando prohibetur διαπνοή: necesse est fieri putrefactionem. Omnino verò aquis incessentibus labi. Σημεῖον δέ. Alterum argumentum τῆς συμμύσεως. Si non habeant quas applicent Caprificos: hoc est μὴ ἔχωσι προσάπτειν: aspergunt arena, vt ne hient. Sanè conuenit hoc cum iis quæ suprà dicebat de solo puluerulento. Ideo repetit, ὅτι συμμύει κονιορτούμενα. Nota participium à verbo puluerare. Hoc verbo συμμύει, septies vtitur hîc, non solùm non veritus obtrectationem Theodori, qui fugitat hasce repetitiones: sed etiam visus vltrò affectasse τὴν ἀφέλειαν, καὶ τὴν ἁπλότητα. Ea cùm diuinus Præceptor suas condiuerit Historias, Theodorum compulit ad affectatam orationem: quam tamen quidam barbari ore durissimo propterea vel Aristotelica phrasi scripserunt esse potiorem. Hæc non semel obtestati sumus: propterea quòd tam flagitiosi iudicii non semel dare pœnas meriti sunt. Τὰ δὲ τῶν ὀψίων. Certum argumentum quod conclusione, non apertione fiat maturatio à serotinis fructibus. Qui sunt seri Ficus, inquit, ii non hiant: ideo non cadunt. Μετὰ ταῦτα ἰσχύοντα. Scilicet post illum καιρόν, in quo alii Ficus hiant, ipsi non hiant. Καὶ ἅμα τῆς ὥρας. Posset aliquis obiicere, at iidem tandem etiam hiscunt. Respondet, hoc fit cùm iam validi sunt: neque patiuntur tum propter hoc, tum quia fauet anni tempus, videlicet calore suo μεταβεβληκυίας: quia mutata est temporis conditio ab humido ad calidum & siccum. quocirca non decidunt. Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν. Nunc ita soluit quæstionem, vt ostendat has sententias minus inter se pugnare. οὐδὲν ἐναντιοῦσθαι, respondet illis ad initia quæstionis: αἰτίαν ἐκ τοῦ ἐναντίου. Sed (vt solet semper) pinxit hanc sententiam colore viri ciuilis atque temperati: τάχα, inquit, summa responsionis est exiccatio. Assentitur, ab imbribus noceri: quæ verò dixerit aduersarius, eò demum spectant, vt exiccatione res peragatur. Ἐμπνευματουμένη ἡ ἀποβολή. Imbribus affectos Ficus debilitari ac decidere, flatibus conceptis. Et attribuit motui, quod erat rei motæ. Flatibus oppleta abiectio: id est Ficus flatibus oppletos abiici. Confudit effectum cum ipsa causa. Iactura enim non est flatuosa, sed à flatu euenit. Καὶ τῇ ἀμμώσει ἀναξηραίνειν βουλομένους. Concisa oratio, & ἀντιμερεία. Εἰ μὲν οὖν. Quia videtur adhuc stare quæstio sic: non dubitamus de exiccationis vtilitate: at tu ais adapertos Ficos amittere humorem ac flatum, superfluos: admittere præterea cō coctrices auras ac tepores idoneos: nos autem dicimus occludi: patet hoc post culicum ingressum: atque ex ea conclusione maturationem fieri. Hac de causa Philosophus modestissimè vtranque recognoscit disceptationem: atque vtrique dat quod petit: sibi tantùm retinet iudicium ac ius conciliationis. Si contrariæ, inquit, non sunt sententiæ: satis patet in siccitate causam esse: ἐν ἐκείνῳ τὸ αἴτιον. οὐδὲ ἐναντιοῦνται: sin sunt contrariæ, illa sententia quæ fouet apertionē, intelliget intus omnia trāsigi interni autoris opera. Hoc est ἐκείνως, illo modo. Foris autem esse aliquid nocumenti ad casum. hoc est καὶ εἴ τι προσεπιγίγνοιτο τῶν ἐκτός. Et siquid extrinsecus accedit causæ. Ita digessimus hanc solutionem: quæ cùm est longè obscurior ipsa tota disceptatione: tum per illa ἐκείνῳ & ἐκείνως, confundit ita partes, vt quiuis arbitratu suo distorquere possit. Οὕτως δέ. Sic, scilicet vti dicebamus conniuendo fieri: ab externis omnia prouenire. Nempe casum à pluuia sese induente: atque ideo esse opus occlusione qua arceantur impedimento. Ὑφ' ἧς μάλιστα. Vt suprà de Cytinis dicebat, qui surrecti recepto humore vitiantur. Πεσαθανὸν δέ. Alias casus occultas adiungit causas, veluti morbos. Morbi tamen, inquit, communes omnibus fructibus sunt, etiam iis qui non cadunt. Dixit autem ἴσως, quia morbus, qui est causa vt cadant Ficus, non potest esse communis iis fructibus qui non cadunt: alioqui non esset causa casus adæquata, sed contingens aut pro natura specierum. Τοῦ δὲ συμμύειν. In ipsa quæstione adhuc versatur circa id quod suprà reliquerat. quia videbatur absurdum, post apertionem occludi Ficus: in id nunc intendit, vt causam reddat. Ἀνάγκη τινὰ λέγειν αἰτίαν. Est necessitas ex proposito ac professo. Necessitas doctrinæ: sicut est necessitas conclusionis in demonstratione. Redden da verò est causa, quia non est manifesta. Partes enim hæ sunt Philosophi. Ex officio necessitas ergo. Quæ est species τῶν ἐξ ὑποθέσεως. Cùm tamen obiectæ quæstionis ipse nullam causam declarauerit: nobis imposuit iugum huius necessitatis. Ratio igitur esse videtur, quòd Ficus contrahitur intus exucta. Τὰ μέν τοι σῦκα χεῖρω ποιεῖ. Ei commodo affine declarat nocumentum. Amittere suprà dicebat οἰκείαν ὑγρότητα. Non mirum igitur eos effici deteriores. Κενωθέντα γὰρ τὰ ἐρινεά. Hîc posuit ἐρινεὸν pro Ficu adolescente. Μᾶλλον ἐπισπῶνται, καὶ πλείω. Non igitur sunt deteriores quia sint defectæ succo à culicibus absumpto: sed quòd eo consumpto appetunt tantundem. Ideo dixit μᾶλλον καὶ πλείω. magis quàm antea. & plus-

quam quid? An quantum queant excoquere? Redeunt igitur ad similia principia cruditatis. Quare non cadunt igitur? Ὄλυνθοι. Eam ob caussam nonnullos abiicere consilium caprificandi: easque plus probare quæ culicum pertusione fuerint expertes, suo succo lætiores. Ἀλλὰ καὶ πωλοῦντες. Quin etiam venales ea commendant indicatura: ἀνερίναστα, non passas caprificationem. Καὶ δοκεῖ. Versatur in opinione hominum eiusmodi excellentia. Ἔτι δ' ἰσχὺν. Nunc eorum impugnat apertè opinionem, qui τὸ συμμύειν recipiunt. Si, inquit, propter occlusionem retinetur Ficus: Aquilone flante decuit retineri. Tunc enim vel maximè συμμύουσι. Εἰ μὴ ἄρα. Condimento diluit acrimoniam obiectionis. Fortasse tum cadere, quia nimis exiccatæ abscedant. διαχάσκει, ad verbum Latinè fit labes: cùm hiat terra. Hunc hiatum non vult hîc, sed abscessum pediculi ab ipso stipite: vnde & nostrum Latinum cado, χάζομαι, & χάω, & χάσκω Æolico flexu: fit enim in omni casu interuallum: inde χάος. Φαίνεται. Iudicium dat. Plures videri priorem sententiam pati contradictiones. Est tamen posterior sententia τοῦ συμμύειν: à qua tamen videtur alienior. Εἰ μὴ ἄρα ἀμφοτέρως. Omnino vir est & acutus & ἐπιεικής. Nisi fortè, inquit, vtroque contingat modo: vt & apertione primùm admittantur tepores, cùm pertundit ac subit culex: deinde conclusis intus exerceat opus suum calor ad maturandum, quod à culicibus reliqui factum sit. Τὸ δ' ἐνίους τόπους. Hæc est postrema capitis pars, in qua reuertitur ad ea quæ per initia instituerat, & quæ abruperat intempestiua interiecta quæstione: erat enim ad horum calcem reiicienda. Nunc declarat caussam quare quædam loca non egeant opera culicum. Pro caussa symmetriam statuit aeris ad alimentum. Vt neque excedat in humido, quod est in Græcia: neque in calore, quod fit in Ægypto: sed æquabili vtrinque temperatura. Maximè verò detestatur humoris copiam: ideo dixit καθ' ὅλον τὸ γένος. Quia suprà agnouerat πρώϊα, ὄψια, μέσα. Et simul de serotinis aliquid statuerat priuilegii. Nihil, inquit, faciunt specierum differentiæ, vt se substrahere queant à maleficio exuberantis humiditatis. Argumentum adducit à syluestribus. Nam si syluestria in eodem genere semper suntScciora: & syluestris Ficus præhumida est: in mitioribus humoris arguitur exuberantia. Hîc ἀγρίας συκᾶς intelligit incultas Ficus, non autem Caprificos. Ideo dixit καὶ ἐρινάζουσι κἀκείνας. Vbi videmus καθ' ὅλον τὸ γένος, comprehendere non solùm eas quas dicebamus, sed etiam syluestres. Tantam esse vniuerso in genere succi copiam, vt ne in syluestribus quidem sine caprificatione retineantur. Διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. Confirmat sententiam de humiditate ex Historia. Biferas enim esse atque etiam triferas, iure scilicet illius vbertatis: siquidem vbi priores deciderint fructus: est nihilo secius quod summittatur ad alios. Notabis sexum κἀκείνους, cùm tamen sit συκῆ ἀγρία. Quam vocem cùm vellem vertere in κἀκείνας, animaduerti in sequentibus eundem habitum generis, ἔνιοι, πληθύνοντες, κερατοῦντες: vt ἐρινεοὺς videatur easdem appellare. Quónam igitur modo ἐρινάζουσι? ῥᾳδίως. Efficacia orationis: facilè, ob opulentiam. Πληθύνοντες, supplētes. Deciduo aut decerpto fructu fit in eo loco vacuum: quod substituto recenti cōpleat succo. Καὶ μέχρι τούτου κερατοῦντες. Cuius vigoris atque opulentiæ tenorem ad tertiam vsque operam seruent, neque interea fatiscant. Ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐ δυνάμενοι. Stolidè quispiam requirat etiam quartam fœtificationem. Μόνον γάρ. Solam agrestium, aut inter paucas imperfectum ferre fructum. Quare dixit γάρ? vt intelligeremus caussarum connexionem. Si enim fructum perduceret ad perfectionem, non esse posset trifera. Εἰ μὴ ἄρα. Quia videbatur absurdum in natura quicquam frustrari fine suo: nam sanè quod perfectum non est, nondum est. Sibi igitur non est: ideo dixit, nisi fortè hactenus finis eorum est. Quemadmodum Talpæ, Talpæ oculi perfecti sunt. Φύεται γάρ. Vt intelligamus quare sit dicendum, talem catenus eius esse fructus maturationem. Αὐτόματος, inquit, γίνεται. Id est seorsum à cura studióue alicuius artis. Naturam ergo & parentem & nutricem habet, atque etiam curatorē: quæ nihil temere, omnia consultó. Ergo propter aliquid. At hoc est finis. In transcursu autem principia repetit τῶν αὐτομάτων. E semine: quippe serūt sese syluestria: idque tribus modis. Primus est apertus: cùm cadit fructus, vt glans, syluæ frequentantur. Alter est ab radicibus duplex: nempe aut prope stipitem stolones exeunt, veluti à Lauro, Corylo, Punica: aut etiam longè subter terram productis radicibus exeunt pulli, vt videmus Pyro. Alba verò populus in colle nostro sata, paucis annis maxima circum sese spatia compleuit hoc modo. Tertius modus est, defixo cacumine, atque ex eo radicibus prolatis: quemadmodum de Ficu Indica scribitur in Historiis, & vulgò videmus in Rubo atque aliis. Secundum genus syluestris sationis esse dicit è putrefactione. Quæ quòd erat controuersa, addit: aut quapiam telluris alteratione. Ὥστε καὶ τοῦτον. Homerus Salici epithetum apposuit odiosum, ὠλεσίκαρπον: quòd fructum perderet: hoc Ficuum genus à quodam scribit, hac eadem appellatione designatum. Hoc adddit, nequis tanquam nouum quippiam miraretur aut dubitaret. Ἔπειτ' ἄλλα. Non satis necessariò narrare pergit: alia agrestia, tametsi inculta, nihilominus perficere fructus suos. Quid enim ad rem? Nisi velit indicare hoc non esse omnibus agrestibus commune, ac propterea non esse in Ficu mirandum: quam dicebat solam non perficere. Sed laxè posuit ἀκρώπως, pro quouis cultu, etiam marræ aut ligonis. Et videndum quid sibi vult hîc πᾶσι. τἄλλα, πᾶσι. πάντα potius. Ἐκτελεῖ καὶ πεπαίνει. τὸ πεπαίνει est expositio τοῦ ἐκτελεῖ. Ἰδιότης. Huius Ficus natura peculiaris. Hac voce hunc ad significatum his in libris frequenter vtitur. Τὸ δ' ἐπὶ τῶν φοινίκων. Vltima capitis pars, qua comparat in hoc Palmas Ficubus. Οὐ ταυ-

τὸν

τὸν, ἀλλ' ὅμοιον. In fine secundi Historiarum narrauit abundè quæ repetit hîc. Quia simile studiū in Palmis quod & Ficubus: appellant opus illud ὀλυνθάζειν. Propterea quòd ὄλυνθος fructus est Caprifici: ostendit autem similitudinem, & non ταυτότητα. Quia Ficubus culices immittuntur: Palmis masculæ flos, puluis, lanugo. Non sunt eadem: opus simile. Quid hac in re sentiendum sit ex Herodoto ac Polluce, satis est à nobis dictum in Historiis. Ποιοῦσι ξηρότητα. Tria dicit emolumenta. ξηρότητα, desiccant: quod & culices: διαπνοίαν, quod & in Ficubus fiebat: θερμότητα, quia semper obtestatur ἀπεψίαν. Calore laxant palmulę partes, vt spiritus maturantes liberiùs commeare queant: quos idcirco vocat Hippocrates ἐνορμῶντας. Ita habemus finem eundem maturationē: autorem eūdem calorem: instrumenta intima eadem [redacted] eadem puluerem: partim alia, lanuginem, flor[redacted] διαπνοίαν: modum non eundem, quandoquidem Ficus pertunduntur: Palmula non. Φαίνεται δέ. Caussam expressam quam profiteretur, cùm videret deesse sibi: quod potuit, apposuit exemplum in natura Piscium: quod est in Historiis Præceptoris. Oua edita à fœmella sequutus mas aspergit suo semine: atque ita demum fœcunda fiunt ac vitalia. Ἀλλὰ τὰς ὁμοιότητας. Etiam proportio inter Ficum & Palmam considerari potest ex ipsis appendicibus: quia vnius natura ad aliam refertur. Quia de casu loquitur, hæc potuit addere: nam propter maturationis tractationem, vidētur hîc frigere.

Lego τὰ μὲν διὰ ἀνάληψιν. Et κύπνος ἀπνώτος, non autem αὔπνος διάτμωτος. Et negatiuè ἐπὶ τῶν μὴ ἐρινάζομένων. Et διαπνούστερα. Et πῆσις, non πῶσις. Et οὐκ ἔχοντες δὲ τὴν τροφὴν. Et κατὰ βορείοις. Et κατὰ τὴν οἰκείαν ὥραν, non χώραν: vt fatali negligentia positum est penè infinitis locis alterum pro altero. Et εὐπνεαρίαν, non autem ἀπορίαν. Et ὑποπάττουσι, non autem ὑποπίπτουσι. Et ἐρινασμοῦ, non autem θαυμασμοῦ.

Theodorus διὰ τὴν ἀνάληψιν, interclusi humoris. Non expressit verbi circunstantias quas in Commentario declarabamus. Et omisit hîc πνεύματος: contrà illa addidit, vt nihil resistere valeant. Πνευμάτων ἐπιγίνεται μέγεθος, flatus vehementes inuadunt. non: sed potius ingenerantur. Οὐκ ἀφιᾶσιν εἰς τὸ ὕψος, nec in excelsum excurrere. Ambitiosé. Subire, excrescere. Philosophica simplicitate. Τούτου χάριν. Ad rationem. Non rectè. Nam tametsi Cicero dicit, fuit ad rationem Reipublicæ gloriosum: tamen aliusmodi est. Saltem pronomen addidisset, quod referretur ab illa coniunctione vt, sic: ad eam rationem, vt. Κἂν μὴ βρέχῃ, etiam si non pluat. Imò verò intelligit omnem modum cuiuscunque humectationis: pluuiæ, roris, scatebrarū cursu naturali, & qui fit per alueos, quem suprà vocabat ῥυτόν. Quare etiam ἄρδευσιν suprà dicebat. Ἐν τῇ αὐτῶν διαστάσει, in interuallis. Omisit αὐτῶν: malè & obscurè posuit interualla. Non enim differentias quispiam agnoscat sub hoc nomine interualla. Sunt enim vera entia, non autem κενά. Et facit suspicionem non intellexisse quid id significaret. Denique arborum interualla sunt loca vbi non sunt arbores: at διαστάσεις sunt, quibus arbores constituuntur. Περισπῶνται τῶν ἐπὶ τῆς συκῆς ἐρινῶν. Theodorus addidit, grauidæ grossis. Συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐρινάζομένων, ὅταν ἐπ' αὐτῶν τῶν συκῶν ἐπιγένωνται. Theodorus aliter legit, aut arbitratu suo ac more concinnauit. Quod idem plerunque euenit: si non Caprificus appendatur: modò Caprificus ipsa proxima sit, in qua culices ipsi fuerint procreati. Nam sanè Græcus codex etiam Ficis ipsis attribuit culices. Πρωΐαις πρωΐους, maturis matura. Aduerbium πρωΐ maturè dicit: at maturum non dicit τὸ πρώϊον, sed potiùs festinum. Nam Latinè tam τὸ ὄψιον maturum erit, quàm τὸ πρώϊον. Addidit autem illa lasciuè admodum. Atque ita Caprifici adiicitur satus: neque ex interpretis fide. Nec minore affectatione illa. διαχθέντος δὲ τοῦ μέσου: cùm autem morsu crebro culices ora Ficuum aperuerint: ex Plinio potiùs, vt penè semper, quàm ex officio interpretis moderati. Nā quid hîc crebro? Quid morsus? Vbi dentes corū vidit? Nam sanè proboscidis acuto mucrone pertundunt: tubi cauitate suggunt. Neque signatè ἐμβόσκονται, absumunt. Nimis remota vox est. At Philosophus ipse præscribit fidei limites cùm dicit οὐκ ἔχοντος τροφὴν, οἰκ. ἂν ζητῶσι. Διόδον ἀέρι διδόασι, aditum auris præbēt. Imò aeri, non auris. Non enim volunt refrigerari: sed κατεργάζεσθαι τὴν ἀέρος τροφὴν. Εὐπνούστερα, spirantia. Nequaquā. Nunquam fient vt spirent Fici. Sed vox hæc exponit illud δίοδον: quia flatus exeunt, & vicissim perflantur. Θερμότητι τῇ κατεργασμένῃ. Conficiente, actiué. Sic facilior est sententia, quàm si passiuè accipiatur, vt nos faciebamus. Συγκατακλείεσθαι, interseratur. At serare non habet claudendi significatum, nisi in composito vno resero. Καὶ εἰσδύονται πάλιν εἰς τὰ ἐρινεά. Gigni ex Caprificubus, & rursus easdem subire. Quomodo putauit idem τὸ ἐρινεὸν, καὶ τὸν ὄλυνθον? Nam sanè ὁ ἐρινεὸς Caprificus est. At τὸ ἐρινεὸν grossus: id est Ficus immatura. Sed aduerbium πάλιν deduxit ad hoc ipsum. Non tamen recursum significat, sed cōtrarietatem motuum in verbis εἰσδύονται καὶ ἐκπέτονται. Non enim rursus olynthum ingrediētur, vnde fames eos expulit, & adegit quęrere coloniā opulentiorem. Haud sanè reducat ad ieiunas sedes natura, quæ docuit eos sibi parare penum vberiorem. Ξηρὰ γὰρ γίνονται φύσει. Spontè Poma siccentur. Non spontè, sed ob venti naturam. Σύμμετρον ἐνδιδόναι τὴν τροφὴν. Modicè alere possit. Vbique τὸ σύμμετρον, modicum interpretatur. M. tamen Tullius minus esse modicum quàm mediocre, docet in Paradoxis. Ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. Διεκπνεῖν, exhalare. Prohibetur spiritus, quominus commeare possit. Fit quædam proportio suffocationis. Κρατεῖ ἀντιπεριϊστάμενος. Calor sese colligens atque resistens exuperat. Speciosa interpre-

tatio. Non tamen eo tempore sese colligit calor: quin copiosè diffunditur, adeò vt circumueniat & resistat contrario. Προσάπτειν, iniiciant, applicent, alligent, aptent: vt Cicero loquitur. Συμμύειν κονιορτούμενα, protinus comprimantur. Iniuriã fecit sententiæ simplicitati, temerarii aduerbii affectatione. Ἀνάγκη τινὰ λέγειν αἰτίαν. Illi ergo cogãtur causam dicere huiusce ingressionis: propterea quòd ingressio non potest esse causa compressionis & coarctationis. Quocirca si dicunt fieri compressionem: dicant igitur, vt quid illi culices ingrediantur. Itaque onerat aduersarios causæ dictione, non autem seipsum, vt vertit Theodorus sic: causam aliquam reddamus necesse est. Nã sanè nullam reddit ipse. Ita putat eos, quam reddant habere nullam. Ingressio enim non est compresio, sed apertio. Μᾶλλον ἐπισπᾶται. Theodorus addidit ambitiosè lacteum. Neque expresit τὸ μᾶλλον, quod significat vires: neque τὸ πλείω, quod significat auiditatem. Humorem ampliorẽ vehementiùs trahunt, nisi mauis auidiús. Κηρύττουσι, clamitant, indicant. Διαφέρειν, referre. Imò, excellere. Διαχάσκει, dehiscere. Sanè sic vulgò sonat. Verum haud ita est in re. Nempe venti Septemtrionalis flatu Ficus συμμύουσι: quod & suprà dicebat. Non hiscunt ergo. Sed ita est accipiendum, vt suprà sumus interpretati. Τὸ δ' ἐνίους τόπους μὴ δεῖσθαι. Esse autem quæ caprificatione non egeant. deest, loca. Nam locorum natura fit id. Quæ si non exprimas, suspicari queam esse Ficus species quæ egeant & quæ non egeant. Ἀγρίων, erraticis. Ita placuit antiquis syluestres plantas appellare: cùm tamen veriùs sua obtineant domicilia, quàm satiuæ. Isocrates in orationibus ad Philippum, & de pace, τοὺς πλανωμένους milites, etiam ἀπόλιδας vocauit: alia sanè ratione, atque Latini errones. Ἐνταῦθα αὐτῶν ἦν τὸ τέλος. Eatenus finem natura descripserat. Præscripserat. Φύεται γὰρ καὶ αὐτόματος. Spontè naturæ potest consistere. Imò, gigni. Sed Theodorus nimius est hoc verbo & aliis quibusdam.

Κἂν ἀοράτους ἔχῃ τοὺς καρπούς. Theodorus legit ἀορέτους: minus bené. Ait enim, visu incognitum. At quis de fructu iudicet quem nunquam vidit?

Καλοῦσιν ὀλυνθάζειν. Caprificari illas quoque fari consueuere. Hîc etiam ostendit suam peregrinitatem. Fari, est loqui: non autem appellare aut vocare. Εὐπνοώτερα, spirantiores: vt suprá. Θορὸν, vitale virus aspergit. Nullum hîc virus. Semen genitale. Ἐκ τῶν ἀπηρτημένων, ex remotis generibus. Ex appendicibus & affinibus generibus: non autem remotis.

CAPVT XIIII.

XIIII. capitis argumentum. Densitatem, robur, alimenti copiam, esse causas sterilitatis. Quod fructui debetur absumi in corpus arboris.

TῶN δὲ ὁμογενῶν. Arborum affectus suprà recesuit ab habitudine. Postea fructuum affectus, scilicet casum aut ἐπιμονήν. Hæc erant indiuiduorum. Nunc arborum per-

A sequitur affectus propter speciem, scilicet generationem. Sanè alieno loco. Sterilitas enim & fœcunditas antecedit. Quippe necesse est priùs fructum gigni, quàm cadere. Generatio fructus est affectus arboris: casus est affectus fructuum. Generatio fructum statuit: casus est fructus generati. Generis diuisionem facit per differentias duas: quarum vtranque binis nominat nominibus. Altera nomina sunt rem ipsam significantia: altera sunt metaphorica. Diuisio est arboris agrestis. Diuisionis partes sunt, sterilis, fructifera. Hæc sunt nomina rem ipsam reddentia, κάρπιμα, ἄκαρπα. Nomina metaphorica: dum fructiferas vocat fœminas, mares steriles. Sterilitatis causam attribuit densitati: quia non transmittant. Item dicit esse ro B bur nimium, quo sibi trahendo consulat arbor ipsa. Non temere quæ bonæ sunt habitudinis, sibi solis viuere videntur: [redacted]. Fructiferas præditas esse superfluo quodam succo naturali: cuiusmodi est in animalibus semen genitale. Hæc est sententia. Verba verò fortasse corrupta sunt. Τῶν δ' ὁμογενῶν. Omnino vult sub eodem genere constitui, steriles & fœcundas. Videtur autem hanc partitionem agrestibus tantùm asignare. Quasi verò nulla satiua sit sterilis. Hoc autem falsissimum. Nam si verum est, vt ex Timæo diximus alibi, satiuas omnes olim fuisse feras: neque à seipsis, nisi cultu differre: necesse est in satiuis æquè inueniri sterilitatem. Translatę nanque ex feris locis agre- C stes steriles, si sunt natura sua steriles: steriles pergent esse porró. Ita vidimus arborem Malum in prætura conuenarum sterilem. Sic in satu cannabis & spinachiæ quædam semen ferunt, quædam non ferunt. Quanquam tam plausibilem, ac receptam sententiam Platonis, ambigua vt esset nobis Galenus ipse fecit. Negat enim Betam vsquã syluestrem à se cognitam: nisi, inquit, fortasse quispiam eam esse putet Lapathum. Cæterùm cùm Lapathum à nobis multo studio, huius rei gratia cultum, nunquam induerit Betæ faciem aut saporem: etiamnum hæremus in illius sententia: non omnem plantam mitem fuisse prius agrestem. Neque concesserit Aristoteles, aut alius quis autor æternitatis Mundi. Appones superioribus exemplis genera quædam Salicum: item Populi: D quæ neque satæ, neque cultæ faciem mutarunt. Ad hæc non solas agrestes partimur in masculas & fœmellas. Quippe distinguunt etiam sic Persicas, vtranque fertilem. Quibus absceditab osse caro, fœmellam esse: cuius adhæret, masculam. Itẽ obrotunda cydonia è fœminis, oblonga è maribus. Etiam in Peponibus agnoscunt sexum quidam. Præterea verba non cohærent. Sic enim scribendum fuit, τῶν δ' ὁμογενῶν τῶν ἀγρίων, ἐν οἷς τὰ μὲν ἄκαρπα, τὰ δὲ κάρπιμα, τὰ μὲν ἄρρενα, τὰ δὲ θήλεα καλοῦσι. Vt & illud obseruemus: priore loco posita sunt ἄκαρπα: priore item ἄρρενα ponenda esse: sic enim respondebit relata pars diuisionis. Συμβαίνει γάρ. Hoc & suprà dixit: neque fuit hîc repetendum. Εἰς ἑαυτὰ καταναλίσκειν. Nequis mi-

retur

retur in arboribus bonam habitudinem esse causam sterilitatis: dat rationẽ: omnem succum in sua cõmoda conuertere. Obiectionis ratio est: propterea quòd fructus è superfluo succo. In bona habitudine succi plurimũ. Εὐτροφία hęc est similis τῇ εὐεξίᾳ athleticę apud Galenũ, non autẽ ei quã medicus intẽdit. De ea in comm. ad Thrasybulũ. Φυσικῆς περιττώσεως, definitio seminis. Excremẽtũ vtile: vsitatè potius quàm exactè. Non enim ei competit excremẽti ratio tã nobili fine: & ex eo nutriũtur seminalia vasa. Τρεπομένης, in corpus conuersa. Vnde & τροφὴ dicta est. & ἀποτρεπομένης, à fructus generatione auersa. ἀεὶ, semper. Quia si intermitteret, ad fructum conuerteretur. Καταναλισκομένης. Non absumpta, sed insumpta in corpus arboris. Ἡ γὰρ φύσις. Hæc eadem verba suprá. Μὴ λαμβάνουσα τὸ σύμμετρον. Hîc τὸ σύμμετρον, non simpliciter significat mediocritatem: sed quantum commetiri debet vtrique natura, vt ex demẽso consiat & corpus & fructus. Οἷς μὲν οὖν ἐνίοτε. In duo partitur naturam hãc τῆς ἀκαρπίας. Quædam, inquit, per interualla cessant parere. Tales habemus nos quasdã Malos. Tunc, inquit, cessant, cùm in se conuertunt alimentum. Οἷς δ' εὐθύς. At quibus natura statim ab ipsis principiis vegeta est, & ad hoc propẽsa: in iis nulla fit intermissio. ἐνταῦθα. Aduerbium vice pronominis. ἐν τούτοις: quod ridiculè reprehẽdit Halicarnasseus in Thucydide: cùm null⁹ non autor vtatur his antimeriis. ὅλως, nota est temporis. Sine intermissione: atq; hæc ita sonant verba: itaque legit Theodorus ἄκαρπα: itáque emendatum est in Germanica editione, cùm in prioribus exemplaribus ἄκαρπα legeretur. Διὸ δὴ καὶ τῶν ἀγρίων ἔνια τοιαῦτα. Cuiusmodi τοιαῦτα? Primo loco posuit ἄκαρπα penitus: secundo, ἄκαρπά ποτε: tertio, ea quæ generosum habent à speciei principiis propensionem ad generandum. Tum statim subdit τοιαῦτα, sanè miserè ac negligenter. Ad hæc enim proxima iure consuetudinis referendum videtur: at non potest. Hæc enim hîc τοιαῦτα sunt ἄκαρπα. Refertur ergo ad priorum continuationem. Ἐπεὶ καὶ μικρόκαρπα. Alibi dicit, τὸ μικρὸν ὡς μὴ ὄν. Ita hîc τὴν μικροκαρπίαν coniunxit cum acarpia. Magnas facit τὰς ἀκάρπους: & magnas facit μικροκάρπους. Ita parum & nihil affinia sunt in naturæ ambitu. Καὶ τὰ εἰς μέγεθος. Alius gradus. Ibi erat gradus consistentiæ: vt quæ tantæ essent, tales item essent: hîc est gradus motionis. Cùm eæ quæ propensiores sunt ad crementum, minores fructus ferant: adde tu, aut infrequẽtiores, aut infrequentiús. Id quod facit in ficu Indica, μικρὸν καὶ ὀλίγον. Nota præteritum ὡρμημένα, non autem ὁρμῶντα. Hoc enim tempore designantur à Græcis principia & habitus naturales. Sic dicimus, τὸ τί ἦν εἶναι. Et Poeta, -- *Laurus erat*: quòd & Plinius vsurpauit. Quasi dicat, quæ naturæ impetu citantur ad crementum. Sic & suprà φύσεως ὁρμή. Exemplum apponit Indicæ Ficus: de qua satis in Historiis, & à Plinio repetitum. Μικρὸν ἔχει φύσει. Non ab euentu, neque aliquando, sed semper tantillum: & auget σφό-

A δρα. μικρὸν, magnitudine: ὀλίγον, numero. Καὶ γὰρ σφόδρα. In frondes absumit quæ sunt vastæ. Non mirum si σφόδρα μικρὸς καρπός: quia σφόδρα μέγα φύλλον. Ἀφ' ὧν διὰ τὴν εὐβίαν. ἀφ' ὧν, αἰτιῶν scilicet. Quibus de causis & radicũ fit generatio καθιεμένων: quas rami demittunt atque defigunt: vt apud nos Rubus. Nisi mauis ἀφ' ὧν βλαστήσεων. Διὰ τὴν εὐβίαν. Quia εὔβια δένδρα alibi: Sicut apud Præceptorem ζῶα. Noua vox: si non est mendum. Ἴσως δ' ἀνάπαλιν. Quia est bonæ habitudinis, radices edit: aut contrà, non frequentatur fructuum magnitudine, quia nutrimentum in has partitur. Est igitur contrà sic. Quia debilis, absumpto videlicet in radices nutrimento. Nam εἰς ἄμφω nequeat: vt dicebat. Ἐν ἱστορίαις. In B Historiis. Μόνα δὲ τῶν μονοκάρπων. Lego πολυκάρπων. Nam quid est μονόκαρπον? An quæ arbores vnicum modò genus edunt fructus? Nam quædam multa genera, vt Quercus. At sententia falsa esset. Vide quid ipse narret in Historiis de Cerasi proceritate. Præterea nullam Ficum nostratem vidimus ad nostratis Ficus accessisse magnitudinem: tanto minus æquasse Iuglandem aut Castaneam. Adhæc, fac ita esse: non quadrat huic loco. Non enim tractatio est περὶ μονοκαρπίας, sed πολυκαρπίας, μικροκαρπίας, ὀλιγοκαρπίας, ἀκαρπίας. Et magnas arbores ait, aut nihil ferre fructuum, aut parum aut paruum. Deinde more suo ponit ἰδιότητα, καὶ τὸ περιττὸν in Ficu & Vite. Ac sanè suprà Vitis erat πολύκαρπος, quod & pasim C constat, nec ambigitur de Ficu. De Vitis verò magnitudine haud dubitabit, qui eam videat & Vlmos & Populos superare. De Ficus insigni magnitudine apud nos minimè liquet. Arbitror tamen ita esse: non enim prodidisset.

Lego ὅλως ἄκαρπα. Et εὐβίαν, non εὐβοιαν: nisi sit (vt monebamus) mendum. Et πολυκάρπων, non μονοκάρπων, vt diximus.

Theodorus δεῖται τῆς φυσικῆς. Omisit φυσικῆς, magna culpa. Duplex enim est excrementũ, naturale, vt semen: non naturale, vt vrina. Ὀλίγον, paucum. Sæpe dubitamus, an hęc vox apud probatos autores apta sit numero singulari ad quantitatẽ continuam designandã. In epistola quæ attribuitur Ouidio ad Pisonem tamen legitur sic: aut etiam pauco spoliata milite vincis. Ἀφ' ὧν ἔοικε. A quibus D foliis radicum demissarũ. Infelix paraphrasis. Ait enim in 4. lib. ἢ καθίησιν ἐκ τῶν κλάδων ῥίζας ἀν' ἕκαστον ἔτος. Videtur etiam in illis esse mendum: quę solum fructum progeneret. Fortasse scriptum reliquit solum: vt & ipse videatur μονοκάρπων legisse. Argutari potuisset aliquis acutior: μονόκαρπα esse quæ singulares ferant fructus, non autem confertos: at sententia secum pugnaret. Vitis enim racematim fert. Singuli nanque acini, singuli sunt fructus: vt in vmbellis cremiorum semina. Κληματουμένη, porrecta materia. Sarmentata, in pampinos porrecta.

CAPVT XV.

XV. capitis argumentum. In arboribus optimam succi partẽ exhauriri fructificatione. Itaque fœcundissimam quanque vita

m.

breuissimæ. Idem in animalibus quoque potissimùm gallinis. Debiliores habitudines, & raras corporum concretiones causas esse vitæ breuioris. Etiam secundùm partes idem pati. Procatarcticas causas cum internis multum coniungi. Democriti sententia examinatur.

ΕΥ'ΛΟ'ΓΩΣ δὲ καὶ μακροβιώτερα. Hîc affectus indiuidui tractatur, vitę scilicet tractus. Quã operam hîc posuit, propterea quòd deducit vitę breuitatẽ ex nimia fœtificatione. Cùm tamen mors sit vltimus affectus: post omnẽ aliam materiam fuerat hæc tractatio statuẽda: atque eò causæ conferẽdæ vel à concretione, vel à frequentia fœturæ, vel à solo, vel à cælo, vel à cultu tum nimio, tum nimis paruo, tũ vitioso. Quinetiã de morborum causis fuit priùs scribẽdum, quàm de interitu. Est enim morbi & mortis idẽ etymõ, μόρος βίου. Partitur autem caput hoc in partes quatuor. Prima deducit breuitatis vitæ causas à duobus, à fœcunditate & à raritate concretionis: sed illam manifestis verbis, hanc in illis implicatam. Ait enim fœcundas esse vitæ breuis. Tamen si alioqui natura sua quæpiam debilis sit propter nimiam humiditatẽ aut aliam causam: iis potius affectibus ascribendam esse vitæ breuitatẽ, quàm fœtificationi. Adducet exẽplum ab animalibus: simul diffundit consideratione ab arboribus ad fruges. Altera pars ostendit huius affectionis modũ: quia particulatim moriãtur, non autẽ totæ, sicut annuę plantæ: puta Triticũ. Tertia enumerat causas procatarcticas: quo loco multas cõparat inter se species. Quarta multis aliis affectib⁹ aut assignat causas, aut ab aliis assignatas reprobat. Καὶ τὰ ὀλιγόκαρπα τῶν πολυκάρπων. Quia (sicuti dicebamus) ἡ ὀλιγοκαρπία gradus est quasi quidã τῆς ἀκαρπίας: si quis exactè non loquatur. Nam alibi demõstratum est inter habitum & priuationẽ nullum esse medium. Non enim est non entis cum ente aliqua proportio. Comparatur igitur priuatio cum habitu, ἄκαρπον, κάρπιμον. Deinde habitus ipsius gradus inter se, ὀλιγόκαρπα, πολύκαρπα: sunt enim vtraque κάρπιμα. Ὅσα δ' ἀσθένειαν. Vt potior sit causa breuitatis vitę imbecillitas habitudinis, quàm fœcunditas. Declarat autem imbecillitatem illam per humiditatẽ nimiam, & mox per raritatem. Humiditatis autem causam, locum: ideo dixit πάρυδρα: propter iã paratam materiam. Adest enim aqua: καὶ ἀλσώδη, propter materiam parabilem: quia locis vmbrosis sitæ minus exiccantur. Addit autem ἄδιοπνα, communem affectum vtrisque. Nam præhumida loca & opaca secum habent putredinis materiã. At raræ arbor concretionis non quidem materiam secum habet, sed paratas partes ad recipiendum: quippe laxas & humoris appetentes. Hoc etiam suprà dicebat: eiusmodi nanque meatus obnoxii sunt externis impressionibus. Ἡ δὲ πολυτοκία. Videbatur fœcunditas absque robore non esse: posse nanque & sibi sufficere & fœtui. Respondet: ita quidem esse. Fœcunditatis principia felicia: quæque iudicari queant longioris vitæ fundamenta: euenire tamen vt diuturni pensi perpetuatione exhaustæ fathiscant. quare frequens par-

A tus multum aufert illius bonæ naturæ, qua constitutæ sunt arbores fœcundæ. Πολὺ τῆς φύσεως. Hîc naturæ vigorem intelligit: quippe vniuersalis naturę vim in ea specie elucentem. Καὶ κυριώτατον. Et quod in ipsa natura primariũ est: sicut in animalibus. Est enim genitale semen sanguinis pars elaboratissima. Satis patet eius operosa natura ex finis ipsius, ad quem semen ipsum apparatur contẽplatione. Est enim arbor potestate. Quapropter cùm arbor vna multa ferat semina, multas arbores ferre dicetur. Ergo sese vnã multis in millibus repræsentando, multum amittat sui necesse est. Ita fuit explicanda pars hæc Philosopho, quã nudam reliquit nobis. Τὰ πολυτοκώτατα. Quæ maximè
B numerosos edunt fœtus, & citò senescunt & intereunt. Hoc idẽ legimus & in Historiis animalium, & in Problematis. De animalibus hîc γηράσκει τάχιστα. De arboribus καταγηρᾷ θᾶττον: Ita etiã tum πολύφορα, tum πολύκαρπα. Satis alterum erat: nisi πολύφορα etiam esse voluit πολυβλαστῆ. Καὶ ἐν τοῖς ὁμογενέσι. Non erat admodum plena comparatio generum diuersorum. Itaque congeneres etiã confert. Idem quoque pati, vt Vites. Magna admodum probationis efficacia in tam propinqua natura, cuiusmodi species inter se sunt. Μᾶλλον δὲ πολλάκις. Altera portiuncula partis huius. ὀλιγοκαρπία reducebantur ad ἀκαρπίαν. Nunc addit τῇ πολυκαρπίᾳ τὴν ὑπερτοκίαν: sicuti ὑπερβλάστησις addit τῇ βλαστήσει. Ergo si πολυτοκία citam affert senectutem, ὑπερτοκία etiam aliquid adiunget mali. Quam-
C obrem tabem sequi & ariditatem. Ἀφαυανθῆ, ariditate ἐξίσταται τοῦ βίου: illud notat τὸ ἀπὸ hîc. πολύκαρπα igitur erant fœcunda vulgó. Super hæc sunt δίφορα, porrò τρίφορα: præter quæ etiam ἀείκαρπα. Δι' ἀσθένειαν. Imbecillitatem, non sanè speciei: (quia tota species talis esset) sed accessoriam, quæ euenit propter excessum superfœtationis. Καὶ συντηρεῖς. Probè declarat suam sententiam validissimo argumento. Nam fruges & olera postquam fructum suum tulerunt, eorum operis atque vitæ idem finis est. At quod his semel fit, arboribus sæpe contingit. Facetè dicit, arbores post fructificationem quasi interire. Sed latere nos, quia non fit vera mors, sed quies & otium ab labore. Idcirco somnum quoque plãtis attribuebat Anaxagoras.
D Διὸ καὶ ἐπέτεια. Hanc esse causam quare non excedant annum. Συνεξαυαίνονται. τὸ ἐξ, nota est motus & migrationis è vita. Suprà erat ἀπό. τὸ σὺν, quia stipula aut stipes cum radice ac semine siccatur, aut penè simul. Nam sanè vltimas interire par est, quia primæ ortæ sunt: & quia propiùs sunt alimento: & quia longiùs absunt ab arefaciente causa. Vbi non est iniucunda contemplatio. Radix enim, quia prima nascitur, ac postrema interit, in hoc habet cordis proportionem: quia cibum prima sumit, oris officium facit: quia est in ea prima concoctio, ventriculi vices gerit: quæ duo postrema sunt ei etiam à diuino Præceptore attributa. Ἐκδεδομένης πάσης τῆς φύσεως. Edita omni natura: id est exhibita, exhausta. Ἡ οὐ φανερὸν γίνεται. Quasi frugibus ob imbecilli-

imbecillitatem ac pauperiẽ primo quoq; sumptu cella exhauriatur: arboribus propter opulentiam, non totum simul, sed particulatim semper aliquid promatur è penu. Περιϊσταμένης δὲ τῆς ὥρας, circumuẽtæ appetẽtis tẽporis inuasione. Tãdẽ verò quod latebat nos, palàm factum est aliquando. περιϊσταμένης, circumsistente. Verbum militare. Ἐὰν δέ τι ἐπιγένηται. Quòd siquid accidat ab aere præterea, i. si aer incommodior sit: non solùm superfœtantibus, sed etiam aliis quæ simpliciter numerosa fœtura sunt insignes, acceleratur interitus. Πονεῖ πολλάκις. Ægrescunt & pereunt. Hîc enim πόνος morbum significat, vt & alibi. Πιέσαι καὶ κακῶσαι. πιέσαι, hîc à metaphora sumpta de veterinis: quod & cõqueritur Xãthias in Ranis. Sic Poeta, *ditione premebat*. Sic Atheniẽsium σεισάχθεια, Solonis diuino commento. Sic ἀγγαρείας vectigalia barbari recẽtiores. Et verbum est in sanctissima Euangelii narratione. πιέσαι, onerare maleficiis: malè habere. Κενωθὲν γάρ. Duplici de causa fit imbecille, quod vacuatur. Prima est quasi formalis: quia cũ abeunte succo exhalat multum spirituum. Simul igitur etiã est materialis: vtraque interna. Si abit & materia & forma: cũ id ipsum arboris nihil aliud præterea sit, necesse est imbecilliorem fieri. Altera est accidentalis in situ partium, quia fit laxior: igitur opportunior caussis noxiis quæ ingruũt extrinsecus. Ἐνασθενεῖ δέ. Neque solùm à valentioribus patiuntur, sed etiam à minus validis, adeò factæ sunt nequam. ἐνασθενεῖ, verbum actiuum, debilitat. τὸ ἐν, significat noxam quæ sese intrò inferat in vitalia. Διὰ τοῦτο. Corollarium, vt vocant. Id est sentẽtia sententiam consequens superiorem. Dicimus enim, quæ coluntur arbores, celeriùs senescere, quàm quæ cultu vacant. & meliores, quàm minus bonæ: & omnino mites, quã agrestes. Cultarũ detrimentum est, non propter cultum: sed quia cogimus eas multum operis facere: quia cultu fiunt fœcundæ: fœcundæ minus viuunt. Par ergo lex τῶν χρησίμων, quas βελτίω dicit: quoniam effœtescunt. Καὶ τὰ ἥμερα. Amplificat sententiam: mites denique plus, agrestes minus. Nota duas voces, ἀγεωργήτων, ἥμερα. Videtur ταυτολογία. Non tamen est. Multæ sunt mites quæ non coluntur: vt quæ arbores natura sua mites ignauos habent colonos, quales sunt Vasiones nostri. Et contrà, quædã coluntur agrestes vt mitescant: quod in hortis frequens fit, vt armoraciis, intubis, scolymis, asparagis. Non tamẽ hîc, quibus in terris tum operæ superãt omnes nationes inertia & lẽtitudine: tum partiarii si quam semel arborem terræ mandarunt, quasi cunctis officiis defuncti sunt, cætera fatis permittunt. Καίτοι τάχ' ἄν. Respondet obiectione: non noceri à cultu: quia cultus non interficit, sed id quod cõsequitur cultum, id est fœcunditas. Verum est quod ait, ἡ θεραπεία πρὸς καρποτοκίαν. An verum est quod addit, οὐ πρὸς ἰσχύν. Nanq; putationes reddunt semper arbores fortiores: nẽpe redintegrant & iuuentam afferunt. Ergo vetulæ atque effœtę, cũ imminentis interitus brachiorum scabritia, strigositate, tristitia, nuditate repræsentãt: iis amputatis facilè reno-

A uantur, ac quasi ad incunabulorum rudimenta reducuntur. Αὕτη δ' ἀναιρεῖ. scilicet καρποτοκία. Τὸ δὲ μακρόβιον. Longæuitas in robore: ætas breuis à succi demptione: igitur à roboris diminutione. A cultu fœcunditas, non robur. Vides duos syllogismos. Ἰσχυρὸν δέ. Suprà densitati sterilitatẽ attribuebat: nunc hîc robur coniungit ac densitatem. Ergo etiam sterilitatem. At priore loco declarabat, arte & cultu laxari densitatem. Ὅθεν καὶ Θάσιοι. Quòd cult⁹ officiat arborum vitæ probat ex gẽtis consensu ab experimẽto in historia Thasiorum. Vineta ibi fuisse excellentissima vulgatum iã est. Thasii, inquit, cùm locant agrum per annos aliquot: non cauẽt vt quotãnis adhibeatur cura cultúsq;. Postremo tãtùm anno, cùm agrũ sunt rece-
B pturi: cõuenit inter eos, vt ager reddatur bene cultus. Interea verò non solùm negligunt, verumetiã patiuntur deterius habere. Ad hunc locũ pertinet quòd contingit vinitoribus Aurelianis: quo in agro vina sunt excellentissima. Aiunt enim nullã vineã esse vetulã, sed frequenti propagine renouari. Videamus nũc Theophrasti verba. ἀπομισθοῦντες, mercede locantes. Οὐ φροντίζουσι τῶν ἄλλων ἐτῶν. Non curãt quãtum operis fiat annis citerioribus. Non cauent in conuentionibus. συγγράφονται, quia scriptum ipsum est συγγραφή. Κακουργεῖν. Malunt malè esse. Nota verbum, quod significat actionem in cessatione. Scilicet coloni ignauia maleficium est. Intelligamus tamen, non totius cultus abiici con-
C siliũ penitus: nisi enim putetur vinea, syluescit atq; vt ludamus, labruscescit. Sed pastinũ innuit, pulueratione, ablaqueatione, decacuminatione, strictione, stercorationem, & siquid aliud. Sanè putata vinea si minus præterea colatur, etiã excellẽtius vinum reddit. Ratio. Telluris apertione complutum solum diluit generositatẽ. Τὸ ἀπὸ δὲ τοῦ τελευταίου, scilicet ἔτους: quia dixit ἄλλων. Pro vltimo paciscuntur anno. Πρὸς τὴν αὐτῶν κατάληψιν. Quò fructus capere debeant. Ita colẽdum, vt quantũ redire par est, redeat. Συμβαίνει δέ. Plana omnia. Suprà comparabat animalibus: nunc ostendit priuatim species quasdam, gallinas scilicet. Συνανθρωπευόμενα. Verbum Præceptoris: cuius indolem nullo vnico Latino possumus adumbrare. Ἐπὶ ἀειδῶν. Quid sibi velint hæc, nescio: & nota est à Criticis appo-
D sita: & dissimulauit Theodorus. Nos substituimus ex Historia Præceptoris, σπουδῶν. Εὔφθαρτα. Explicat amplius superiora verba illa, δι' ἀσθένειαν καὶ ἄδιοπνα. Sic hîc. δι' ἀσθένειαν εὔφθαρτα. Quia σῆψις, est φθορά: hoc autem generalius. Quædam sunt adeò vigore defecta, vt simul & parum aut nihil fructus edant: simul qui sint breuis. Qualia scilicet ἐπέτεια. Οὐκ εἰς τελείωσιν. Minus benè, si τελείωσιν accipiat simpliciter: sed voluit eam dicere perfectionem, qua vitæ tractus paratur longior. Ἔνια δέ. Ne putemus fruges oleráq; sola hoc dispendio contineri: addit etiã ex arboribus quasdã, vt Laurũ: quæ simul min⁹ sit fœcũda: simul sit vitiis obnoxia propter laxitatẽ. Sanè Lauros aliquot habemus, quę nũquã baccas perficiũt. quòd autẽ minus diu viuat: minus frequenter sese fructi-

bus: etiam fortasse illa queat adduci causa; quòd multos non solùm stolones fundit: verumetiã primarios, eósque ingentes edit fouétq; stipites non paucos. Itaque etiam hîc species eius aliquas steriles narrat. Vna, quam specie visendam habemus hîc ante oculos, cùm hæc in agro pestilẽtiæ metu, scriberemus, neque sterilis est neq; fœcunda. Flores enim edit confertissimos, sed ex quibus nullus vnquã fructus extet. Itaque speciem hanc appellat βρυοφόρον. Quia nõ sit verus flos, sed sicut in Quercu, Ficu, Olea, βρύον: de quo in Historiis. Πλὴν οὐχ ἁπλῶς. Hæc est alia capitis pars, quã Theodorus incõsultò disiũxit nouo capite à superioribus. Ostendit enim queadmodũ non tota simul repentè moriatur arbor, sicut animalia, sed particulatĩ. Εἰ γὰρ τὸ μάλιστα. Truncum esse primum qui putrescat: is enim crassissima pars est. Quid hîc facit εἰ γάρ? Siquidem. Cuius hęc redditio causę? Quasi tã crassi corporis vitales spiritus nequeãt è tãta materia sese citò expedire atq; exoluere. Atenim verò anima immaterialis est; quare non eget tẽporis ipse discessus: queadmodum ne accessio quidẽ in generatione. Fit enim in momẽto: si momentum notio est tẽporis indiuisibilis. Quare vel ò dixerit παχυνομένων μετοχικῶς, quod significat motum. Nã certè truncus, cùm propè est, vt intereat: neq; cũ incipit putrescere: non amplius crassescit. παχὺ dixisset alius. Hæc omnino sic accipiẽda, si non sit vitiosus codex. Nisi velit innuere, nutrimẽti copiã vt priùs attulerit corporis molẽ, ita postea excremẽtum quoq; attulisse humoris alieni ad putrefactionẽ. Παραβλαστήσεις δέ. Propterea quòd arboris interitum, nequis suspicaretur repẽtinum, vt in animalibus, docuit fieri particulatim: ostendit etiam quare vulgò repẽtinus videatur. Quoniã latet nos intima illa putrefactio. Latet verò: quia nihilominus ab radice stolones emittuntur. Quę causa est vt etiãnum viuere videatur. Ὡς ὅμοιον τρόπον. Notioris exemplo naturę minus notum explicat euẽtũ. Ramos, nemo est quin sciat arescere. Sic & stipiti cõtingere. Quidni? Idem modus cõcretionis sub eadẽ forma. Rectissimè verò cõparat. Quippe subarescẽtibus etiã ramis ramuli plerunq; ab eorum lateribus erũpunt, modò ne sit paulò vetustior stipes. Ἀλλ' ἡ διαφορά. Vulgaris differẽtia, & quę nulli nota non sit. Cũ putrescit truncus, partẽ perire principalẽ: cùm inarescunt rami, dãnũ esse in appendicibus tãtùm: τῶν ἀπηρτημένων μορίων. Ἀλλ' ὅτι ἡ παραβλάστησις. His declarat, quare dixerit illa. Esse videtur arbor, quę priùs ob germina virẽtia, quæ indidẽ oriuntur. Περὶ οὗ διηπορήθη. In 1. lib. Historiarum quæsiuit, an eadẽ esset arbor quę priùs, aliis partibus in defunctarũ ablatarúmve locum substitutis. Ἀρχαὶ δὲ φθορᾶς. Hæc est tertia pars, in qua recẽset causas interitus extraneas, quas προκαταρκτικὰς Medici vocãt: ictus, vehemẽtes flatus, alia eiusmodi: sed id imbecillibus tãtũ. Suprà dicebat ἀέρος πιεσμοὺς, καὶ κινήσεις. Hîc repetit ἐκ πολλῶν δὲ κίνητον τὸ ἀσθενές: id quod etiã in sequẽtibus admittet pro causa, quare quædã maturiùs festinẽt germinationes. Facilè, id est quacunque impressione afficiuntur imbecillia. Quod suprà dicebat, ἕνεκα δὲ

A

νεῖ τὸ μὴ ἰσχυρόν. Cæterùm eandẽ sententiã sic alia facie ostẽdit inuersam. Suprà dicebat, si περὶ τὴν πολυκαρπίαν accesserit πάθος τι ἐκ τῶν ἀέρων: nunc contrà, si πρὸς τὸ ἀσθενὲς accesserit ἡ πολυτοκία. Exẽplũ à Punica & Malo verna. Καὶ μᾶλλον. Tanto magis interitus præsto est: quoniã vtraq; causa, & fortasse aliæ cõplures. Declarat quę sint. σκωληκοῦνται. Mali vermiculationibus vitiãtur: addidit τάχιστα ad fidẽ narrationis. Quin Malos nostras suburbanas Viscũ innatum interfecit: vt agricolarum opinio est. Non tamẽ siccis pedibus hoc vadũ pertrãseũdum est. Nã si extraneas tãtũ causas intẽdit enumerare: vermiculationẽ ab hoc cẽsu amouere necesse est. Innascuntur enim vermiculi, non foris sese inferunt. Itaq; depascũtur principia sua: vt ex quibus constãt, ex iis constare pergãt.

B

Igitur succi dulcissimã quanq; absumunt partẽ: vnde fit interitus. Hoc innuebat illa vox metaphorica ποτιμώτατον. Ἅμα δέ. Suprà dicebat, seriùs agrestes & pari & cõfici. Nunc assignat analogiã. Punicas, tametsi mites, agrestitatẽ tamẽ quandã præ se ferre. Sequi ergo ferarũ arborum rationẽ. Sic alia analogia densarum. ἀπύρηνοι τῶν πυρηνωδῶν. Quoniã dẽsiores nucleosæ: itaq; & diuturniores. Itẽ à gradibus. nanq; αἱ μαλακοπυρήνοι accedunt ad ἀπυρήνους. At durinucleę ad nucleosas. Cætera plana. Ἀσθενέστερα καὶ μανώτερα, διὸ καὶ πρωϊκαρπότερα. Prudẽter intelligendum. quippe sunt ἀσθενέστερα ad viuẽdũ: laxiores enĩ. Quã nã ergo lege præueniũt alias fructificatione? quia priore lib. etiã προβλαστεῖ quædã ob imbecillitatẽ

C

facilè mouebãtur à quouis cęli momẽto. Idcirco iisdẽ vestigiis insistẽs ait, μᾶλλον ὑπακούει τῷ ἀέρι. Audit, obedit. Sic & alibi. Suprà ἀκολουθεῖ, obsecundatur, ad verbũ. Ὡς Δημόκριτος. Quarta pars, in qua causas examinat alias. Est autẽ in hac Democriti sentẽtia referẽda hyperbaton sanè magnum: cuius verba non cohærẽt. ὡς δὲ Δημόκριτος αἰτιᾶται: δόξειε δ' ἂν οὐ καλῶς λέγειν. αἰτιᾶται, hîc causam affert. Alibi accusare. Sic Oratores, ἐν αἰτίᾳ εἶναι. Democritus ita cẽsuit, flexuosarum arborum radices esse longiores atq; crassiores: sibi enim plurimum tũ parare, tum retinere quo fruãtur: quoniã parum, ac lẽtè, ac minutim trãsmittant sursum stipiti. Quippe talium stipes densior & cõpactior. Rectarũ meatus porrectiores sine anfractib⁹, atq; ideo breuiores. Sanè Mathematicis ea est rectæ lineæ definitio:

D

breuissima extẽsio. Quocirca faciliùs atq; citiùs ab radice submittatur alimẽti cõmeatus. Non ergo radices harũ tã bona constare habitudine, atque illarum. Concludit ex his. Cùm à radicibus vitæ principia constituãtur: in quibus ea principia fuerint robustiora, futuras item arbores habitiores ac vitæ productioris. Huiusmodi existere flexuosas. Addit ex iisdem causis, καὶ προβλαστότερα. Citiùs edere fructum: quòd in recta materia celeriùs suppeditetur ac subeat. Quia coniunxit hæc duo βραχυβιώτερα καὶ προβλαστότερα: vnas tantũ facit causas. Ideo dixit, διὰ τὰς αὐτὰς ἀνάγκας, quas iam diximus. Δόξειε δ' ἂν οὐ καλῶς λέγειν. Hanc Democriti sententiã reiecturus diruit statim causam. Sed antequã obiiciat quicquam, recitat etiãnũ alias Democriti rationes, quare arbores rectæ

minus

minus diu viuant. Τὰς ῥίζας ἀσθενεῖς. Radices esse imbecillas. Ἐξ ὧν ἀμφοτέρων. Ex vtrisq; causis interitum sequi. Cęterùm vbinã sunt eæ duæ causæ quas vtrasque vocat? Vna tãtùm numerata est ἀσθένεια hîc. An perpetuò apud hunc autorẽ est aliquid diuinandum? Vt debilitas vna sit causa, meatuum rectitudo altera? An debilitas est causa duplex: prima, quòd sit in principii ratione ad cõstitutionẽ: altera, quòd tueri se nequit ab incõmodis ob conseruationẽ. Sic enim sentit. Cõcuti vẽtis arbores: sentire frigus & calorẽ: quorum vtrunq; de partibus superioribus per rectos meat⁹ ad radices demissũ eas corrũpit: quę cũ sint imbecillę, tueri sese non queant. εὐθυπορία, meatus recti. Ὅλως δὲ τὰ πολλά. Democriti ratio, quòd radices & per se sint debiles, & offendãtur. σημεῖον. Quod harũ arborũ pleręq; occipiant ab imo interire. Quippe proximo nocumentis loco. Tũ pręter noxã frigoris & caloris, agitari stipites ob exilitatẽ, nẽpe in rectum proceros, vẽtorum vi, atq; reprocis fluctuationũ flexibus motare radices. Ea cõcussione atq; iactatione ἀπορρήγνυσθαι καὶ πηροῦσθαι. Eo salo frangi ac mutilari. Hoc enim est hîc πηροῦσθαι. quod alibi κολούεσθαι. Καὶ ἀπὸ τούτων. Mirũ verbũ πήγνυσθαι τὴν φθοράν. Equidẽ mendũ suspicor. Nisi quis à Democrito putet vsurpatum. Vsi nanq; sunt prisci admodum distorta oratione: quod & ex Hippocrate videre licet. Theodorus inuoluit simplici interpretatione, perire. Ἀλλὰ μὲν οὖν λέγει. Incipit hîc contradicere. Non esse verũ, longęuarum arborũ radices esse lõgas & crassas. In eiusmodi nulla vitã esse longam. Ponit exẽplum Ficus. Et sanè Ficus cuiusq; non trimę radicẽ tã crassam eruit puerorum vnus, vt dimidiati hominis ęquaret pectus. Οὐθ' ἑτέρα τῶν μακρορρίζων, καὶ παχυρρίζων. Hoc plus æquo & odiosè sanè. Profectò Querc⁹ talis, & diutissimè viuit. Quod verò sequitur, verissimum est. Negat enim rectas esse vitę breuis. Εὐθέα καὶ ὀρθά. εὐθὺ, quod non est flexuosum. Directũ, ὀρθὸν, quod non est pronũ aut nutans. Ille est affectus, seu mauis differentia situs partiũ inter duo extrema. Hîc est idẽ affectus nõ necessariò. Nã circulus stãs, ὀρθὸς erit, εὐθὺς non erit. Sed est differẽtia situs totius: cuius extremũ vnũ est cũ altero extremo in linea dimetiẽte à mundi ambitu ad eiusdẽ punctũ mediũ. Idcirco vtrunque coniunxit. Nam Pinus in cliuo, quã per initia ætatis inclinarint aquæ ruentes, ita constitit vt cathetos exiens à verticis puncto discederet ab imo stipite. At est εὐθὺς tamẽ: recta quidẽ, sed non surrecta. Salix autẽ erit ὀρθὴ, quoniã non iacebit: at non erit εὐθύς: quippe cuius media exeunt ab extremis. Est enim ὀρθὸν, παρὰ τὸ ὀρνύσθαι καὶ τίθεσθαι. Οὐκ αὐξητικὰ δὲ ταῦτα. Neq; celeri auctu proficiunt, sed tardè surgunt: Abietẽ dicit, Palmã, Cupressum: quę omniũ rectissimę sunt. Hoc est contra illud, τοῖς μὲν ταχὺ διαπέμπεσθαι τὴν τροφήν. Οὐδὲ πρωϊκαρπα. Manifestò cõtra illud προβλαστότερα. Minor propositio syllogismi. Palma est talis. Conclusio ducens εἰς ἄτοπον. Ergo Palma αὐξητικὴ καὶ πρωϊκαρπος. Falsũ. Falsa igitur & maior propositio. Ὅσα γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας. Axioma: quo tollat aduersarii tergiuersationem.

A

Quorũ causa vna, eorũ affectus idẽ necessariò. Est enim probatio illius, καί τοι καὶ ταῦτα ἔχει: quę est cõtraria iã inductæ cõclusionis. Ἀλλὰ μήποτε. Mod⁹ loquẽdi in causarũ disquisitionibus. An, inquit, nõ ea causa est, sed illæ quas dixi priùs, τὸ δυσφυὲς ὅλως: quod auersum est à natura fructificãdi: hoc enim est φύειν: vnde fundus. Itẽ μικρόκαρπον, ὀλιγόκαρπον, ἰσχυρόν, πυκνόν, alia: quæ suprà designabat, ξηρότης, στερεότης, λιπαρότης. Sub his lectissimã in natura classẽ recẽset earũ quę vtrunq; beneficium sunt cõsequutę, & sibi viuẽdi & posteritati: vt & vitã suã robore & speciẽ propagant generatione. Earum tãto admirabilior natura quòd in senecta sunt fœcundiora. Enumerat Quercũ, Pyrũ, Amygdalũ.

B

Παρηβηκὼς γάρ. Hoc etiã suprà dicebat, vbi nõ excedit robur, scilicet ad vsurpãdum totum succũ in alimẽtum: neq; excedit alimẽti copia. Agẽs enĩ mediocris est: igitur alimẽtum quoq; mediocre. Ὥστε ῥᾴδιον. Hinc fit, vt facilè quod reliquum est, cõcoquatur, idq; ad fructus confectionẽ. Iã hinc quasi causæ diffidẽs, aliud apponit. Harum nõnullas etiã fructum intermittere. Συμβάλλεται τὸ μὴ ἐνδελεχές. Accedit ad hoc quòd non perpetuatur quotannis fructificatio. Et quia manifestũ fuerat mendacium, cùm diceret πᾶσιν, correxit ἔνια: & apposuit exẽplum Pyri atq; Amygdali, quæ in floris spe multũ ostẽtat fructum, haud multum educãt: οὐ μὴν ἐκτρέφουσι πολλάκις. Hoc est illud τὸ μὴ ἐνδελεχές: quia non æquali prouẽtu fructificãt. Quin alicubi alternis (vti dicebamus) annis. Ἔστι δ' ἐν τῇ

C

τελειώσει. At in florum primordiis non est indiciũ validæ facultatis, sed in perfectione. Ibi nanq; πόνος est, id est difficultas in opere (multa metaphora) & ἀπεψία, cruditas atque resistentia: materiæ nanq; elaboratio est operosa, quam æquare oportet. Ἡ δὲ συκάμινος. Quispiam Morum obiiciat. Diu viuit, fœcundissima est, plurimum ostendit, multum perficit. Diluit obiectionem. Rẽ esse minimi momenti Morum. Ideo eius copiã, si ad pręstantiæ libellum appendatur, inter ὀλιγοκαρπίαν recẽsendam. Est enim fructus ἐλαφρὸς, laxus, lęuis, pusillus, aqueus. Si audeat, etiam incoctum dicat: eo nanque accedit illud ὑδατῶδες.

Duplex lectio circũfertur, τὰ δὲ στεῖρα, καὶ ὀλιγόκαρπα, χρονιώτερα, ὡς εἰπεῖν, δήποτε. Altera, γίνεται μὲν

D

οὖν δήποτε, μᾶλλον δὲ πολλάκις. Hæc posterior barbara sit, nisi legamus ἀφαυανθῆναι. Miror etiã cùm αὐαίνεσθαι non aspiretur, quare apposita prępositio aspiretur, ἀφαυαίνεσθαι. Lego (vt dicebam) καὶ μάλιστα ἐπὶ στερεῶν. Καὶ ὡς ἡ σικυά. Non autẽ ὡς ἡ σκιά. Quod autem est ἡ σίκυς, Theodorus cucumim vertit. At sexus articulus mutandus est. De eius cruditate suprà nihil, sed de cucurbita, quam ibi vocat κολοκύνθην: atq; hîc de ea dixisse se ait suprà: περὶ ἧς καὶ πρότερον ἐλέχθη. Lego ἀπηρτημένων τι τῶν μορίων: non autem τῶν μορίων. Et διὰ τὰς αὐτὰς ἀνάγκας, tam scilicet βραχυβιώτερα, quàm προβλαστότερα. Et πηροῦσθαι, non πυροῦσθαι: mutilari, non vri: nihil hoc ad rem. Deleo οὐδὲ πρωϊκαρπεῖ. Lego ὥστε ῥᾴδιον καταπέττειν, nõ ὥσπερ. Et οὐ μὴν ἐκτρέφουσί γε πολλάκις. Theodor⁹ δύσηπτα, proximę putredini: min⁹ benè.

Multa ſunt σάκκαρα, quæ pridie quàm putreſcant, ſunt proxima putredini. Κυεώτατον. Potiſſimam partem. Videndum vbi Cicero vſus ſit hac voce in nomine, extra vſum aduerbii. Ὀλιγόκαρπα. Paucis fertiles ſunt. Non Deus Latinitatis hoc intelligat. Idem eſt atque ſi dicam, Pechius paucis eſt vorax. Οὐ πῶυ πάχει. Non ita flacceſcunt. Loquitur de arefactione. At flaccũ & flaccidum aliud omnino eſt, quippe pendulum ob debilitatem. De ſcrofarum auribus ſuo loco.

Περιεσταμένης τῆς ὥρας, cùm tempus vernum extiterit. Imò verò cùm quodcunque tempus anni adduxerit tempus mortis quod eas circumſtet. Tum verò palàm fit, eas eſſe paſſas in omni fructificatione quippiam detrimenti. Idem nanque contingit quod in gutta quæ lapidem pertundit: de qua dictum eſt in octauo Phyſicorum, & in vndecima Sectione: & Themiſtius notat in ſeptimo. In tempore autẽ verno viſum eſt Theodoro detrimentum apparere: quaſi tunc non germinent, quemadmodum & aliæ: ſed exacto vere cũ acrioribus exploratur earum vigor caloribus, palleſcere primũ videmus, deinde flacceſcere, poſtremò arefieri. Κακῶσαι, affligantur. Ambiguum verbum. Affligi, eſt deiici & ſterni: quod euenit arboribus cùm vento aut lignatoris ruunt opera. Ita loquitur Latinus Neque affligam arborem Romanus alio capiat modo. Aliud eſt vulgum ſequi, aliud puritatem ex vſu & etymo. Οὐ μόνον τὸ ὑπερκαρπήσαντα, ἀλλὰ καὶ πολυκαρπήσαντα. Τὸ ὑπὲρ eſt pluſquam τὸ πολὺ: hoc enim exceditur ab illo. Ideo nequis φεύγῃ τὰ ὑπερκαρπήσαντα aſtringeret, addidit: communem eſſe noxam etiam iis quæ ſunt πολύκαρπα. Hæc Theodorus non expreſsit. Non enim ex eius verbis intelligas. Ea ſunt. Non ſolùm quæ ad hunc modum exuberauerint, ſed etiam quæ largè fructificauerint. Verbum enim exuberare, non ſignificat ſuperfœtare, ſiue ſupra morẽ modúmq; fructificare. Quæ ſequitur de Thaſiis hiſtoria aut à me, aut à Theodoro non eſt intellecta. Verba ſunt apponenda, vt de iis iudicetur. Ὅδε καὶ διάστιτος γεωργίας ἀπομισθοῦντες, οὐ φροντίζουσιν ὅπῃ ἄλλων ἐπῇσι, ἀλλὰ βούλονται κομιεῖν. ὑπὲρ δὲ τῆς τελευτίου συγχωρέουσι πρὸς τὴν ἀναβλησιν κ.τ.λ. Theodorus: quapropter Thaſii cùm agros mercede ſibi conducunt, de cæteris quidem annis minimè curant, imò defraudare conantur: de vltimo verò diligentiſsimis literis notant: vt dominus agrum recipere debeat. Videamus apud Theophraſtum conſilium Thaſiorum. Cultum nocere. Itaque Thaſios negligere annos aliquot: vnum modò curare, ſcilicet vltimum. Cùm autem cultus nõ officiat fructificationi, ſed eam ita adiutet vt obſit arborum vitæ: non intererit conductoris negligere, ſed locatoris. Conductores enim ſibi plurimum facere ſtudent: locatores ita demũ fructus annuos ſibi redire volunt, ne vineis noceatur. Fructus enim cum locatoribus communes habent; fundum verò ſoli ſibi. Itaque aut fructus partiuntur, aut precium accipiunt, atque ita cum conductoribus tranſigunt: vt tãquam boni patresfami-

A lias agri curam gerant, ne degeneret: cultum plus æquò ne adhibeant operoſum, quo ſibi conſulant ex prouentu: minus benè fiat arborum habitudini quoad vitam. Nam conductorũ partim negligentia, ignauiorẽ reddunt fundum: partim nimia cura exhauriunt arborum principia vitalia. Vltimum verò annum iubent excoli, quo heri ſint agrũ accepturi: vt qua facie cultũ tradiderint in locatione, talis redhibeatur. Eſt igitur ἀπομισθοῦν locare, non autem conducere. Mercede quaſi ex familia elocare. Sic non rectè κωκύειν, defraudare. Sed patiuntur domini aliquantum malè eſſe fundo: quia proſpiciunt futuris. Hęc pluribus agenda fuere: propterea quòd nos homines noui in republica literaria facilè obruimur doctorum opinione, quã ſibi de Theodori magnitudine meritò fecere.

B Συγγεφόντα. Literis diligentiùs notãt. Ambitioſum aduerbium. Sed ſimpliciſsimè: cauent in ipſa ſyngrapha. Dicitur autem ſyngrapha, quoniam ex vtriuſque ſtipulatoris conſenſu facta eſt. Fortaſſe etiam vterque nomen ſuũ ſubſcribebat, atq; etiam ſuo annulo obſignabat. Ita vocat Plautus in Aulularia. Iſocrates in Trapezitico vocat γεγραμματεῖον, ad quod conficiendum vſus eſt eiuſdem ſoni participio συγγεγραμμένος. Πείσεται δ' αὖτὸν κ.τ.λ. Theodorus ad agrũ retulit: cùm dominus recipere debeat. Ἀνάληψις eſt perceptio, non receptio ἀνάλημψις. Ad fructus referre malim. Βρυοφόρεσις, muſci fertilis. Alibi oſtendimus βρύον pro

C vicario floris in Ficu, & Olea, & Quercu, aliud eſſe quàm muſcum: neque cum muſco quicquam habere commune. Neque rectè factum à Theodoro, vt imitaretur ſuorum popularium negligentiam, qui ambiguo verbo vſi ſint: cùm alioqui ferè iactent opulentiam. Muſcus etiam in multis aliis inuenitur arboribus, modò cortex vetulus ſit, atque locis opacis ſitum contraxerit. Παρεβλάστησεν, nepotes, vt alibi, ſuo more, ambitioſè. Rurſus mox ἀναβλάστησιν, regerminatio. non. Eſſet enim ἀναελάστησις: ſed adgerminatio, ſcilicet ſtolonum.

Σκωλιὰ, tortili corpore. Vox hæc Latina ſignificat paſſiuam aptitudinem. At multæ ſunt arbores flexuoſæ, quæ neutiquam aptæ ſunt ad obtorquendum. Κάτωθεν ἄρχεται, ſubtus. Meliùs, ab imo: ne radicem intelligas. Ea enim ſubtus eſt: non autem

D ima ſtipitis pars. Πεφῦδαι, ferueſcere. Quia legit πνεῦδαι, quaſi igneſcere. Incommodè ſanè, ne dicam ridiculè. Τῶν μακρεσίων, arbores vitæ perennis. Perenne non ſignificat vel longæuum, vel diuturnũ, ſed idẽ quod perpetuum. Perpetuum eſt augurum vox, quoties volatus nõ intermittebatur: vt ſit διαπέτεσθαι. Perenne quod toto anno minimè deſit. Vox Paſtorũ, qui torrẽtes ęſtib⁹ deficere cũ viderent, perpetuarum beneficiũ aquarũ hoc nomine per vniuerſum anni tractũ traduxere. Perennis igitur eſt etiã riuulus hic noſter, qui tamen breuiſſimus eſt, quia neque voragine interci pitur neq; abſumitur ęſtib⁹. Ἐπαυξῇ, ãplius augeſcere. Non. Loquitur enĩ ſuper Democriti verbis, qui dicebat celeri ſuppeditatu exhiberi ſtipiti alimentũ ab radice. τὸ δ', hîc facilitatem ac celeritatem, non magnitudinem ſignificat. Κατεπίτ-

A τειν ἢ λοιπήν. cõcoqui, diſpenſarique. Addidit hoc poſtremum arbitratu ſuo.

CAPVT XVI.

XVI. capitis argumentum. Narrat ſeminum naturam. Minora quare ſint maioribus fertiliora. De leguminum natura.

ΩΝ ὃ ἀφρώπων. Plantarum generationum, concretionum, magnitudinum, qualitatum, fructificationum cauſas declarauit: nunc principia tractat alia, eorúmque rationes. Quippe in communi ambitu naturam ſeminum, additis exemplis in generibus & ſpeciebus. In extremo capite priuatim de fabæ imbecillitate. Statuit autem narrationis væſtigationiſq; ſuæ principium in naturæ mirabilioris cõtemplatione. Quippe minima ſemina minimum poſſe debere videbantur. Itaque rem te aliter habere oſtendit. Πολυχούτερον. diximus in primo libro Hiſtoriarum ex eius verbis, plantarum naturam eſſe πολύχουν, id eſt multiplicem, multa comprehendere. Sic Præceptor in tertio rhetorices, ὧν ὁ πολύχους ἢ ἐνανθρώπωσις. In ſecundo De partibus ἰδέαν πολυχουτέρων, implicatam. Hîc alius vſus huius vocis. πολυχούτερα, ſemina eſſe numeroſæ fertilitatis. Rectiſſimè. Quia ſemen eſt plantæ principium in ſe plantam continens, quippe materiam ſimul & formam. Ergo cùm ſingula ſufficiant multis ſeminibus, aut vno è ſtipite, aut ex pluribus procreandis: rectè dicitur ſemen ea omnia cõtinere. Vnde

C men enim facti ſunt, ideò mox fulcit hanc ſententiam. Πολλῶν δὲ καὶ ἰχυρῶν ὄντων, ἀλλοιοτάτη καὶ τὸ πεῖ καρπὸν πλῆθος. ἀκρεμονικεῖ. Ita diuiſi ab radice, vt à ſtipite ἀκρέμονες. Sed tanto, quàm rami, vtiliores, quo ſunt radicem propiores. Neque per ſtipitem, quaſi per ſequeſtrum, ſed protinus hauriũt ab radice. Ἰχυρεῖ γὰρ ἐξυλάδεις, quaſi dicat, ὥστε ἰχυρεῖ ὥστε μὴ δεῖσθαι καὶ πυκνός. Ab hac enim natura, duritia ſcilicet ac dẽſitate amouet ſemper tum germinationem tum fœtificationem. Firmi ergo aduerſus iniurias, rari ad commeatus tranſmiſſionem. Ἄλλως τε καὶ αἱ ῥίζαι. Aliud commodum, per ſublationem incommodi, quo afficiuntur ferulacea & bulbacea. Non enim abiurari ei ſuccum à radice, quæ ſit grandior, atque ideo auara, ſucci cupida ac tenax. Vbique opponit plantæ vtilitati radicum nimis bonam habitudinem. Sanè vbi diſpenſator diues eſt: herus damno hoc augetur. Miror quare ferula cea ὀλιγύλλα eſſe, putarit ſe perſuadere poſſe. Item radicis amplitudinem haud ſanè inuenias in anetho, aniſo, thapſia. Ἀλλ' ὑπὸ διχῇ δίδωσιν. Quaſi ſummam fidem radicum hîc narret: quę paria faciant: cùm expenſo acceptum æquent. Τὸ διχῇ nota eſt tractus alimenti per poros. Μονόῤῥιζα καὶ οὐ πανχυῤῥίζα. Duo deſignauit incommoda, vnum expreſsè, craſſitiem, alterum per contrarium, multitudinem radicum. Eſt enim proportio quantitatum continuæ ac diſcretæ in craſſo & numeroſo. Explicat autẽ porrò, μικρὸ ῥίζα πάμπαν. Ὅσα

δὲ ἰσχυρόρριζα. Educit nunc exceptionem. Namque alia quæ radice inopi fulciebantur, opulenta erãt in fructificatione: at quibus valida radix, vt Milio, quare fructus adeò numerosi, vt ab eo Latini mille dixerint? Quia radix, inquit, tametsi robusta est, non tamen sibi viuit: communicat enim robur suum: quippe stipites fundit admodum validos. Ἀπ' ἰσχυρῶν ἰσχυρούς: quinetiam πολυσχιδεῖς: ergo πολυκάρπους. Vbi vides quasi Troia ludum in hac ratione. Vbi enim excurrerat reddens pro causa fœcunditatis tum paruitatem, tum simplicitatem radicum: in Miliaris radicis obiectione crassitiem excipit & robur, quæ sint coniuncta liberalitati. non ergo crassitia est, sed tenacitas: neque fœcunditatis imbecillitas. Namque in cupressorum genere cùm idem sit radicis modus, nihilominus altera species fert fructum: altera non fert. Ὥσπερ ὅταν ἀπὸ μικρᾶς ἀρχῆς. pulcherrimum argumẽtum. Si à paruo principio multi esse caules potuère: æquè consentaneum, ac fortasse magis ab iisdem multis multum esse fructum. Id quod & in frumẽtaceis euenire videmus: ὅταν ἐξ ἑνός: cùm ab vna radice plures exeunt calami. Hoc dixit: quia non semper fit. Ταυτὸ δὲ τοῦτο. Quod de Milio dictum est, de Oleribus itẽ profitetur. Simul πολύσπερμα, simul ἰσχυρόρριζα: quippe aut ab radice vna multos edunt stipites, aut ab vno stipite multos ramos. Quo in loco quantum roboris agnoscit in hisce radicibus, tantum de sua sententia detracto opus est. Hîc πολύσπερμα valet, quod suprà πολυχούστερα. Ἅπαντα γὰρ ἀποδενδροῦται. Hoc etiã dixit in Historiis: arborescere olera: vnde mixta vox, δενδρολάχανα. Διακαυλίσαντα, partito caule diffunduntur in ramos ad arboris speciem. τὸ διὰ, significat diffusionem. τῇ ὄψει: quia non sunt veræ arbores, sed imago tantùm. Vereor tamen ne nimis audax illa sit vox, ἅπαντα. Nam Portulaca τῶν λαχάνων ἐστί: melissa, erucæ omnes, cornicis pes, aliæ multæ. Ἐκ πολλῶν πολύς. explicatio τοῦ πολυχούστερα. Et eius quod dicebat: ἀπ' ἰσχυρῶν ἰσχυρούς, καὶ πολυσχιδεῖς, & καρπὸν πολύν. Item πλείονες κάλαμοι, πλείους γὰρ οἱ στάχυς. Non autem mirandum esse si sit frequens fructus, cùm sit πανταχόθεν: scilicet ex primario stipite, & ex aliis, aut ex ramis: vt è multis locis multa locata. Ὅταν οὖν κατὰ τὸν ἀέρα. aliam concausam. In aere elementi proficere: qui eo tempore contingat, quo leguminum res agitur. esse enim ὀψιαίτερα. Quare prouecto iam anno in calores, egregiè foueri. Euocat igitur mite cælum ad feturam calorem plantarũ simul cum materia quam conformet. Ἀχείμαντος, nihil quicquam hybernum spirat. Nescio quid sibi velit hîc βραχύς: Theodorus quoque inuoluit in sententia. Συνεργῇ. Natura tam interior quàm exterior conspirant atque consentiunt ad idem opus. Εἰς τὰ ἄνω. Calore cietur materia sursum: neq; quicquam disturbat aut impedit distractione. μᾶλλον, quàm primo anni tempore magis excrescunt. Οὐκ ἀντισπᾷ. Non retrahit: vt radix hyeme, quæ sibi retinet, quod retunditur frigore: quanquam verba hæc non cohærent. Οὐκ ἀντισπᾷ τὴν ῥίζαν. Nam neque in frigoribus retrahit radix: sed repellitur à contrariò deorsum atque introrsum. Neque frigus quispiam dixerit vnquam ἀντισπᾶν. Καὶ προσέτι μανῇ σπείρεται. Alia causa: quòd in tenui terra seruntur. Si ita legatur. Causa est, quòd soli densitas non obest succi transmissioni, cohibendo. Et sanè macræ regiones, vt Bigerronum, annonæ inopiam Milio sustinent. Fabæ tamen & ciceris genera pingui aruo lætiora surgũt, & largiùs reddunt. Ὁ δὲ κύαμος. diuersa fabæ natura propter imbecillitatẽ. Itaque nec multum, vt milium, ferre fructum: & ante hyemem seri: vt frigorum cohibita superuentu, reuocet seipsam ad radicum firmitatem consequendã: à quibus postea creditũ repetat. Rectè igitur nos hæc cum superioribus coniungenda curauimus. Nam suprà, legumen robur narrabatur: at faba legumẽ. Conuenit igitur huius rei rationes atque euentu continuò subtexere. Προλαμβανόντων. scilicet agricolis. Nota loquutionem: προλαμβάνειν τοὺς χειμῶνας: præuenire, anteuertere hyemes. Non enim anticipant hyemes: sed capiunt tempus quod hyemes antecedit. Εἴπερ μὴ πολύκαρπον. Reddit causam mutata voce in eundem sensum.

Ἐπίκηρον. Vox Theophrasto frequens. suprà quoque vidimus. Obnoxium impressionibus: à cera ductum, quæ non sit ἀντίτυπος ac resistens.

Ἐν πολλοῖς, rebus: καὶ πολλάκις, temporibus obnoxia. Calor obest, frigus, rubigo vel maximè: alia: Ἂν καὶ προφανῇ. Si præmaturè floreat: circumuentam multis incommodis, non procedere ad fructus perfectionem. Ἡ δὲ ἀσθένεια. imbecillitatem esse sensui manifestam. rarum esse admodum. Σομφὴ tota admodum, radix, calamus, theca. Vnde id considerandum: in tam rara ac soluta concretione operosum esse naturæ, fructum adeò solidum conficere. Μανόν. Enumerat vel signa vel causas imbecillitatis. non solùm esse raram sed etiam inanem. Vt rarum sit partium constituentium: vacuum sit absentia succi interioris, qui in raris aliquibus continetur. Καὶ οὐ πολύρριζον. Vt non solùm concretionem ac substantiam habeat parum robustam, verumetiam principia: scilicet radicem. Ὥστε εὔδιοδον. ratio. fit peruia maleficio. Et hîc est proportio quędam cum siccis, de quibus suprà dicebat, plus pati à peregrinis humiditatibus, ac propterea putrefieri. Τῆς μὲν οὖν πολυκαρπίας. Ecce epilogum: qui nobis ostendit manifestò, hanc fabarum tractationem esse partem totius operæ, quam ponit in causis τῆς πολυκαρπίας. Διακαθάρσεις. inde nostræ putationes. Purum enim est idem, quod putum, concisè, quasi puratum. Κατακοπαί. effectiones, quo fit κάθαρσις. Τὰ μὲν αὐτὰ κωλύει. Duo fines putationis: vnus, vt auferãtur impediẽtia: exempli gratia, quæ opacant: alter, vt tollantur quæ succo officiunt: veluti cùm mortuas partes amputamus: & cùm Iuglandem nouellam terræ mandamus, radicem mediã, quæ recta est, abscindimus. Ea si relinquatur deorsũ rapit, quod ascendere oportuit. Καὶ διὰ τοῦτο. Vera dicit, & nobis explo-

bis explorata. Nuces Abellinas infœcundas fieri, si excisis stolonibus, fit vt arboris induant naturam.

Lego ἀκρέμονας πλείους, non ἀκρέμονος. Et ὅταν οὖν καὶ τὰ τοῦ ἀέρος: non autẽ κατὰ τοῦ. Et καὶ προσέτι ἐν τῇ μανῇ.

Theodorus, τὸ ὥστε ἐγγυτέρω, aliter intellexit quàm nos. vel vt è priori sumatur. id est ne tam lõgè causa petatur. Τὰ τοιαῦτα ἀβλαστότερα. Theodorus legit εὐβλαστότερα: Quod faciliùs, inquit, augescant: minus bene. Nam quomodo ratio hæc propior sit quàm superior, quæ tamen est eadem? vbi dicit, ὅτι τὰ ἐλάττω ῥᾷον ἐπιτελεῖν. Sed, ἀβλαστότερα: quia non luxuriãt frõdibus. Ὀλιγοχρονιότης. Argumentũ tẽporis quoq; breue perficiẽdi. pessima loquutio. Ἁδρυνονται. crassantur. corpus capiũt. Non enim vnã tantùm nanciscuntur dimensionẽ, crassitudinem: sed vt nouè, non ineptè dicam, corporascunt. Καὶ οὐ παχύρριζα. Theodorus omisit. sunt tamen necessaria. Eorum loco posuit illa: nec deorsum latescunt. Solœcophanes in aduerbio motus quietem notans. Videor tamen apud Varronem meminisse: quem tamen non sequar. Idem, acsi dicam: sto versus partem inferiorem. at, vertere, omninò motum designat. Quis enim ita me roget? dum hæc scribis, quorsum sedes? Ὁρμῇ, viribus omnibus. enixé. propensé.

Διακαυλίσαντα. Vbi suos emiserint caules. Imò, diductis in ramos caulibus. Sic enim comparatur arborea species. Καὶ μὴ ἀντισπᾷ τὴν ῥίζαν. nec radices euocant. Nunquam vlla in planta radices euocantur. auocant. Συνεργῇ, iuuet: non expressit. adiuuet. cooperetur, verbum ex verbo. Illa verò omnia omisit, βραχὺς γὰρ ἤδη καὶ ἀχείμαντος τοῖς ὀψιαιτέροις. Ὥστε ἂν καὶ προφανῇ, etiam si maturè prouenerit. Non expressit verbum Theophrasto peculiare. In plantis enim, quæ floribus fructuum spem profitentur, nec perficiunt. Φαίνειν vbique dixit: aperire, designare. Verbũ Atheniensibus odiosum: vnde etiam φάσις in eo significato apud Isocratem. Κενόν. eualido: malè. fortasse, euanido scripsit. Neutrum tamen probè satis hîc. Εὔδιοδον, transigi facilè potest. Memini apud Poetam, transadigit costas. At hîc nemo intelligat Latinus. Non enim agitur faba trans fabam.

CAPVT XVII.

XVII. capitis argumentum. Mutantur fructus pro alimẽti ratione aliis & aliis regionibus, tum colore, tum succo, sicut & animalia. Rariùs fiunt meliores.

Αἱ δὲ μεταβολαί. Fructuum impræsentia sequitur affectus, quoad mutationem. Atque hæc sanè materia cum superioribus connectẽda fuit: nunc interrupta est tractatio. Fructus mutari pro regionum mutatione. id fieri propter alimentum. Mutare verò tum colorem tum succum: quemadmodum & animalia. Duplex autem est mutatio: vna in deterius, quę est & leuis & facilis, & cita. Altera in melius, quæ est rarior: atque, vt hîc vult, admiratione digna. De hac scribet in secunda capitis huius parte. Tota hæc disquisitio est super nono capite primi libri, non sine exprobratione repetitionis. Quamobrem nobis nouum caput fuit à superioribus abscindendum, propter nouam penitus materiam. Αἱ δὲ μεταβολαί. Regionẽ intellige per duas causas, quas ipse declarat, ἀέρα καὶ ἔδαφος. Διὰ τούτων γάρ. διὰ τούτων intelligit aerem & terrã per qualitates. Ἐκ τούτων, intelligit hæc eadem propter materiam. Aquam tamen adiunctam oportuit: cuius vires ad colorum mutationem in animalibus explicatas habes apud Plinium, Ouidium, Vitruuium: vnde & Xanthi fluuii cognomen: nam Scamandro ei nomen fuerat. Ἰσχυρὸν δ' ἡ τροφή. Alimẽtum plurimum valere ad acquirendam similitudinem: & hîc dicit ipse, & habes apud Gellium. Simul enim cum lacte mores hauriri. est apud Aristotelem ratio. Quia sanguis sit vltimum animalis nutrimentum. Ἡ ἐν τοῖς θήλεσιν ὁμοιότης. Atqui non est in fœmellis similitudo, sed causa similitudinis, in lacte scilicet. in fœtibus autem est similitudo. Nam quanuis relatio sit æqualitatis, tamen fundamentum est in matre. Itaque materialiter fœtus similitudo posterior est matris similitudine, licet formaliter simul sit. Ideo refertur potiùs ad matrem fœtus, quàm mater ad fœtum. Sed hæc maiora sunt quàm huius tractationis ambitu capi queant. Φαίνεται δέ. Ostẽdit affectum hunc mutationis esse etiam animalibus communem. Sed verba quædam negotium facessunt. Τὰ φυτὰ καὶ τὰ δένδρα. Dicere voluit, τά τε ἄλλα φυτά. quasi dicat: οὐ μόνον τὰ ἄλλα φυτά. Haud multum mirabile in minoribus atque tenuioribus: faciliùs enim pati possunt. Quin maiores quoque ac robustiores, quæ videbantur posse resistere velut arbores.

Καὶ τὰ ἔτι πολὺ μᾶλλον. magis animalia, quàm plantæ mutantur. Propterea quòd plantæ nonnisi semel mutari videntur in ipsa quidem generatione: puta cùm ex alba Myrto nigra fit. Animalia verò quotidie, mutatis sanè regionibus colores mutant. Sic Aristoteles ait, animalia mutare colores ab aquis præter coruum. Alibi diximus, vbi omnia fiant candida. Huic Theophrasti sententiæ, cùm dicit animalia magis mutari, quo magis assentiamur, facit: quòd animalium substantiæ mutantur plurimũ, plantarum pauciorum. Neq; solùm in generatione: vbi minimo quoque momẽto principia queunt alterari: sed etiam in vitæ tractu. Mutantur vicissim Triticum & Lolium: item Brassica & Rapum: Alliaria & Apium hortense: in vitæ tractu Sisymbrium in Mentam. At animalium exordia multorum ex vermiculis. Præterea historiam habes de Erucis. In vita verò ipsa quot mutentur, recẽsebis ex Aristotele. Ἐξομοιοῦνται. τὸ ὁμοιοῦνται designat finem alterationis: τὸ ἐξ, designat τὸ ὅθεν. Dixit autem τὰς μορφάς, vt alibi, faciem: non autem τὸ εἶδος τῆς οὐσίας, sed τὴν ὄψιν. Ἐν δὲ τοῖς καρποῖς. In fructibus haud æquè constat: quia non mutant motu suo plantæ loca sicuti per-

dices. tametsi non quòd ipsa animalia mutẽt loca semper, sed quòd ipsis etiã non mutantibus loca ipsa mutentur. Per hyemem enim Alpini lepores fiunt candidi, sicuti dicebamus. Quin etiam extra hasce omnes causas, Monedularum genus quoddam pennas cãdidas aliquot induunt hyeme, non à niuibus, quam causam esse candoris putant in leporibus, sed quadam nobis ignota natura. Perdices quoque candidas esitauimus in iisdem Allobrogum Alpibus: nequis putet eas non esse perdices, sed Lagopodas. Vtramque enim auem simul habere contigit. Τερπνὸν τινὰ μᾶλλον. Aliquo modo plus mutãt animalia: quia & in substãtia plura: & in pluribus, voce, pilo, penna. quinetiã ab ætate potuit. Frondes enim in fine anni pallescunt quibusdam ante casum: aliis rubescunt. Contrà buxo pallidiores nouellæ, sicut & Smyrnio. animalia in senecta cana fiunt. Mulum excellentissimum habui glaucum, qui mecum & cõsenuit, & senectutem canicie prodidit: candidus enim totus euasit, amisso fusco: item equarum pulli atriores prodeunt in lucem. Vnum inter cæteros habemus, qui primi ortus nigredinem cùm musteo colore cõmutauit. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα. Tametsi minus apparet in fructibus: tamen apparet, in colore, magnitudine, succo: adde tu etiam carnis vel firmitatem, vel solutilem cohæsionem ac friabilitatem. Augebis historiam in his quoque ab ætate. Nam quidam mutant cum viridi pallidum. addũt etiam ruborem, qua insolantur. Quidam nunquam mutant, vt pruna quædam viridissima, grandissima, succo ignauissima. Vuę itẽ quędam nullo coloris accessu produnt maturitatem: quædam accipiunt heluum, vnde & nomen: aliæ nigrum, vbi primum accipiũt mutare, Latini prisci dixerũt, variare. Quo verbo Vascones etiamnum vtuntur, exempta quarta litera. Χρώματα μὲν. Exequitur hæc tria. mutatur color Myrto. Χυλοὺς δέ. etiam succus. Τοῦ ἐκ τῶν χρωμάτων. Quanquam de colore minus patet, nisi tota planta transferatur. sanè etiam in satu. Ex Peponum albis seminibus ruffi oriuntur. Ἐπὶ κἀκεῖνο. Cùm is affectus sit & plantis communis & animalibus: causam quoque communẽ inquirendam esse. esse verò alimẽtum. Nam, inquit, huius quoque affectionis affectio illa communis est. Tertio demum anno mutari: interea fieri apparatum quendam. Hoc etiã in priore libro dictũ est.

Τριγονοῦντα. tertia fœtura. Ἅπαντα γάρ. axioma. Omnia enim ex quibusuis momentis variantur. Sanè eis noua omnia, peregrina, aliena: quædam verò etiam inimica. Ἐκ προσαγωγῆς, paulatim. vox frequens huic, Aristoteli, Hippocrati. Μεθίσταται. quòd alibi, ἐξίσταται. Priùs alterantur, deinde quasi demigrant de natura sua.

Τὰ δ' ἐπὶ τῶν δένδρων. hìc videtur esse mutilus codex. Namque, vti dicebamus, cùm duplex sit mutatio, in melius & in peius: non dixit has mutationes esse in peius: & tamen nunc dicit ἀνάπαλιν, in arboribus: mutãtur enim in melius. Quia cùm plantantur, sunt imbecillæ: tanto magis cùm se-

A minio proueniunt: postea fiunt robustæ. Ἀτοπώτατον δέ. Sequitur altera pars super hoc: quãdo mutatione fiant arbores meliores. Ἀτοπώτατον, quòd sibi nullum inuenire queat in natura locum. extra naturæ classes. quare etiam θαυμάζεται. Adeò vt faciat admirationem: quoties meliorem acquirit arbor habitudinem. Μεθίστανται δέ. Repetit quæ narrabat in capite nono primi libri de Ciliciæ Punica. Καὶ πολλάς. Deteriores multas fieri: quod ad species pertinet: καὶ πανταχοῦ, quoad loca. Vt nullus sit locus qui mutare non queat. Διὸ καὶ θαυμάζομεν. ratio admirabilitatis. Quoniam & paucæ sunt species, & locus nullus, quæ, quísve detrimenta non ostendat nobis à mutationibus. Quocirca miramur: sicui, sicuti, siquando contrà eueniat. Ἔστιν οὖν. Vt B fit in arboribus, ita fit in seminibus, vt aliquando fiant meliora. Ἢ σχεδὸν ὅμοιον. Cùm haud multum distat idipsum quod melius est. Nam si esset pessimum, non posset accedere tanto interuallo ad bonum, & quasi transilire. Ἐν τούτῳ γάρ. Quærat aliquis, quando fit hæc mutatio? Ita fit, inquit: quoties non manet idem penitus quod erat, & quomodo erat. Ἐπὶ τὸ γιγνόμενον. Siquidem quod inde generatur, non desinit esse idẽ.

Παραιρεῖται γάρ. Non absque negotio est, qui vel Theophrastum vel Aristotelem interpretatur. Quid sibi volunt verba hæc? an quia dicebat paulatim omnia immutari? Mutationem verò esse vel in melius vel in peius: nunc dicit ad vtrumque euentum, semper aliquid auferri naturæ pristinæ: C vt tantundem contrarii reponatur. Καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων. Animalium mutationes explicat. Ex nigris candida: ex asperis mollia. De lanis intelligit: vt ex pilo fiat lana. sicut è contrario. Genus ouillum ex prouincia Narbonensi huc adductum amittit lanæ tenuitatem ac mollitiem. hoc fit propter pabulum. Item propter mutatam admissarii coniugationem. Nam si pecori Vasconico detur veruex Prouincialis: trienniũ totum oues erunt lana commendabiliori. Tertio modo mutatur attonsione aut auulsione. Namque in Bythinia caprinum genus non tondent, sed vellunt, ad pannos eos cõficiẽdos, quos *Camellotos* vulgus vocat Gallicum. Sic consueuisse olim Opicos nostros, autor Varro est. Tonsæ namque lanæ succedit crassior.

Τῶν φανερῶν. Ex iis, inquit, causis quæ sunt ma- D nifestæ, aqua potissimùm mutationis huius autor esse videtur. Τῶν δ' ὅλως. Quia aqua, non vt aqua, sed vt cibus: non simplex elemẽtum, sed mista, vt toties dictũ est. Καὶ ὁ ἀήρ. Vnde maris accolas ruffescere narrat idem, in libro de coloribus ob solem & salem. Ἀνάγκας. Eiusdem necessitatis causas in animalibus & in plantis, appellauit necessitates. Τὰ δὲ καθ' ἕκαστα. Fortassis ab sensu harum rerum petendum iudicium. mira oratio. Μᾶλλον, potiusquam ab vniuersalibus, & ratione. Ἴσως δὲ μόνως. Imò verò, inquit, à solo sensu. Nimis admodum vilem facit τὴν διάνοιαν. Sunt in eadem regione Elephanti albi, in qua homines nigerrimi: cùm tamen Elephanti natura communis nigre-

nis nigredinem sibi deposcat. Itaque sunt in Africa nigerrimi Elephanti, vbi homines minus nigri. Sunt in Mazouia vrsi albi, vulpes nigerrimæ.

Χώρας totius regionis: τόπου peculiaris ἐν τῇ χώρᾳ. Vnde differentia chorograpiæ & topographiæ.

Lego τὰς μορφὰς ἐξομοιοῦται, non autem τροφάς. Non enim alimenra sunt similia, aut dissimilia, sed formæ propter alimenta.

Theodorus, ἀτοπώτατον, absurdissima. Sequutus vocis vsitatum significatum in malã partem, securus de sententia. Non enim, quod hìc narratur, absurdum est ita vt auditu afferat molestiã: quod diuinus Poeta verbis illis innuebat: *nec dictu facilis*: quid enim absurditatis est in arbore, quæ fit melior? Ἐμπειρίαν προσλαβὼν χώρας, καὶ τόπου διὰ τὰς ἱστορίας. B Cùm & agros & loca expertus, studio commentandi peragrandíque fuerit. non rectè χώρας, agros. Ager enim potiùs τόπος est τῆς χώρας. Ager Romanus Latinę regionis locus est. Deinde non it studio peragrandi, sed quauis alia de causa, siue dedita opera, vt cognoscat quid instituant Philosophi: siue mercaturæ gratia, vt Lusitani: suæ errore actus, vt Vlysses: nihil refert: modò ab indigenis, quid rerum ibi sit, audiat. hoc est, διὰ τὰς ἱστορίας: vt quicque ei fuerit narratum.

CAPVT XVIII.

XVIII. *capitis argumentum. Opera quoque fieri mutationes in plantis. Ea duplex: additio, ablatio. In radicibus multum esse principii ad mutationes. Insitiones non videri sub hoc genere mutationis: quia fit aliud integrum additum principium.*

ὍΜΟΙΟΝ γοῦν τούτῳ. Mutatio aut fit à natura, vt suprà declaratũ est, aut ab arte. Artis finis vnus, corroboratio ad fructum. Opus duplex: aliquãdo enim debilitatur plantæ vel concretio vel corpus, vt commodiùs agatur ad finem illum: aliquando corroboratur. Debilitatur aut ablatione aut deprauatione. Ablatione, vt cùm putamus: abscindimus in radice Iuglandis penem. Deprauamus, vt cùm adigitur clauus, aut ficum scarificamus. Corroboramus, cùm adaquamus, aut stercoramus, aut radicas apponimus. Hæc hìc narrat satis, vt solet, confusé. In D secunda parte capitis ostendit, insitiones hoc genere non contineri. Non enim esse huiusmodi mutationem, sed quasi coniunctis principiis, quæ actu sunt talia. Operę autem sunt inter se longè diuersæ naturæ. Namq; putatio est causa procatarctica, nihil habens substantiæ in prædicamento actionis. Stercoratio, cum hoc ipso habet secum substantiæ prædicamentum. Sed est in potentia tamen, non actu; arboris materia, sicut & aqua in rigationibus. At insitio est habens actu principia duo, quæ arte coniunguntur: & miscentur species, contra Peripateticorum vulgata placita. Licet ergo sit sub genere motus, scilicet in opera: non tamen est similis in re. Ἡμερούμενα. generica mutatio. cicuratio. alia interior cùm fiunt melio-

A res ipsæ mites. Veluti cùm Punicæ grana dulciora, aut molliore intus ligno aut nullo: quemadmodum & vuæ: Hæ igitur mutationes: nunc de modis. Ὑδρεία γλυκαίνει. adaquatio dulcorat Punicas, & mollificat. Ratio. δεῖται γὰρ ἡ στρυφνότης: respicit γλυκαίνει. quia acerbitas in sicco. καὶ σκληρότης: respicit μαλακωτέρας, mollitudo namque ab humido. Asper sapor cùm sit terreus, non est mirum humore dilui. Ita etiam dura tenerescunt aqua.

Τὸ ἐνδεές. vniuersalis propositio. Natura defectibus requirit supplementum. Non dixit, quale, aut quare, aut quando in aspero ac duro sit ἐνδεές. Sanè quibus in speciebus ascisit sibi forma dulcedinem: in iis semper intendit Natura dulce. Quodcunque citra finem illum fuerit, mancum erit. explebitur ergo cultu. Ideò dixit, τοιαύτης B ἐπικουρίας: scilicet τελειώσεως, καὶ πληθοσύνης. Vt compleatur interuallum, quod est inter initia saporis inchoati & perfecti finem. Οὐ μόνον γάρ. Non sola opera duo: scilicet ablatio & additio, sed & alteratio quæ fit cùm dulcoratur. Non enim mutatur quantitas sed qualitas. Hoc autem ex dimidio verum, in dulcoratione: ex dimidio falsum, in emollitione: non enim humidum aquæ emollit, nisi per sui admistionem. Adipiscetur ergo qualitatem per quantitatem, nempe per additionem.

Ἀφαιρέσεως θατέρου γινομένης. quod est hoc θατέρου; an radicis, & eius quod suprà radicem est?

Ἀφαιρεθέντος τοῦ πλήθους. Plus millies iam dixit: atque etiam mox dicet. Ἰδιωτάτη. Alter modus à stercoratione. Qua nihil præsentiùs ad C conficiendas eas rationes ad commoda dulcedinis. Et quia etiam balnei strigmenta idem facere dictum est alibi, ac præterea, vt subdit, aquæ tum copia tum frigiditas: per superlatiuum agnouit in stercoratione officii huius excellentiam. Vt sit ἰδιωτάτη ἡ κόπρωσις, etiam alia sentẽtia planior: Ἰδιωτάτη ἡ τῆς ῥίζης θεραπεία. Vt quantum studii atque operæ ponatur in cæteris Punicæ partibus, pœniteat: præut iuuatur, si radix quoque modo curetur. Sequitur ratio. Ἀκολουθεῖν δεῖ ταῖς ἀρχαῖς ἄλλα. axioma est. A principiis pendere omnia. Etiam radicem statuit pro principio. Διὸ καὶ ἐπὶ τῶν σικύων. Probat in principiis esse totius momẽta. Namque semina quemadmodum affecta fuerint, tales quoque plantas futuras. Itaq; cucume- D rum semina lacte, aut melicrato pręmacerari, quô fiant fructus dulciores. Ἄγονται. Radices coctum suscipiunt alimentum, neque fimi calore. Cætera omnia præter Peripateticam dignitatem loquacissima sunt. Ἀπὸ τούτων. Tanquam à loco: non autem tanquam ab amandãtibus. Non enim est virtus mittens in radicibus, vt quidam stultè somniarunt, sed trahens ab illis in supernis. Intelligendum autem vitæ principium, postquam genitæ sunt. Nam alioquin in semine sunt principia duo, materia & forma, tum in septimo metaphysicæ, tum in xx. sectione, Problemate decimo. Ideò namque dicebat ibi, radicibus esse semina acriora: quia sint principia. sed de hoc alibi. Περὶ ἕτερα. alii modi; vt χάραξις τῶν συκῶν: vnguibus enim.

ferreis aperiunt, vt maturescant. Κλάσις τῶν ἀμπέλων, manibus scilicet cùm torquetur pediculus. nam κατακοπὴ aliud est. Oportet autem κλάσιν habere analogiam πρὸς τὴν χάσιν, quæ est fructus ficus, non arboris. An hoc verum non est, sed significat strictionem. de hoc infrà videbimus.

Κολούσεις τῶν ἀμυγδαλῶν. mutilationes Amygdalorum. Si intelligit adactum clauum, est potiùs πήρωσις vitiatio. clauo enim adimitur nihil. Ἢ πληγαί. aperiuntur enim vt fluat humor. Ἢ διαιρούντων τοὺς πασσάλους. διαιρεῖν significat diuidere: διείρειν, distrahere. An ergo scribendum est διειρόντων τοῖς πασσάλοις? Notabis mutatas partes orationis. Dixit πληγή: deinde, διειρόντων. ἔμπηξις fuerat dicendum. Τὰς δὲ ὀφθαλμιζομένας. altera capitis pars de insitione. Καθάπερ ἀρχή τις ἑτέρα. Quia surculus insitus est aliud principium ab arbore, quod arbor ipsa nō quit superare. Est enim quod & suprà dicebat, hoc arbor surculo, quod arbori terra. Ἧττον ἐπὶ ταύτης. Minus mirum à surculo mutari opus arboris: quia patent vtriusq; principia. Διὰ τί δέ. Quare Punica facilè mutetur: ait esse causam raritatem atque imbecillitatē. Ταῦτα γὰρ εὐηκοώτατα, obediētissima toties hoc verbo vtitur. Ἀκούει τοῦ ἀέρος, aeris imperium sequitur. Obsequium omninò ea in voce est.

Lego ἀφαιρέσεως θατέρου γινομένης, non autem γινομένου. Et διειρόντων τοῖς πασσάλοις: vt diximus in Commentario. Et εὐηκοώτατα.

Theodorus, οὐ μόνον γὰρ δὴ τοῦτο διχῶς. legit affirmatiué. Duobus tantùm modis fieri, ablatione & additione: quod & Hippocrates. in quo lusit Cicero ad Atticum. Appius ἐξ ἀφαιρέσεως, Prouinciam curauit: sanguinem misit. & placet iudicium Theodori. Περιαμεσυμένων. ablaqueari. rectissimé. Εἰς τὸ κατάλοιπον, in residuo. malim in residuum. Ἀπὸ τῶν ῥιζῶν θεραπίας. mollitio. puto scriptum fuisse, molitio. Nimia tamen hîc vox: non enim operosa res est. Ἀρχαί τινες αἱ ῥίζαι. elementa: minus bene. Sunt enim elementa totius in toto: neque sunt causæ, nisi constitutionis. At principium aliud est. nempe causa vnde fit motus. Ἀρχή, illlud autem στοιχεῖον: finis autem αἴτιον: quia petit, propter se fieri. Qui aliter loquuntur: minus accuratè student veritati. Ἀπὸ γὰρ τούτων ἡ διάδοσις. Ecce principium vnde fit motus. & verè principium radix apud Latinos, quippe prima capit. Theodorus optimè transtulit sic: transmittitur dispensatúrque. Traditur vnico verbo. trans datur, διαδίδοται. Σχάσις συκῶν, discissis ficis. Igitur legit, σχάσις: vt suprà κατασχαζομένων. Vtrum admittatur parum refert. tamen videtur esse τῶν συκαμίνων χάσις. non est laborandum. Κλάσις, amputatio. Rem sequutus est, non verbum Theophrasti. Non enim manu sine ferro putantur vites: sed stringuntur κόλουσις, diminutio. non explet. mutilatio, expressiùs.

CAPVT XIX.

XIX. capitis argumentum. Incultas arbores efferari atque deteriores fieri. Item si mutilentur. Quasdam mutilatione fieri meliores. De Amygdali mutationibus causæ. Canthara vitis racemos, nisi mutilentur, non perfici. De Pyro Phocensi. Decerptis foliis Olera plus proficere.

ΕἸΣ δὲ τὸ χεῖρον μεταβολαί. Quoniam deinceps contrariam persequitur arborum naturam, earum scilicet, quæ deteriores fiunt: placuit caput hinc abscindi. nec multo. Tametsi tractat tum hoc, tum quæ mutilatione meliores euadant: vt Phocensis Pyrus & racemus vitis, quæ Cantharos appellatur. Hæc in prima capitis parte. In altera posteriore de Oleribus. Decerpta namque magis proficere. Igitur sic per initia partiendum. Plantas alias in melius, alias in peius mutari. Quæ in peius aut natura sua, vt Amygdalus, cui sint infirma principia: ita vt ex dulci fiat amara. aut vniuersali natura: quoniam maxima pars efferatur. Ratio. Propter soli compactionem, & luxuriam brachiorum. aut iniuria, vt quæ mutilantur. Quæ in melius: aut ex causis, quas suprà dicebamus: aut ex mutilatione, vt Pyrus Phocensis. Nunc particulatim caput ipsum excutiamus. Ἡ ἀγεωργησία. nomine Latino fixo nō quit exprimi. Incultum dicimus, mobili. vt incultus ager. Sed vt Cato dixit, infinitiuo modo, bene colere: ita nos hîc, non colere. mutila oratio. Deest enim id totum, αἴτιον δεῖ. Cauendum à voce illa, πᾶσι. Namque Cornus cultu deterius habet inter arbores. In aliis generibus, Iris, Fœnū græcum, Crocum. Iccirco statim subdidit, ὡς εἰπεῖν. Hoc correxit audaciam illius vniuersitatis.

Ἀπαγριοῦται, efferantur: scilicet eæ quoque quæ mites sunt. τὸ ἀπὸ, in hac compositione, naturam designat, à qua digrediuntur: & verbum notio est naturæ, in quam abeunt. Ἐξ ἡμερότητος εἰς τὸ ἄγριον ἐξίσταται. Ἐνίοτε δέ. Sicuti suprà multas causas recitabat, quibus fierent meliores: sic nunc, quibus peiores fiant. Hæc est altera causa priuatiua quidem, vt ἀγεωργησία: sed ἀγεωργησία erat externa: hæc est interna, propter aliquod non naturale impedimentum. Πηρώσει τινὶ, quadam deprauatione: quam deprauationem nactæ sunt à primordiis generationis. exēpli gratia, si cùm exit, saxum offenderit à quo distorqueatur. Si tempestas humore nimio, nimióve æstu incommodauerit. Ex alia eiusmodi exemplum ponit Amygdali, quæ è dulci semine orta fructus feret amaros. Coniunxit duas voces ad idem vario modo significandum: πηρώσει κολουόμενα. Ἀλλ' οὐκ δεῖν. Mutari quidem, sed mutādo latere nos satis suprà docuit, cùm de maxima loquebatur mutatione, quippe de interitu. hîc adhuc insistit. In quibusdam esse apertam mutationem: puta in Amygdalo: maxima enim distantia est inter amarum ac dulcem saporem. In aliis tamen non adeò manifestò deprehendi. Esse tamen gradus quosdam, puta insuauitatis, vt in vite. Καίτοι τό γε. Tametsi non apparet noxa: tamen tanta est, vt ex occulta inuasione intereant tandem, vt vites. Et quia dictum est, nihil repentè penitus mutari: necesse est ante interitū præcessisse alterationē. Ideò dixit πονοῦνται post

post morborum inuasionem, & inter morbos. τὰ ἀμπέλου φυτά. plantæ vitis, περιγραφικῶς, vt flumen Reni. Τὰ δὲ καὶ μεταβάλλειν. quæ intereunt, mutata fuisse, par est. Τῇ γὰρ ἀμυγδαλῇ. argumentum à potiori. Videbatur Amygdalus immunis esse debere propter robur. neque est. Quare magis obnoxia vitis, quæ minus firma: rara namque est & minimè rigida.

Ἔνια δέ. Oportebat prosequi de Amygdali mutatione: quòd mox faciet: sed fatali illa intermissione intertexit contrariā naturā. quasdam beneficiū accipere ex iniuria. Equidē arbitror, in plātis naturam, sicut & in brutis, & in homine. Exemplum petit à Chiis, qui hoc de Pyro profiteantur, quàm Phocida vocent. Τὸ μὲν οὖν ἰσχυρόν. Soluit obiectionem: cùm iniquum ac παράλογον videretur: tam robustam arborem (de Amygdalo) pati mutationem. solutio facera: Non est arbor eadem quæ patitur, & quæ robusta est. Robusta enim est, post adactos clauos illos, & κολουθεῖσα. Vegetatur enim intus detracta superfluitate, quasi que ei oneri sit. Hoc est quod dicebat, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ λαμβάνεται δένδρῳ. Solutio igitur in eo est: specie sua robustam esse: Indiuidua quædam per accidens imbecilla, κατ' ἔγχυμα namque laborare plethora. Quæ sententia vt est acuta & nobilis: ita videtur superioribus aduersari. Suprà namque dicebat, imbecilliores esse fœcundiores: euocari namque fœtum ab aere, tum ab ipsis intrinsecus laxari & amandari. Robustas autem sibi totum & retinere & impendere. Ac sanè si fœcundæ citiùs intereunt: videntur minus fœcundæ robustiores esse: & profectò sunt. Non enim succus ille alienus est atque excrementosus, sed maximè naturalis.

φυομένη δὲ ἀσθενής. alius causæ indicatio. ætatem imbecillam id pati. φυομένη, dum est in vitę primordiis. Ἄλλως τε. præsertim si è semine prodierit. Sanè haud aliter prouenit, quod equidem sciam. multos vidi: non paucas habeo: quæ stolones emittat, nondum mihi comperta est. Sin fruticat: esto hęc causa, quamobrem dixerit ea verba. vbi accuratius interpretabere illud, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ. non distinguere indiuidua, sed ætates. Sic Poeta, *aliúsque & idem nasceris*: differt enim à seipso matutinus & vespertinus.

Μὴ κολουθεῖσαι. simul ostendit & morbos & remedia. Πᾶν ἀπὸ σπέρματος. maior syllogismi propositio. illa erat minor: Amygdalus è semine producitur. conclusio est in ipsa tractatione, Amygdalum fieri deteriorem. Est tamen axioma illud admodum periculosum: Fortasse non est verum: quæcunque planta de semine prodeat, abduci in naturam deteriorem. Præsertim sub eo aduerbio ὅλως. nam quæ est hæc adseueratio? Si ita esset: iam defecissent omnes plantæ quæ satu proueniunt. Similis error eorum qui scripserūt, Leænam vnicum in vita parere. Quod si velit τὸ πᾶν ad arbores astringere solas: id quoque falsum est. Prunos enim habemus è semine ortas, generosissima ferentes, tum coloris nitore, tum magnitudine, tum succo. Vt Persicos taceam: quas ferè necesse est ex seminis habere satu. vix enim aliter prodeunt. Κινηθείσης δέ. Causam dedit vniuersalem: ortum è semine. occasionem indicabat ætatis teneritudinem. nunc huius occasionis causam dat. Ait enim, naturam, dum est in motu, faciliùs pati, quàm vbi constituta est. in motu autem est, dum adolescit. Aut si mauis amplificare sententiam: in semine quoque ipso iniuriā accipere. Tum omninò intelliges tractum illum antegredientem plantæ è semine mutato semine conformationem. Ὁρμὴν hîc appellat vigorem, qui est in facultate. Itaque dixit in tempore interminato κινηθείσης: quia sit adhuc in motu. Etenim si esset κεκινημένης, iam motus esset absolutus. Οἷον γὰρ ἄλλη. Perstat in priori sententia: οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ fuit, quasi alia. exponit quomodo alia nempe viribus. ἀσθενεστέρα.

Ἐπεὶ καὶ τὰ ἑψόμενα. In motu faciliùs omnia pati, exemplo eorum quæ coquuntur. Quæ quidem, si importunè moueant, prohibentur, quo minus percoquantur. Sic & semen, & quod è semine, sanè proximum principiis in væstibulo mutationis. Μὴ ἐν καιρῷ. Quia tempus est non solùm opportunum in culinis, sed etiam necessarium, mouendi ac permouendi quæ elixantur. Quippe ne hæreant cacabi parietibus atque adurantur. In Ptisana verò, ne cogatur in grummos, perpetua penè versatione opus habet: ac potissimùm athara. Καὶ ἡ γῆ δυσδιάλυτος. An hîc quoque diuinatione opus est? sed ea duplici. Primùm, quid sibi velint hæc verba, cum tam dura metaphora. deinde quid faciant ad hunc locum. Ait terram difficilem esse, nisi sit madefacta. ἢ βρεχομένη. Sanè humor subit ac rarefacit: tollit ergo difficultatem. at quam? τῆς δήξεως, quominus mordeatur. Estne igitur quasi morsus, apertio quæ fit à prodeuntibus è semine plantis? Hoc ita cōcinetur: sed quid ad rem? Vultne dicere: etiam agricolæ fieri negligentia, vt difficiles sint parturitiones illæ, id est egressiones è seminiis, nisi adiutetur aliqua irroratione? an legendum est, δυσδιάδοτος? Theodorus autem aliorsum accipit: & terra quoque eadem de causa ægrè madescit. esset igitur scriptum δυσδιάβροχος. Et supprimenda quæ sequitur vox, ἢ βρεχομένη. Tum autem quàm mihi hîc causam narret, nescio. Ὁ δ' ἐν ἀρχῇ. Hoc idem cùm ipse alibi sæpe, tum Præceptor: maxima esse in principiis momenta perfectionis. dixit μέγα. quia principiorum moles exigua, vis magna. Quòd solùm si sit, magnitudo, inquam: neque tenorem seruet facultatis, sed aut ipsa intercidat, aut extrinsecus interpelletur: non pertinget ad finem. Eius vigoris perpetuum cursum, & constantiam ad perficiendum designauit illa voce, διατενής: contentum. vnde dicimus De contentione remittere. Hanc virium firmam continuationem si seruare posset Amygdali semen: posset vtique etiam reddere ex se plantam, qualis ea fuit, à qua ipsum datum est. Τὸ διὰ, vsque & vsque: vt διαμένειν,

διάποεσιν, διχμπρίς. Ἐπὶ μόνης δέ. Nunc demum vertitur ad explicandũ rationes, quare in Amygdalo manifestior mutatio deprehendatur. Qua in disceptatione haud satis ei procedit. sic ait. Aliarũ fructus arborũ vbi maturus est, neque amarus est neque acidus sed dulcis. nam si non est dulcis, non est maturus. At sumpsimus in hac propositione: esse maturum. Præterea non videtur habuisse nota cerasa, quæ in summa etiam maturitate nihilo minus acida sunt. Nec confugiat ad eam pertinaciam: non perfici. Quippe etiam plantæ quædam acidæ sunt natura sua: quas nunquam perfici, nonnisi amens diceret. Nam qui non perfectæ sint, si semen ferunt: qualia sunt Acidularum genera tria, & ipsum Trifolium acetosum, quod appellat Calabri *Iuliolam*. ridiculè barbari corrupere in *alleluia*. Agriotæ verò & Amarenæ, etiam cùm in eo sunt, vt præ maturitate decidant, aut eam commutent cum subeunte putredine, sunt etiamnum acidæ. Ταύτης δέ. Quo consilio hæc de Amygdalo audet ab illis aliis separare? Namque videtur eodem modo dici posse de Amygdalo: cùm amarum est, nondum esse percoctum. Dicendum: In vna & aliis si fructus sit acidus, non esse maturum, sed fore, vt sit simul & dulcis. In Amygdalo autem cùm est amarus, nunquam porrò futurum vt dulcescat. Iccirco omninò deprauatam esse naturam. Τάχα δὲ καὶ τῶν ἄλλων tangit quod suprà monebamus. In aliis quoque similem esse deprauationem, sed non æqualem. Non enim amaritudinem præ se ferre, quæ sanè procul est maximè à dulcedine. Deprehendi tamen posse nescio quid, quod abscederit à dulcedine. Deprehendi verò, neque semper, neque ab omnibus, neque in omnibus, propterea quòd sint saporum alii in aliis sub eodem genere gradus. Dixit τάχα: quia iam asserebat aliarum fructus omnes esse dulces. Cæterùm post tot verba restat adhuc quæstio: quæ sit causa, qua tanta fiat in Amygdali fructu mutatio, vt ab vno extremo transiliat in alterũ, sine vllius medii saporis indicatione. Quippe Amygdalum immaturum, amarum non est, sed acidum: atque eius saporis gratia manditur etiam cum toto putamine ab ipsis mulierculis: quarum ingenium vt in aliis præposterum, ita in hoc gustu væcors. Λαμβάνει τὴν ἡμετέραν. Imò neutiquam latet nos, neque in vino, neque in vua. Ἀποκαθίσασθαι. optimum verbum ac plenissimum. Καθίστασθαι, constitui in vera natura. ἀπό. restitutas in integrum ex natura vitiata.

Αἴτιον δὲ ἔτι. Iam manifestum est, κόλουσιν esse mutilationem. κάθαρσιν esse ablationem. Mutilatas iam corrigebat hac ipsa expurgatione. nunc κόλουσιν dicit prohibere germinationem. Quare succum qui germinationi debebatur, quum transfusum per totam arborem cum eo commisceri, qui fructui destinabatur. Igitur hanc copiã, cùm à calore nequeat ad maturitatem superari, efficere necessariò fructum deteriorem. Quocirca vulnerari atque aperiri: & ταῖς κολουθείσαις, de quibus scribebat modò, si superaddatur κάθαρσις, accedet mutilatio mutilationi. An non intelligit κάθαρσιν, vt in vitibus amputationẽ, sed effluctionem illam quæ per plagam fit. Erit itaque κόλουσις mutilatio partium, ex qua fiet succi copia in aliis partibus. κάθαρσις autem succi demptio. Ratio verò succi illius aucti atq; aliorsum deriuati propter mutilationẽ, est etiã apud medicos: vbi numerantur causę fluxionis sanguinis. Interdũ aliquo mẽbro mutilato sanguinem erumpere. Πλείονος γὰρ οὔσης. Vides penè præcipitem breuitatẽ. Ait, quia multus succus, crudus: quia crudus, amarus. Non tamen, vti suprà dicebamus, Amygdali non vitiatæ fructus, ante maturitatẽ amarus est. Quare verò non euenit idem Iuglandi? Nuclei namq; medulla etiam antequam maturescat, prædulcis. Eodem ætatis tempore in Castanea non est tam amaritudo quàm astrictio. Λαμβάνει τινὰ ἀποπνολήν. alia vtilitas præter κάθαρσιν. Vt non solùm succus effluat, sed etiam spiritus qui intus suffocabatur liberiùs commeat, laxatis partibus. Sic suprà in caprificationibus. Dixit hîc ἀποπνολήν, quod alibi ἀναπνολήν. Καὶ ἀφαίρεσιν. turbauit ordinem. Prior enim est euacuatio quàm respiratio.

Ὥσπερ καὶ ὅταν. quemadmodum, cùm adiguntur cunei. Aliquando cuneos vocat, aliàs paxillos, nonnunquam clauos. διακεντῶσι, impingantur. cæterùm haud similis ratio est. Namque Amygdal⁹ κοπτομένη, adaperta per vulnus, leuabitur parte succi nimia quæ obruit calorem naturalẽ. At si cuneus adigatur: nihilo melius aperta erit pars illa. nam quãtum Cuneus diduxerit partium arboris, tantum se toto occupabit atque obturabit. Καὶ αὐτὸ μᾶλλον ἰσχύον. intellige δένδρον: mutato, vti solet, genere. Dicebat enim ἐλάττονος γινομένης. scilicet ἀμυγδαλῆς. aut ὑγρότητος ἐν τῇ ἀμυγδαλῇ: aut ipso Amygdalo, si succum spectes diminutum. Illud verò acutissimè dictum: ἰσχύον διὰ τὴν ἀσθένειαν. Quia exempto succo debilior est, quoad ipsum: at est validior ad opus. Quemadmodũ sapientiores fiunt, qui sibi patiuntur adimi, quod nimis sapiunt: & religiosiores qui remittunt de superstitione.

Ὥσπερ ἀνασώζεται, quasi reuiuiscit. redintegrascit. Ἔνια δέ. simul ostendit esse vera quæ de Amygdalo dixit: simul de Pyro Phocide repetit: simul de vite Cantharo, de qua in Historiis. Nisi truncatũ, putrefieri potiùs quàm perfici racemũ. Quare videtur ex humiditate: putredo nãque cuius illa mater est, monet nos euenire. de Pyro autem illa etiam hoc amplius sentit. Egere quidem amputatione: verùm non ad fructum ferendum, sed ad corporis conseruationem. Argumento esse: quòd si non putetur, fœcundissima sit. Putatur ergo, quo sibi constet, neque tum ramorum luxuria, tum fructuum copia, simul cum succo vita exhauriatur. Vbi omninò excitandi sumus. nam quæ tot ferat fructus, suapte natura succulentissima fuerit. Tum ea cùm putatur: cuius tanti succi exuberantia non redundat ad eius succi perniciem quem intendebat ad fructum natura. Id quod vitium afferebat ex mistione fructibus Amygdali. De vite quoque idem quærendum est.

Γίνεται μονόκλονος. Eius natura est vt, si non mutiletur à summo, procedat in exilem proceritatem, simplici stipite ac gracili. Εἰ δὲ μή. Sin autem non ea ponatur opera, vt non amputetur, emissis stolonibus arborescit. Suo arbitratu coniunxit τὰς παραβλαστήσεις καὶ τὸ δενδροῦσθαι. Cùm alibi de Corylo & Punica, αἱ παραβλαστήσεις prohibeat τὴν δένδρωσιν: sunt enim τῶν θαμνωδῶν. Nota duplicẽ negationem. εἰ δὲ μὴ μὴ κολουθῇ. Si non putatur, simplici stipite surgit, cóque tenui. Si nõ nõ amputetur, in multos sese effundit stolones, eósq; robustos, vt arboris proportionem ex firmitate assequantur. hoc est δενδροῦται. τάχα δ᾽ ἄν τις. quia dixit, βελτίων πρὸς δένδρωσιν. Addit nunc, etiam fortasse ad fructificationem. Vt putatio non solùm arboris afferat & speciem & robur, sed etiam fœcunditatem. συμβάλοιτο, verbum signatum. Coniungat cum illa vtilitate hanc quoque. Ἰσχυροτέρας γάρ. Ratio. ex robore maturationis opus longè melius. Maior syllogismi propositio: sicut de aliis dicebat, quæ ad vtrunque præstò essent, tum sui robur tum futurum.

Τῶν λαχανωδῶν. Altera capitis pars, qua ostendit Oleracea decerptione proficere. Exempla quæ ponit, procedũt. At de Radicula nobis aliter cecidit. Meus colonus ad iusculi commendationem, quæ acrimonia quadam comparatur, hyberna folia detraxit Rhaphano. Eam radicem postea cùm ad obsonium attulisset, tam fuit lignea quàm cuiussis arboris. An nõ propter illam decerptionem, quasi retentus succus infarctione compactus obduruisset, sed quia vetula esset, ac nimis diu sub terra seruata, ea duritia fuerit affecta? Τῇ ἁπαλότητι. Duas causas de quibus & suprà: nam teneritas peruium facit erumpentibus foliis: & succi materiam inesse oportet. Hæc est quidem causa proxima: huius autem causam mox cùm reddet, dispiciemus. Εὐχυλότερα. Is est effectus teneritatis, & finis propter quem expetuntur Olera. Περιαιρεῖται γάρ. Causa media inter εὐχυλίαν & δριμύτητα. vt sit ordo talis. bonus succus expetitur: is paratur ademptione acrimoniæ. Aufertur insuauitas illa per bonam habitudinem: quippe humoris copia diluitur. Vnde etiam alius finis ad cibum quæsitus comparatur, teneritudo. Quæ sequitur bonam habitudinem propter mollitiem partam ex humiditate: sicuti suauitas diluta succi tristitia. Καὶ εἴ τινι τὸ ὀπῶδες. Pro eo quod est, καὶ εἴ τι ὀπῶδες ἄλλο.

Ὑπὸ τούτων, scilicet ἁπαλότητος καὶ δριμύτητος. quod tamen non est verum. ὑπὸ τῆς δριμύτητος verum est. A teneritudine tolli acrimoniam aut siccitatem, verum non est. sed consequitur teneritas ablata duritia. Τὸ ὀπῶδες, virus qualecunque intelligit: id est succulentum, quod incommodat. Ἁπλᾶ δέ. Analysis vsque ad primam causam. At quomodo tenera fiunt, bonámque acquirunt habitudinem? Duę rationes. vna ab radicis potestate. Validior enim facta plus attrahit alimenti, vnde superioribus suppeditetur. Altera ab eiusdẽ concoctrice facultate. Quasi non solùm mansum, sed etiam præcoctum paret foliis alimẽtum. Itaque feliciter ab radicibus inchoatũ opus expediunt folia cõmodiùs atque absoluunt. Καὶ ὅλως αὐξανομένων. addit & tertiam vtilitatem. Ferè decerpitur maximum quoque foliũ ac terrę proximum. ergo demitur quod impedit. Impedit autem quia multũ intercipit, quo minus feratur sursum. quamobrem siccitas consequitur. Addendũ etiã aliquid est. Si grandiora semper folia decerpantur, necesse est semper ad teneriora peruenire. teneriora sanè sunt superiora. Nam verò quid tãdẽ, si decerperentur semper superiora atq; adeò cacumen ipsũ? Haud eundẽ euentũ sanè futurum, sperandũ est. Ἡ γὰρ πρώτη βλάστησις. alia causa. Primam quamque germinationem, quòd sit principiis propior, propter debilitatem, minus esse elaboratam. Aucta ætate ius facultatum validius atq; paratius ad opus. Quæ sentẽtia non statim est admittenda. Namq; si in succi copia, atq; priuatione terrestris materiæ sita est tũ suauitas tum teneritudo: in prima quaque germinatione potissimùm vtriusque & causa & affectus deprehendetur. Iccirco etiam senectus affert amaritudinem Lactucę. Et Intuba nouella minus amara, quàm adulta.

Lego cum copula ἐμφανεστάτη γε καὶ κοινοτάτη. Et μονόκλονος, καὶ ἀσθενής.

Theodorus, ἀγεωργησία, negligentia. non signaté. Negligimus ea quæ possumus facere, aut accipere, aut parare, aut eiusmodi. At multi agri sunt ἀγεώργητοι, qui non sunt neglecti: vel qui vacui sunt colonis, vel nouales ipsæ cùm cessant. Omnis neglectus incultus: at non è contrario. Ἀπαγριοῦνται. immitescunt. non potuit peius. efferantur. Ἡ γῆ δυσδιάδυτος ἢ βρεχομένη. Et terra eadem quoque de causa ægrè madescit. Neque vlla antecessit causæ mentio: neque vlla causa qua madescere nequeat. Ὁ δὲ ἐν ἀρχῇ μέγα. Quod enim inter initia agitur summum. Nõ ipse si reuiuiscat, intelligat hæc verba. Οὐδενὸς ὁ καρπὸς τελειούμενος πικρός. Neque alicuius ex cæteris fructus, dum perficitur, amarus est. Imò est multorum dum perficitur. sed perfectus, non est. Τελειούμενος hic est, qui est finem adeptus suum. Contradiceret etiam sibi: dicit enim: ἀλλ᾽ ἤτοι γλυκύς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπέφθη. Si igitur non est coctus vbi nondum est dulcis: nõ erit item dulcis dum coquitur, sed iam percoctus. Ἐν τοῖς τελείοις καὶ εὐκαρποῦσι, quanquam lætę perfectæque consistant. Non est aduersatiua, sed dulcedo in iis qui iam maturi sunt, & feliciter educati. Εὐκαρποῦσι, quasi dicat, generosis. Διὰ τὴν ἀσθένειαν, vtpote antè leuata. Optimus sensus in Latinis verbis: sed nescio an ex Græcis erui poterit. Ὥσπερ ἀνασώζεται. Hanc naturam veluti restituibilem dixerim. Theophrastus aduerbii temperatione mitigauit τοῦ ἀνασώζεται significatum. Theodorus debuit mitigari verbi sui sonum. Cùm ille dixit, ὥσπερ: hîc, veluti.

Μονόκλονος, ſimplex. ſtipite ſingulari. Παρεμβλαστάνουσα. legit igitur ἀποβλαστάνουσα. Et ſanè conuenit cum eo quod ſequitur, δενδρεῦται. Ὀπώδης. humoris lactuoſi. Neque Latinus vocis flexus eſt: neque lac in lactucis vt auferatur vlla opera ponenda. Tum quia perderetur: non ex decerptione lac amittit: tũ quia quandiu lacteſcit dulcis eſt. lacte defecta amareſcit. Eſt enim eius ſuccus proprius lac, quo tenera eſt. Vbi lac deſit, adeò ſicceſcit vt etiam ſpinas induat. Sed ὀπώδης in communi ſignificato, ſuccoſum. Καταπέττουσιν. incoquunt. minus rectè. incoquimus carnes in aquis, at hîc aqua coquitur. Neque idem eſt, carnes in aqua, & aquam in planta. Non enim coquitur planta: vt aqua coquitur, atque in ea carnes.

Ὁρμωμένη, pergens. Nullus in verbo Græco tractus deſignatur, ſed ortus tantùm à principio. prodiens, ſimpliciſſimé.

CAPVT XX.

XX. capitis argumentum. A terra & aere plantis odorem conciliari: non à ſiccis, non ab humidis, ſed à mediocribus.

GI'NETAI δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀσμάς. Quia proximũ caput à præcedẽte ſeparauimus (quòd priùs de mutatione in meliorem naturam, hoc proximum de mutatione in deteriorem diſputabat) coacti ſumus hoc quoque ab vtroque ſeiungere: propterea quòd communem tractat mutationem tam in melius quàm in peius, quoad odorem tangit. Sic etiam iureconſulti, poſteaquam dè vrbanis ſeruitutibus, déque ruſticis ſcripſere ſeparatim, tertio loco leges, naturáſque ſtatuũt cõmunes. Ego tamen, ſi mihi materia hęc deſcribenda proponatur, iſta omnia ſimul congeſta, ſic digererem, quemadmodum ſuprà dicebã. Primo loco ſtatuatur diuiſio mutationũ, in melius, in peius. Poſtea modi à natura, ab arte. Tertio modorum ſpecies iam dictæ. Quarto in quibus: Amygdalo, Vite, Pyro illa, Oleribus. Quinto circa quæ: generationem, conſiſtentiam, germinationem, fructificationem: atque his adiungerem accidentia, colorem, odorem, ſaporem, magnitudinem. Priſci tamen illi viri domi foríſque magni nominis methodos quidem docuere nos, nobíſque earum curam iniecere: ipſi plerunque nullam aut perexiguã habuere. Credo dum commentarentur, vt quicque ſeſe ſuggerebat, apprehendiſſe atque repoſuiſſe, non recoluiſſe. ſed ad rem. Γίνεται δέ. ſcilicet circa odores mutatio. Editis cauſis mutationum in ſaporibus, facilè ſubnectẽtur quæ videantur odorũ intereſſe. Hoc manifeſtiùs in ſexto: vbi accuratiſſimè vtranque naturam ab iiſdem profectam principiis magna neceſſitudine cõiunctam eſſe declarat. Ait autem hîc mutationem fieri tam in bonum quàm in malũ. Veluti vina quoque ipſa ex vicinia varios nanciſcuntur & odores & ſapores. Sic ὀσμηπικὴν vitem appellat ipſe. Duo ſtatuit principia mutationis huius, terram & aerem, vtrũque naturale: non

A à quauis qualitate, ſed à ſiccitate: non à quauis ſiccitate, ſed à mediocri. Mutila tamen eſt contemplatio hæc. Siquidem & ab euentu & ab arte paratur & odor & ſapor: de ſapore ſuprà, cùm docebat ſemina mulſo aut lacte macerari. De odore euenit, cùm aliqua olens herba in vineis eſt. Quod contigit hîc, ſi Mercurialis inſit: Rambergam vocant. olet enim vinum. Sic olet, quicquid appoſueris, etiam Laurum. Iccirco dixit, μάλιστα δ᾽ αὐτομάτως. ſpontè à terra & aere. Διὸ καὶ τὰ ἄγρια. Hoc non eſt vel à terra vel ab aere: ſed vt oſtendat à ſiccitate. Quoniam ſylueſtria, tametſi non omnia in terra ſicca ſunt: tamen ſuis congeneribus mitibus comparata, ſunt ſicciora. De Roſa videndum: & de agri Cyrenaici floribus, ex Hiſtoriis. Sanè dixit Ariſtoteles, quarum Roſarum ſit aſperior vmbilicus, eas eſſe odoratiores. B ſanè horriditas à ſiccitate. Τάχα δὲ οὐ πάντως. Quia dixerat ὡς ἐπὶ πᾶσι. non ſequi tamen omnia ſicciora. Ratio: quia in quibuſdam odor ſit acriuſculus. Quamobrem non ſatiſfacit contextus huius orationis. Negat omnia eſſe ὀσμωδέστερα, agreſtia. Quare? δριμύτερα γάρ. An verò tollit odorem in rebus odoratis ab acrimonia? Nam bonum odorem fortaſſe aſſentiar eſſe in natura mitiori. At odorem ſimpliciter, ſi ſit in quopiam genere florum, futurum eſſe maiorẽ in ſiccioribus. Quanquam ne id quidem fortaſſe verum eſt. Moſcho enim, vel odoratius vel ſiccius nihil. Neque Cinnamomum mediocriter temperatum: & diuinum quid ſpirat. Qui vulgaris Nardi deteſtantur odorem, digni ſunt, quorum olfactui ſub- C iiciatur: nolo ineptire. Ἡ μέση, ſcilicet terra: καὶ ὁ μέσος, aer. Sed de his ſuo loco: id eſt in ſexto.

Lego ὀσμὰς, non ὁρμάς.

Theodorus, ὡς ἐπὶ πᾶσι. Tota ferè parte ſicca. ſanè equidem neſcio quid ſit tota parte ſicca. Sed ἐπὶ πᾶσι, eſt ſicut alibi, ὡς ἐπὶ πᾶν. ferè. Ἄοσμα, inolida. ſicuti dicimus, inſipida. tamen, olidum, ad malum potius odorem: ὀσμή, ad vtrunque.

CAPVT XXI.

XXI. capitis argumentum. Mutationes in ſubſtantiis: ita vt ſpecies quædam in alias mutentur ſpecies.

ENIAI δὲ δοκοῦσιν. Hoc eſt primum mẽbrũ, quod primo loco ſupponi debuit diuiſioni mutationis. Quædam tota ſpecie mutantur in conge- D neres. Nõ in ſeipſas, aliis, vt feſtiuè loquar, perſonatæ conditionibus. Itaq; dicit ὅλων. Cæterùm, quod & ſuprà diſplicebat nobis, cùm poſuerit τῶν δένδρων, addit τῶν φυτῶν. Τὴν λεύκην ἐξαγριοῦσθαι. Albaram expopulatã. ad verbum. potiùs ἐναιγειροῦσθαι, induiſſe Populi naturã. Albaram vocãt in Italia quidã albam Populum. τὸ ἐξ ἐκ λεύκης, ſcilicet εἰς αἴγειρον. Καὶ φύλλοις. non ſolùm foliis, ſed tota facie, ramorum, trunci.

Καὶ τὸ σισύμβριον. Super quo tot nugis litigant quidam recentiorum. Tamen verò vidimus nos hanc Siſymbrii in Mentam mutationẽ. Μὴ κατεχόμενον. Niſi multo cultu in officio contineatur, exit

tur, exit è cancellis ſuæ ſpeciei. Hoc eſt quod reſpondet ſuperiori voci, ἀγεωργησία. Τὸν πυρόν. Triticum loliaſcere. Αὕτη μὲν οὖν. Dubitat hîc, an vera ſit. Repetet tamen huius oblitus loci totã hanc narrationem: & verum dicet. Impræſentia mauult eam dicere corruptionẽ quàm mutationem. Quaſi verò non omnis corruptio ſit mutatio: item omnis mutatio, corruptio. Nam tametſi mutatio in melius non videatur vulgò corruptio: eſt tamẽ. corrũpitur enim quod erat, nec amplius eſt: ſic etiam corrumpitur priuatio ſuperinducto habitu. Cæterùm hîc intelligi vult: non mutari ſpeciem ſed corrumpi materiam atque accidẽtia. αὕτη, ſcilicet, mutatio. Εἴπερ ἀληθής. Oratio non exprimit ſententiam. Nam ſi vera eſt mutatio, erit mutatio. Non ergo ſequetur eſſe φθοράν. ſed voluit dicere, εἴπερ ἀληθές. Si verum, eſt, eius faciem aliam euadere. Διὰ πλῆθος ὑγροῦ. cauſa corruptionis: cui tamen non acquieſcimus. Nam quòd in Rapum braſſica mutetur: eſto ſanè cauſa hæc. Quod alba Populus in nigram: alba Myrtus in nigram: in ſicciora hæc mutari videbuntur. at de Populo verum non eſt. non enim eſt nigra ſiccior. de Myrto non eſt negare. Item cùm Lollium fit è Tritico, tranſit in naturam longè ſicciorem. Quid ſi intelligit, principia deprauari humiditate, quærendum quomodo ab humiditate fiat planta ſiccior ex minus ſicca planta. Ἀλλοιουμένης τῆς ἀρχῆς. Cùm principium egreſſum fuerit è ſua poteſtate, & euaſerit aliud à ſe. Intelligit autem duo principia: in ſemine, ad generationem, vt Lolium ex Tritico: in adultis autem, à radice.

Ἡ δ᾽ αἶρα φιλυδρεῖ. reſpondet noſtræ obiectioni. Quomodo in nimia humiditate Lolium, quod ſatis conſtat eſſe ſiccum? Amat, inquit, humorem. Ἥττε τῆς λεύκης. Quia fortaſſe ad populũ, verebatur, non ſibi ſatis eſſe hanc φιλυδρίαν: ideò cauſam aſſuit aliam: condẽſationem. Omninò igitur excludere videtur ſpeciei ſubſtantialem mutationem. Ὃ συμβαίνει. ἀναλυτικῶς. Huius cauſæ cauſam. Craſſitiem hanc euenire propter ſenectam. Εἰς βάθος γάρ. Creſcere ſeneſcentes, non accretione vera, ſed interni vacui, quod eſt in laxitate, repletionibus. Corticem ſanè craſſeſcere aliud eſt quod addit. Hoc enim non eſt εἰς βάθος. Aliud namque eſt craſſum, aliud dẽſum. Denſa eſt membrana, & ipſe liber interior. Craſſi cortices exteriores ſuberis, denſi nequaquam. Si cortex ergo παχύτερος, non ſolùm in profundum augebitur, ſed etiam in omnes dimenſiones. Tanto manifeſtiùs triplicis accretionis facies in ramis. quos ait fieri maiores & plures. Tamen cùm dicat per initia, τῇ ὅλῃ προσόψει, non poteſt ſuam tueri inficiationem: quippe accidentia ſunt à formis. Si ſunt eadem cum nigræ accidentibus: eadem quoque forma fuerit. Quid autem veretur, ne quid ſequatur abſurdi, ſi ſpecies in ſpeciem mutetur? ea namque earum affinitas eſſe queat talis, qualis in iis animalibus quæ in alia tranſeunt: de quibus Ariſtoteles. inter quæ chryſalis. Quia verò durior atq; compactior eſt in Populi generibus,

A quàm in animalibus materia, lentiùs ac ſeriùs mutantur.

CAPVT XXII.

XXII. capitis argumentum. Quorum foliorum natura mutetur. Multa videri mutata non mutari ſpecies. Multæ loquorum repetitæ prærogatiuæ.

O δὲ τῶν φύλλων μετασχηματισμός. De totius mutatione ſuprà: déque eo, quod eſt pars interna, cuiuſmodi ſuccus: aut quaſi pars, vel partis aliquid, vt odor. Nunc de partibus externis, qualia ſunt folia. Capitis pars prima continet hoc cum ſuis cauſis. Altera negat eſſe ſpecierum veram mutationem: ſed videri ſo- B lùm mutatas. Cæterùm accidentia ſola mutari, vt colores & figuras. Μετασχηματισμός. tranſfiguratio quæ eſt ſpecies τῆς μεταβολῆς. Καὶ ἑτέρων κοινός. In aliis quoque plantis inuenitur, præter Populum. De ea namque dicebat, τοῖς φύλλοις. Declarat, quænam ſint alia, Croton & Siſymbrium. Quia Ricini folia priùs orbiculata, deinde in angulos ſinuantur. Ἀπογωνιοῦται, angulantur. Ὥσπερ ἀναδιαρθρούμενα. Non eſt otioſum hoc verbum. quandoquidem in omni generatione primùm confuſa eſt moles: deinde procedit opus ad articulationem. Sic in omni ſemine, tum plantarum, tum animalium. Sic in animalibus, quæ de putredine prodeunt: inchoatas enim muſcas vidimus in fimeto. Ra- C nunculas, nemo eſt quin bipedes caudatas obſeruarit primùm, deinde quadrupedes, in poſteriora crura bifurcata cauda. Τοῦτο δὲ ὅπερ ῥᾷδιον. pulcherrimam rationem. ſimplicitas facilior. Sic vnum priuſquam multa. eſt ſanè multitudo πολυειδής. Ἀσθενὴς δ᾽ ἡ ἀρχή. Quia eſt in paruo gyro multa comprehendens, debile principium eſt. Subticuit maiorem ſyllogiſmi propoſitionem illam: quod eſt debile, priùs expedit quod facilius eſt. Non mutatur figura, ſed multiplicatur, vbi ex vno folio vniangulo diffunduntur ore in multos angulos. At ſi orbiculatum ſcindatur atque ſinuetur ad mucrones, tunc ſanè fit mutatio. Τὸ δὲ σισύμβριον. duo facit. Dubitat an vlla fiat mutatio: & negat aliam fieri quàm D in odore. Nos tamen, vti dicebamus, in hortis noſtris vidimus, folium minus, minus nitidum, accipere lanuginem, alio eſſe ſapore, odore alio. Quemadmodum verò de hoc ſentiat conferes hæc cum iis quæ diſceptat in libro quinto, capite octauo. Τὴν ὀσμὴν ἐξαμαυρούμενον. quaſi obſcurans odoris nitorem. Audax metaphora. Διὰ τὴν ἀγρείαν. quia fit è nitido ruſticus. nota vocem fixam, ἀγριότητα. Itaque in Italia quidam Mentam gentilem vocant, id eſt nobilem. Ἐκείνην δ᾽ οὐ λαμβάνον. intellige μορφὴν εἰδικήν. Sed abiens in ſimilitudinem Calaminthæ. Hoc delirare fecit otioſa natura ſua ingenia, ſed propter ambitionem negotioſiſſima. Garriunt enim de Calamento neſcio quid. At e-

nimverò Sisymbrium siquid accedat ad calamenti similitudinem, multo longiùs abeat à sua specie quàm si hæreat Mentæ. Quasi si dixerim: Non debeo sex tibi, sed quindecim. Ἡ μεταβολή. Vult ostendere ex affinitate accidentium vulgus falsum esse: Philosophum non debere falli: non multum inter se distare terminos extremos illarũ mutationum. Ideò dixit: Οὐ πόῤῥω τελέως φθειρομένων. tres voces valde efficaces. Non est φθορά, vt sit transitus, sed cohæsio in propinquo. Non est, τελέως: quia non est substantiæ, sed accidentium. Non est, πόῤῥω: quoniam non est tractus vlterior ad extrema. Ἡ δὲ θεραπεία. cultus. quid μεταφυτεία. κατέχει, continet intra fines speciei. καὶ σώζει, atque integram quidem & incorruptam. Σημεῖον δέ. Pulcherrimum argumentum: quod non trãseat in Mentã: sed suam ipsam sibi retineat speciem, tametsi sub alio habitu: quippe sub agresti. Nam syluestrę, inquit, Sisymbrium tali est odore præditum, quali & Menta. Efferatur igitur amisso cultu: quemadmodum & alia multa. Est igitur quod circunfertur prouerbio Græco, οἴκοθεν εἴκαδε. Καὶ γὰρ δή. Aliud argumentum validissimum. Partes primariæ non mutantur: non ergo mutatur substantia. Quippe Sisymbrii radix superficiaria, Mentæ profunda. Vtriusque radix multis appendicibus serpens, paucioribus tamen Sisymbrio. Ergo κατὰ φαντασίαν tantùm. Id est apparere tantummodo: non autem subesse veram mutationem. Græcè dixerim: δοκεῖν μὲν, οὐχ ὑπάρχειν δέ. Addit τῶν τοιούτων, horum quę nunc prætenduntur: vt sibi reseruet opportunam in aliis assensionem: vt Lolio, Brassica. Καὶ ὡς περί. Conclusio, qua reducit totam disceptationem ad mite & ferum, sublata de substantiis mutatis opinione.

Οὐδετέρως δ' ἄτοπον. Maxima magni viri prudentia simul & subtilitas. Cùm aduersus communem opinionem disputauit subtilissimè: pro vtraque parte stat. Non esse absurdum: siue reuera mutentur, siue mutari videantur. Loca enim tempestatésque, suprà dicebamus habere principiorum proportionem. Horum igitur mutatio subiecta quoque afficiet mutatione. Respondent inter se profectò qualitates vtrinque tam actiuæ quàm passiuæ. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Si contingit id in animalibus: minus mirum sit in naturę classibus inferioribus. Καὶ τοῦτο. Tanto magis: Si, vt aiunt, quotannis mutentur. Χρώμασι. parum erat. Translatitium penè in vniuersa natura est: vt aliis alio tempore coloribus res immutentur. Quippe etiam in Lunæ videtur hoc, tum ordinario lumine, tum in defectibus. quanquam id à medio, non in corpore. Addit ergo σχήμασιν. Hoc sanè maius est: si figura mutetur, quemadmodũ in Chrysalide & Eruca, & Vermiculis, ex quibus concreantur animalia. Cæterùm ne ibi quidẽ sistit, sed adiungit δυνάμεσι: vt tũ verè mutata species esse videatur. Nam animalia quędã simillima: concretio verò ac mores adeò dissimiles: vt similitudo illa falsi redarguat. hoc in piscib⁹ videmus. Nihil similius Capitoni, quàm Mugil, si faciẽ spe-

A ctes: nihil dissimilius, si cætera. Cuculus & Accipiter dempto rostro vna modò videntur auis esse. Eorum naturæ tam cohærent, quàm Placentini & Genuensis. Ἐπὶ τῶν ὀρνίθων. acceptum ex Historiis Præceptoris. Καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Si quod operosius est: animal dico, & paruo temporis spatio: nẽpe annuo: & frequentiùs: nempe quotannis, mutare quit: magis consentaneum multis post annis, idque semel tantùm in natura simpliciore, cuiusmodi planta est, euenire. Multi namque interea fieri possũt apparatus in materia ad formam suscipiendam. Οὐκ ἐν πλήθει. quod est in plantis. κἂν θαυμάσειεν. inuertit orationem. Dixisset alius simpliciter: non est mirãdum. Ipse sic: potiùs mirandum, si in plantis item non acciderer. Ratio. Ἀτακτοτέραν. Quia minus habet
B ordinis, minus operis elaborati natura plãtarum. Vult dicere: non tam in plãtis laborare naturam, quin ordo nequeat aliquando obturbari. Itaque confusam quoque ait: συγκεχυμένην. Nihil ordini magis aduersariũ quàm confusio. huic tamẽ haud assentior. Naturæ namque prouidentiam constare æquè sibi in minimæ cuiúsque rei momentis atque in cælo ipso. Ac difficiliùs mutari plantam posse: quo est materia cõtumacior. Nam simplicitas etiam potiùs aduersus hanc sententiã est, quàm pro ea faciat. Quippe quæ sunt compositiora: ea plura habẽt contraria: pluráque recipere ac pati possunt momenta suæ peruersionis. Τάχα δ' ἰσχυροτέραν. Rapitur in sententiam nostræ obiectionis in contrariã partem. Validiorem esse plan-
C tarum concretionẽ, quàm auium, argumento esse colorũ retentionẽ. semper enim viret, aues in alias colorũ species semper mutantur. Plantę non in alias sed in alios tantùm gradus eiusdẽ speciei. Cęterùm quod addit: ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις: & falsum est, & superioribus contradicit. mutãt enim figuram & odores. Præterea florũ colores omninò mutãtur: vt Os leonis, Martia, Cẽtauriũ minus: euadunt enĩ candidi, idẽ contingit etiã Violę matronali. Καὶ τοῦτο ἐν ὀλίγοις. vt ostẽdat esse ἰσχυροτέραν. Pauca mutari, nempe colorem: & in paucis. Εἰς ἄλλο μεταλλάττεσθαι. Negat omninò hîc speciem mutari: sed mutationes fieri solis in accidentibus, χυλοῖς, ὀσμαῖς, μεγέθεσιν. Hæc est conclusio post eam confusam iactationem. Autor enim is, meritus est de nobis, vt speremus ab eo doceri posse. Cæterùm
D nobis plus esse laborandum ad sententiarum perceptionem, quam ipse scribẽdo sumpserit operæ. Omninò verò indignus, quem in scripturis nostris vllo modo imitemur. Ergo quod hîc pro supremo statuit iudicio, debuit per initia disputationis declarare. argumẽta adiungere ad explicationem. quæ contrà essent, ex opinione vulgi, nouis delere rationibus. Ἀλλ' ἁπλῆ τις ἡ φύσις. sanè optimum axioma. Simplex omnium entium natura. formam intelligit indiuisibilem. Quare non posse alterari, vt paulatim degeneret, quoad mutetur in aliam. Τῶν καρπῶν, καὶ τῶν φύλλων. Sanè rem attenuat plus, quàm leuiter consideranti videatur. Quippe neutiquam veras par-

tes mutari

partes mutari: sed eas quæ aut non sint partes: non enim fructus, plantæ partes sunt: nihilo sanè magis quàm fœtus matris. Folia verò fortasse non sunt item partes, sed quasi fœtus. Quòd si sunt partes, at non magni momenti: quandoquidem in maxima parte etiam abiiciuntur. In quibusdam plantis ne sunt quidem. Διὰ τοῦτο. Quia qualitatibus externis interiores parent, tanquam partes toti: sunt autem externæ in aere: vnde causam ducebat ἀπὸ τῆς ἐπομβρίας: item in locis, ad euitandũ quod vitari potest: loca erunt eligenda pro plantarum natura. Nanque communem regionis aerem interpolare nequimus: locorum vitia quædam possumus. Vt ne degeneret Triticum in Lolium propter arui humiditatẽ, elicibus auertemus imbres. Hæc hîc non tractat vt præcepta: sed iis dat præceptionum occasiones, cùm ait, locum sibi quanque velle commodum. Alioqui propter vdum solum τὰ λεπτόφυλλα fient πλατύφυλλα. Prunum amicus noster habet prope puteum: cuius fructus tam grandis missus est ab eo mihi, vt cuiusuis æquaret oui magnitudinem. Οἰκεῖον, ἐν ᾧ τὸ εὐθενεῖ. Ab indiciis intelligi locorum conuenientiã. Inde repetit quæ suprà de locis dicebat. Διττὸν δέ. Duplex vtilitas à loco. Obscurè tamen admodum declarat. Prima vtilitas τὸ τῆς φύσεως οἰκεῖον, quòd naturæ legibus cuique competit. Altera, τὸ πρὸς ἰσχὺν καὶ δύναμιν ἁρμόττον. Quid? Nonne est & hîc φύσις? Vult dicere, duplex commodum: aut ἁπλῶς: veluti cùm dicimus terram bonã. Intelligimus naturæ bonæ, in natura communi, pinguem, profundo sulco, lætam, & eiusmodi: aut πρός τι. Ideo dixit ἁρμόττον. Quia pulicariis, botryi, artemisiæ tenuifoliæ, crethmo, aliis illa bona, non bona est. Sic Hordeum ἐν κόνει. Intelligit ἰσχὺν ad valetudinem, δύναμιν ad generationem. Ἐξυβρίζουσι ἀκαρπίᾳ. Sterilitas Amygdalorum affectus est. Causa, εὐτροφία. Nimius succus. Huius causa, solum βαθὺ καὶ πίειραν. Quia etiam sabulum profundo scinditur sulco, addidit pingue. ἐξυβρίζουσι, nactæ occasionem faciendi iniuriam. Nequam factæ. Is est habitus inter causam, εὐτροφίαν, & affectum, ἀκαρπίαν. Iniuria sanè hæc: dum abiurat fructibus & opem & opes, ἐξυβρίζουσι. Insolentes factas ex opibus aliud agere. Καθόλου δὲ περὶ τῶν δένδρων. Non solùm non Amygdalis conuenire, sed ne arborum quidem ferè vlli.

Lego τάχα δὲ ἰσχυροτέραν.

Theodorus ἀπογωνιοῦνται, in angulum se colligunt. Imò in angulos se diffundunt. Etenim quasi digitantur. Ἀσθενὴς δ' ἡ ἀρχή. Theodorus addidit illa, rem difficilem peragere nequit. Κατὰ φαντασίαν. Mutationem imaginariam. Videri posset vera mutatio in imagine. Melius expressisset, vti dicebamus Sed putari tantúm. Καὶ οἱ τόποι μεταβάλλουσι. Et ipsa loca immutantur. Passiuè accipit falsó. Quippe plantæ mutantur. Ἀτακτοτέραν. Theodorus addidit negationem. Non minus conditam minúsque distinctam. Atqui contrà esset, atque sentit. Si æquè ordinata, quare vel mirabitur vel non mirabitur? Itaque Theodo-

A rus subdit confusam sententiam.

CAPVT XXIII.

XXIII. capitis argumentum. Et viscum & plantas alias aliis in plantis nasci. Quare satis earum seminibus in terra, non prodeat ex illis planta, disceptatur: nec inuenitur causa, nisi quòd ipsarum natura est hæc, in aliis nasci: quemadmodum quibusdam animalibus, quæ nonnisi in aliis nascantur. Ita quædam animalia sine quibusdam viuere non posse.

ΘΑΥΜΑΣΤΟΤΑΤΟΝ δ' ἂν δόξειε. In prima capitis parte mouet quæstionem, quam multis exagitat argumentis. Si quædã plantæ in aliis oriuntur plantis: quare
B non & ex terra? Nanque arbor ex qua Viscum oritur, terræ vicem gerit. Tanto magis ferre debuit vera mater, ipsa terra scilicet. Est enim analogia, sicuti dicebamus. At in omni proportione generis est quiddam primarium, ad quod referuntur cætera. Quare videtur principalis natura terræ ad hoc, & principalior quàm lignum ad plantarum generationem. Quare non igitur præstabit item terra sicut lignum? Hæc est quæstionis summa, & quærendi ratio. Cui tamen disquisitioni non erat is locus, sed ante hanc tractationem quam instituerat de mutationibus: vbi quæ loca essent commoda cuique statuebat. In sequenti parte respondet à similitudine. Quemadmodum
C animalia quædam, vt pediculi & ricini. Quæ nonnisi in aliis viuere queant animabus: sicut & plantæ hæ. Esse verò & alia quę sine aliis viuere nequeant, vt pinna: de qua Cicero ex Aristotele: quicum vitæ societatem cancellus init. Vt vt se habet de cancellis, qui intra vel pinnæ, vel aliarum concharũ testas domicilia sibi parant: de Melitæis catellis satis patet: absque hominis cura neutiquam eis vitam constare posse. Quo loco illud animaduertendum, *Historiam de pinna ad rem hanc nihil facere, sed ad eas plantas quæ aliis aduoluuntur, vt Anadendras & aliæ, quas ἐπαλλοκαύλους nos appellamus.* Item haud satisfacit illa similitudo τῶν ἐπαλλοκαύλων, si pro causa accipiatur. Quæritur enim porrò etiam huius quoque causa. Nanque pediculi progignuntur ex putrefacto sanguine. At Viscum è semine vult prodire. Itaque illi nonnisi in aliis, quia ex illorum materia:
D at Viscum non ex illorum materia, sed ex propria, & quidem propriam actu secum afferente formam: tale nanque semen est. De Visci generatione satis multa diximus in exotericis: vbi non sentimus è semine deiecto ab auiculis oriri, sed sicuti ex Thymo Epithymum. Extremo autumno comedunt aues acinos. Summis ramis etiam surrectis quibusdam oritur. Quomodo totas hyemes perdurat, neque tantis tempestatibus proluatur? Non enim statim nascitur. Non est verisimile. Sicut nec illud. Hiscere durissimum corticem: qui ægrè id fecerit vel adacto ferreo stilo. Quomodo coit? Vbi sunt radices? Aliæ sunt rationes, quas inde petet qui volet. Ratio verò quare non pro-

ueniat in terra satum, est quia granum in eo est, sicuti papillæ in homine & cane. Sunt enim quædam in quibusdam inchoata modò quæ sub aliis formis perficiuntur. Ita sunt gradus in natura. Quidam fructus sunt & esui & generationi apti, vt fœniculum: neque habent præterea quicquam. Nonnulli habēt quod esui, vt pulpas: quod generationi, vt semina. Exemplum Pyri. Sunt qui edendo tantùm sint, vt Vuæ & Punica ἀπύρηνα. Erunt igitur etiam qui neque in cibum recipientur, neque ad generationem fuerint vtiles, vt Viscū. Ita lusit natura per classes, vt cohærerent, quasi dixerim annellatim. Sic habemus etiam florem sine fructu in Iesemino: fructum absque flore in Ficu: florem seminis explens officium, de quorum genere satis à Theophrasto. Quare qui fines omnes sub omnibus quærit formis in natura, parū naturæ consultus videatur. Non igitur è terra prodit, quia non habet principia genitalia. Galla quoque fructus est: quis amens negauerit? Sere: nihil promouet. Iam ad rem. Videamus quemadmodum attentum ac docilem faciat auditorem. Tria posuit, θαυμασιώτατον. Ratio admirationis, ἄτοπον. Tum παράδοξον, incredibile. Quia multa absurda creduntur: vt quibus nequissimus Mahomet deliriis væcordes Sarracenos infatuauit: addidit hoc, fidem excedere: quod semine proueniat: in terra non item. Nam eæ quoque plantæ quæ nascuntur in muris, terram, terreúmve quid nactæ sunt, quod habeant pro matrice. Ἰξία, στελίς, ὑφέαρ. Viscum ἰξία Græcis nomen est commune: hyphear ab Arcadibus, stelidem ab Euboicis appellari. Vnam esse naturam: diuersas habitudines, quatenus oritur in diuersis. Ideo dixit δοκεῖν videri non esse. Hyphear & stelidem, in Abiete ac Pinu: ixiam etiam in Quercu. Multo igitur plura genera facienda. Nanque & in Castanea nascitur, & in Malo, Pyro, Pruno, Sorbo, aliis. Quôd si distinguitur ex opinione gentium, esse assensione Philosophorum: quis Philosophus paulò acutior atque in natura exercitatior, non videt neutiquam è semine prodire, sed è viuificis illarum arborum vaporibus concreari? Nam semen quodcunque qualicunque terræ datum, si prodit in plantam, seruat speciem. Præterea in insitionibus, arbor subiecta non mutat surculum. Quòd quale indideris, eiusmodi fructum fert. Ἔπειτ' οὐ μόνον τὰς μορφάς. Alia ratio propior, qua diuersæ species esse iudicentur. Nam hoc in vna arboris oriri parte, aliud in altera, non possumus intelligere, nisi formæ sint diuersæ. Πανταχόθεν. Nequis putet à locis eas conflari differentias: ait vbique obseruatum πανταχόθεν, pro πανταχοῦ. Consignificat tamen Populos vnde fiat obseruatio. Neque satis habuit cùm diceret, ἐν τοῖς διαφέρουσι, addidit πλεῖστον. Ἐπεὶ τό γε τὴν μὲν ἀείφυλλον. Quid hîc facit illud ἐπεί? An reddit formarum diuersitatis rationem, ex eo quòd non sit absurdum, cuidam Visco non decidere folium: alii decidere. Sic enim est. Diuersæ Visci species. Quin & aliud argumentum diuersitatis. Quoddam fructum gerit, aliud sterile est. Item apud nos Baccæ virides aut pallidæ: in Syria rubræ: vbi etiam Oleas in quibus nascitur, interficere creditur. Αἰτία δὲ αὕτη. Quibus ab arboribus alimentum perpetuò suppeditetur, perpetuam frondem agere: quæ arbores amittant folia: in iis ipsum quoque sentire dispendium. Nos in nostris Malis hyemis sæuitia spoliatis, videmus ne vnum quidem amittere folium. Ratio est tenacitas ipsius succi, quæ suo lentore sibiipsa sufficit. Quemadmodum animalibus quæ sine cibo latent hyeme. Sic etiam ipsis in arboribus perpetuifoliis intelligendum. Non enim retinet frondes Laurus hyeme, propterea quod tum ad eas attrahat alimentum: sed satis habet suo tum calore, tum lentore seruare succum in pediculis, quominus aboleatur. Sicut ergo Laurus in terra, sic in Malo Viscum. Ἀλλὰ τοῦτο μέν. Siue, inquit, omne Viscum vbicunque, quacunque ex arbore prodeat, vnius sit speciei siue diuersæ: nihil impedit præsentem quæstionem. Nempe omne Viscum in arbore: nullum in terra. χαμαί, quoniam humilis planta est, humilitatis notam posuit in terræ significatione. Ἄλλως τε. Auget causam admirationis, robur. Mirum, eam plātam quæ & rigiditate ligni, & succi vel copia, vel lentitudine & fœcunditate insigni sui roboris dat significationem, non etiam in terra prodire posse. Plinius ait, nonnisi auium ventriculis domitum semen, esse genitale. Atqui ex earum aluo plus in terram deiicitur, quàm in ramos: neque tamen proficit. Εἰ δὲ καὶ σπέρματα. Quod addit, non est ad quæsiti solutionem, sed ad Historiæ crementum, in qua similis Visco natura videtur. Ait ad Babylonem spinam esse. In ea spina seri semen quoddam sub canicula. Ex eo semine protinus eadem die prodire plantam. Breuísque ea capere incrementa, totam vt spinam circumuestiat. Ἔπειτα δὲ τό. Altera Historia de Cadyta, quam appellat herbulam. Si hæc est Cuscuta nostra. (Nam prisci isti nimis væcordes fuere in figurarum silentio). Hoc plus scimus: non solùm aduolui plātis, sed etiam seorsum in pratis macris per se prodire. Neque solùm è radicibus haurire, qui tum alatur, tum viuat: verumetiam exemptam è suis sedibus atque vuis aduolutam, eò vsque excrescere vt equi maximi caudam superet prolixitate. Τῇ μὲν ἐλάττων εἴη. Si verum est de Syrico semine & de Cassyta: minus erit mirandum in Visco, plus in eo semine. Ἀμφότερα γάρ. Horum enim vtrunque tum semen, tum Cadytas, quantum auget numerum talis naturæ, tantum adimit obtrectationis. Quin, inquit, acutissimè in ambiguo fuerit: Minúsne mirandum sit, propterea quòd in pluribus inuenitur: an magis, ob id ipsum, quòd tam extra cæteras plantarum leges natura posita, in pluribus inuenitur. Nam quod est frequens, non est nouum. Ibi non relinquitur admirationi locus. Quod item præter communem rationem est, excitat admirationem, si in pluribus esse quiuerit. Hoc est quod dicebat ὅτε μὲν, ὅτε δέ. Ἐπεὶ τό γε. Conuersa, inquit, natura vulgaris est. Videlicet

quæ

quæ in terra nascuntur, in arboribus quoque nasci, vt Ederam. Hoc negat esse ἄτοπον. Ego verò ἀτοπώτερον. Nam vbi sunt maiores incommoditates, & minores occasiones generationis: ibi maior erit admirabilitas. At in terra germana sunt principia generationis: ipsa humore ac succo plena, solutilis peruia: in arbore nihil horum. Ipsa sibi habent principia sua: sibi sugunt: sibi retinent: corticis contumacia. Atque inde sanè pendebat superioris efficacia argumenti. Quod ex arbore prodit, meliore iure posse ac debere de terra, nempe propter hasce rationes. Edera verò nascitur in arboribus vetustis: quarum cortices ita hiant, vt intus contineant aliquid terreū: vnde & Muscus, & Polypodium, & Lichen oriri quoque consueuerint. At Visco, aut Cuscutæ, aut Epithymo, de quo mirum hîc sileri nihil horum. Ἀλλὰ καὶ γινόμενον. Nulla est aduersatiua in significato, sed in sensu. Vt dicat, non solùm non est ἄτοπον, verumetiam passim inuenitur. Sic etiam excusant peccata Comici: Volgo fit. Fecerunt alii complures.

Ἔτι γὰρ τοῦτο παραδοξότερον. Commouit virum accuratum cerui cornibus hærens Edera. Quod enim eò seminium detulit? Nihil tamen attulit causæ: sed clapsus nos sub cultro reliquit. Sanè videtur in eruptione cornuum affricatum Ederæ ceruum abrupisse nonnihil cum radicula, quæ aliquā in partem molliorem sese induerit. Ita habes verè τὸ πλῆθος amplificatum multis exemplis: quibus addit ea quoque quę pro ostentis accepta fuerint: veluti Laurus, in Platano, & in Quercu. Sic visa est in salice Iuglans, in quam putridam intulisset pica Nucem. Itaque dixit duo, σῆψιν & γεῶδες. Nihil enim refert vbi terra sit terreúmve quiddam, quemadmodum in cerui cornibus. De quo tamē more suo modestè & cautè, εἴπερ ἦν. Ἀλλὰ τὰ ἐν ἑτέρῳ. Nunc iam tertiùm inculcat: præter rationem videri: quod à plantis præstatur, à terra non præstari. Περσοφιλῆ γάρ. Hæc est summa iudicii, in quod resoluit causæ dictionem. Conuenire inter ea ab ipsis vsque vitæ primordiis. Hoc est quod ait, σύμβια: sicut & animalia, de quibus iā dixit. Sed & rursus repetit vsque ad fastidium: mirandum esse quòd è terra itē non proueniat, præsertim cùm & semen gerat, & ex eo semine oriatur. Hoc accipit per hypothesim: quod à nobis supra negabatur. Itaq; hîc etiam repræsentat quod erat per initia disceptationis θαυμασιώτατον. Εἰ γὰρ ἦν ἐκ διαφορᾶς τινος. Tollit sententiam nostram. Ex arborum vitali excremento, quasi è seminis proportionis oriri Viscum, sicut & Gallam. Hoc dicimus nos. Ille negat: & accipit pro probatione quod ipsum eget probatione. Ait enim è semine nasci. At negamus nos. Si enim è semine nasci posset, è terra quoque de semine nasceretur. Ἐκ διαφορᾶς, è differentia, id est ex arboris substantia, qua differt ab aliis arboribus quæ non ferunt. Ἐσθίοντες τὸν καρπόν. Quasi verò in palumbis & turdi ventriculo nequeat granum concoqui: cùm tamen Labruscarum Gigarta longè duriora & grandiora conficiantur. Hoc experti sumus nos. Primùm Labruscæ vuam dedimus turdo: in deiectionibus nihil præter [illegible] excrementa. Deinde etiam Visci baccas dedimus: idem. Σωζόμενος καὶ ἐπιμείνας. Non faciat Æolus edictis suis, vt hyemales tempestates abstineant à iure suo deiiciendi ex ramis, complutis, agitatis, semen illud, quod necesse habet seruari sub ipsum vsque ver, vt conformetur. Nam per hyemem qui possit? Interea sedeat in ramo, summo, læui, tereti. Securus dilapsione, déque gelu: tum sibi findat corticem valentissimum, quod vix acutissima subula facere queat. Τὸ μὲν οὖν θαυμαστὸν πολύ. Græcis penè omnibus allusio in sono vocum istarum placuit & arrisit, πολλοὶ πολλῶν. Multum esse admirabile & in multis. Cæterùm de Visco tam paruam apud me ciet admirationem, quàm cornua capreolo vel camelopardali. Est enim verissima cornuum imago ac proportio. Allusionem autem illam etiam affectauerunt in aliis περὶ τὸν περὶ τρόπον. ὑμεῖς ἡμῶν. αὐτὸ αὑτῷ. ἐν αὑτῷ περὶ αὐτό, apud Platonem, Hippocratem, Aristotelem, Aristidem. Ἔοικεν οὖν. Ex methodi legibus reducit ad certam cognitionem rem incertam per exempla certa. Nam de insitione nemo vel dubitat vel admiratur. Huius esse ait hanc similem generationem. Quare verò non admiramur, grandem arborem magnis radicibus non posse dodrantalis insiti surculi mutare naturam: sed ab ea vinci atque cohiberi ad aliud non suum generandum. Vt & hinc intelligat, non esse radicem principium, nisi ministrationis. Ἐπιμικτότερον γάρ. Ostendit commoditatem generationis Visci. Quia iam elaboratū in arbore alimentum sibi trahat. Sed dixit σχεδὸν, propterea quòd necesse est porrò interpolari ad Visci nutricationem. Non enim eadem concretio. Ὃ καὶ ἡ ἰξία ζητεῖν. Vorax, inquit, planta Viscum est & valida: idcirco multum sibi deposcit cibi. Quamobrem siqua in arbore oriatur, quæ minus commeatus habeat suppeditare: debile sanè est. Hoc est quod dicebat, τοιαύτης δεόμενον, scilicet τροφῆς. Τούτοις γὰρ δή. Ostendit esse plantam validam per naturæ reciprocationem. Vt quod multi egeat alimenti: ipsum quoque sit aliis multum alimentum. Quamobrem post messem, inquit, agricolæ boues Visci frondibus sustentant. Nota verbum χιλόουσι, cibant. Ἔτι δὲ καὶ αὐτός. Etiam à fructus habitudine: quam tamen non explicat: sed μηνύει, quasi rem apertam: propterea quòd solidus est & tenaci succo. Ἀλλὰ μήν. Tollit obiectionem. Quid ergo non è terra oritur? Quid igitur non à seipso? ἰσχυρὸν καὶ μὴ ἀσθενῆ. Toties huius monuimus figuræ. Est enim elegans palilogia per contrarii negationem. Καθ' αὑτό. Non hîc vult spontè, sed non in alio. Διαβιάζεσθαι γάρ. Maior propositio syllogismi. Valida queunt cogere terram in suas leges. Cogere debuit Viscum terram, vt pareret sibi. Videtur tamen contrà, semina à terra pati atque immutari. Itaque alia tosta, alia macerata citiùs proueniūt. Alioquin illa humore nimio, hæc nimia siccitate facultatibus resistunt terræ. Ὅπερ ποιεῖ καὶ

ὁ θερμός. Adducit exemplum Lupini, quia sit validus. Quare non adduxit milium solis, aut lachrymam Iob, quorum vtrunque saxeum est? Ibi suam inuenisset sententiam sibiipsi aduersantem. Quæ nanque valida sunt, resistunt. Εἰ δ' αὖ ψυχρόν. Alia obiectio. Frigidum dicet aliquis semen. Nō tollet, inquit, id generationem, sed differet. Ἐπεὶ καὶ τελτλίων. Id adeò fieri posse, vt quædam etiā anno sequenti demum enascantur: sicut Beta. De iis in sequentibus. Οὐδὲ γάρ. Remotio subeuntis obiectionis. At putrefieret. Æquè longè, inquit, est ab eo periculo atque ipsa Beta. Ταῦτα μὲν οὖν οὐ λύει. Postquam vltrò citróque multa iactauit argumenta, ostendit iis non esse acquiescēdum. Tantum enim abesse, vt soluant quęstionem: vt etiamnum magis implicent. Ἐπιζωδεῖ. Contrarium τοῦ λύειν. Quasi quæstio sit nodus quidam. Τὸ ἐπὶ, significat porrò ac magis. Ἡ δ' ἀρχὴ λοιπή. Hæc est altera capitis pars, in qua soluere conatur quæstionem, quam magis implicatam dicebat. Φυσικῶς ἀκολουθοῦσι. Hinc initium capiendum est vnde nos ducit natura, id est ex rei ipsius conditione. Has plantas esse eiusmodi, vt in aliis tantū sint è quibus & solis & solæ enascantur. Quod & animalibus euenit quibusdam: hîc nihil noui. Iam omnia dicta sunt. Neque vlla est ἀρχὴ præter eam quam iam suprà posuit.

Πλὴν τῶν μὲν. Quia Pinnarum adduxit exemplum, in quibus connati degunt cancelli: dat differentiam, Visci notum esse nobis modum generationis: cancellorum non esse. Εἰ καὶ τὰ ἄλλα. Nam in Mytulis & Chamis etiam inuenimus.

Τὸ δ' ἀπὸ τῶν ὀρνίθων. Reiicit principium per accidens. Quòd autem, inquit, id auium fiat opera: contingit. Non enim esse necessarium. Ergo si semen ipsum è Baccis extractum super arboribus seratur, nasciturum Viscum fateri cogetur. Plinius tamen (vti dicebamus) in ventriculis auium nancisci facilitatem saltem ad generationem. Neque sanè procul abest ab eo quod ipse Theophrastus de illis prodit seminibus, quæ annum integrū sub terra manent incorrupta, quoad prodeant in sequenti. Hoc si dicemus si ad Viscum referamus. Cæterùm aliter sentit ipse. Non enim de Visco intelligit, sed de iis quæ in aliis oriuntur è seminibus auium opera importatis. Sanè verò est per accidens, neque digna generatio quæ cum illa cōparetur. Περιαιρεθέντος γάρ. Omnino quid hîc agat τὸ γὰρ, nescio. Nudatum granum quod in medio succi est ἰξὸν vocat, quod propter suam frigiditatem concoqui nequiuerit, cum excrementis exit, atque ab ipso stercore nonnihil immutatur, simul cum ipsa arbore. Vult ostendere quod quærebamus, quemadmodum queat cortex findi, granúmque recipere. Id fieri stercoris vi. Hoc est quod aiebat, τοῦ δένδρου λαμβάνοντός τινα μεταβολὴν ὑπὸ τοῦ κόπρου. Διαβλαστάνει καὶ φύεται. Inuertit, vt sæpe monuimus. Prius enim nascitur quàm germinet. Τὴν δ' ἰσχύν. Repetit indicia roboris, non suo loco. Non enim hîc. Quia multū trahat alimenti: & sua non minus natura. Sanè an-

A tequam trahat, tale est vt queat trahere: ergo validum: item vt appetat tanquam sibi necessarium: ergo principia valida. Καθαρόν. Scilicet à succo. Nam cum stercore quæ puritas? Sicut augures locum purum ab arboribus: tametsi ab aliis rebus non erat purus. Ἰσχυρότερον δ' εἰκός. In Abiete & Pinu validissimum. At Quercus longè validior & Sorbus. E Quercu suum Druidæ petebant ad populi stoliditatem. Nos item ad Comitiales. Πολλὰ δ' ἡ φύσις. Hactenus περὶ τῆς ἀρχῆς. nunc iam soluere incipiet. Naturam comparasse multarum rerum societatem, ad mutua beneficia tum generationis tum conseruationis. Etiam hîc peruertit, πρὸς σωτηρίαν καὶ γένεσιν. Prior enim est generatio. Tamen ita resoluere videtur B orationem. Non solùm ad conseruationem, sed etiam, quod plus est, ad generationem. Εἴτε ἐπίτηδες. Mira disiunctio: vt dedita opera natura fecerit illam Turdi & Abietis coniunctionem, quo Abies ex Turdi excrementis acciperet semen, vnde Visci ferret plantam. Ne referamus τὸ ἐπίτηδες ad Turdum, sed ad naturam. Esset enim ridicula sententia. Οὐδὲ λεκτέον. Hîc sibi contradicere videtur. Ait enim non esse dicendum, non generatum iri Viscum, εἰ μὴ διὰ τούτους, scilicet ὄρνιθας: harum auium opera. At quomodo semen ab arbore suscipiatur, quod non suscipiebat nisi vi stercoris alterata? Quis ergo illuc stercus illud transferat calidum, nisi auis? Imò videntur eæ ne- C cessariæ cōcausæ, auis deuorans, concoquens succum, emittens semen cum stercore. Οὔτε γὰρ ἴσως. Exempla ducit è natura tria, & huic Historię & inter se dissimilia. Neque dicendum, inquit, Pinas interituras fame, si absit cancellus. Fortasse non est verum quod Pina piscibus vescatur. Nō ergo necessarius cancellus. At si vescitur, necessarius vtique. Quis enim monebit ipsam præsentis atque paratæ prædæ? Οὔτε μελιττῶν φύσις. Hoc iam discordat. Nanque Apes tum è parentibus oriuntur (detur hoc aut alius modus è melle) tum è vitulo putrefacto. Non igitur vnus modus. At vnicus in Visci generatione. Οὐδ' ἡ τοῦ κόκκυγος. Sanè hæc accedit ad Visci generationem propter ouorum depositionem in nido alieno: in cæ- D teris nihil respondet. Quia omnia oua in aliquo nido reponuntur: at non omnia semina in vlla arbore, sed solum Visci semen. Ἀλλ' ὥσπερ αἱ φθοραί. Repetit. Sed aduersatiua hîc vacat. Aiebat enim, οὐ λεκτέον, εἰ μὴ διὰ τούτους. Ergo dici potest etiam sine his. Hîc autem dicit. Etiam ad generationes excogitata mutua tum inter plantas, tum inter animalia præsidia. Sunt ergo necessaria, si faciunt ad generationem. Οὕτω καὶ πρὸς τὰ φυτά. Vt à plantis ad plantas, ab animalibus ad animalia perueniunt beneficia: sic etiam ab animalibus ad plantas. Sanè rectè. Sic etiam à plantis, Aranei, Limaces, Erucæ, Culices, Cossi, alia. Διήκειν, ad vitæ commoda peruenire. τὸ διὰ, significat transmutationis tractum ad vltimum vsque momentum formæ suscipiendæ in generatione. Παρὰ τῶν ζώων. Non tanquam materia, neque tanquā

forma

forma, neque tanquam agentibus aut datibus for A mam, sed tanquam mouentibus principia & coniungentibus. Denique Viscum serit Turdus, sicut homo Triticum. Ὥσπερ ταύτην, addit modestè ἢ τοιαύτην. Aut hanc aut talem. Ἐν δὲ τοῖς ἐμπαρισχομένοις. Nunc perpendit illam partem de semine ac spina Babylonica. Ibi, inquit, non est συμβεβηκὸς, sicut à Turdo. Ratio. περιαιρέσει γὰρ δρῶσι. Vbi maiorem in modum aduertendum est. De quo sermo est hîc? De Visci generatione. Estne per se, an per accidens? Per se. Nam tametsi Turdus per accidens eò fert semen: tamen è semine in arbore fit per se generatio. Quin è semine in ventriculo nudato, ac fortasse alterato: nec sine ster- B core. Hoc est per accidens à Turdo, sed non per accidens à natura. Natura nanque consultò coniungit hæc. Ita in Babylonica spina. Accidit spinæ atque etiam semini, vt hominis opera tractetur. At nō accidit seminis generationi, vt in spina proficiat. Neque mutat generationis modum homo, siue consultò serat, siue temere. Nam quod ait, satores illos eligere sationis tempus: quid tum postea? Quod ii arte faciunt, Turdus natura facit. Ὅταν ὀργᾷ. Sub Canicula turget illa spina. Itaque est quasi fœmina: semen quasi mas: aut agricola semen dans. Ideo dixit τὸ ὑποκείμενον: quia recipit. Ἔνικμον γὰρ δεῖ καὶ εὐαφὲς εἶναι. Turgendi ratio: cùm succus genitalis deposcit sibi suum compar. Itaque duo dixit: ἔνικμον, quod seminis genitalis motum notet: εὐαφὲς, aptabile. Affectus humi- C ditatis. Etenim sicca non aptantur. Sub Canicula verò calidis locis, quales sunt campi Babylonici, esse plantam quampiam apparatam ad cōceptionem propter humiditatem, magis mirum erit Philosopho, quàm plantam in planta nasci. Itaque coactus addit, ἰδίαν φύσιν. Et respondet verbis superioribus. Hîc ταχὺ. suprà αὐθημερόν. Accuratus autor sic instituisset. Plantæ quatuor modis in aliis nascuntur plantis, duabus rationibus: natura aut arte. Arte fiunt insitiones multis modis, vt postea videbimus. Natura, vt Viscum, semen è spina Babylonica, iuglans in salice. Deinde post horum explicationem, adiungeret accidentia, tum causas exquireret.

Lego ἀλλ' οὐδὲ καρπούς. Et ἀείφυλλον εἶναι τῶν D ἰξίων, τῶν δ' οὔ. Et ὅτι καὶ ἐλάφου, non ὅτι. Et καὶ συμβαίνει τὰ φυτὰ, ὥσπερ καὶ τὰ ζῶα τάχ' ἂν εἴη: vt emendarunt viri docti. Et περιίωνται τὴν περίπτωσιν, non περιαιρῶνται. Et ὁ θέρμος, non θερισμός. Et διὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, non αὐτοῦ. Et κόκκυγος, non κόκκυγος. In codicibus Historiarum scriptum est, ὑπολαῖς: hîc ὑπολωΐς.

Theodorus θαυμασιώτατον ἂν δόξειε, καὶ ὅλως ἄτοπόν τι, καὶ παράδοξον. Mirandum autem, atque absurdum omnium appareat. Omisit παράδοξον: & tamen infrà item est παραδοξότερον. Et ὅλως dixit omnium: non benè: sed omni ex parte. Vt nihil sit quod eximi queat à miraculo. Ἐμβαίνῃ, insidet: pessimé. Insidet quod non est vnum cum sede: vt semen, antequam germinet immutatum atque impactum. Etiam aues insident arboribus. In ar-

A boribus situm viuat. Hoc verbo etiam alibi vtitur. Διαρκῆ, abundé. non, sed satis. Abunde est, quod plus satis. Itaque vulgò dicitur, satis abundéque. Ἐμπαριερμένον, iniectum. Satum super spina. Τῇ μὲν ἐλάττων εἶναι, τῇ δὲ πλείων θαυμαστόν. Alias enim minus miramur. Addidit, vt de re fieri solita. Deinde confudit cola. Alias vehementer miramur multitudinis causa. Nam Theophrastus sic, ἀμφότερα γὰρ ποιεῖ τὸ πλῆθος ἐν τοῖς παραδόξοις. Subterfugit τὰ ἀμφότερα: quæ nos satis explicauimus. Σωζόμενος, καὶ ἐπιμείνας, tutè in arbore situm. non rectè, situm. Aliud est. Significat enim partium dispositionem. Seruatum & amotum. ἐπιμονὴ, frequens vox de fructu qui non delabitur. B Et τὸ ἐπὶ, nota est loci vbi manent. Immanens. Ὅμοιόν τι, proximum quoddam. Dicere voluit quiddam. Hoc enim ποῖον significat. Quoddam, relatiuum semper est, aut distributiuum particulare. Κατειργασμένον, paratius. Quasi confectum. Τὸ δὲ τοιαύτης δεόμενον, ἀσθενές. At quod eiusmodi alimentum desideret, imbecille. Toties monuimus, orationis flosculos sæpenumero ineptos esse ad corollas Philosophiæ. Omne Viscum semper & vbique multum desiderat alimenti. Est enim semper validum: at non semper eget: non enim in arboribus benehabitis: explet enim desiderium. In aliis non explet, vbi δεῖται. Itaque Cato senex apud Ciceronem, non desiderat vires adolescentis: quibus tamen carebat. Δεόμενον, indigum, defectum. Quod eo caret. Ego sum δεόμενος C roboris tauri: non tamen desidero. Διαβιβάζεσθαι τὴν γῆν τῶν ἰσχυόντων ἐστὶ, quæ valent terram disiungere, séque abscondere. Legit ergo διαβιβάζεσθαι. Sanè minus operosa interpretatio, quàm nostra. Notabis ergo βιβάζομαι actiué. Φυσικῶς ἀκολουθεῖν, normam naturalem sectantes. Nemo normam sequitur, sed dirigit, aut alia ad eam dirigit. Πίναις, conchis. malé. Speciem positam oportuit. Dele negatiuam (neque in cæteris), & pone atque. Ἀπὸ τῶν ὀρνίθων προσφορᾶς. A pastu. Sanè id quoque significat προσφορά: sed non hîc. Allationem potiùs dixerim. Non enim Laurus in Platano exiit à semine, quo pasta fuerat Pica: sed ex eo quod attulerat: cuius hîc e- D xemplum ponit. Θησαυριζομένη, obruit terra. Imò reponit in cauis arborum. Περιαιρεθέντος, detracto, ablato. Οὔτε γὰρ ἴσως ταῖς πίναις βίος. Theodorus non repetit ad hanc partem illa, οὐδὲ λεκτέον. Sed propria vtitur negatione. Non tamen cohæreret sententia. Εἰ μὴ ἦν ὑπολαΐς. Hęc omisit Theodorus. Ἀλλ' ὥσπερ αἱ φθοραὶ, καὶ σωτηρίαι τινὲς γίνονται ἀλλήλων καὶ εἰς τοὺς βίους, καὶ εἰς τὰς γενέσεις. Sed quemadmodum perire aut seruari mutua opera euenit tam in generando, quàm in viuendo. At quomodo perit animal vel in generando vel in viuendo. Sic dixerim, quemadmodum mutua opera vel corrumpuntur vel conseruantur, tum ob generationem, tum vitę causa. Τὸ συμβεβηκός. Fortuita illa & euentitia ratio. Sic legendum, non autem fori vita. Ὅταν ὀργᾷ, intumescere. Aliud est turgere Medicis & Philoso-

phis, aliud tumere. Turget quod vrgetur ad motum: vt materia furens in morbis atque efferuescens. Tumet abscessus sæpe; neque turget cùm materia percocta est: aut cùm factus est tofus. Turget in sene semen post allii & piperis vsum: at nihil tumet. Arbor quæ fœtum meditatur non vbique, non semper tumet. Tumor est ὄγκος, Græca origine τύμβος. Εὐαφές. Theodorus videtur emendasse εὐφυές. Agilem, inquit, ad generandum. Malim, idonea ad suscipiendum & coalescendum. Hoc enim præstat humiditas, vt fiat cohæsio. ἀπλεῖσθαι.

CAPVT XXIIII.

XXIIII. capitis argumentum. In plantis esse officia mutua naturalia, & quædam adiumenta. Item quædam incommoda. Multo plures esse noxas, quàm iuuamenta.

ὍΤΙ δὲ ἐν τοῖς φυτοῖς. Hæc tractatio pendet à superiore. Ex iis quæ dixit, vniuersalem deducit propositionem. Amicitias inter plantas esse, sicut & inter animalia: vnde commoda consequuntur. ac vicissim inimicitias. Itaque in duo scindit caput hoc. In prima parte mutua ponit beneficia: in secunda offensas: & innuit exemplis. Συνεργεῖ. Vltrò citróque præstatur officium, ad salutem & ad generationem.

Καὶ ἐν τοῖς δέ. Quæ sequuntur, sicut & ex superioribus. Ponit autem modos tres vtilitatum. Vnus est, à materia nutrimenti. Quippe arbores C quæ frondes non amittunt, earum iuuantur vicinia quibus folia cadunt. Etenim illæ ἀείφυλλα, sunt auidæ cibi, ob perpetuam foliorum retétionem: & harum frondes humi stratæ putrescunt, ac fimi vicem præstant. Sic & Iridem videmus ex foliorum vetustorum putrefactione sibi nouum parare solum. Πρὸς εὐτροφίαν. Et ad earum priuatam constitutionem, & ad communem cum sobole vtilitatem. Is modus est in agrestibus. Nam quæ hîc sunt ἀείφυλλα, non comparantur arte & cultu nostratibus in viridariis ob fructus. Edendo enim non sunt, Ilex, Laurus, Myrtus. Arancia & Citros in capsis sita, nequeunt illis frui commoditatibus. Alter modus est inter mites arbores, & huic longè aduersus. Seri arbores in vinetis, vt vitibus subtrahatur succus: ne luxurient D in frondes & pampinos. Quæ ratio subtrahendi quod exuberat, iam toties decantata est. Ἐπισπείρουσι. Serunt vel semine, vel talea, vel viuiradice. Idem opus ad olera, vel hanc eandem ob causam, vel ad fugandas pestes animalium quorundam. Serunt enim Eruum aduersus papiliones, quos ψυχὰς vocat. Οἴονται γὰρ χρῆ. Neque id temerè factitari: sed quia fuerit obseruatum inter agrestia sequi hoc præsidium: ars naturam imitata est. Tertius modus earum est quæ adminiculis egent, vt vitis & legumina quædam. Περὶ ἄλλην καυλόν. Vnde in Historiis ἀλλόκαυλα.

Πρὸς ἑτέρῳ. Persequitur scilicet adhæsionem: adminicula, tam maiora vt Edera, Vitis: quàm mi- A nora vt Serpyllum & Conuoluolus. Sic enim appello Iasionem, ex Plinii libro vigesimoprimo. Alio flexu verba eadem ζῇ πρὸς ἑτέρῳ, scilicet ἐρείδεσθαι. Μὴ ἔχοντα δέ. Si desint pedamenta citra illam magnitudinem quam acquisissent, consistunt, atque humi repunt. Talis omnino Smilax topiarius. Si addantur cancelli, fornicata tentoriola penitus obumbrat. Si non habet cui adnitatur, pusillus quasi senescit. Πλὴν ὅσα. Quibusdã speciebus respexit natura: quibus si careat, cui sese queant applicare dedit, vt iustam crassitiẽ, atque per eam ad consistendum facultatem nanciscerentur. Arborescunt igitur, vt alicubi Edera & Vitis species quædam. Οὐ γὰρ ἂν δύναιντο. Causa finalis, cur quærant ridicas: quia non essent B satis vel pampinis vel fructui ferendo. Et dixit τὰ κλήματα, καὶ τὴν βλάστησιν. Magna sarcina raro corpori, ac minimè sibi constanti, sed inæqualis directionis. Ἢ οὐχ ὁμοίως. Aut prorsus ferre non possent, aut non commodé. At natura semper quod optimum est. Τὸ ὑπερεῖσον. Participium futurum τοῦ ὑπερείδω. Cui adnitatur. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἕλικας. Formalis causa in materia apta ad finem: quibus enim apprehenderent præsidia sua, quasi manusculas dedit ἕλικας. Ita dicta capillamenta quæ se aduoluunt palis, vnde & nomen. Cicero clauiculas vocat. Ἀντίληψις. Vt fiat apprehensio & vindicatio: sed εὐθύς: statim enim opus habet. Ὥσπερ ὁ κιττὸς τὰ ῥιζεῖα. Quemadmodum radiculas Edera. Notabis vocem. Ὅσα C δὲ κοῦφα. Hinc incipit secunda pars declarans nocumenta: non quidem separata pars, sed à priore deducta & confusa. Quædam quæ applicantur obsunt: & pro bona malam gratiam reponunt: strangulant enim, vt Orobanche: aut exuggunt, vt Edera: aut opacant, vt Smilax & Cucurbita. Vitis etiam clauiculis adeò ramos quos capit, stringit: vt quantum capit, crassescere prohibeat.

Ῥᾳδίως ἀναβαίνει. Quia leuia & gracilia. Καὶ πημαίνει, ledunt. Lesiones explicat, καταπνίγοντα, ἐπισκιάζοντα, τροφὴν ἀφαιροῦντα. Τὰ μὲν γὰρ κωλύει. Mutila oratio. Prohibent quid? Frui natura sua. Sole nanque fraudatæ, fraudantur etiam crescendi facultate. Hoc erat opacatio. Alterum κωλύειν Quia si strangulant: item prohibent crementum. Tertium incommodum est in exemplo Ederæ, D quæ sibi haurit illarum quibus hæret succum. Hoc erat τὸ ἐμφυόμενον. Quin tribus hisce modis omnibus nocet. Nam & complexu strangulat, & occupando inumbrat, & suggendo siccat. Suggit autem multum à forma, quia plurimas habet radices: à fine, quia multo eget alimento: eget autem, quia folio perpetuo. Denique tota concretione valida est: multum igitur sibi deposcit, vt Athletæ.

Ἀφαυαίνεται. Tum verò maximè desiccat ac necat, cùm ad summam euaserit arborem: ξυναυξηθῇ. Cùm autem toto huius orationis tractu de Edera loquatur sola, ad quam omnia verba dirigantur. Verbum illud ἀφαυαίνεται vtro referatur? Ad Ederam ne, an ad arborem? Nam sanè sententia ducit ipsum ad arborem. Hæc prima negligentia animad-

animaduertẽda est. Sed maior culpa, cùm assignat causam nullam. Nam valda dubitandum est, an debuerit exiccari prius. nempe ab imis partibus interceptus succus videbatur non posse ad superiora subire. Dicamus, non totum succum exhauriri: sed partem attrahi à partibus sanis ac liberis, quæ eiusmodi peste non infestentur. Eas postea cùm occuparit, totum esse in illius potestate. συναυξηθῇ. suum crementum æquari cum arboris altitudine. Ἐξαιρεῖται πανταχόθεν. Est ratio perfectæ perniciei. quia trahit omnibus ex partibus. Quare? Propterea quòd conuertitur ad opus fructificandi, πέττει. Cur non antè? Hoc quoq; dicendum erat. Quoniam intendebat in crementum. Vbi non amplius est crescendi locus: æquauit enim arborem: consulit fœturæ. Qui succus abibat in corpus, reuocatur ad sobolem. Οὐ χαλεπόν. Similem naturæ noxam in aliis quoque væstigari posse. Πολλῷ γὰρ πλείους, inuestigationis facilitatem. Multò enim plures esse, quàm vtilitates. Sic suprà ἐμφανεστάτη, quia κοινοτάτη. Sic & hîc. Multitudo enim communitas quædam est. Et incommoda citius atque apertius quã commoda sentiuntur. Ἐπὶ καὶ ταῖς ὀσμαῖς. Adeò multæ sunt iniuriæ: vt etiam odores officiant. Res sanè mirabilis, & fascino propior: tam leues vapores qui odoris fundamenta sunt, tantùm valere. Deinde ponit exempla multa, quæ sunt in problematis, & in sympathiarum tractationibus ventilata potius quàm excussa. Plantarum verò alia inter se odia etiam libro tertio, capite quintodecimo. Ἀποστρέφεται γάρ. Ita summum eius auertitur flagellum, vt penè retrò flectatur. Haud tamen veram affert causam, διὰ δριμύτητα τῆς ὀσμῆς. propter odoris acrimoniam. Quippe si cepe aut allium iuxtà adseras: non abhorret. Est ergo διὰ ταύτην τὴν δριμύτητα, non autem τὴν δριμύτητα ἁπλῶς. Esset enim διὰ πᾶσαν τὴν δριμύτητα: at non est. Ὀσφραντικὸν γὰρ ἡ ἄμπελος. Festiué. non quòd attribuat odoratum: quia daret etiam ἐπιθυμίαν simul cum Anaxagora, Empedocle, Pythagora: sed dixit odoris δεκτικήν.

Ὥσπερ καὶ ὁ οἶνος δεινὸς ἑλκύσαι. Argumentum à coniunctis. Vt si Vitis succus facilè suscipiat odores: etiam ipsa Vitis. potens est trahere vinum.

Κατεσταμνισμένος. Addit conditiones ad facilitatem. nam cùm suapte natura tale sit, si in vase paruo ac tenui situm fuerit: tanto facilius inficitur odore alieno. Causam dat duplicem. διὰ τὴν ὀλιγότητα, καὶ τὸ γυμνόν. Paucitas omnis imbecilla est. Item nuditas. Nam paruitas habet interna principia pauca. Nuditas exposita est: non habet περιβολήν. Σταμνεῖον est cadus fictilis, paruus, tenuis. Fictilia rara sunt omnia, nisi plumbo, aut martia cocta incrustentur. Itaque liquores combibunt: non mirum si aerem admittunt. At quare vinum tam facilè odoribus afficitur? quia valde vaporosum est. Itaque in vascula positum, nisi obturentur ea, statim vapa fit. Idcirco multæ eius cùm abeunt partes: subeunt in illarum loca multæ aeris: qui qualibus oneratus fuerit o- A doribus, tales inuehet. Hanc aut veriorem, ab optimo viro hoc adductã causam oportuit. Quid de Vite? Quia nulla ipsa cùm sit odore prædita, omnes potest recipere. Hæc est vna causa à priuatione. Alia à concretionis modo. rara enim est. Tertia ab actione. quia multas frondes, multos pampinos, multum fundit fructum: necesse est eam multum quoque trahere. Quamobrem illi idem euenit quod & vino.

Lego ζῇ πρὸς ἑτέρῳ, non autem πρότερον. Et καὶ Ἰασιώνη, non autem ἡ ἀσίνη. Et εἰ μὴ ἔχουσα, non autem καὶ ἀκμήν.

Theodorus πρὸς εὐτροφίαν. ad pastum fœcundum. Mirum si arbores vir moderatus dicat pascere, cùm aluntur. Mirum si fœcunditatem di- B cat copiam alimenti. Κλήματα. Materiam dicere maluit quàm sarmenta, ridiculé. Non enim sunt materia ad ignem, sed postquam parata sunt.

Ἀντίληψις. apprehendere, copularísque. quæ obuia sunt, captare. ἀντί. Καταπνίγοντα, perstringendo. Melius suffocando, ad verbum. Καὶ τὸ ἐμφυόμενον ἐξαιρεῖται. Edera verò infixa etiam rapit. Si succum infixum dixit, malè dixit. Sin legit ἐμφυομένη, aliter procedit. Sicut suprà ἐμβιῶν.

Εὐθὺς ἐκδηλοῖ. Quod protinus in germinatione liquescit. Profectò in primo aditu Latinæ lectionis putaui, quippiam liquidum fieri. Ita mihi distorquent animum ambitiosa hæc. Διὰ τὸ γυμνόν. Neque crassè obiectum sit. Nunquam intellexerim. Et quia ob vasis tenuitatem penè nu- C dum vinum est.

CAPVT XXV.

XXV. capitis argumentum. Cur frondes quibusdam Solstitio inuertuntur. Quare flores quidam hient & constringantur. Quamobrem in Euphrate Lotus exerat se ab aqua, & vicissim subsidat. Quam ob causam maluæ tum flores, tum folia conuertuntur ad solem.

ὍΣΑ δὲ κοινά. Restabant foliorum affectus: qui suprà inter mutationes consultiùs relati essent. Inuertuntur sanè: mutantur ergo in prædicamento Situs: velut illa in aliis prædicamentis. Diuiditur caput hoc in partes duas. In prima continetur historia trium: foliorũ, florum, totius plantæ. In secunda causas reddit. In extremo partis huius appendicem apponit pul- D chram. In fine totius capitis pro totius libri tractatione concludit. Κοινὰ γένους τινός. Quare non dixit γενῶν τινῶν? Et sanè sunt genera diuersa, Olea, Vlmus, Tilia: quia genus est horum vnum ἀνώνυμον, quia ignotum: cuius proprius affectus in foliis. Oleam verò genus esse satis patet ex speciebus, quæ ab autoribus agriculturæ connumerantur. Ἢ καὶ πλειόνων μὴ ὁμογενῶν. Vult dicere, affectum hunc τῆς φυλλοστροφίας esse in speciebus sub vno genere: puta in speciebus omnibus Olearum. Hoc non est mirum. Proxima nanque forma est. Item esse in generibus diuersis: vt Vlmo, Tilia, Olea. Cæterùm (sicuti dicebamus) omnis affectus à forma quapiam. Ergo iis affectus communis, in ipsis vnam habebit sui causam

essentialem omnibus communem. Bipes homo est, leo quadrupes, musca sexipes, scolopendra multiplex: hæc sunt genera valdè diuersa. Genus tamẽ habẽt commune, & essentiam communem, à qua fluit communis affectus is qui est, gressile. Igitur sunt μὴ ὁμογενῆ per differẽtias propinquas: sed sunt ὁμογενῆ in ea substantia à qua fluit gressilitas. Hæc de foliis: illa de floribus. Ἔνια δὲ τῶν ἀνθῶν. Tertium exemplum de Loto Euphratæ: cuius non solùm flos aperitur interdiu, noctu clauditur: sed etiam stipes exerit modò se, modò se operit aquis conquiniscens. Ἀπὸ δυσμῶν μέχρι μέσων νυκτῶν καταβαίνει, quasi solem abeuntem prosequatur. Ἐπὶ δ᾽ οὖν τῶν εἰρημένων. Positis historiis, & absoluta narratione, in hac secunda capitis huius parte causas aggreditur. Ac de foliorum inuersione primùm. Vertuntur, inquit, eo tempore: quia eo tempore solent folia cadere. Pati igitur. At inuersio passio est, & quasi casus. Acutam excogitationem. Cæterùm hypothesis falsa est. Non enim Solstitio nudantur arbores frondibus. Πάσχειν τι. Quia inuersio quasi quidam casus est. Quæ igitur non cadunt, quasi cadere. At res aliter se habet. Nam quemadmodum in Regulo auicula cùm in veruculo igni apponitur, tametsi nemo vertat, tamen per se conuertitur: ita fit & in his. Regulus vbi ea pars quæ igni obuersa fuit, assata est, altera quæ non est assata, quia est grauior descendit: atque is ita conuertitur. In frondibus idem alia ratione. Nanque exucta in parte superiore attrahunt ab inferiore: atque ita inferior inanita leuior fit. Præterea sicut in membranis & coriis, quæcunque fuerint concalefacta, distorquentur, crispantur, sinuantur. Eundem ad modum frondes eæ subuertuntur. Etenim quodcunque arescit, intorquetur, vt capillus: aliis alibi consumptis, aut alioqui mutatis à calore partibus, aliquãdo æqualiter, aliàs inæqualiter. Ἅπασι μὲν οὖν. Castigat θέσιν quæstionis. Aiebat enim quibusdam tantùm: nunc ait omnibus euenire, tametsi non æquè: idcirco non deprehendi. In his autem cognosci: propterea quòd earum frondium colores imæ summæque partis manifestò differant, potissimùm Tiliæ: inferiora nanque admodum exalbida esse. Et assignat coloris huius causam ὑδατώδη. Id quod accuratius est considerandum. Aqua enim est nigredinis causa in nubibus: item in terra, & charta, & tela. Est hoc etiam scriptum in 38 sectione, problem. 1. Sic enim oleum in sole albescere. Et in 22. problemate quarto. Videmus etiam saccharum candidissimum aqua solutum nigrescere. Quare igitur quibus plantis tota folia viridia sunt, horum partem inferiorem minus haberi viridem? Quia superior insolata trahit sursum ad se humidum quod erat in inferioribus. Idcirco pleniores supernè sunt frõdes, & nitidiores, & habitiores, atque etiam succulentiores, contrà quàm hìc dicat. Dixi, tota folia viridia. Nanque Cyclamino rubra sunt: bistortæ cæsia. Τῶν δ᾽ ἀειφύλλων. Huius affectus expertes esse arbores

A perpetuifolias, quia carẽt ea causa quę in illis erat illius inuersionis. Aiebat enim, quia cadere deberent, vt alia, nec caderent: casus simile quiddã pati. Quare in quibus non cadunt, ne simile quidẽ casus pati. esse enim robustũ genus hoc. Itaque accipit in maiore propositione syllogismi: τῶν ἰσχυόντων οὐδὲν δυσπαθές. Ἡ δὲ τῶν ἀνθῶν. Responsio ad alteram quæstionis partẽ, de floribus. Hanc respõsionem faciliorẽ dicit. Qui flores frigidi sunt & imbecilli, nocturno claudi frigore: solis tepore foueri atq; aperiri, reuocantis calorem naturalẽ, atq; à centro ad ambitum effundentis. Συνιόντος, καὶ οἷον πιλουμένου τοῦ ὑγροῦ. Quia frigus cogit. Contrà Iris noctu hiat, sole tactu contrahitur: quia sinus interiores amittunt humidũ: itaq; contrahuntur: laxantur B nocturno gelu. Τὰ δὲ πλείω. Nunc ad Loti elationem ac depressionẽ, contractionẽ, & explicationẽ. Causam assignat imbecillitatem ac frigiditatẽ. Vtrunque aquaticarum sanè interest. Cæterùm verba nimis laxa ad causã: συμπίπτει ταῖς μεταβολαῖς. Sanè debile facilè mutatur: sic modò dicebat, τῶν ἰσχυόντων οὐδὲν δυσπαθές: quasi diceret τῶν ἀσθενῶν οὐδὲν ἀπαθές. At enimvero dic mihi modùm mutationis. Nam quid patiatur aquatica & frigida à nocte? Simillima enim sunt nox, & illa. Imò plus à sole patiatur. Solẽ tamen sequitur Lotos. Occidente occidit: oriẽte oritur: ascendente etiã exilit. Potius ratio est in tẽperamenti ratione. Pręhumidã sanè tẽperationem appetere sideris beneficio. Ἡ δὲ αἴσθησις. Tã C exactè sentire aquatilia (hoc enim est hìc ὀξεῖα, vt acutè videre) exactè igitur ea sentire, non caret ratione: pręsertim locis feruidis, ἐκπνέουσι: id est præsertim vbi agens pręualidum est. Pars hęc est causæ ab agente: quã decuit complere per applicationẽ. Sanè non omnia locis calidis eam percipiunt affectionẽ. Supplementũ id esto. Quia facilè patitur aqua ab igni: ergo & aquea. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς μὴ τοιούτοις. Argumẽtum à minori potestate ad maiorem. Aliis in locis quæ minus talia sunt, scilicet minus calida: res minus humidæ simili sensione afficiuntur, autore sole & syderibus. Non tamen loca designat: neque explicauit similitudinem: sed tãtùm dixit διαδόσεις ταχείας: celerrimi processus. Celeriter proficiunt: vbi caloris minus. Sané. Nõ conuenit tamen comparationis pars. Quia plan- D tarum profectus: puta in Asia, res frumentaria expeditissima est: at is progressus naturæ est æqualis, sibi similis: at in Euphratea Loto inæqualis, & tamen stata. Φαίνεται γοῦν. Dicat aliquis, esto: refugiat Lotus noctis tedia. At cùm in profundum ita se abdit, vt ne manu quidem contingi queat: quomodo sentit solem in imo? Aquarum, inquit, natura adeò est obnoxia: vt non solũ quæ supra terram sunt aquæ, sed etiam quæ sunt subtus, multas patiantur mutationes. De his videbis Plinium in secundo. Et Philosophum in sectione vigesimaquarta, problemate secũdo: Æstate post meridiẽ in puteis fieri aquas tepidiusculas. Ἐπ᾽ ἐνίων δ᾽ ἄστρων. Quin à quibusdam syderibus, tũ mare, tũ etiam terram ipsam immutari. Πάσχει δέ τι παραπλήσιον. Auget Historiam aliis exemplis.

tota

tota narratio simplex, neque indiget interpretatione. Ἐν τοῖς ἐλάττοσι. quia sunt imbecilliora. Ἐξάγει. Inclinatur & flos Solsequii, & Maluæ folium ad solem, ἢ ἐξάγει, qua educit humidum. Hìc ἔγκλισις vsitata voce. Suprà minus vsitatis σύμμυσις, διοίξις. Ἐξάγει καθ᾽ αὐτόν. Minor propositio. Conclusio: ἔγκλισις κατ᾽ αὐτόν. Ὡς καὶ τοῦτο ποιοῦντος. Haud facilè commodes his verbis: non enim mendo carere videntur. Τοῦτο μὲν οὖν. Modestia Philosophi, quam vbique scitissimis semper sentẽtiis profitetur. Nequis putet eum iactare causarum exactã professionem. Itaque tacitè monet, quàm pauca, quàm miserè, quàm nihil, quàm minus, quàm nihil sciamus. πίστις tantùm est & δόξα. Vt ἐκ τοῦ δοκεῖν fiat πίστις, scientia verò nulla. Dat deinde luculentissimis verbis præcepta, quibus simili ratione ac via cætera per nos indagare possimus. Præceptũ summum: nihil temerè, sed cõsideraté. Præceptorũ capita: consideratio propriæ cuiusque substantiæ, vnum: alterum, locorum naturas: tertium, cõmunes ex iis affectus: quisnã? Non solùm constantes, vt sterilitatem, fœcunditatem: sed etiam τὰς ὑπαλλαγάς: quas mutationes suscipiunt affectus in aliis & aliis generibus: quartum, quid cuique proprium: ex hoc enim exactior scientia, quàm ex cõmunibus. Quintum, quid cuique conueniat. Nãque illa ex natura considerantur: hoc ab euentu, vel per naturam, vt tonitrua tuberibus, imbres lolio: vel per artem: de quibus libro sequenti. Hoc volebat, τὸ ἁρμόττον. Sextum, incundam rationem similitudinum. Vt si degenerat in lolium tritici semẽ propter imbres: an propter humiditatem degeneret alba Populus in nigram. Septimum, cognoscere quæ sint congeneres plãtæ. Tunc enim

A quod de cognita pronunciatum fuerit, de oblata videbitur idem posse pronunciari. Hoc imprimis esse obseruandum: propterea quòd non differant aliqua, quæ differre videãtur. Dixit δοκεῖ: quia per sensum accipiuntur notæ similitudinis & dissimilitudinis. Itaque figura aut colore different, vt myrti species & intuborum: at facultates erunt eædem. Rariores tamen sunt eæ quæ differre videntur, nec differunt: plures illæ quæ è contrario. Cape Portulacam syluestrem & Peplion: item Anagallidem & Morsum-gallinæ: tum Vermicularem & Telephion: sentiens alteras vrere, alteras refrigerare. Hæc ita digessit vir accuratissimus: nec quieuit, sed adiunxit etiam duos modos vestiga- B tionis, θεωρίαν scilicet per rationem, & πεῖραν, quæ fit per sensum. Quas duas duces constituit ex Aristotele sumptas, doctissimus Galenus. Et vsus est verbo diligentiam significante: μετιέναι, aggredi.

Ὅσα δὲ κατὰ τὰς γεωργίας, μετάβασις est ad alium librum: cuius per initia statim reddet rationem.

Lego ἐκεῖνον τὸν καιρόν, non autem καρπόν. Et ὑπερίσχοντα, non ὑπερισχύοντα. Vt ἥλιον ἀνίσχοντα.

Theodorus ὑδατώδη, aquina. Sanè vniuersa aqua non lauerit huius vocis absonam fœditatem. Συνιόντος, coacto. Coeunte, signatius, & extra ambiguitatem significati. Ἀνιέντος, laxante. remittente. Non enim est χαλῶντος. Τοῖς καθ᾽ ὕδατος, immersa. pessimé. sed quibuscunque, qualitercunque sint aquatica & in aqua. Διαδόσεις ταχεῖαι, trãsmitti celeriter. Non intelligo quid, quò, C vnde, quà transmittatur. Sed hìc posuit ἀντὶ τοῦ ἐνδόσεις. Quod si minus placet, minus enim nobis quoque: at dicas impressiones, quasi ἐνσκήψεις à sole & sideribus.

IVLII CAESARIS SCALIGERI IN TERTIVM DE *plantis Theophrasti, Commentarij.*

CAPVT I.

Primi capitis argumentum. Plantarum naturæ principium esse in agrestibus: finem consequi ab arte. Plantas quasdam non amare cultum. Non eandem cuiusque vel materiam, vel naturam, vel perfectionem: quamobrem arte quoque diuersa quæri. Arte quædam fieri deteriora. Eligendum agricolæ locum, & aerem conuenientem.

ΠΕΡΙ τῶν φυτῶν ἡ θεωρία. Duplicem plantarum esse naturam, etiã suprà vidimus, agrestem & mitem. Quamobrem qui de plantis scripturus sit, ei de vtraque habendam D curam. Cùm igitur suprà de agrestium causis peractum sit, imprę̨sentia de mitibus agendum: hanc enim illa natura priorẽ demonstrauimus. Statuit autem agricolis principia & fundamẽta, tãquã superior artifex. Naturalis enim Philosophus ex se parit cæteras omnes sciẽtias quæ versãtur in materia, vt medico, musico, astrologo, etiam fabris omnibus, & nautę, & ipsi coquo dat, quę ipsi additis certis pręscriptionibus exerceãt. Antè verò quã sese applicet ad harũ pręceptionũ explicationẽ: ostẽdit optimo quidẽ cõsilio, quid & possit & de-

beat facere. Repetita igitur ea sententia, quam A per vniuersæ tractationis initia statim positam oportuit: plantas esse partim agrestes, partim mites: mites esse factas per artis accessionem: iure doctrinæ ac methodi coactus est declarare: An essent agrestes omnes aptæ ad recipiendum hoc artis beneficium. Nam cùm dicat, naturam esse principium in agrestibus: artem esse finem, vt mitescant: necessarium fuit indicare an omnes plantæ finis huius appetentes sint. Omne enim ens sui finis appetens est. Ait igitur, non omnes vel opus habere, vel appetere finem hunc: sed quasdam à natura quemadmodum habent principium, ita quoque nactas esse finem. Primùm igitur statim cum proœmiolo quo introducit futuram contemplationem, miscet hoc effatum, Non omnes B plantas admittere cultum. Super hoc mouebit dubitationem, quam & soluet. Post hæc ostendit culturæ opus atque vtilitatem quibusdam, aliis damnum, vt eorum fiat electio in quibus opus sit opera nostra. Postremò affert exempla multa huius exceptionis: quibus intelligamus, quæ abhorreant à cultu: quæque sibi deposcant manus hominum. Hæc ita cùm instituat toto libro, partitur in duas omnia tractationes. In prima de arborum cultu. In secunda de aruis & segetibus. Inter vtranque naturam, per huius initia consulit olitoribus. In vtraque autem & terras eligit, & tempora designat, & operarum modos explicat, & morborum causas narrat. Plenissimis autem commentationibus præcepta statuit, quibus vineæ curentur. C Nunc hoc agamus. Διπλαῖ σκέψεις ἐν δυοῖ. Quia quædam scientiæ super vno tantùm subiecto multas versant considerationes: vt cùm in morali quærimus quid homini, vt sibi: quid, vt aliis conueniens sit. In astronomia motum, quantitatem, vim cæli. At in plantarum contemplatione non solùm duplex est disceptatio: quia sint affectus in vno subiecto, puta nascendi & generandi: sed etiam propterea quòd sunt duo generales affectus, syluestrium scilicet ac mitium. Sua igitur vtrique tractatio distribuenda. Prioris partis contemplatio prioribus libris absoluta est. Reliquum est, vt hanc posteriorem exequamur. Ecce introductam operis necessitatem. Διπλαῖ σκέψεις, geminas disceptationes. Quare? quia ἐν δυοῖ, in duobus. Ἥ- D περ ἀρχή. Naturæ principium in iis quæ suo satu nascuntur absque vlla externa ope. Quippe natura est eius principium, in quo est: ars verò extrarium. Ἐκ τῆς ἐπινοίας. Voce hac in hoc significato etiam suprà vtitur. Rectè coniunxit ἐπίνοιαν, ingenium: καὶ παρασκευήν, & operam, industriam. Hæc enim nisi iudicio dirigatur, fortuita est incertáque, & interdum temeraria. Ars absque opera, est nauis sine mari ac vento, alioquin & armamentis, & magistro, & ministris instructa. Cæterum vt quid? Τὸ μὲν φυσικόν. Natura seipsa duce, sibi administra, non eget ad opera sua præsidio. Itaque dixit ἐν αὐτομάτοις: in iis quæ à seipsis, non ab alieno pendent ministerio.

Τὸ δὲ διανοητικόν. Quod verò explicatur intellectus agitatione, id ab arte proficiscitur. Vbi pulcherrima est in schola veritatis contēplatio. Nanque ars quæ est in homine, paratur ab intellectu, atque adeò stabilitur. Quónam igitur modo intellectus opera ab arte? quia est ars habitus cōparatus per vniuersales propositiones, quę conclusionem ex seipsis peperere. Propositiones hę cōflatæ sunt ex multis memoriis: vnaquæque memoria ex multis experientiis: experientia ex multis actionibus. Carbones fecit sæpe ex Abiete, Salice, Quercu, Iunipero, Chymista, vt eorum vi aurum excuteret è plumbo. Expertus est Quernos validos, Salignos imbecilles, Abiegnos penè nullos, Iuniperinos penè immortales. Ex his hæsit in memoria semel atque iterum, ac sæpius propositio hæc, Iuniperini carbones optimi. Ita parta est ars. Is habitus vbi semel est constitutus, elicit ex se deinde quotidianas actiones, quæ non sunt eiusdem speciei cum illis quæ fiebant in experiundo: fortuitæ nanque erant illæ. Sed hæ sunt à ratione conformatæ ac directę. Has designauit illa voce διανοητικόν: quam idem valere voluit quod & modò positam ἐπίνοιαν. Hæc siquis inter plantas quasi alieno loco disceptata conqueritur: transmittat. Non enim possumus in ambulacris Aristotelicis reptare humi cum plebeis, ac triuialibus, atque otiosis, atque aliud agentibus. Neque enim hæc scribimus Grammaticis, sed veris Philosophis. Dixit igitur παρασκευήν, apparatum ad finē, id est ad opus. Propterea quod agricola tum loca, tum tempus eligit, tum parat instrumenta. Ὑπὲρ αὐτῆς τῆς παρούσης. Dicendum, inquit, de hoc apparatu. Ostendit propositum. Sic diuinus Præceptor in aditu suorum librorum, Dicendum nobis est quid hîc acturi sumus. Πρῶτον εἰπόντας. Introducit capitis huius materiam. Vt intelligamus quæ artis sint priuatim: & quæ ipsam respuant, aut non egeant, aut etiam deteriora fiant. Καὶ τῶν δένδρων. Horum exempla ponet postea. Οὐ δέχεται γεωργίαν. Metaphora ab hospitibus & beneficiariis. Idcirco dicitur à Philosophis accidens ἐνδεχόμενον: quia eius quasi hospitium substantia est: cuius in gremio conquiescat. Τοῦτο γὰρ ἀγενῆ. Pulchram sententiam: vt spontè nascentia sint tanquam in principio, & sub principio, quibus si accedat ars, finem suum consequantur. Ideo dixit μεταβάλλουσι, Transeunt. quia tractus est & interuallum inter feritatem, & cicurem habitum. quod interstitium suprà dicebat διάστασιν. Αὐτοφυέων. Idem quod αὐτομάτων. Et efficacior vox quæ includit in se τὸ φύεσθαι, eo presertim loco vbi in altera voce est μάτην. Sed nota loquutionem, ἐκ τῶν αὐτοφυῶν. Ex numero & classe spontè nascentium. ἐκ τῆς αὐτοφυΐας, εἰς τὸ τεχνοτελές. Dixit τὰ διὰ τέχνης. διά: quia non est ars finis vltimus, sed medius, & quasi institor ad vltimum finem, id est ad fructificationem. Ἄτοπον δ' ἄν. Ponit obiectionem: non videri verisimile, quicquam in natura spernere oblatum sibi beneficium. Si ars perficit, potest ne quippiam reperiri quod artem auersetur,

id

id est perfectionem suam? Nam sanè omne A quod est, appetit bonum. Est enim affectus secundus entis: καὶ τὸ οἰκεῖον. Quare omne ens id appetit. Εἰ τὸ προσλαμβάνον. Hoc est quod ait, ἄτοπον. Si artis beneficio planta fera nanciscitur idoneum sibi locum, tam dico solum quàm aerem: vterque enim locus est: non melius ei sit, sibi ἀλθαίνειν, & speciei prorogationi καλλικαρπεῖν, atque etiam vsui hominum. Optimam obiectionem, sed quam nulla queat ipse responsione tollere, propter verba quæ addit, χώραν οἰκείαν. Si enim locus, id est ager & cœlum conueniant: puto industria meliores futuras. Industriam intelligo, quæ illi conueniat plantæ, non autem omnia capita culturæ. Quamobrem etiam cornum & B iridem, si ponantur idoneis locis: ea positio artis est: non enim ibi natæ: non est dubitandum quin rectè habeant. Intelligere voluit integrum cultum. Οὐκ ἔστιν ἄτοπον. Respondet, Non est absurdum. Quare? οὐδ' ἀλλότριον: quia non est à natura alienum: quædam contenta esse sorte sua, neque appetere mutationem. Sanè entia per gradus quosdam inter se affinia sunt, à materia prima vsque primam intelligentiam: quemadmodum in duodecimo Metaphysicæ declaratum est. Itaque inter eas plantas quæ in saxis Oceani Germanici nascuntur penè saxeæ, & ipsum Triticum, aut si mauis Quercum Palmámve, mediæ sunt multæ ita inter se diuersæ, vt tamen habeant ab infelici illa natura ad meliorem perfectionem gradus quosdam coniunctionis. Earum verò clas- C ses eiusmodi, vt quædam ferę primùm, deinde cultu mitescunt: aliæ sunt illis rudibus propiores, rusticitate atque feritate indomitæ. Ac sanè aquaticæ plantæ satis sunto pro exemplo nobis. Quo enim cultu fiat melior, vel alga, vel prassum, vel lenticula, vel salgamazum? Ἀρχὴ δ' αὐτῆ. Ad demonstrandum quod id non sit absurdum: inde, inquit, initium sumendum est. Non esse omnibus naturam vnam: id est neque vnam formam neque vnam materiam. φύσιν, tamen formam dicit hîc. Facilè concludetur inde non omnibus eundem finem: atque hinc non easdem vires, non eosdem affectus. Propterea sequitur instituta conclusio: Alias plantas aliter perfici. Quasdam sua natura nancisci perfectionem: quas- D dam foris quærere, quia non habeant intus. Ideo dixit, μὴ δ' αὐτὸ τέλος τῆς πέψεως, καὶ δυνάμεως τῶν καρπῶν. Prius enim coquuntur fructus, quàm adipiscantur perfectionem, vel ad generandum, vel ad vsum nostrum, eúmque duplicem, vel ob cibum, vel propter medicinam. Ἀλλ' ἑκάστου. Sed cuiusque hæc ita sunt: prout ipsum natura destinauit ad aliquid, vel per succum, vel per saporem, vel per odorem. Ob id dixit, χυλοῖς, καὶ ὀσμαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις: puta figuris, quantitatibus, coloribus: etiam sonis, vt alibi declaratum est. Quidam enim fructus solidiores: alii inaniores. Etiam apud Indos sunt fructus cum aqua intus, vt nux magna. Alii cum aliis fructibus item, vt Camolanga. Sed saporem & odorem posuit: quia ex iis potissimùm sumitur indicium maturitatis: ex quantitate perparum, ex figura minimùm: non tamen penitus nihil. In Peponibus enim abscedere incipit à pomo pediculus. Ex eiusmodi hiatu plena maturitas cognoscitur. Color autem in plerisque mutatur, non in omnibus: in nobilissima saltem planta, Tritico scilicet, plus est indicationis à colore, quàm à cæteris. Ἐπὶ δ' ἐξ ὧν. Redit ad agriculturam, & ait ab ea parari plantis succi multùm, multúmque etiam qualitatis: intelligit dulcedinem. Hæc enim duo quæruntur ad vsum, & copia & bonitas. Τὸ πρόσφορον. Duo significat simul hîc, vtilitatem & alimentum, σύμφορον etiam includit. Κατασκευάζει. Ideo suprà dicebat παρασκευῆς. Κατεργαζομένη γάρ. Laborata terra multiplicat beneficium suum, idq; duobus iam quæsitis modis, augendo quantitatem ἀπόλαυσιν πλείω: & interpolando succum, vt sit vtilis: μεταβάλλει τοὺς χυλούς. Quod expetebatur suprà in voce illa ποιότητι. Mutat autem, quia soles atque imbres quos elaboratos suppeditet, admittit. Ὥστ' ἀλόγως. Hac narratione ostendit duo simul: & quibusdam prodesse quæ iis egeant, & aliis obesse quæ non egeant. Hæc posteriora quæ sint, declarat. ξηρά, δριμέα, φαρμακώδη. Quæ sicca esse volunt, & acria, & amara. Denique omnia medicata à cultu, tanquam à re contraria abhorrere. Ἐκθηλύνεται. Verbum ad mollitiem designandam huic autori vsitatum: quod & suprà vidimus. Δυνάμεων. Non solùm C facultates φαρμακώδεις intelligit, sed etiam omnes illas qualitates. Sæpe sic vtitur: quia forma non agit nisi per illas. Vbi notabis vrbanitatem. Simul dicit ἐκθηλύνεται, effœminantur: simul dicit οὐκ ἐπιφέρει καρπούς. ἀρρενοῦται potius igitur. Accipiendum verbum, vt diximus: amittunt vegetum illum vigorem. Melius dixisset ἀπονυχίζονται.

Καὶ ὑδαρέστερα. Fructus fiunt dilutiores. Nempe humore addito: rectè. At quomodo χείρους: si, vti dicebat, παρέχεται τὴν χρείαν ἡμῖν? In iis quæ sicca esse volunt, vel acria, vel amara, nihil ab arte oportet tentari. Ἐν τούτοις γὰρ παρέται τὴν χρείαν. In iis enim facultatibus sita est vtilitas nostra. Quare non sunt immutandæ. Propterea quòd ab his expetimus τὸ φαρμακῶδες: quod sanè cultu D vitiaretur. Exempla opportuna ponit absynthii & centaurii. Καὶ ὅλως. Distribuit facultates in subiecta: radicem, caulem, fructum, ramos. Aliorum exempla scatent. De ramis habes Carpesii festucas, & Caryophyllorum, & Xylobalsami, & Xylocasiæ. Deinde apponit alia quæ nota sunt ac certa: nisi quod ait de Lapatho, quod recenset inter acria. Nostrum haud tale. Tamen ne tam facilè damnandus vel Autor, vel Librarius. Nam sanè quod in hortis pro Raued ostentant, Bulapathum est, radice admodum medicata. Francigenæ virgines Deo dicatæ, quo nomine illud appellant, haud multum abhorrentà vero. Vocant etenim *Lapatiense*. Τὰ μὲν οὐ δὲ φύεται. Silphium non nascitur inter mites. At nunc ne vsquam quidem.

De Cyrenaico loquor. Aretæus de Silphio loquens, agnoſcit in eo hanc graueolentiam, quæ in Aſſa eſt. Quomodo igitur defecerat iam ſuaueſpirans illud alterum: quod etiam in obſoniorum condimenta petebatur? Ait etiam Capparim fieri deteriorem; ad medicamentum intellige: nam ad culinas ſunt longè ſuauiores. Ἔνια δὲ. Hoc magis. Cùm ſuprà dulcedinem eſſe diceret fructuum perfectionem: hîc in Corno damnat eam quæ ex cultu capiat. Neque ſuccũ modò fieri deteriorem: ſed materiam ipſam quoque. Sanè quęritur ad iacula. Itaque non mirum, ſi damnetur ob hoc cultura. Cęterùm fructus eius ſi veſcendo eſt: quare factus dulcior minus cõmendetur, neſcio. Notabis loquutionẽ, τὰς γλυκύτητας αὐτῶν λαμβάνῃ. Potius αὑτοῖς, aſpiratè. Καθυγραινόμενα. Quia ſicca & ſtrigoſa minus dulcia. πληθυνόμενα: quia humefacta. Humidi nanque eſt ſubire & implere.

Τῆς δ' ὄης. Sorbum partim accipere beneficium dulcedinis, partim iniuriam odoris amiſſione.

Ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν εὐτονίαν. Vox hæc reſpondet illi ἀσθενὲς, in corno. Debilem facit. Ὁ δὲ θερμός. Lupino attribuit verba duo ſatis ſcita ad eius importunam luxuriam deſignandam. Ὑλομανεῖ, inſanit luxuria calamorum. Ἐξυβρίζων. Quod & ſuprà de Amygdalis. Contemnit agricolæ vota, atque in eius ſtudium illudit. Ὑλομανεῖ. Vbertate inſanit ad materiæ procreationem: ſicut dicimus hippomanes. Ταύτην ἐναντίωσιν: Ars dum ſtudet, vt plantam efficiat meliorem, contrarium experitur euentum. Eſt ἐναντίωσις & ſpei & fructificationi. bonam habitudinem dat, vt plantæ: malam, vt parenti. Ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς. Pulcherrima ſententia, quæ reſpondet illis ſuperioribus, ἑκάστου πρὸς ὃ πέφυκε, χυλοῖς, καὶ ὀσμαῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις. Ita de ſuo penu prompſit natura & diſpenſauit. Eſt enim optimus œconomus: notum habet quid cuique conueniat. Quoniam eadem eſt quæ dat, quæque fecit ipſa, tum cui tum quod dat. Itaque ſtatim ab initio quæ ſunt αὐτοφυῆ, poſſident ea ſuo ſibi fato demenſum ſuum, quantum ſatis. Hoc eſt illud σύμμετρον. Hæc quoad ſuccum. Addit καὶ οἰκείαν χώραν. Ad eadem principia conſeruanda. Quippe inter illa & locum bellè conuenit. Ideo dixit ἡ γὰρ αὐτοφυὴς γένεσις ἐν ταύταις. Repetit inde ſententiam de aere & loco, toties inculcatam. Nanque ex iis & commodum εὐσθένεια, & incommodum ἀκαρπία. Robur acquirunt ſibi vnde luxurient, neque fructum ferant.

Ταῦτα δ' ἐναντία. Hæc ſunt quæ obſunt agreſtibus, quæcunque mitigari nolunt. Ideo dixit παρὰ φύσιν: inuita eorum natura principiis aduerſantibus. Εἴς τε γὰρ ἀέρα. Mollitiei cauſa, ab aere ſimili ſcilicet molli. Velim tamen ſcire, quomodo ſit aer mollior in viridariis apertis, quàm in campis. Καὶ τροφὴν. Item à terra quæ illis aliena eſt. Suprà tamen etiam in non aliena agnoſcebat detrimentum. Alienum intelligit, vel nimium, vel nimis parum, vel dilutius, vel aliud quid quod in ſumma non conueniat. Οἷον ἔκστασις. exitus, egreſſio à natura ſua. Dixit οἷον: quia non

A mutatur ſpecies. Suprà cùm dicebat de bono plantarum ſtatu, vtebatur illo verbo συνίσταται & συνεστηκότα, pro firmitate: nunc in hac mala conditione induxit verbum priuationis. Αἱ δ' ὑπερβολαὶ τῶν κρεῶν ἐξιστᾶσι τὴν διάνοιαν, in quartadecima ſectione, problemate primo. Habemus & paſſim apud Medicos, & in libris Ethicorum, & in ſecundo De partibus: animalia craſſi ſanguinis θυμώδη καὶ ἐκστατικά: Id eſt immodica & amentia ad iras. Ἐπιμαρτυρεῖ. Tot teſtimoniis accedit & illud: etiam ab iis quę cultum & quærunt & admittunt, & patiuntur, mediocritatem velle quandam. Fugere nanque τὸ ἀκριβὲς τῶν ἐργασιῶν, καὶ ζητεῖν ὅρον τινά. Vt oſtendat quod toties monuit, ἐν τῷ συμμέτρῳ naturam eſſe. In qua tamen ſit

B latitudo quædam, atque in ea gradus vt in ſanitate. Vt aliqua ſedulam induſtriam boni conſulant, & ea proficiant: nonnulla offendantur ea diligentia: quædam mediocriter coli velint. Τῶν δ' οὐκ ἐξαδείσκομεν. Hæc verba pro aliis locis memoria tenenda ſunt. Latent enim nos cauſæ multæ.

Lego εἰ τὸ προσλαμβάνον, non autem εἰς. Et ὥσπερ διωείδη, non autem διοείζει. Et πληθυνόμενα, non πληθυνόμενα. Et τῆς δ' ὄης, non τῆς ἡδονῆς. Et τὴν εὐτονίαν, καὶ τὸ εὔοσμον, non autem εὐτροφίαν. Et εἴπη τοιοῦτον, non ἔτι: neque, vt emendarunt, ἤτι.

Theodorus peſſimè tranſtulit hoc initium:

C ἡ περὶ τῶν φυτῶν θεωρία διττὰς ἔχει τὰς σκέψεις, καὶ ἐν δυοῖν. Satio plantarum bifariam agitur, ac duplici omnino genere conſummatur. Et ſemilatinè illud: auxiliari retulimus. Et illa, indaganti ratio venerit. Fortaſſe ſcriptum reliquit Ratio plãtarum.

Ἐλαττόνων ὑλημάτων, ex ſummiſſa materia. Summiſſum eſt quod aut ipſummet elatum fuit, aut eſſe potuit: omnino motum ſignificat. Minores frutices neutiquam ſeſe ex altis ſummiſſos fecere. Οὐ κατὰ τὸ ποιὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποσόν. Non ſolùm genus, ſed etiam modus. Τὸ ποιὸν, neque ex ſe genus ſignificat, ſed qualitatem: neque hîc ſubſtantiam aut eſſentiam dicit, ſed qualitatem: loquitur enim de ſaporibus. Denique τὸ ποσὸν quoque in genere eſt. Quod autem temerè ſic euagetur extra fidem interpretationis: mani-

D feſtum eſt ex verbis, quæ mox his reſpondent. Quippe πλῆθος καὶ ποιότητα. Κατεργαζομένη agitatus. Saltem dixiſſet ſubactus. Ὥστε ἀλόγως οὐκ ἂν εἴη προσφερὲς ἐνίοις. Theodorus παραφραστικῶς: Ergo cultus quibuſdam commodè adhiberi: quibuſdam minimè poſſit. Ἡ κατὰ καυλόν. Omiſit Theodorus. Θύμβρα καὶ θύμον. Theodorus addit Cunilam. Ἀφαιρεῖται γὰρ τὴν εὐτροφίαν, vires ſucci deficiunt. Vulgatam ſequutus lectionem. Nos εὐτονίαν legimus. Nam ſanè contrà eſt, ac profitetur. Addit enim ſuccum cultus, vnde fit odor dilutior, & fructus dulcior.

Ὑλομανεῖν, ſylueſcens. Mirum non aliquid affinxiſſe Theodorum, quod indicaret inſaniæ illius attributionem. Saltẽ addidiſſet immodicè. Quanquã ſylua hîc ſatis ſupérq; immodica. Κατεργασία.

terræ

terræ molitio. quis intelligat? Ἔκστασις. naturæ dimotio. quia ἐκστατικοὺς καὶ παραφρένας, mota eſſe mente dicimus. Κατὰ τὴν μετάβασιν. omiſit Theodorus. At erant neceſſaria: ſignificatur enim medium inter extrema.

CAPVT II.

II. capitis argumentum. Cultus terram parat ab arborum commoda, arbores ad aeris commoda ſuſcipienda. Multi ea quæ ex arte ſunt, faciunt artis ignari fortuitò. Contradictiones in artibus ſiunt quia non ad omnia reſpiciunt autores.

Ἡ γεωργία. Hinc oſtendere incipit agriculturæ vtilitates. Caput hoc partimur in partes duas. In prima rationem init cõmunium operum agricolarum. In ſecunda docet quemadmodum præcepta ex rerum natura ſumẽda, tradenda, exequenda ſunt. Ait ergo: Cùm duo ſint principia ad generationem, & vitam, & officia (puta fructificationem) plantarum: videlicet ſuccus & eius temperatura, tam in modo quàm in qualitatibus: & materia ſit à terra maxima ex parte: temperatio qualitatum ſit ab aere maxima ex parte: ad vtrumque intẽdit agricultura, ſed diuerſa via, & fine. Namque terram accommodat arboribus, fodiendo, ſtercorando, rigando: aerem nequit arboribus accommodare. Quòd ergo poteſt, accommodat arbores aeri. Nam eligit ſtationes: & munit obiicibus. Ἡ δὲ γεωργία. Corruptus ſanè cõtextus hic verborum: ſenſus tamen liquidiſſimus: quem tãquam ſuccum expreſſimus ex inconditis racemis. Δυοῖν ὄντων. Videlicet aer & terra: vnde & aluntur plantæ & conſeruantur. Dixit in plurali, τροφαὶ καὶ εὐθένειαι: quia multi ſunt gradus in vtroque. Τῆς γῆς. Arceſſit à terra auxilia multis apparatibus. Illud, τι minus hîc opportuno loco: niſi fortaſſe quid verborum deſideretur: ſicut in ſequẽtibus. fortaſſe deeſt, μόνον. Alioqui quod ſequitur, γὰρ, otioſum atque inutile. Τὸν ἀέρα γάρ. Non eſt in agricolæ poteſtate aerem mutare, ſicuti ne medici quidem, niſi portiunculam in cubiculis concluſam, idque miſerè admodum. Ποῖον. Mutare malas qualitates in eas quæ conueniant arbori. Quod ſupereſt, loca eligit ab aere noxio tuta: vt ab Auſtro æſtiuo, aut ab hyberno Aquilone, quippe ſecundum plantarum naturam. Item obiices aut eligit, vt ſecus mõtem: aut ſtatuit, vt macerias herbulis, Aranciis laureta: aut filice ſternit hybernas areolas hortorum: aut vmbracula texit floribus æſtiuis. Hoc eſt quod ait: ἀλλὰ δεῖ πρὸς τὰς μεταβολάς. Sed eligit terræ ſitum pro arboribus, habens reſpectum ad mutationes, & anni ſtata tempora: id eſt & ad mutationes quæ ex anni ſtatis temporibus inuadunt, & ad alias quæ ex natura regionis. Nam Canicula, Arcturus, Succulæ, pro anni portionibus agũt: vt Auſter in Prouĩcia, & Vulturnus ferè perpetua Canicula eſt: tanto magis in Sardinia & Cypro. Corus autem eſt Orion, & Capella huic regioni in qua hæc ſcribebamus. Triginta ſunt anni, cùm

A me huc ſors rapuit: vix triginta dies exacti ſunt puri perpetua ſerenitate: quin aut nebulæ, aut caligo, aut nubes, aut imbres, aut futuri humoris impenderet apparatus. Ἵνα τι ἀπολαύῃ. Vt poſteaquam pactæ fuerint arbores, crementa iuſta capeſſere queant. Etiam hîc inuertit. προσαύξησιν καὶ τροφήν. at cibus antecedit accretionem. Hoc verbo, ἀπολαύειν, & altero, ἀπολαμβάνειν, frequenter vtitur ad hanc ſententiam. Καὶ μὴ πάσχῃ. Sanè rectè: vt & benefaciat aer: & ne malefaciat multis contrariis affectibus. Δεῖ γὰρ καὶ πρὸς. cauto opus eſt: Obſeruare tempora, cæſionum, putationum, frondationum, ablaqueationum, paſtinationum: ne ſiniſter aer ingruens occupet importunus. Τομός. Vt in ſylua cædua: quo poſſit melius ac citius reſurgere. Διακαθάρσεις.

B purgationes, putationes. Alius is modus eſt atque ſuperior: vbi κάθαρσις in Amygdalo erat ſucci euacuatio per hiatum vulneris. Βλαστολογίας. Strictiones, cùm agnatos infernè ramulos ſtringimus. Menſe Maio tollunt germinilla quæ infra legitimos pampinos erumpunt. Κοπρίσεις, ſtercorationes. Σκαπάνην. Noluit vti verbo σκάπτειν. quoniam hoc ſignificat tantùm fodere. At marræ, ligones, bipalia, ſarcula ſuum quicque officium facit. Etiam Batillorũ operã hoc nomine cõprehenſam innuit. Καὶ ὅσα ἄλλα. Quæ ſanè permulta ſunt: adeò, vt & à quãplurimis & quãplurimis libris hoc negotii curatum ſit. Καὶ περὶ ἀροσίμου. Altera pars agriculturæ aruum: ſicut tertia, pratum. In aruis igitur, aliis aliam deberi ara-

C tionem. Quippe læto ſolò ſulcus profundus: in eo qui ſubeſt tofus, non item. Detectus enim tofus exceptis ſolibus concalefactus vrit. Propterea dixit: ἐν τούτῳ, & quæ ſequũtur. Qua præceptionum diligentia nihil eſſe poteſt plenius: nam quædam terræ omnem depoſcunt operam ad ſummũ: quędam non exactè omnem. Iccirco dixit: ἔνια. Tum autem in quibus ſit aliquid, id aut eſt diuerſum eſſentia, vt fodere & ſtercorare: aut quãtitate, vt hîc plus, hîc minus: aut qualitate, vt columbino aſparagis, ſuillo Punicæ, pratis equino, aruis ouillo. hoc eſt, τὸν αὐτὸν τρόπον. quia hîc, τρόπος eſt, τὸ ποῖον. Et τρόποι, aliter: vt de ſulco dicebamus. Vbi planũ aruum, & parum pendet: ſulci in directum: educũt enim à porca in foſſas aquam. Vbi in cliuo eſt: ſulci per obliquum, aut è tranſuerſo, ne deterga-

D tur gleba, ſed retineatur alicubi, quod ſeſe ſubtrahit. Οὐδὲ γὰρ αὐτήν. Quod latiſſimè manifeſtum eſt in ſationibus: ſic & de foſſione: vt admittantur pluuiæ ad radices. In macra vinea ſtatim circunfodimus à vindemiis, vt eò delapſæ frondes pro fimo ſint. In pinguibus etiam tertium paſtinum Auguſto menſe: quo tollantur herbæ: tum vt laxato ſolo, quod nimium eſt, exhalet: vt ſol admiſſus exuggat propiore impreſſione. In gelu nunquam, ne terra gelida ſtipitibus aggerata colorẽ extinguat naturalem. Καθάπερ καὶ ἐν τῇ. Modum explicat per inſtrumenta. Attondent enim ac detrahunt variis inſtrumentis, σιδήροις, χερσὶν, ἀγκύραις: tum materias, quibus applicanda ſunt inſtru-

menta illa, Oleam, Malum, Pyrum. Anchoræ illæ, ex ipsa voce qua fuerint facie, colligi potest: oportet autem non esse ferreas: quandoquidem seorsum dixit, σιδήρεσι. Habes in historia Balsami aliud quàm ferrum ad educendum Opobalsamum. Itē videbis apud Plinium superstitiones Druidarum.

Διὰ τὴν λεπτότητα, καὶ ξηρότητα. Ait, vulneratis incommodari propter tenuitatē ramulorum. Hoc etiam canit diuinus Poeta: *Cùm frons tenera imprudénsque laborum*. Quibus postremis verbis etiam hæc expressit: ἑλκούμενα πονεῖ. Ego verò satis scio acuta falcula minus afferri noxæ quàm hebeti. quoniam discerpitur, non cæditur. quanto magis manibus? fit enim distractio. Tantò etiam cōmodiùs quod aridum est, secabitur, quàm rumpetur. Quid igitur sit illa anchora, quam seperauerit à nomenclatura σιδήρου; Τὰ τρώξανα. tenera: quæ sic appellauit ab affectu. Sunt enim apta pabulo, παρὰ τὸ τρώγειν. Qua voce etiam stringendi tempus innuitur simul. quippe dum tenera sūt.

Ὁμοίως δέ. Hæc est pars partis superioris, scilicet quæ ad arbores spectabat. Quæ vites, inquit, amant putationem tempestiuiorem. προτοτόμους. à tēpore diuisio. alia à modo: βραχυτόμους. Quoniam quædam si humiliores cohibeantur, serius fructificāt. Itaque etiam maturant. Quamobrem à frigoribus occupantur. Hac de causa dixit: ἀναφέροντες πρὸς τέλος. id est ad fructum respicientes. Eius enim causa vitem serimus, alimus, fingimus, castigamus. Ὁ μὲν οὖν σκοπός. pars hæc accuratissimi consilii plena est. Vbi etiam dogmaticā hæresim Hippocratis approbat. collectas è singulis, vti suprà dicebamus, euentis animaduersiones adiūgimus rationi: sub cuius signis militandum est bono Philosopho. Qui verò sine ratione, secutus consuetudines atque euenta, operatur: Fortasse, inquit, is rectè aget: nescit tamen, se rectè agere. Hoc dicit: quia scimus, cùm scimus causam quamobrem agimus. Hoc ei simile est, quod est in Ethicis: Quod iustū fuerit, aget puer, aut etiam insanus, vel fortuitò, vel temere: at non aget iusté, quia non directus à recta ratione. Qui hæret consuetudini, neque alia mensura metitur opus suum, quàm ea sentētia, Hoc ita fieri solet: ei causa nota non est. His verbis ostēdit: suos libros, quasi leges quasdam, esse agricolis necessarios. Quòd si quis dicat: Complures agricolas hæc omnia ignorare, quibus tamen optimè procedat: huic respondendum: huiusmodi homines artem sibi ἄγραφον in animis suis excitasse atque constituisse: neque causas, vt est eorum captus, ignorare. Propterea dicebat: ὑπὲρ ἑκάστου δὲ ἐστιν ὁ λόγος.

Ὁ τὴν αἰτίαν ἔχων notam habens causam. Κατορθοῖ μὲν ἴσως. fortasse. fortuitò, non consultó. quemadmodum, inquit, fit in medicina. Quid si hoc tempore extitisset Theophrastus? Videret enim impurissimum ac nequissimum omnium impudentissimorū, è triremibus, vbi pinsebat Pharmacopæo medicamenta, in vrbem satis illustrem nihil præter audaciam importasse. Quam vt oportuit à Magistratibus castigatam, ab eorum in-

A cubis fota est atque etiam aucta. Quam insaniam qui sustulisse debuerant, stabilitam voluere. Ita nunc suffragiis atque factionibus creātur vna hora medici, quos igni scelerum suorum pœnas dare æquum fuit. Ἐν ἰατρικῇ. Namque Empiricus frigidum applicabit calefacto, etiam si neruus detectus sit. In nerui punctura basilicum apponet. Canis rabidi morsum præcipitabit ad consolidationem. Quoniam in similibus affectibus, dissimilibus locis, aut causis rectè successerit.

Κατορθοῖ. Quod in planta prauum erat, aut in agro corrigit. ὀρθὸν facit, at non ὀρθῶς: quia causam nescit. Καὶ ἡ καθ' ἕκαστα διαίρεσις. Hîc τὸ καθ' ἕκαστον, non designat indiuidua, vt alibi sæpe: sed singulas species. Diuisit enim κοινῶς, καὶ ἰδικῶς. Dixit enim, tam in subiecto, vt aruo, arboribus, B vineis, quàm in opera, κόπρεσι, ἐργασίαις, quàm instrumentis, & modò, σιδήρεσι, χερσί. Τὸ δὲ τέλειον ἐξ ἀμφοῖν. Quod toties clamat Galenus, atque etiam facit cōuicia: quod docet diuinus Præceptor in secūdo Posteriorum, & in primo Diuinæ Philosophiæ. Ὅσοι δέ. Hæc est secunda pars qua castigat autorū velitationes. Duo cùm sint in omni arte atque scientia. Singularium notiones ab experimento & animaduersione: & vniuersalium comprehensiones ex illorum collectione facta per intellectum: iam de illis quid sentiret, declarauit: de iis autē qui vniuersalibus tantùm adhærescunt, atque vni student contemplationi, neque procedunt ad particularia, sed ibi pēdent, nunc agit. Θεωρεῖν μᾶλλον. Acquiescunt C dediti soli contemplationi, contemptis singulariū designationibus: quemadmodum faciebant medici methodici: Hi, inquit, in solas rationes, solásque causas intendunt. Ἴδιον τοῦ λόγου. Ideò dicebat Aristoteles, Mathematicum non duci fine aliquo, sed solùm θεωρεῖν. Imò verò spectatorem vocat non actorem: quia caret fine, bono scilicet. Non tamen omni bono, vt quidam putarunt, & ibi redarguit Philosophus, sed bono practico. Omnis enim sciētia bonum habet pro fine. Bonum autem est ipsa etiam contemplatio: vt est in x. Ethicorū. Atque in prooemio de Anima, bona τίμια vocat scientias. Ἀντιλέγεται δέ. Nunc explicat inanem satagentiam multorum: qui in contradictionibus vitam consumunt, vt sophistæ: neque D in communem quicquam conferunt societatem: quę tamen sola solius hominis est. Quicquid enim agimus, eò spectare debet vt vnà simus, vnà viuamus, atq; etiam vnum in charitate. Hoc sanè homo est, ὅμως. Τὰ μὲν ἁπλῶς. Quod in omni fit contradictione atque disceptatione: vt omninò tollatur aduersariorum tota sentētia aut aliqua saltem pars. quapropter dixit, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Ἐνταῦθα δέ. Tametsi omnibus artibus commune est, vt præceptiones controuersæ sint: tamen in agricultura illud est peculiare. ἰδιώτερον. Πρὸς γὰρ τὴν χώραν. Explicat quid sit illud ἰδιώτερον. Quidam enim respicientes ad regionem tantùm, disputant nihilo secius de omnibus quæ agenda sunt, καθόλου. Ὅτε δὲ καὶ ἀμφοτέρως.

At enim-

At enimuerò cùm aliquando eueniat aliter: non possumus ex illis vniuersalibus iudicare, vtrum sit melius atque eligibilius. Ἀμφοτέρως, tam eo modo quo prædicant, quàm contrario. Omninò codex hîc mutilus. Itaq; sic addit Theodorus: quasi pro statu aeris culturæ opus proueniat. Ὅποτε γὰρ ἄν. Ostendit, non ad solam regionem spectandum esse, sed ad finem in quem intendit natura. Natura autem nō à sola regione, sed ab aliis item multis mouetur ad finem. docet id exemplo messis: quo cætera comprehendamus. Ait igitur: Oportet esse talia officia nostra in agricultura, qualia possint respondere tēporibus. Verbi gratia, in frugibus serendis eam ponere operam, quæ sub æstate destinet earum maturitatem. Is enim illorum finis: id tempus huius finis caput. Et fortasse codex corruptus est. Οὐδὲ γὰρ δὴ μᾶλλον. addit B aliam præscriptionem: Neque regioni, sed neque anni constitutionibus nimium tribuendum: sed componenda omnia cum arborum natura καταστάσει, quoad qualitates: περιφορᾷ, quoad motum.

Καὶ δένδρων καὶ φυτῶν. Mirum, quoties iam τὸ φυτὸν, posuit pro cæteris omnibus plantis quæ nō sunt arbores. Non enim auderet ponere pro genere, & postponere illi voci, δένδρα. Hæc igitur dicit, vt iam adultæ curentur. Tum τῶν σπερμάτων, de sementibus. Ὡς πολλάκις. Siquidem horū natura sæpe deprauatur, & aberrat à seipsa: in quam deerrationem abigitur sæpenumero à temporum importunitate. Καὶ τῇ αὐτῶν δυνάμει. Tres ponit conditiones: primam in iis quę expugnantur ab aeris iniuria: secundam earum quæ sustinent, nec defatigantur: ὑπομένει: tertiam earū C quæ repugnāt: ἀνταγωνίζεται: vt non solùm sustineāt, sed etiam superent ac vincant contraria qualitate: nec ab æstu cale fiant, vt Olea quæ serò maturat: & Vitis illa quam gelu coquit. Τὸ καὶ hîc est ἀντὶ τοῦ καίτοι: atque si dicat: tametsi non omnia expugnantur ab aeris sinistra temperie. Καθάπερ καὶ τῶν ἀνθρώπων. Id quod etiam naturę hominum videatur euenire: quorum aliqui resoluuntur à medicamētis: quidā obediunt, nec leduntur: alii ne mouētur quidem. Notum habuimus ciuem qui in capitalium drachmam catapotiorum scammoneæ semidrachma nihil emotus fuit. Ὥσπερ αἱ μὲν ἀντιλογίαι. Hæ sunt, inquit, causæ quæ cient inter Autores in artibus dissidia. Οὐ μὴν ἀλλά. dicat aliquis: Estne tota hæc contemplatio controuersa? non est. Omnes enim conueniūt in quibusdam quæ cōfessa sunt ac recepta pro liquidis: neque in iis dubitat quispiam. Ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων. quibus de seipsæ res fidem fecere. Ea partim sunt vniuersalia, καθόλου, partim διαιρούμενα, id est καθ' ἕκαστα. Quia singularia nihil aliud sunt quàm species diuisæ ac sectæ. Est enim ἕκαστον, idē quod διαιρούμενον. vnde nostrū *secare*, ἑκάς. At quomodo facta sunt separata? quibúsnam differentiis? Γενέσει, καὶ χώρᾳ. Vt vtrunque colligatur, & plantæ natura, & ipsa regio. Οἷον δὴ θύς. Declarat quę sint, de quibus conueniat inter eos. Ita facit auditorem, & docilem, & attentum: tanto magis, cùm

A dicit: περὶ ὧν οὐ χαλεπόν. Allicietur enim auditor ad rem haud difficilem explicatu ad causas ipsas vsque. Hæc autem tota pars initio totius operis commodiores prooemii vices præstitisset.

Lego περιφορᾷ, ἢ τῇ τῶν δένδρων, καὶ φυτῶν, καὶ σπερμάτων φύσει. Et τῇ αὐτῶν δυνάμει, aspiratè: sua sustinent potestate. sed in libris Græcis, inscitia scriptorum, is error frequentissimus.

Theodorus, ὥρας, vicissitudines temporum. quia dixit μεταβολάς. Τομάς, decacuminationes. Etiam lignationes in sylua cędua, vt lætiùs resurgat. Ἀγκύλοις πῃ. Quibusdam aduncis: an mucronis sinuata curuitas leuiorem facit cæsuram? Ἑλκύσματα. laborent vlceribus. sanè inde nostrum *vlcus*. Cæterùm vsu priuato sibi separatum ἀπὸ τοῦ τρεύματος vindicauit significatū: B hîc ἕλκος vulnus. Lego apud Theodorum, An maturè, non autem immaturé. Βραχυτόμους ἢ μακροτόμους. in breui longóve palmite amputandas. Lego an, non autem in. Quòd si ita scriptum reliquit: sanè peregrina loquutio. Σκοπός. spectatio. durissimé. meliùs per verbum, Consideratio. Nō enim sunt linguæ Latinæ diuitiæ, per tam κίβδηλα numismata, simplicissimé. Huc igitur spectat agricultura. Ὑπὲρ ἑκάστου δὲ ἐστιν ὁ λόγος, ὁ αἰτίαν ἔχων. Sed disputatio quæ rerū explicet causas, de singulis agatur, necesse est. Omitto barbaram loquutionem: agatur disputatio: quod verbū fecit Proteum in suis interpretationibus: at sensus non conuenit Græcæ sententiæ. Non enim λόγος hîc est disputatio, sed ratio. neq; causas explicat, sed habet. ratio nāque in se causam continet. Ne- C que disputatio fit de singulis, sed in genere complectitur causas singulorum. Κατορθοῖ μὲν ἴσως. fieri forsitan potest. Omninò negligenter præteriit efficaciam verbi, quàm suprà satis explicuimus. Τὸ δὲ τέλειον ἐξ ἀμφοῖν. perfectus, qui vtramque rem teneat. Opus ipsum dixit Philosophus perfectum: quod ab opera recta simul, & à recta ratione proficisceretur. Theodorus ad hominem transferre maluit, qui præstare possit.

Πρὸς τὴν χώραν ἔνιοί τε τεμνόμενοι. Commoda tractus, quem aliqui colunt, in vniuersum sæpenumerò capiuntur. Nemo hinc intelligat Philosophi sententiam. Non enim de agricolis loquitur hîc, sed de agriculturæ artificibus: qui nullum commodum capiunt in libris suis, quin hîc etiam obtrectationem. reprehendit enim Theophrastus ipsos. D Καταστάσει καὶ περιφορᾷ. Orbis vniuersi conditionē circuitionémque orbis vniuersi conditio non vna est. Neque in opere agriculturæ committi quicquam erroris potest, si referatur ad vniuersi partes. Nusquam enim non inuenias aliquid quod conferat, si hoc hîc nocet. Si mense Iulio seuerim Triticum in Vasconia: non erit reprehensioni locus apud Theodorum, qui vniuersi conditionem narrat. Est enim mense Iulio in aduersis terris hyems. Hoc exempli gratia posuimus. ita hæ fimbriæ paludamentum deturparunt. Κατάστασιν autem hîc intelligit temporis conditionem ex qualitatibus, & περιφορὰν recursum. Κα-

θεάπ καὶ ἡ φύσις ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς. Scilicet afficitur: vt partim deprauetur Pharmacis, quod est vnum extremum: partim sustineat, quæ est media natura: partim refragetur, quod est alterum extremum. At longè aliter Theodorus. arte medendi se tueri atque defendere solet. quæ similitudo? Namque agricultura est medicina plantarum: & medicina est agricultura hominum. Τ' ἄρ ἂν οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν τὰς αἰτίας. Quam explicare difficile non nõ est: scilicet rationẽ. intelligit τὰς αἰτίας.

CAPVT III.

III. capitis argumentum. Deponenda tam semina, quàm plantas humo, cùm terra cietur ad conceptionem atque fœtationẽ: cieri verò, cùm madet & calet. disputatur: Verne, an Autumnus aptior sit ad hoc.

AEΙ' γὰρ δεῖ φυτεύειν. Incipit, quod pollicebatur, ostendere cognitionis atque pręceptionis facilitatem: Summa, inquit, rei: non tẽtare terram, nisi ad sese inuitantem. Cùm enim citatur ad motum ministerii, quod facit ad parturitionem: tum ei dandum negotium vel seminum. vel consitionum. Hoc est verbum illud, ὀργῶσαν, toties dictum. Id vt planius faciat: affert ab animalibus similitudinem. Frustra enim coitus est & inanis, nisi in matricem eo tempore immittatur, quo turget matrix. nec temere posuit participium, βουλομένην. Sanè dixit Plato, matricem esse, tanquam animal alterum: nec id tacuit Aretæus. Ο'ργᾷ δ' ὅταν. minor propositio syllogismi. vt concludat esse dandum quando turget. Declarat illam turgescentiam duabus qualitatibus, madore & calore. Humor enim est materia corporis futuri, quem fœtum appellamus. Calor autem est, aut elementaris ad supplemẽtum naturalis, aut cælestis ad animantis rectionem, quam toties vocat διοίκησιν Galenus. Quin alia quoque requiruntur: veluti amotio impedimentorum: ne quid ei incommodet, puta aer: cuius maxima sunt momenta vel ad noxas, vel ad vtilitates. Propterea subdit: καὶ τὰ τοῦ ἀέρος ἔχει σύμμετρα. Plus innuit, τὰ τοῦ ἀέρος, quàm ἀήρ: nempe qualitates tum insitæ primæ, tum peregrinæ accessoriæ ab exhalationibus, & astris. Τότε γὰρ εὐδιάχυτος. Vnam terræ ponit conditionem consequentem aeris illam mediocrem comparationem. Ea est: facilè potest, & findi & circumfundi, atque amplecti semẽ. Poeta: *-putres glebæ resolutaq́ terga*: ac in ipsũ propterea æqualiter agere fusilem dicas atque solutilem: quodammodo enim liquescunt sicca, vbi ad pulueris exiguitates adiguntur. Itaque idem in pulcherrimo poematio, quod Moretum inscripsit: *Foraminibusq́ liquatur Emundata ceres*. Inde duas alias conditiones hanc ipsam consequentes. εὐβλαστὴς καὶ εὐτρεφής. Hoc ipso efficit in semine facilitatem, qua possit in plantam prodire: tum in planta potestatem ad accretionem. Εὐτροφῆ, actiuè: vt alibi passiuè de plantis. Τοῦτο δ' ἐν δυοῖν. Primum est, cùm turget: secũdum, cùm ma-

A detac calet: tertium adiungendum est. Quando nam fit: vt madeat, ac caleat? Duabus anni tempestatibus inter se similibus, Vere & Autumno. Non enim inter se differre qualitatibus ac temperatura, vt litigat Galenus, sed ordine solo qualitatum. Nam reliquæ duæ partes anni, vt ita dicam, factiosæ sunt: vna enim ex quatuor qualitatibus dominantur, non sine alterius societate. Vt hyems prægelida fit atque humida: æstas calida & sicca: vtraque in excessu vtriusque. sunt ergo per se partes. At Ver & Autumnus, non sunt per se partes, sed illarum partium partes: & earum extrema simul & media. Autumni siccitas est desinentis æstatis extremum, simul cum ea caliditate, qua plurimi fructus maturantur: si eius partem priorem spectes. Finis autem ex contrariis, in Vere ordo

B alius: ac præterea siccitas minor: quia multum est reliquiarum ab hyeme in humore. Itaque ex hyemis atque æstatis: tum accessione, tum decessione fit Ver & Autumnus. Iccirco Theophrastus simul hæc tempora comparat. quod & alibi facit. Neque alia re differre: nisi quòd Ver accipitur à calore, qui iuuet ferendo: Autumnũ sequitur frigus, quòd afferat non eodem modo easdem vtilitates. Nam neque vitiat generationem, neque impedit augmentum: sed differt ita, vt tarditate illa futurum ex acquisito robore crementum repręsentet. Dixit κάλλιστα: quia nõnullos etiam sub Cane, dicebat alibi operari. Et μάλιστα: imò meliùs τοῖς ἐνδένδροις: saltem quoad arbores. Nam multarum plantarum sementes hyeme fiunt. Καὶ κοινοτέρως.

C Statim ante ipsam comparationem posuit argumentum à consuetudine: vt ab ea sit prærogatiua. Communiter verè ipso. non tamen apud nos. Solas Iuglandes Februario pangimus, cæteras omnes arbores Nouẽbri ac Decembri, duabus de causis. Prima est, quòd arbor vacua est ab omni & opere & impetu. Itaque tota natura in se collecta φωλεύει intus. quæ collectio perpetuatur vi frigoris circumstãtis. Altera est, quod sub terra tum calor est, non euocatus ab extero calore. Is calor radicem fouet: cum ea fœdus iniens naturæ legibus. Tum radix sibi tota viuit, nihil euocante ad seipsum stipite. Vites hîc vidi à vindemiis, ad mensem vsque Iulium poni: extra tamen gelu, miratus admodum, qua spe foliata sarmenta pangerentur. Η'τε γῆ ἔνυγρος. Tunc est madens &

D calens à sole. Verè madet, ab hyeme facta humoris impressione: Autumno, appetente illa eadem hyeme. de calore idem ἄγει. Sol calefaciendo agit. vt sit, quasi forma: humor, quasi materia. Sanè solis calor alius ab igni: animat enim. aut animas sua conseruat similitudine. Dicebat: τοῦ ἀέρος ἔχει συμμετρίαν: nũc idem addit: καὶ ὁ ἀὴρ μαλακός. Is affectus mollitiei sæpe in hisce libris adducitur ad genitalis aeris commendationem. Καὶ ἐρσώδης. nihil rore mollius. & est causa quare sit εὐτραφής: alit enim ros. Quod & diuin⁹ Poeta: *-tantùm ros nocte reponet*. Ratio: quia humor est, materia est: quia tenuis, subit: tum attractus à sole percoctus est, & aliquid sibi cõparauit ad generationem: apparatũ enim

enim formæ vehit secum. quamobrem animalia quoque ex eo progignuntur. Ω'στε ἐξ ἁπάντων. Tribus caussis quas afferebat, humore, calore, aeris temperatione mediocri. Nulla humiditas mediocrior, quàm roris: est siquidem inter aerem & aquam exemplum eius virium ex agro Cyrenaico: vbi præstat aquę vicem vtriusque, tum terrestris, tum pluuialis. Itaque facilè ac feliciter exeunt sata atque etiam germinant. Hîc non inuertit, vt solet: prior enim est ἐκτροφὴ quàm βλαστία. Ε'χει δ' καὶ μετόπωρον. Etiam Autumnum habere tale temperamentum: quamobrem ei quoq; suprà germinationis vim attribuebamus. Οἱ δ' ἐπαινοῦντες. hæc est comparatio temporis vtriusque: Pręstantiorem Vere Autumnum: quia plus tum caleat tellus. Ρ'ιζοῦσθαι κάλλιον. Non ta-

B men verum est, si legas, ἐπὶ τῆς γῆς. Extante calore supra terram, meliùs radicari: imò sub terra & supra terram frigore: itaque viri docti emendarunt, ἐπὶ τῆς γῆς: atque ita legit Theodorus. Neque constaret oratio: nisi legeres θέρμης, id est calore, non autem θερμῆς, calida. Δεῖ δ' ἀεί. axioma. Valida oportet esse principia, vnde sit ducenda generatio atque etiam vita. ὅλως ἡ ζωή. vt non solùm gignantur, sed etiam viuant. Quippe ex imbecillis quoque principiis, fieri potest generatio: at vita produci nonnisi ex validis. Ζωὴ nunc intelligitur non actus animæ in corpus, sed tractus illius. Conclusio iam dicta est: calore opus esse. Altera conclusio: felicem esse germinationem, ἅμα τῷ ἦρι. Elegãter: Vere comite: imò Vere duce. Neque so-

C lùm καλῶ, quo designatur Autumni temperies, sed etiam ἀθρόως, quod indicat in ista ipsa temperie vini. Ε'κβεβηκυίας. expressa ratio. κυούσης τῆς γῆς. quoniam terra prægnans est. Iam alibi dictum est: in terra esse omnium seminiorum potestatem: Dixit, προεβεβηκυίας, quasi processerit ad aliam fœturam, priore sarcina fœtandi exonerata. Τοῦ δὲ ἦρος. Posteaquam descripsit Autumni commoditates: ex eorundem sententia demonstrat vernæ sationis intempestiuitatem. Vere terram ex hyberni frigoris reliquiis etiamnum rigere: neque aptas esse ad germinationis officium radices. Iccirco præcipiũt, Autumno potiùs arbores seri: modo arborum natura ferat. Quasdam enim non ferre: Pyrum enumerat, & Malum. at nos has etiam.

D Addit τὰ λεπτά: quia tenuia superuenienti frigori sint obnoxia. καὶ ξυλώδη. quoniam lignosorum natura ferè abest à facilitate germinãdi. At hîc quęrit quæ βλαστάνειν queant. Ita sibi constat hæc sententia, tum concordat cum superiore: non ad anni solùm tempora, verùm ad plantarum quoque naturam spectare oportere. Καὶ γὰρ σκληρά. Declarat quamobrem à lignosioribus abstinẽdum. quia est in earum siccitate imbecillitas aduersus hyemes. Ε'πι τὸ μὲν μετόπωρον. Alia ratio, Autumnum prægnantem esse: satis poeticè tempori attribuit, quod plantarum est. Ea tempestate plena sunt omnia interno succo: nihil enim prodit. Suprà tamen dicebat: ἐκβλάστησιν Autumnalem esse pulcherrimam. dicendum, de arboribus quæ

A perfectæ sunt. at quæ panguntur, succo esse turgidas: itaque verè parere. Prægnantem igitur dixit Autumnũ: Vere igitur posse parere: at Verè pactas nuper concipere: quia pactæ nuper. Parere igitur τυφλά. Metaphora sumpta ab animalibus, quæ fœtus præmaturè edunt, atque iccirco cæcos. Ita τυφλὰ τὰ βλαστήματα: quibus fructus nullus. Τὸ δ' τίκτειν ἀμφοτέρας τῆς αὐτῆς ὥρας. Vtrisque ergo cùm sit idem pariendi præstitutum tempus: in alteris fieri potest apparatus ad perfectionẽ propter tẽporis tractum: eæ sunt Autumnales: in alteris breue temporis interuallum suis excludit angustiis fœturam pleniorem. Ε'πιφόρῳ. qui diu gestarit vterum. ad Ver vsq; vterum intulerit. Cui pariũdi articulus immineat. Verbũ prægnantium fœminarum. Σχεδὸν γὰρ ταύτας.

B ostendit, se recitasse, de quibus sit iudicaturus: quòd mox faciet capite sequenti.

Lego μᾶλλον τοῦ ἦρος. non τοῦ ἀέρος: pudendo scriptorum errore, tum suprà non semel, tum infrá. Et θερμῆς οὔσης τῆς γῆς. sic & mox, ψυχρὰν γὰρ ἔτι δέχεσθαι. Et τὸ μὲν μετόπωρον.

Theodorus, vbi scriptum est, φυτεύειν, καὶ σπείρειν: omisit φυτεύειν. cùm tamen hîc de vtroque agatur. Quippe Autumno felicius & serimus, & pangimus arbores. Et mox ait: τοῖς δένδροις γ. & malè τὴν ὑστέραν vuluam vocat. Est enim vulua pellis illa ima feminis, nec aliud quàm ostium: vnde & scorta dicta. at interius vas, matrix. Βουλομένην, libenter. Fortasse minus implet illum significatum: designat enim hîc appetitum. at mul-

C ta libent, dum fruor, quæ nunquam appetiui. Et semper matrix affricationes, ac titillationes suscipit libenter: non tamen semper vult, aut expetit.

Εὐδιάχυτος, agile, minus bene: solutile, friabile. Εὐτραφής. Lætum, aptum ad educanda sata.

Κρᾶσιν. confusionem: pessimé. Fabarum, & Milii mistorum cõfusio est. At κρᾶσις, qualitatum in materiis sese vnientibus. Ψυχρὰν ἔτι. Nondum Hyemis algorẽ esse decussum. ambitiosè & peregriné. Ε'πιφόρῳ. ad pariendum propensá. sub ipsas parturitiones. partui proxima. Vascones, imminere partui dicunt.

CAPVT IIII.

D *IIII. capitis argumentum. Vernas anteponit Autumnalibus conditiones. Non idem tempus esse omnibus commodum regionibus.*

OΥ' μὴν ἀλλά. Dat suum iudicium: atque anteponit Veris cõditiones Autumni cõditionibus. Seriatim verò disponit rationes quæ planæ sunt. Hæc est prima capitis pars, fundata penitus super temporis habitudinẽ. altera subtiliùs atq; exactiùs agit. non ad Ver aut Autũnum omnibus respiciendũ. Aliter in Æthiopia & India propter æstiuos imbres, atque in Ægypto propter Nilum. Aliter in Laconica, propter situm regionis: palustris enim. Aliter vbi tẽperatus aer. aliter, vbi cęlum æstuosum. ita Sapiẽtissimus litem

ſuſtulit. Κοινότερα πᾶσιν. Opponit ſuperiori ſententiæ de Autumno cõſuetudinem, ita deſtruit argumento experientiæ. Tum addit rationem: viciſſim explicando veris commoditates & noxas Autumni. Ἢ τοῖς πλείστοις. Sicuti aduerſarii non omnia iubebant Autumno ſeri: non enim exilia, non lignoſa. Καὶ τοῖς ὀποῖς, καὶ τοῖς φυτοῖς. Non ſeruntur ſucci, ſed ea quæ propter ſuccos. Αὐτότε γὰρ φυτῇ. Nullum illi præſtantius habent argumentum quàm quod oſtendit: Autumno ſatas præſto eſſe Vere: vt quod tum conceperint, nunc edant. Idem, inquit, nihilo ſecius in iis quæ Vere panguntur. Namque fœtæ nihilominus eæ ſunt quàm illæ quæ Autumno ſerebantur. Ideò dixit προωρμημένα. iam idem impetus æquè intus eſt. Quòd ſi quis dicat: tardari propter hanc recentem mutationem: addit, aeris tum conditiones eſ-B ſe omnes genitales. Ab iis tantum iuuari, quãtum officiatur à tranſlatione. Quantum propter hanc differatur: tantum ob aeris præſtantiam accelerari. Propterea dixit, ὅλως ἡ ὥρα γονιμωτάτη. tempus genitale. quomodo? dies calidi ac longi: quid tum poſtea? Nam his item cunctis noſtræ illæ Autumnales commodis potiuntur. Quare par eſt, eas plus tanto proficere, quo diutius iam aſſueuerint loco ipſi: quaſi iam in colonia conſcriptæ ciues. iſtæ etiamnum videntur potiùs inquilinæ. Itaque omninò arborum Autumnalis ſatio magis apud nos laudatur: qui Vere deponat, inuenias neminem. Ἢ διὰ ῥίζωσιν ἰσχυράν. fortaſſe. magna enim pars interit ſub Cane. Καὶ οὕτω. etiam ſic, quemadmodum ſcilicet Autumno. Nõ eſt verum, tam firmam perduci ad æſtatem. Illud enim pro maxi-C mo fundamento ſtatuebant opinionis ſuæ: Vere nihilo ſegnius radicari: idq; duplici de cauſa. Hoc enim denotant illa verba: εἰς ἄμφω γὰρ ὁμοίως ἔχει. prima cauſa: διά τε τὴν φυτευτηρίων ὁρμήν, propter plãtariorum propenſionem, quæ iam affectant germinationem. Hoc enim dixit hîc ὁρμὴν, quod tum alibi tum mox, ὀργᾷν, in expreſſione alterius cauſę, quæ eſt τὴν γῆν ὀργᾷν. Addit & ab aere tertiam: atque ita perſiſtit in priore diuiſione, à terra & aere. Ὁ γὰρ ἥλιος. Docet, aeris vim etiam ſubter terram opus facere: idque ex radicis natura: quãdo aut non plus demittatur, quàm quantum ſubire ſolis queant radii, aut minus bona ſit, ſi ſit porrectior. Hoc addidit, quia radius ſi pro luce accipiatur: falſa eſt ſententia. ſi pro calore: nihilo verior. radices enim eruimus admodum frigidas.

D Ὁ δὲ χειμών. Quemadmodum ſuprà, poſt Autumni aſſertionem Veris narrabat incommoda: ſic hoc loco, poſt adductas pro Vere rationes, conuertit cenſuram ad Autumni examinationem. Quæ ſeruntur arbores Autumno, iis Hyemis ſuperuentu plurimum incommodari: itaque interire: quod Oleis vſu venit. Deglubi namque frigore: item ficui, quippe cuius corticem faciat craſſiorem. Hoc verò arboribus pernicioſum: ſtrangulantur enim. Hoc ſanè Ceraſo contingit. aliud detrimentum. πηγνὺς τὸν ὀπὸν τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ. ſuccus qui in corde eſt, cõcreſcit. Ac nequis hoc reiiciat

A propter duas arbores, addit: & alias multas. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα. acutam obiectionem. Fortaſſe quiſpiam eximat arbores quæ Hyemẽ ferre nequeãt: quemadmodum ſuprà eximebantur quę pati non poterant æſtatem, Pyrum, & gracilia & lignoſa. ita hîc, ἀφορίζοιτο, id eſt præſcribat ac terminum ſtatuat ita vt de iis dicat, quę hybernas impreſſiones tolerare voleant: eas melius Autumno ſtatui. Quo fit, vt cum vtroque tempore probè deponantur: ſi melius habeãt Autumno, melior ſit autumnalis ſatio. Quocirca dixit, τοῖς δεχομένοις λέγων. De iis loqui quæ ſuſcipere queant vtrãque ſationem. Ἔτι δὲ πλείω. Sunt, inquit, alia præter hæc argumenta. Τὸ προωρμηκέναι τὰ δένδρα τοῦ ἦρος. hoc repetit: quia dicebat τὴν φυτευτηρίων ὁρμήν. Καὶ τὸ κοινότερον. hoc etiam repetitum huc ab ipſo ſtatim veſtibulo diſputationis: ſed peſſimè dixit, πᾶσι. nam neque verè, neque conſtanter. ſuprà modeſtius, ἢ τοῖς πλείστοις. Δῆλον οὖν. concluſio naturam ipſam dictare: potiorem eſſe vernam arborũ ſationem. Quam concluſionem firmat eo robore: ſi ex legibus naturę eſt: vt quod tẽpus eſt proprium magis ad arborum robur, id eligatur ad earum ſationem: Ver eligetur: quia ſit idoneum magis. Minor propoſitio iam probata eſt. maiorẽ probat à ſimili, & à minori: inquit: ſi quod tempus maximè videtur arboribus incommodum, id eligunt alicubi ad ſationem: propterea quòd illis in locis tum rectè valeant arbores (hoc autem ſub Canicula fieri quibuſdam regionibus) tanto magis commẽdari debet tempus illud quod vbique locorum percommodum eſt. Hoc autem Vere eſſe, & pro confeſſo habetur, & ſuprà declaratum eſt. vbi videmus appertã fallaciam in ſyllogiſmo. Argumẽtatur enim ab affectu arborum quæ iam ſunt ſtabilitæ, ad affectum earum quibus inchoatur tum demum conſtitutio. Similitudo autem tẽporis canicularis & verni, eſt à minori ad maius (vti dicebamus). Namque ſub Cane quæ fit ſatio, certorũ tantũ locorũ eſt: Veris autẽ commoditates longè magis communes. Eſt etiam, ſicut innuebamus, ęqualis: quippe in germinando. Namque Vere βλαστάνουσιν arbores: ſub Cane ἐμβλαστάνουσι. Adeò igitur εὐσθενοῦσι, benevalent: vt etiam opus faciant. Imò verno operi, id eſt germinationi ſuperaddant opus, id eſt ad germinationem.

Πολλῷ δέον. Cùm tamen transferenda eſſet opera illa in Ver ipſum: tamen tempeſtatis illius agricolæ rationem ineuntes, malunt tum ſerere. propterea quòd ὁρμὴ tunc eſt, quæ fit ὑπὸ τοῦ προέχοντος. Ὅπου δ᾽ ἄν. Alius conditio regionis, vbi frequentes imbres æſtiui: vt in Æthiopia: aut aliuſmodi aqua, vt in Ægypto Nilus: ibi quoque conditiones aeris ſequendæ ſunt. Non enim Vere aut alia ſectione anni, ſed aut ante aquas illas, aut ſtatim poſt, ſementes faciendæ. In hæc deſiluit: dum vult oſtendere Ver eligendum ad arborum ſationem propter temperiem. Quia ſimilis temperies aliquibus locis alio viget anni tempore: quod tempus ibi præferatur verno tempori. Ita Ver à nobis anteferendum. Εἴη δ᾽ ἂν διελεῖν.

διελεῖν. His ita conſtitutis elicit hãc ſententiã. Fortaſſe meliore conſilio fiet: ſi ſecundũ temporũ naturã ſationes accõmodẽtur: quę tẽpora Veris viũ præſtent tẽperatione quadã peculiari, alia aliis locis eſt, vbi mediocris aeris ſit habitudo? Vere ſeratur ibi: vbi verò ſũt riguæ rigationes, ῥοώδεις, aut aquę pluuię aut paluſtres: æſtate ſub canicula fiat opus id: velut in agro Laconico. In æſtuoſa regione Autumno ponantur. Συμβαίνει γάρ. Huius ſolius extremæ legis rationem reddit: aliarum nõ item, quia planæ ſunt. Paratur enim aeris ac locorum reſpectibus temperatio. Conſulẽdum autem omninò bonæ radicum habitudini. pro earũ nãque robore futuram germinationẽ. Omnia plana ſunt ac toties declarata. ῥίζωμα, radicatio.

Lego ἡ τοῦ ἔαρος: non autem ἀέρος, vt toties miſerè nimis erratum eſt.

B Theodorus, ὀποῖς, fructuum: quoniã ob ſuccũ expetuntur. Cæterùm omninò aut mendoſus codex aut ambitioſum verbũ. Nemo enim dixerit: ſatio ſuccorũ neque fructuum. Τὴν γῆν ὀργᾷν, humi turgorẽ. ſanè verò turgor in ipſa voce. Τὰ ὑπὸ γῆς, quæ cælantur. ſimpliciſſimè, quæ ſubtus terram Multa enim cælantur, quæ non tegit terra. Triuialis Cacozelia. Ἐν τῇ καρδίᾳ. inteſtinũ. haud rectè. Omnis ſuccus ſub cortice quacunque in parte, inteſtinus eſt. at non omnis eſt in corde. Sic enim medulla ex animaliũ analogia dicitur in Hiſtoriis. Πηγνύς. Quod vſus deleuit, inciuilis atque inconcinni eſt ingenii ad abuſum reuocare. Si vetuſtati plus placitum eſt cogit quàm coagit: id vſus retinuit: cur mutet peregrinus? Ἀφορίζοιτο. excludet. ſanè ad verbum, exterminare. ῥοώδεις. diluta. fluxæ terræ ac lutoſæ.

CAPVT V.

V. capitis argumentum. Apparandus arboribus locus, quæ ſerẽdæ ſunt, ſcrobibus: quo fiat rarior emota terra: itaque facilius & radices agunt, & ſoles imbréſque poſſint admittere. Non vniuſmodi ſcrobes eſſe debere: quandoquidem ne radices quidem Auſtrinis tempeſtatibus, quam Borealibus ſeri melius.

ΠΕΡὶ δὲ ὑπόκειται. Poſtquã ſationis tempus elegit ex terra & aere, pro legibus illis, τοῦ ὀργᾷν καὶ τὸ μαλακὸν εἶναι: atque ex eo quod eſſe tellus debeat & vda, & calida, & rara: nunc modum dat quo rara fiat: vt madore illo perfruatur. Raram verò eſſe oportere, duabus de cauſis: tum vt erumpentibus cedat radicibus: tum vt admittat & humorẽ & aerem. Iccirco modum, inquam, dat, vt talis fiat. Fit autem ſcrobibus effoſſis diu antè, quam arbores adigãtur eo, vt & calore & frigore ſubigatur. Vtroque enim comminuitur ac friabilis fit: coquitur, rarefit, auertitur à naturali cruditate. Denique fit idonea ad principia genitalia, ſubeũte poſtea putredine. hoc igitur caput agit vnum. Nam in fine quod adiungit, Auſtrinis temporum conditionibus, quàm Borealibus vtilius ſeri: id alieno fit loco. Suprà enim ſtatuendum fuerat in extremo capitis præcedentis: Sequitur enim rationem temporis vniuerſalem. Interea verò portiunculæ tractationis huius hæ

A ſunt. faciundas ſcrobes. faciundas diu antè. quo tempore faciendę, quantæ, quibus legibus ibi depactis arboribus ſit humus aggerenda. Ἐπεὶ δὲ ὑπόκειται. ex hypotheſi deducit, quod ſequitur. Hypotheſis eſt: humectam eſſe debere terram, & peruiam radicibus. appellat hypotheſim, quę non eſt. Probauit enim ſuprà: ſcilicet propter alimentum ac ſuccum genitalem. & nunc rurſus: ὅπως διαμήκεις καὶ παχεῖαι, καὶ ἰσχυραί: vt radices omnibus acquiſitis ad bonam habitudinem dimenſionibus robur conſequantur. In corpore namque tereti hæ duæ dimenſiones tres ſunt. Latitudo namque à profunditate non differt re, ſed ratione. Ergo ſi peruia terra eſt: cedet ſubeuntibus radicibus porrectis, & in ambitus latera creſcẽtibus. Subibunt tanquam in vacuum: craſſeſcẽt & producẽtur ob B materiã: ἔνικμος enim. fiunt igitur ex his omnibus ἰσχυραί. Hoc vt fiat, oportet ſcrobes multo antè fodere: ἐκ πολλῶν: ἐκ πολλοῦ, vſitatius: multo antè.

Μάλιστα δέ. Imò etiam pro quibuſdã anticipare, vt & ſoles & hyemes patiantur. Præceptum latè patens in agricultura. Caſtiganda enim eſt terræ naturâ feritas: vt ad bonam frugem apparetur. Sic Poeta: -*bis quæ ſolem; bis frigora ſentit.* Duobus ergo contrariis expugnata ſuę obliuiſcitur cruditatis. propterea dixit, καθ᾽ ἑτέραν τὴν ὥραν. Alteram nominauit in verbo χειμασθῇ, Hyemem: alteram in verbo ἡλιωθῇ, Æſtatẽ. Quocirca quæ Autumno deſtinabuntur, antecedenti Autumno parabũtur ſcrobes iis: vt & ſuccentem ſentiant Hyemem, & Æſtatẽ ſubſequentẽ. Hæc eſt illa anticipatio quã innuebat illis verbis τοῦ πρότερον. Ἄμφω γὰρ ταῦτα: C ſcilicet frigus & calor efficiunt quod quærebamus Μανὸν rarum. χαῦνον ſolutum, diſſitis partibus. Idem re eſt: ſed hiatus maiores ἐν τῷ χαύνῳ, παρὰ τὸ χαίνειν. Frigus id conficit, humidum abſumendo, quo fit partium cohæſio: calor reſoluendo. Pręterea in Hyeme eſt aliquid etiam pręter frigus. fit enim ob humorem putrefactio. Æſtas verò ad eandem putrefactionem affert calorem peregrinum. Itaque terra è ſcrobibus educta putreſcit: quę poſtea in eas reiecta circum pactas arbores multas afferat vtilitates. Ἔνιοι δέ. alia portiũcula capitis. pręceptũ de ſcrobibus vniuerſale eſt. nunc quando ſint faciendę. Incipiendum à ſolſtitio, & ante arcturum: ſub arcturum vſque, tempeſtiuum eſt. Τότε γάρ. obſcurus is locus eſt. ſenſus eſſe videtur: terram tunc vacare ab omni officio. D Id enim innuunt verba illa, βλαστάνειν οὐδέν. at verbũ διωκεῖσθαι obtũdit. Itaq; Theodorus legere videtur διαχεῖσθαι. id tamẽ minus procedit. Nõ enim cohęret cum illis. Fortaſſe ſcriptum reliquit, διοικεῖσθαι. Affici terram quę eſt extra ſcrobes: quippe ſolui. Affici eam quę eſt in fundo, & in lateribus intra ſcrobes: quæ ſanè non διαχεῖται. Φυτεύουσι δέ. Scrobes inſtituuntur propter ſationem. ergo etiam ſationis tempus deſignandum. Itaque Autumno poſt occaſum Vergiliarum, vt ex humore capiant alimentum: poſt imbres videlicet. Nempe omnia hæc ad alimentum. & repetit, γῆ ἔνικμος. Eſt enim totius inſtituti fundamentum. Καὶ

τοὺς γύρους. alia pars artis. haud illico scrobes complent. ratio cõsilii. Satius enim videbatur. Ne, inquit, emittantur fibræ in superiora loca, atque ita ab imo destituantur. Εἰ δὲ μή. Attica breuitas, quam & suprà vidimus. Sic in Nubibus Aristophanis. κἄπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, κ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς; εἴπερ; scilicet, εἴπερ ἐβούλει ὑπερφρονεῖν. sic hîc. εἰ δὲ μὴ μὴ συμπληρῶσι. Si compleant: tum succus ab imâ radice, ad stipitem, qui est in summa scrobe terra opertus, subibit euocatus beneficio solis & aeris. Sol enim educet calore: aer fouebit humiditate. Quod non fit, si arboris ea pars ibi nuda sit: deest enim matrix, ipsa terra scilicet. Subtus ergo firmius radice stabilitur arbor, cuncto retento succo. Qui locus imprimis aduersatur ei sententiæ, quæ vernam fouebat arborum sationem. Tanto enim magis auocatur eo tempore ab radice succus, neque solùm ad summa scrobis labra, sed in totum vsque corpus arboris.

Οὕτως δέ. Alia cautio circa quantitatis modum, pro modo scilicet radicum. Oleis ergo, ficubus, & aliis quibus radices minus profundæ, minus item profundæ scrobes. Βουλόμενοι. Hîc verba desunt, quorum sensus in hac coniectura fortasse. Depositis arboribus aggestam calcare terram: ne eò ad summum radices erumpãt. hoc est, πρὸς τὰς φύσεις. Dant igitur operam, vt ex ea compressione cohibeatur subtus vis, quæ radices agit: quapropter lego πιέζεσθαι, & ἀντιπιεζόμενοι. Οὕτως δέ. alia præceptio de accessionibus. Lapides enim supponunt, quibus hyemales aquæ receptæ retentæque temporibus siccis refundi queant, atque attrahi aduersus squallores tempestatum: recreantur ergo refrigeratione quasi de penu. Repetit autem contrà leges quæsitæ breuiloquentiæ verba illa, καὶ οὕτω θέρους καταψύχουσι. Iam enim dixerat, θέρους καταψύχονται. Non erat tamen causa cur diceret: τοῦ χειμῶνος τῶν ὑδάτων ἀπολαύωσι. Οἱ δὲ κληματίδας. alia materia: finis idem. Sarmenta subiici: quô fiat inæqualitas humi, atque in ea sinus in quibus aqua restitet. Item eadem ratione fictilia, neque sine aqua. Transmeat enim humiditas atq; exuggitur: item euaporat, vnde tellus excipiat exhalationes. Aut adigunt paxillum, quem deinde eximant, vt cauerna facta sit aquæ futuræ lacuna. Ἁπλῶς γὰρ τοῦτο. præcepti explicatio. Opus esse cautione: vt & imbres applicare sese queant: & subire sol, & sese aer induere. hoc iam millies dictũ est. Ἐπὶ δέ. Hæc est pars capitis altera, quam suprà dicebamus sua sede fraudatam. In extremo namque superioris capitis collocatã oportuit, sub iis sanè quæ de tempestiua satione dicebantur: summa hæc est: Aquilonibus flãtibus terram compingi atque exuggi. Hoc iam est contra eas conditiones quas suprà requirebat ad sationes: quippe vt esset laxa, & maderet, & caleret. Sub Austro esse κεχυμένην, sub Aquilone πήγνυσθαι: sub illo ἔνικμον, sub hoc ξηράν. Præterea noti beneficio plantam quoque ipsam sese esse humidiorem. Concludit Austro flante melius pangi.

Ταχεῖα ῥίζωσις. Ratio superior ab efficiente est, & à priori demonstratio: nunc ab euentu & à posteriori. Non solùm radices comprehendere celeriter, verumetiam germinationem maturiùs expediri. quare? quia conuenit inter ea. ὀργῶσι arbor in ὀργῶσαν terram: fauente aere: sub Austro namque μαλακός: quod tantopere poscebamus.

Δεῖ γὰρ δή. etiam priore libro hoc idem. Vbi cum supernis conueniunt inferiora: rectè omnia euenire. Itaque terra & aer conueniunt, neque repugnat planta. Τοῖς δὲ βορείοις. Plena scientia est, non solùm ex assertione veri, sed etiam ex falsi explosione, vt est in primo Posteriorũ. Ideò Boream nunc excludit ab hisce beneficiis. Vtrique ab eo fieri iniuriam, & arbori, quia rigeat: & terræ, quia compingatur. Ergo neque arborem diffundi ad radicum emissionem: neque terram laxari ad earum admissionem.

Legó, ἀδμῆτες καὶ παχεῖαι, non τυχεῖαι. Et χαύνην, nõ χώραν. Theod. legit διαχυθῆς non διωχεῖσθαι: sicut infrà, κεχυμένη. fortasse, διαχεῖσθαι. Et καθ' ἑκατέραν, nõ ἑτέραν. κἂν εἰ μὴ παχύς. Nemo nõ videt esse corruptũ locũ. Theodorus legit, παχὺ, dempta negatione. Et ὑγρότερον αὐτὸ ἑαυτοῦ μᾶλλον. Et πιέζεσθαι, nõ πιέσαι. Et ἀντιπατούμενοι, non ἀντιπατούμενοι.

Theodorus, ἡλιωθῇ, καὶ χειμασθῇ. Solẽ niuésque bibant. insoletur & rigore agitetur. χαύνη, suspẽsa: non intellexerim. laxa. Βουλόμενοι πιέσαι, καὶ ὥσπερ ἀντιπατούμενοι πρὸς τὰς φύσεις. Theodorus hęc omisit omnia prudẽter. Et fortasse nos haud bene substituimus, ἀντιπατούμενοι. sed, vt circũfertur. Quasi sese agricolæ cõparent se aduersus naturã, quę sursũ nitatur. Instructi hoc consilio aduersus naturã. atq; hoc plus placet. Τηρεῖν δεῖ. obtinẽdũ est. obseruãdũ potiús. Εἶεν συμμέτρως. modicè actũ sit. nunquã intellexissem νοτίοις δὲ κεχυμένη, Austrinis tabescat. quasi, τηκομένη: neutiquam ex fide interpretis. Ὑγρότερον αὐτὸ ἑαυτοῦ μᾶλλον. planta humidior sicciórve seipsa. Pessimè addidit, siccior: de Austrino satu solùm hîc loquitur.

CAPVT VI.

VI. capitis argumentũ. A vegetis arboribus atque ætatis firmæ stolones petẽdos, aut ramos ad sationẽ. Seruandũ earũ in satu sitũ qui fuerit antequã transferantur. Quibus ex partibus taleæ sumẽdi aut rami. Quæ proportio partium, quãtum infodiatur, & quantum extet. Quædam de cæsuris.

TA' δὲ φυτευτήρια. Terrã eligit, atque à tẽpore occasionẽ. Terrã scrobibus parauit. Nunc quod seratur, eligendũ. electio duplex, aut totius, aut partis. Quæ species cui solo mandanda sit, satis in præcedenti libro. quæ pars: nunc dicetur. Pangitur autem, quemadmodum etiam in primo dictum est, aut talea, aut ramus, aut stolo. Est enim stolo, quasi pars, quippe ab radice. Ramus autem duobus modis: vel vtvt est, sine radice: vel priùs in terram flexus humóque obrutus, vnde & radicetur. Μοσχεύειν, Græci dicunt: fit enim quasi stolo: quod per seipsam facit ficus Indica. de his dicetur in prima capitis parte. Deinde de situ: tum de quantitate infossionis. Primùm ergo dicit, ab arboribus ætatis ve-

getæ

getæ petendos ramos aut taleas, non à vetulis aut tenellis. Dixit ἀπὸ νέων, ἢ ἀκμαζόντων. Τὰ νέα, non intelligit anniculas aut bimas, sed quæ iam fructum tulerint. Φυτευτήρια, suprà diximus plantaria: nunc etiam latiùs. nam plantaria sunt, quæ arbores aliquo in loco satæ semine fuere, vt inde ad destinata viridariis loca transferantur: Gallicè *pepiniere*: quia *pepin*, granum significauit. Talis natura etiam stolonum: etenim cum radicum parte quam sibi habent transferuntur: vnde nomen viuiradicis. Hîc intelligit omnem arboream materiam ad serẽdum. hoc est primum præceptũ. secundum, λεῖα. Namque & in primo libro dixit, & mox dicet: asperitatem non esse idoneam ad germinationem. causæ dictæ sunt. Ἀντιλαμβάνεται, solum corripiunt. καὶ ἰσχύει. & progressus faciunt in robore. Duæ deinde causæ, ἡλικία πάχος. Vis est in ætate, quę & propè principia est, & non nimis propé. Et vis est in quantitate: eliguntur enim mediocri sanè crassitudine. Τὸ λεῖον ὥσπερ ὑγιές. Duplex duplicis rei argumentum in lęuitate. τὸ ὑγιὲς: vult læue, quod non sit euentu scabrum. Ἀπήρωτον: quod morbo non sit aliter quàm decet in omnium partium conditione. Vult lęue quod non sit vetulum. Corticis enim scabritia est à siccitate, qui est affectus ætatis prouectioris. Ὀζόμενον, nodis obsitum. idem quod ὀζώδες. sed designat hoc participio tractum nodificationis.

Τυφλοῖς ὄζοις. Cæcos præsertim nodos abdicat ab hac electione. Tales sunt mutili, qui nõ exierunt in germina. Contumacem sanè innuit naturam corticis, atque etiam ligni, succi verò interni vel conatus, vel ignauiam infelicem. Ὥσπερ πεπηρωμένον. sicuti dixerat, ὥσπερ ὑγιές. namque & ὀζώδες non est verè πεπηρωμένον. Non enim est defectus ac mancus: nihil enim ab eo ablatum est: sed ineptus modò ad finem hunc. Ἐὰν δὲ ζῶσι. In verbis incomptis ac fortasse deprauatis sensus est. Periculum esse, ne talia non viuant. Sin viuũt: at destituuntur fine illo: is est, ἐκ δημιουργοῦσι: neque fructificando sunt idonea. Nota, de more, numeros confusos. ζῶσι φυτευτήρια. statim ἐκβλαστικός.

Ἀσθενέστερον. Tanto imbecillior ad fructum ferendum arbor illa, quo est remotior ab illa qualitate læuitatis. Ὥσπερ τῶν κλημάτων. omninò codicis fides suspecta est. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν δένδρων. Nempe vt consulant securitati: antequam decerpant, propagant: sicut & vites propagantur: vt inde radicatas eximant soboles ad translationem. Itaque hoc erit vnum ex præceptis. aliud sequitur. Οἱ δὲ περιαιροῦσι. Alii tondent τὴν θάλειαν, germen quantum in ramo est: ne eò transferatur ac dissipetur succus, atque etiam vis. ἐξαναλώσῃ δύναμιν. Ἔτι δὲ ἀθύτης. aliud præceptum. Rectas oportet esse virgas: propterea quòd meatus flexuosi remorãtur succi subitionem. De hoc in præcedenti libro, ex Democriti sententia. nota loquutionem, ῥέουσαν τὴν ῥοήν. fluxilem fluxionem. sicuti λέγω λόγον. Ὀρθῶς δέ. aliud præceptum, Quam in terram es translaturus, spectato vt ex ea planta petas, quæ in simili terra sit. Εἰ δὲ μή. si non potes: at saltem non deteriore. Ἡ μὲν γάρ. Si ex æquè bona petes: nulla fiet mutatio. Quamobrem vitæ pristinum tenorem seruabit arbor. Quid sequitur postea? ἢ δ' ἐπὶ τὸ βέλτιον. at quæ? nónne est idem, ὅμοιον, & μὴ χεῖρον: quare alio modo digessissemus nos. quippe sic. Ex bona terra petendas arbores, atque in meliorem transferendas. Quæ si non inueniatur: at saltem in similem, non peiorem. Intelligendum autem relatiuè bonum hîc: nempe arboribus bonam. Quia bona terra ἁπλῶς frugibus, non arboribus bona est: vt suprà demonstrabamus. non igitur eueniet ratione terræ. An verò propter translationem? non omnibus. Quædam enim transferri volunt: vt pinus & aliæ. Neque in ramis ac taleis verum est. ægrè enim seruant excellentiam. Vox autem illa, σωτηρίας ὄντος, videtur aliquid desiderare ad orationis supplementum. Μέγα δέ Hoc & suprà dicebamus: mutationibus non solùm plãtas lædi, sed etiã qualemcũque aliam naturam: si debilis est. Plantam verò tum esse debilem, amissis natalibus: & rami ac taleæ sine radicis præsidio. Hoc eò tendit: bona vt eligatur terra: ne ad mutationis molestiam etiam accedat ægritudo propter deterius alimentum. Διὰ ταῦτα. Iccirco, vt minùs sentiantur mutationes: dant operam, ne situm mutent cum loci mutatione: sed quam cæli respexere partem, in eam item vergant. Proditur autem situs, etiam nullis appositis notis. Color minus viridis à meridie: insolatione diluitur ille, resoluto humido. Τὰ πρόσβορρα. suprà corrigebamus, πρὸς βόρειαν. Parum refert. illud magis. Cùm quatuor mundi partes nominat, vnde situm designet: id arbitratu suo fecisse, non necessarió. Vnico namque modo puncto demonstrato, tria cetera statim seipsa dant. Nõ quit borealis facies ad polum statui: quin item reliquæ suas illico sibi sedes vindicent. Ἔτι μάλιστα. quod & Latinè dicimus: quàm quod maximé. Μηδὲν τῆς φύσεως. optimo axiomate. Non sine periculo mutationis institui vel naturæ vel consuetudinis. Est enim consuetudo magna res, & quę abeat in naturam. Vt est apud Hippocratem in libro de aere & aqua: & secundo diuinæ Philosophiæ. Et Heraclitus dixit: ἦθος γὰρ ἀνθρώπων δαίμων. Et sectione vicesimaoctaua μέγα μὲν τὸ ἔθος ἐπὶ γενέσεσιν, φύσις γὰρ ἤδη γίνεται. Ideò subdit hîc: οὐ ῥᾳδίως ἐνεγκόντων μεταβολάς. quod & Hippocrates in Aphorismo. Ἔτι καὶ τοὺς τόπους. repetitio. Καὶ προμοσχεύοντες. aliud præceptum ad securitatem. Propagant ramos antequam abscindant: itaque fit viuiradix. hoc sibi vult præpositio illa, πρό. Addit rationem: iã esse firmiora: & minus fieri mutationis: quippe loci tantúm. Nam ramus absque radice si terræ mandetur, multã patitur mutationẽ: omninò enim peregrinus est. Si iam radices sibi peperit: iam sũt vitæ primordia instituta: hoc sibi volunt illa: ἤδη βεβιωκότα. vsus est tempore præterito perfecto. Quasi dicat, non solùm possessionẽ, sed etiã vsum adeptæ. Καὶ τὰ φυτά. idem repetit aliis verbis. Ait enim, ἔχουσι τὰς ἀρχάς. quia radicem suprà ca-

piebamus pro principio. Dixit, ἀρχῆς, ab initio: quem ad vsum vocat sæpe aduerbium hoc.

Εἰ δὲ μή. Si non accipiant ramos radicatos: desumunt eos qui ad stipitis sunt partes inferiores. Ratio: quia robustiores. rationis ratio analytica: quia prouectiores. Alia: quia principio propiore. ob id dixit ἐμβιώτερα. Qua voce & suprà & infrà quoque vtitur. Item verbo, ἐμβιώσει: quod in altero viuit. hîc quod in se vitam habet. Πλὴν ἀμπέλου. Excipit plantas humidiores: cuiusmodi vitis, ficus. in quibus tamen potiùs fieri debere videbatur. Quippe humidiorum partes minus humidæ temperationes. at minus humidi rami inferiores. Rectè quidem procederet hoc, si æquè & humidæ arbores & minus humidæ germinarent. at non ita est. Nempe humidiores melius à summo germinant. Rationem quam non ponit, ponamus nos. quia minus terrestres. Tenuior ergo succus iure suo petit superiora. Propterea dicebat: κάλλιον ἀπὸ τῶν ἄνω βλαστάνει τὰ ὑγρά. alia verò non itẽ, διὰ τὴν ξηρότητα. At si est siccitas causa, propter quam vel non germinent, vel minus commodè: nónne siccæ arbores minus erunt in summo siccæ? Quare inde itidem petendi rami, vt in humidis. Cur autem λεπτοδερμία, id est tenuitas cutis, causa sit quòd minus germinent, etiam atque etiam quærendum est. Videtur enim ratio contraria. erumpunt enim faciliùs germina. an ita dicendum? Ægriùs tueri sese posse ab externis incommodis. Τὰ δ᾽ ὑπὸ τῶν ῥιζῶν. Atqui rami sunt radicibus propiores, ii sunt elaborati magis. πεπονημένοι: haud iniuria: sunt enim affines principii. Καθάπερ τό. recta & opportuna similitudo. Nam propagines quoque sunt radicibus propinquiores. Ita quasi gradus statuit. Καὶ διὰ τοῦτο. aliud præceptum. Cùm duo sint modi virgas deponendi, vnus rectas, alter flexas: hîc ait, rectas poni meliore successu. Habentur etiam priuatim alii modi. nam quidam scindunt, quidam torquent. Olearum taleas nostri non ad perpendiculum, sed pronas statuunt. notabimus loquendi modum. Βέλτιον λέγουσιν ὀρθὰ τιθέναι: pura est oratio. addita est illa pictura, κελεύοντες. Καὶ μὴ ὑποβάλλοντες. Nulla subiecta parte. quia qui flectunt, partem supponunt. hoc fit in ramis non radicatis. Huius operæ consilium, vt radix proficiat ac fibrescat. Alioqui si flexus deponatur: radix non solùm non emittit radiculas sed etiam arescit ipsa. Prudenter ergo subdit: ἄτοπον ζητεῖν ἑτέρας. Stultum est priores amittere radices vt quæramus nouas. Et quare priores arescunt? quam causam non dicit ipse, dicamus nos. Quia qua parte flexio est ea parte fiunt partes rariores: vnde prodeant nouæ radices. Quare eo abeunte succo, defraudatur pristina radix: quam signato verbo dicit, ὑπάρχειν. Nam quæ præpositio significat, & radicis situm subtus, & naturæ δευτερείαν quandam.

Ὀρθῶς δέ. Aliud pręceptum de modo quantitatis tum depactæ, tum extantis. Rectè fieri, si haud multum extet. propterea quòd lenta capit incrementa. ratio rationis. Ὅταν ᾖ πλέον τοῦ τρεφομένου τὸ ποιοῦν. Quoties opus ipsum sit intrà necessitatem. Quum id quod succum ministrat, maius sit quàm id cui ministratur. at hoc est contrà quàm hîc statuitur. Etenim si plus est virium atque operæ ad alimentum, quàm sumptus ipsius succi: rectè cum planta agitur. Quòd si plus est supra terram quàm subter, quod hîc damnatur: plus est quod alitur quàm quod alit, quod est contra hanc sententiam. Non esset enim δυσαυξής: si τὸ ποιοῦν esset πλέον τοῦ τρεφομένου. τὸ ποιοῦν scilicet τὸ τερεῖν. Quare legendum est vt legit Theodorus: τὸ πονοῦν. Quod laborat scilicet inedia: hæc est pars supra terram: maius est τοῦ τρεφομένου, id est parte subterranea, quæ alitur. dura tamen oratio est. Laborat enim pars ima tum pro se tum pro superiore. Neque dubium est quin vtraque sit, τὸ τρεφόμενον. Ἔνια δέ. illa sunt δυσαυξῆ. At aliis etiam peius euenit: arescunt enim, vt ficus & aliæ quæ raræ sunt habitudinis. Ἅμα δέ. Præter hoc quod melius prouenit, planta etiam melius germinat, & vberius vno eodémque impetu, non languido opere per successionem. hoc est ἀθροωτέρα. Ὁ᾽ καὶ ἐπὶ τῶν κατακοπτομένων. plana similitudo. eadem ratio in iis quæ cæduntur. Si prope terram cæsura sit, facilè regerminant. Ratio: quia spes adimitur stipiti germinandi. Proinde radix nihil aliud meditatur quàm nouum stipitem: non autem consumit operam in vetulo, eóque mutilo, ægróque nutriendo. Hoc esse in vitibus, & aliis manifestum. Vbi vides, κόπτειν, cædere: suprà perforare: infrà de seminibus vitiatis à gurgulionibus: alias tundere. Τῶν δὲ τῆς ἐλαίας. Fatali propensione ad ordinem perturbandum: nunc admiscet præcepta putationum, nactus ex ea similitudine vlterioris narrationis occasionem. Olearum igitur, & omnium quæcunque sunt insigni magnitudine, plagas obtegunt: ne sol néve imber eò sese induat. Vsus est verbo λάβῃ, occupet. satis laxé. Significat enim vero significatu, tollere. Κίνδυνος γάρ. multa hisce locis corruptio. Hæc quoque verba nescio quid alieni sonant. periculum est, nosse ruptum, periculum disrumpi. Distendit enim subiens imber. Quare legendum puto νοσῆσαι, non autem νοῆσαι.

Περιαλείφουσι δὲ ἀποστέγουσιν, erat præceptum operis: hîc est modus. Oblinere luto: ac partim quidem solo, partim insuper imposita Squilla plagæ, Squillæ verò luto, luto autem fictili. ac fictilis quidem ratio manifesta. Arcet enim imbres, quemadmodum & ab ædibus tegulæ. Luti non minus operæ ad id præstat, modò ne soluatur. Quam ad rem fictili cautio est. ac præterea prohibet spirituum exhalationem. Squilla verò quid? An eius viscíditas idem præstat: acrimonia verò fouet: quemadmodum & plantas iusta quas seritur? hæc ab eo doctos nos oportuit. Quapropter ait: Squillam seruare pristinum arboris vigorem: seruari eam à luto, à fictili lutum.

Lego εἰς τοῦτο ἀσθενέστερον: aut, ἐκ τούτου. Pro voce illa, συντρεφομένου, videndum quid substitui debeat: aut quid apponi, si non deleatur. Et ὁμοίως ζητοῦσι, non ὁμοίως. Τὸ πονοῦν, legit Theodorus, non ποιοῦν. Lego φύεται μείζω, πάντων ἀποστέγουσι. Et νοσῆσαι τὸ ῥαγὲν, non autem νοῆσαι. quanquam neque ῥαγὲν placet. Non enim idem ῥῆξις καὶ τομή, ex Galeno.

Theodorus, φυτευτήρια, semina. Est tamen aliud quàm σπέρμα, quod necesse est etiam Latinè intelligi. Λεῖα, nitidissima. aliud est læuor, aliud nitor. est enim lęuoris affectus nitor. Ἰσχύει. conualescunt. optimé. Τυφλοῖς ὄζοις. cæcis & euanidis. ambitiosè: sicut & illud, πεπηρωμένον, incolumitate orbatum. Ἐὰν δὲ ζῶσι. & quanquam sanos habeant nodos. Longè diuersus aut ipse abiit, aut à diuersa est abductus lectione. Ὅσον μὴ δ᾽ ἡ φύσις τοιαύτη. Præterea quæ nodo crebro sponte naturæ suæ consistunt. Aut illa verba defuere codici Theodori: aut hæc affuere, aut his illa est interpretatus. Fortasse ita legit: πλὴν ὅσων μὴ ἡ φύσις τοιαύτη: quæ suo more περιφραστικῶς expresserit. Οἱ δὲ περιαιροῦσι τὴν θάλειαν. Alii thaleam ramis abscindunt. Aliud est è ramis thaleam petere, eámque integram cæsam, in quadrantes diffindere: aliud, περιαιρεῖν: ramos tondere, cùm etiamnum frondentes petantur.

Εὐθύτης λειότητος, læuitas rectitudóque. melius quàm Theophrastus. non est affectus læuitatis rectitudo. Nullum affectum alteri accidere, sed vtrumque eidem subiecto, satis alibi diximus ex Aristotele, in quarto diuinæ scientiæ: sed malè Theodorus addidit, seminis. Ὡς ἐπὶ τῶν δένδρων εἶχε. Atticissimæ. sic enim loquebantur. ὡς εἶχε τάχους. Theodorus lasciuit, vt apud parentes spectabant. Placeant hæc nouis interpretibus nostris: qui acceptam sententiam verè vertunt sæpe. at apud Philosophos aliter est loquendum. Sanè ramus neutiquam soboles arboris est, sed pars. Quis dicat, vnguem esse digiti sobolem? tanto minus brachium. Non enim sibi facit arbor, nihilo sanè magis quàm stipitem. sed natura conditrix in arbore. fructus autem soboles est, non pars. Συντρεφομένου. abiecit Theodorus. item omisit illa. ἔχει γὰρ ἀρχῆς καὶ ἀρχάς: alioqui non otiosa. Ὑποβάλλοντες. aliqua parte subtracta. oportet ipsum, substrata, scripsisse.

Ἀθροωτέρα τροφὴ φέρεται. Summatim magis pabulum deducitur. imò summittitur. Et nemo intelliget, summatim quod confertim fertur.

Ἐπὶ τῶν ἀμπέλων φυτῶν. hæc περιγραφή est, qualis & suprá. & apud Poetam: *-nec graminis attigit herbam.* Ἀποστέγουσι τὰς τομάς. plagas aleuatas contegunt. In codicibus nostris illud participiũ non est: neque quid sibi velit, scio. Λάβῃ, intendatur, occupet.

CAPVT VII.

VII. capitis argumentum. Stercorationis vtilitates, & modi, ac præterea causæ.

H᾽ δὲ κόπρωσις. Stercoratio cùm sit opus cõmune, & arboribus, & aruis, & pratis: alium in locum differẽda fuerat disceptatio hæc atque ita partiẽda. vtilitas necessaria. Electio stercoris in communi ex qualitatibus ad eam vtilitatem quam intendimus, nempe ad efficiendum terram solutilem, & ad calefaciendum. electio cum attributione, quid cuique optimum. Modus stercorandi: quod præsenti capite facit. quantitas, tẽpus. Si condidisset artem hanc Theophrastus: ferremus inconditas interdum, atque etiam fluctuantes vestigationes. Id quod vsu venit omnibus penè studiosis, qui primi iaciunt artis cuiuspiam fundamenta: vt fecit diuinus vir in Topicis, & in transnaturali Philosophia. At multos habuit Theophrastus autores, qui ei hanc ad operam præluxere sua diligentia: quorum præceptiones non sine iactura veniæ, vel minus commodè confudit, vel inordinatas, vt acceperat, effudit: veluti partem hanc. Nam mox de soli electione scribet penè omnia quæ suprà dicebat, repetẽs. Quare ab hac materia nouum caput abscidimus ibi, quemadmodum videbimus. interea hoc agamus. Hanc tractationem duplex partitur propositum. In primo loco declarat stercoris fines duos propter quos petatur. Calefactionem & rarefactionem soli. In secunda statuit quomodo sit vtẽdum.

Ὁ᾽ δὲ κόπρωσις. hoc etiam suprà dictum est. Optimè dixit φανερόν. Quippe ex iis quæ suprà dicta sunt. Δι᾽ ὧν ἀμφοτέρων. Quo fit vt rectè germinent arbores, id expetitur ab agricola. maior propositio syllogismi. Petitur autem vt sit ἀδιάδοτος terra. hoc etiam suprá. Vt ne torpeat, crudáve sit: sed si apta non est, apta fiat ad generationem, fœtúmque vel seminis propter arborem, vel arboris propter fructum. Deinde hæc fit maior alterius syllogismi, & minor illa: fimus vtrumque præstat. Conclusio manifesta sequitur in practica demonstratione. Χρεία δὲ τῆς χρήσεως. Vtilitas manifesta: vtendi modus non item. quocirca dixit, καὶ οὐχ ὡσαύτως χρῶνται. Hoc etiam plus est, non solùm verbis ἀμφισβητοῦσι, controuersantur: sed etiam vtendi rationibus inter se aduersantur. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἀναμίξαντες. Vnus modus eorum legibus, qui apponunt arboribus admista terra. Οἱ δ᾽ ἀνὰ μέσον. Effossa terra in eius locum fimum indunt, super quem reponunt exemptam illam. Eorum consilium eò tẽdit: vt neque à sole dissipentur partes genitales fimi raptæ atque subductæ in vapores. Id quod fit, si supra terram sit. neque diluatur imbribus atque abeat. sed exceptis illis admiscetur subiecto solo. Pars autem exhalans fouet item terram superiniectam. Ἀνὰ μέσον τῆς πρώτης. Appellat primam terram inferiorem, quam obduxit fimo.

Κάτωθεν περιλαμβανομένην. Comprehensam à sole & imbribus. alioqui potiùs, κατατιθεμένην, subtus. Ἀναβαίνειν quia fimus suapte natura vaporosus est. Ignea nãq; natura intus: vnde & fumus

perpetuus. Ὅταν ὕσῃ. Sicut in calce fit: atque penitus eadem ratione: penetrat enim in fimum aqua per laxa illius spatia: vnde partes exiguntur calidiores. Βέλτιον γὰρ εἶναι τὸν χυλόν. imò τὸν καπνόν. Ἄνωθεν δέ. Quod si spargatur in superficie: & à sole exuggi neque descendere: sed à sole dilui, ab aquis elui. Πάντες δέ. nunc aliud pręceptum à qualitate. Haud mordaci calore præditum esse oportere fimum. Postquã dixit, δειμύαν, addit, ἰσχυρόν. Fortem, quicum terra nequeat concordare: & consequi, & dare mediocritatem caloris ad generationem. qualis est suillus: de quo infrá. exiccat ille: at nos semper quærimus ἔνικμον.

Ἀλλὰ κοῦφον. non pondere leuem, sed efficacia. Quinetiam pondere: minus enim terreus talis fimus. Ergo rarior: proinde etiã minus mordax. quia declaratũ est alibi, in materia densa plures esse partes. Διὸ καὶ μάλιστα. electio à iumentis petẽdum. Super hoc exempla petes, atque præceptiones ab agricolis Latinis. Hoc loco (nolo eum nominare:) totas expleret paginas illorum accitis atque aggestis Commentariis. Illud hîc satis: ad prata de iumentis peti. Herbas enim secum ferre multas. elaboratiùs eorum quæ ruminant. cùm ad arua & hortos. arbores hîc putant fimo fieri deteriores. Quin publicis monumentis scriptum atque cautum est, nequis vineas stercoret. Sanè scimus ex eiusmodi vineis vinum copiosum, cæterùm marcescere. Ἡ γὰρ δειμύτης. Duas incommodas qualitates duarum effectionum perniciosarum actiones. acrem ait nimis calefacere. Fortem autem etiam exiccare. modicè dixit pro pro re, ξηραίνει: exiccat: vrit enim.

Theodorus, ἀδελαστεία, fertilitas. nimis diffudit significatum. Ἐξικμεῖσθαι, καὶ ὕοντος οὐ διϊκνεῖσθαι τὰ κάτω. siccescere, nec imbrem partes imas posse attingere. Non de imbre loquitur, sed de fimo qui nequeat aquæ impulsu, ductúve pertingere ad partes illas. ὕοντος scilicet τοῦ Θεοῦ. Pluuiã non deferre secum fimũ introrsum, sed eluere. Quocirca fimum quoque ita seruamus vt ne abeat excauata humo. Λοφούρων. ruminantium. Pessimè. non enim habet caudam villosam bos aut capra, sed iumenta. λόφος enim significat iubam, & cristam, & summum quoque. Δειμεῖα. acerbum. nihil minus. Acerbum enim fimum minus vrere certũ est, & metaphora dura. sed neque conuenit vox. στρυφνὸν enim acerbum: δειμὺ, acre, etiam pueri sciunt.

CAPVT VIII.

VIII. capitis argumentum. Ad terrarum conditiones oportere spectare agricolam: vt, quid cuique conueniat, pro eius natura comparet.

ΧΡῊ δὲ καὶ περὶ τὴν χώραν. hæc quoque superiùs. Nunc tamen minutim exequitur atque excutit omnia, omnibus ex terræ qualitatibus atque conditionibus. Itaque particulatim percensenda sunt hæc præcepta. Primum axioma. ποιεῖν τὸ ἁρμόττον. facere: quia hæc est γεωργία: nihil nisi opus. Οἷον ἐάν. incipit à solo æstuoso. Oportere in talibus scrobes impleri aqua triduo antequam pangantur. πρότριτα, ante diem tertium. Καὶ ἐπειδάν. Et cùm scrobes aqua satura fuerit, indere. Μᾶλλον δέχηται. Facilior terra sit ad accipiendum radices subeuntes. Suprà ῥίζωμα: nunc ῥίζωσις: sicuti θέρμα, θέσις. Ἐὰν δὲ ἐν ἁλμώδει. Aliæ duæ agri conditiones: salsitas & arena. in iis lapidem circumponi ad stipitẽ depositi rami: tum terram aggerere. Ὅπως ἀποστέγωσιν. vt discludant ipsam salsuginem. quasi percoletur. Arcetur autem, quia lapis est inter plantam medius ac terram: sicuti culmen inter me & cælum. ἀπὸ scilicet ab ipsa planta salsuginem amoueant, quam sanè plantam στέγωσι. Συμφέρει δέ. Arenam eadem ratione admouent atque affundunt: melius enim percolatur quàm lapide. Sic enim maris aqua dulcescit ad fontes. Oportet autem arenam dulcem esse: quam festiuè dixit ipse πότιμον. Aquæ epithetum transtulit ad rem sanè minimè πότιμον. Καὶ ψήφους. Similis materia, idem officium, finis idem: ac per gradus quidem: saxa, arena: media inter hæc natura, calculi.

Ἀποστέγει γάρ. duæ vtilitates. Nam & discludunt salsilaginem occupata intercapedine, & ex seipsis adiungunt qualitates, quibus illa salis dometur feritas. quia sunt dulces calculi & arena. Sanè vereor perpusillum afferri momenti ad salsitatis emendationem ob qualitates, ac fortasse nihil. Ἐὰν δὲ ἔφυδρον. Contrà, si solum fit aquosum & scatebrosum. ναματώδης. Duplici fossa experiri, altera transuersa vel obliqua, vt in eam excipiantur aquæ: altera ad eam directa, qua exoneretur ambiens loco plantam locus, atque in illam deriuentur. Has autem lapidibus terræ admistis compleat, triplici consilio. Primum est: apertas non sinunt, ne externæ noxæ subeant & arbori officiant. Secundum: complent lapidibus, vt sint laxiora spatia, quibus transmittat. tertium: terram admiscent: ne per laxos hiatus illos idem patiantur. Subiẽs enim tum sol, tum gelu multum afferrent detrimenti. Ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τῆς σκαπάνης. Tam profundè, vt cùm circa arborem fodiatur, ne offendat marra. Εἶτα ἄμμον. Quia terra inter lapides meatus densius obturaret: adiungit arenam, καὶ χοῦν, & puluinos terræ χοῦς. sicut suprà χώννυσι. Ἅπαντα γάρ. Ostendit vtilitatem fossarum, satis perspicuè: neque indiget interpretationis. Vna excipit: vna deducit: terra & sabulum. præter id quod dicebamus, exiccant.

Διὰ τοῦτο. Quòd si fors obtulerit, vt lapides insint ibi: non erunt eximendi. Par atque similis ratio superioribus, cùm dicebat: stultè amitti radices veteres, vt parentur nouæ. si lapides quæruntur ob certas vtilitates, cur inuenti abiiciantur? Ἐκλεκτέοι: eligendi: non arcto significato, veluti cùm dicimus eligere milites: sed simplici: extrà legẽdi. Ὑπάρχει γὰρ φύσει. Si natura venit suppetias: stolidè contẽnantur. Εὐποιΐα οὖσα. naturę pietatẽ. quasi dicat: nulla tam infelix terra, quã sẽper destituerit

tuerit natura: quin interdũ nõ admiscuerit aliquid boni in qualicunque aliquid: quò natura sese monstret esse matrem. Ἐὰν δ᾽ ὕπλων. Ergo quamcunque lapidis nactus fueris speciem, misce cum terra illam. Quatuor ponit: λίθους, lapides grandiores: τέχμαλον, lapidum cumulum minorum: ἄμμον, sabulum: γῆν μοχθηράν, terram inutilem: nõ oportere σκεδαννύναι, dispergere, id est auferre: sed simul omnia confundere: hoc enim remedium est aduersus importunas aquas illas. Οὐκ ἄκος μὴ συμμιγνύναι. Μοχθηρά: terra nequã, quę μόχθον prębeat, quæ laborem frustretur. Ἀλλὰ τοσούτῳ. Tanto profundiores effodiendas esse scrobes, in quibus glaream substernes illam aut arenam. Ne substerne lapidem: quoniam lapis latus ac solidus nocet plantis. At glarea tres præstat vtilitates. Refrigeratione permulcet radices: aquam excipit: radicibus locum sibi appetentibus expeditam viam facit. ὕδωρ δέχεται. Etiam lapis δέχεται: ἀλλ᾽ οὐκ εἰσδέχεται. Sic enim hîc accipiẽdum. Recipit ac retinet aliquandiu, non autem refundit, vt lapis. Συμφυής. Continua planitie ac compactis partibus: quò fit vt ne aqua transmittatur, sed restitet.

Ἁπλῶς δέ. Omnino negat è tenui solo lapides eximendos: quippe calores æstiuos temperare simul, & hyberna frigora. De refrigeratione dubitandum non est. De tepefactione quid dicendum? Calorem subterraneis in venis esse per hyemem. Eum esse vegetiorem in materia solidiore.

Οὐδ᾽ ἐκ τῆς ψιλῆς, ne è tenui quidem terra. Hoc dicit quia videbatur è macro solo macredinem tolli oportere: sana autem talia. Ὁμοίως δέ. Toties inculcatum, vel vsque ad fastidium, repetit præceptum. Quid cuique terræ conueniat, consulendum, idque cum efficacissima assertione. πάντων πρῶτον καὶ μέγιστον. Οὐ μόνον ἁπλῶς. Non simpliciter, id est in mõtana, aut campo, valle, iugo, salsa, sicca, vliginosa: sed in ipsis agrorum priuis partibus: quæ sanè sunt inter se dissimiles. Quippe in campis exilitas nonnullis: in montibus vber glebæ. In eodem campo alia atque alia qualitas. Quamobrem agricolæ nostri tractus illos, Vittas vocant: quia sint quasi tæniatim tum separatæ, tum diffusæ differentiæ. Proinde dixit ἀνωμαλῆς, non solùm superficie, sed etiam natura & vsu. Idcirco in eodem prædio est, vbi vineam malis, vbi pratum, vbi segetem, eámque non vniusmodi, sed ad legumina, triticum, siliginem, secale, hordeum. Ideo dixit κατὰ τοὺς τρόπους. Ὥσπερ γὰρ λέγεται. Posteaquam terrarum notanda præcepit discrimina: quid cuique competat, respiciendum: iã tandem quod interest propositi, quæ sit arboribus deligenda, statuit: idque ex communi Autorũ consensu. Quæ, inquit, οἰκεία est, id est quam sibi deposcunt arbores, tanquam peculiarem: ea est quæ maximum habet momentum & sui firmitatem & ad opus faciundum. Duo nanque sunt quibus potissimùm constat natura viuentium, vita & opus. Ῥοπήν, propensionem. Scilicet ad suscipiendas arbores, & ad suppeditandum vires quibus fœcundæ sint. Ἀντίληψιν, comprehensionem & stabilitatem. Cui solo conueniant arbores, eę ibi satæ feliciter auspicia prima vitæ, ac postea facultates ad præstandas functiones consequuntur.

Ὃ καὶ καθ᾽ ὅλων. Quam obseruationem atque prudentiam per omnia genera deducendas censet. Ponit aliquot exempla. Ficum aliud solum, aliud alias arbores amare. Et addit ἐν αὐτοῖς ὁμοειδέσι. Vt non solùm diuersa genera diuersas deposcant sibi sedes: verumetiam quæ species variant sub eodem genere, varias quoque postulant terras. nempe alibi multas vitium species narrat: multæ sunt Malorum, Pyrorum, Ficuum. Quod tamen generatim pertinet. Ad exemplum ait, Ficum siccis melius prouenire: quia nimio abundet succo. De hac conuenientia per similitudinem aut per contrarietatem ob temperationem, satis libro superiore.

Οἱ γὰρ ὑγροί. Loca humida humorem addendo Ficui, humore abundãti, facilè parat putrefactionem. Aut, quod reliquum est, si non putrescunt Ficus, at non benè maturantur. Οὐ μὴν ἀλλά. Ecce sub eodem genere proximo species atomæ, quemadmodum non idem solum expetant. Nanque Laconica Ficus, & Ficus est & postulat aquationes. Ὡσαύτως δέ. De Vitibus natura similis. Ratio variationis: idem modus & finis alia proportione. Suprà volebat τὴν ἀντίληψιν, καὶ τὴν ἀκαρπίαν. Si horum vtrunque fit per illam diuersitatem: diuersitas illa similis erit in officio & fine. Est autem similis, quia densa Vitis & solida, in solido loco, nempe montano minus appetit: minus ergo trahit: satis igitur habet. Vitis rara & humida, plus appetit, plus trahit: satis igitur habet. Hoc erat quod diceret, σύμμετρος ἡ τροφή: & ταῖς μὲν, scilicet densis, minus exigentibus, ἐλάττων: ταῖς δὲ, scilicet raris, πλείων. Vtrisque autem pro se cuique σύμμετρος. Vbi animaduertendum (quod sæpius monuimus) Autorem hunc arbitratu suo deductã adductámve eandem causam contrariis accommodare. Nolebat Ficum in humido: propterea quòd esset humida: vult Vitem in humida, quia humida. Concinnat tamen hæc vbi vsu venit. Sicut & de Vite infrà: dicet enim esse πολύτροφον καὶ πολύκαρπον. Ὅλως δὲ τὰ ἀκρόδρυα. Alibi diximus vocẽ hanc nihil aliud quàm Glandem prima vsurpatione significasse. postea diffusam ad alios fructus. Quidam negant eam quæ ὀπώρα dicitur, hac appellatione contineri. Cæterùm ex obseruationibus & colligendum & statuendum. Hîc pro arboribus positum videtur. Plana sunt: nec indigent interpretatione. ὑπωρεία, quod montibus adiacet: sub radices, sub cliuo. Ὅπου γὰρ ἡ φύσις. Rectè dictum est, artem esse naturæ imitationem. Quare si sub montium radicibus spontè natæ arbores feliciter proueniant: quærendi nobis quoque tales sunt loci monstrante natura. Sanè ex ipsa natura multæ artes, artiúmve partes prodiere: velut ex vmbra pictura: ex antris ædes: ex auium volatu vela: ex piscium pinnis remi: ex cauda gubernacula. Αἱ δὲ καθ᾽ ἕκαστα. Sicut agri partes priuatis præscriptionibus, & quasi normis considerabat: sic nunc τῶν ὑπωρειῶν quoque differentias

examinat. Sanè quot montium materiæ, quot cœli ratione situs, quot viciniarum respectus, tot aliis atque aliis leges fient. Nam quod adiungit τὴν λειμωνίαν: ea differētia non est τῶν ὑπωρείων, quatenus ὑπώρεια sunt: sed quatenus sunt terræ. Terræ nāque differentia, τὸ ἐρυθρὸν, τὸ λιτὸν, τὸ λειμώνιον, & aliæ tales. Ὥστ' οὐ μίαν θετέον ἐστὶ χρή. Quia sit vnum nomen habens relationem ad montium radices, τὸ ὑπώρειον: nequis putet vna tantùm differentia eius naturæ ambitum contineri. Quia dicebat, videri vnam tantùm, pro eo quod minus maiúsve depressæ aut elatæ essent. Λειμωνίαν. Hoc suprà quoque & dixit ipse, & refutauimus nos. Nullus enim locus ineptior Vitibus, quàm palustris.

Ὥσπερ καὶ τὴν ἄγειον. Sanè hîc τὸ ἀγ, nequaquā illam notat bonitatem quæ aruo ad segetes destinatur. Ficus enim Prouinciales, Picenæ, Illyricæ, Zacynthiæ in minus bona terra, optimæ. Et mox cùm distribuit Vitibus μαλακωτέραν τροφὴν: quomodo ἀπὸ τῆς ἀγείω dabit ξηροτέραν? Et quomodo τὰ ξηρὰ ξηρὰν terram postulant? Ficus humida est tum suprà cùm alibi: quomodo sibi siccam deposcet? Itaque Theodorus non legit ἄγειον: interpretatur enim solidum, sitiens. Ὡς δ' ἁπλῶς. Resoluit summam ad hoc: eligendam raram, leuem, vdam. Ratio à potestate ad finem, ἀτροφὴς καὶ ἀναυξής. Quia ἔνικμος, ex materia alimentum: ex alimento augmentum. Præterea causas alias habet augmentum, amotionem impedimentorum, scilicet densitatis. Est enim μανὴ καὶ κούφη. Quare, quod suprà volebat, ἄδιοδος. Cedit ad latera: quia μανὴ, cedit ad superficiem: quia κούφη. Neque arctat igitur, neque premit. Εἰ μὴ ὅσα. Mularum similes excipit arbores: quæ si liberaliter tractentur, illiberaliter tractant: velut Amygdalus: de cuius effreni luxuria verbum illud vsitatum, ἐξυβρίζει. Et quia dixit ἄγειον, contrariam huic naturam dicit λεπτόγειον. Humor ei subtrahendus, tum electione terræ tenuis, tum situ. In apricis enim castigatur vbertas illa. Ἐναντίως δέ. Contrariam Euboicæ nucis naturam in opaco. Οὐ μικρὸν δέ. Quod alibi μέγα, μέγιστον, ἄκρον. Haud parum referre, quem ad ventum vergant loca. Hoc & in Historiis, & suprà satis. Hîc iterum in communi. Εὔπνουν: toties dictum. Ratio. Quia talibus locis pabula meliora bestiis, succus arboribus prestantior à terra summittitur. Non autem πνευματώδη, suprà dicebat προσήνεμον, vētorum violentiæ obnoxia. Vt τὸ δὲ, quemadmodum alibi dicebamus, significet temperationem. In ventosis autem mites arbores afflictantur: neque assurgunt, sed humilitatem complent brachiorum frequentia. Ipse verò etiam in frutices ait degenerare, καυλώδη, διὰ τὰς πληγάς. Propter collisiones defraudantur iustæ specie proceritatis. καυλώδη fortasse dicit mutilas, Latinè ad verbum, truncas. Vnde multi caules, id est brachia. Ἔνια δέ. Non solùm hæc est pars narrationis, sed etiam veluti probatio quædam superiorum. Nam si agrestes quas ibi natura sponte produxit atque collocauit, nequeunt fructum perficere: quid fiet delicatioribus & aduenis? Quas inter etiam Euboicam agnoscit: cuius opus non excedit florem, in quo fructus spem indicatam modò fallat. Τὰς δ' ἐν ὑπηνέμοις. Quatuor ergo ponit gradus in nominibus, duos in re. Εὔπνουν ὑπήνεμον, idē: sicuti πνευματώδη, προσήνεμον. Vt πρὸς sit obiectum ventis: ὑπὸ, sit vbi ventus transmittat. Claudit caput odiosa, ob frequentem inculcationem, sententia.

Lego ἄμμον πότιμον, non autem ἅλμον. Ἐμπύρῳ φυτῷ, dele φυτῷ. de agro nanque loquitur. Et δ' αὐτῶν περιέχεται, aspiratè. Et αἵτε ὄρθιαι, non ὄρθειαι. Et ὁποιασοῦν, non ὁποιανοῦν. Et ἔχει ῥοπὴν, non ἔχειν. Et λειμωνίαν, non χειμωνίαν. Et ὧν οὐ μίαν θετέον, non οὐδεμίαν. Et ἡ λεπτόγειος οἰκειοτέρα, non ὑγροτέρα. Et ἐναντίως, non ἐναντίων. Et ἀβοικῇ, non ἀβοῇ.

Theodorus προτεραία, nudiustertius. Hoc errant multi, vt confundant quæ vsus separauit. Vnum est aduerbium, hodie, quod præsentem loquenti designat diem. Dies qui præcesserit hodiernum, hesternus dicitur: cuius nota est aduerbium heri. Alter ab hodierno, qui antecessit hesternum, denotatur per hanc vocem nudiustertius. Dies sequuturus hodiernum, nominabitur crastinus: & significatur per aduerbium cras. Ille qui post hunc accedet, appellabitur perēdinus, ab aduerbio perendie. Hi dies iisce nominibus semper dirigunt loquentis orationem, aut ad ipsum aut ad alium. Hodie feci, fecisti, fecit. Et semper ab ipso pendent ita vt cætera omnia dicantur, nōnisi vbi possumus dicere hodie. Itaque cùm de tempore alieno loquimur, nunquam dicemus cras aut heri, quia dicere non licet hodie. Sed vbi vsurpamus aut intelligimus aduerbium tunc: dies præcedens non est hesternus, sed pridianus: neque sequens est crastinus, sed dicimus postridie. Quare cùm agricolæ non facere iuberētur à Theophrasto scrobes, tertio antequam scriberet die, sed tertio antequam arbores immitterent: non potuit dicere nudiustertius. Denique præceptum est de opere futuro: tanto minus eo potuit vti. Hæc doct⁹ quispiam stomachabitur: at ei non hęc scribimus, sed Theodoro: qui si reuiuiscat, vt erat animo candidissimo, planè profiteatur me hac in parte gratiam apud sese iniisse. Τὸ πρέμνον τοῦ φυτευτηρίου. Stolonem plantæ. Quid si non sit stolo, sed ramus aut planta perfecta, quæ transferatur? Sanè πρέμνον, stipes. Χαράδρας, faucibus torrentis. Imò verò alueo. Neque refert à faucibúsne, summóve, medióve petas. Ὄρθιαι, erectæ. pessimé. Erectum est, cuius summum imò imminet, aut ad perpendiculum, aut non multo secus.

Ἐν ὁποιασοῦν. Theodorus omisit. Μοχθηράν, vitiatum. Imò vitiosum. Et dixit Theodorus terream, pro terra. Τρόχμαλος, lapis rotundus ac minutus. παρὰ τὸν τροχὸν, καὶ τὴν ὁμαλότητα. Glarea.

Τὸ ὕδωρ δέχεται, transmittit. Accipit & transmittit. Οὐδενὸς ἔλαττον, nullo inferius. Duriusculé. Nulli cedit præcepto præstantia & vtilitate.

Ἀνωμαλεῖς, dispares & incomptæ. Ambitiosè admodum. Ἔνικμος, humefactus. non bené.

τὰ

τὸ ἐν denotat proprium affectum, non aliunde inhærentem. Εὔπνουν, spiritus placidi. Promouit spiritum ad venti significationem: quia dicim⁹ ventum spirare. duriusculé. Προσήνεμον, inquietum. non rectè. Neque rectè verbum persequitur. Καυλώδη, detortæ. Nos mutilas interpretati sumus. Truncatę: vt nihil aliud quàm caudices videantur.

CAPVT IX.

Noni capitis argumentum. Pro arborum natura, earum statuenda interualla: vt quæ amant opaca, crebriores: quæ insolationes, rariores.

TAΣ δὲ μανότητας. Hactenus declarauit arborum habitudines, quæ terræ qualitates respiciunt: vt solum commodum eligeretur. Electus locus quomodo parandus ad sationem. Nunc arborum secundùm situs rationē & modum mutuos declarat respectus. De interuallis ergo loquitur. μανότητα, hîc non partium in toto, sed totorum inter se situm longinquum intelligit. Is est, in summa, viciniæ modus, cuiuscunque arboris, in quacunque terra. Ergo in hoc opere non tam locorum quærere naturam, quàm ipsarum arborum tum concretiones, tum affectus. Vt quæ solem requirunt, apertiores sint mutuis distantiis: quæ vmbris gaudent, mutua opacatione illas consequuntur. Ita quibus radices longiores, maioribus interuallis disponantur. Plus enim capiunt loci. Quæ breuiores habent, eas vicinia non fatigat. Satis enim suppeditatur alimenti modicis limitibus. Φιλόσκια δέ. Quarum fructus sicciores atque nucleosi, vt Punicæ & Myrti, repetit hîc esse opacitatis amatrices. Alia ratio in Lauro, finis idem. Raritas texturæ, ariditas, radicū breuitas. Τῶν μὲν γὰρ καρπός. Rationem reddit prioris naturæ, quare gaudeat vmbrosis Punica. Quia fructus si plusculum solis excipiat, tantundem accipiat iniuriæ: quantum caloris excessus.

Στρυφνὸς, noxæ modus. Asperum fieri Mirum verò cuipiam videri queat: si fiat acerbitas à sole. Sic enim calorem habuerit pro causa. Quod Galeni sentētiæ aduersatur: & in publicis naturæ monumentis manifestum est. Quippe in nostrati cęlo mitiores fructus fieri beneficio solis: in Septētrione verò cerasa esse acidissima, quia solis opere careant. dicendum: in materia sicciore, non esse calori tractabilem succum: sed terreum illud etiamnum magis fieri terreum. A calore igitur non fit acerbitas, sed à terrestreitate, quam calor facit: illam autem sequitur acerbitas tanquam accidens. Alia verò classis (Laurus & eiusmodi rara) propter imbecillitatem præsidio opus habent aduersus & æstum & gelu. προβολῆς. Hoc & suprá.

Οὐκ ἐνοχλεῖ γάρ. Tacitę respondet obiectioni. At radicum propinquitas mutuis offensis infesta erit. Complexus enim fit concurrentium mutuus. Quare succus fit & minor & deterior. Responsio. Non fit, inquit, ταῤῥός: quippe radices haud multum promouent. Est ταῤῥὸς, plexus. Sic enim cistam dicunt. Sic mox σύνταρρα. βραχύρριζα, vox felix. Καίτοι τινὲς ἅπαντα. Præceptum. Omnes arbores disponi magnis interuallis. Nostrates tricenûm pedum, quasi iustum interuallum statuunt. Subdit incommoda crebritatis. Complexus radicum atque complicatio. Ipsum incommodum ἀναυξῆ. Causa, τροφὴ ἐλάττων, vna: altera ἀπόκλεισις τοῦ πνεύματος. Vbique multum tribuit innato calori: suffocari ergo mutua strangulatione. Modus: spiritum intercludi. Quare à stipite excludi, ἀποκλειόμενα. Hoc erat præceptum ex quorundam cōsuetudine, etiam illorum appositis rationibus. Nunc iam castigabit eum ambitum huius legis, quasi nimis vniuersalem: quia dicebat ἅπαντα. Ait ergo. Οὐ μὴν ὀρθῶς γε λέγουσιν. Vera, inquit, profitentur, modò absit illud vniuersale, ἅπαντα. Hoc est quod volebat, διαιρετέον, scilicet ex suprà scripta diligentia, vbi de siccioribus & aliis loquebamur. Χρὴ δέ. Altera capitis pars, in qua etiam locorum habendam monet rationem. quia suprà dicebat, ἐχ' οὕτω πρὸς τὸν τόπον. Non adeò: ergo aliquid. Anteferebat enim eam spectionem, quæ pertineret ad arborum naturam ei quæ versaretur circa locorum considerationem. Loca quomodo sint consideranda, hoc hîc agit. Διαστάσεις, intercapedines, spatia. Ἐγγὺς τοῖς ὀρεινοῖς, in montanis propinquiores. Et quia videbatur loci ratio repugnare: repugnat verò si ad alimenti minorem copiam respicias: apponit causam quæ respondet superioribus. Suprà dicebat, τὰ βαθύρριζα πυκνοτέρως. hic, ἐν ὀρεινοῖς βραχύτεραι αἱ ῥίζαι. Si radicis breuitas admittit viciniam: & in montanis radices breuiores: sequitur illa conclusio. Addit præterea quod item cōsentiat cum superioribus. In Punica iuuabant vmbræ mutuæ vicinarum comis: item hîc ait montanis arboribus esse ramos minus fusos.

Theodorus μὴ μακρόρριζα, breuistirpia. Ambitio hæc illudet ignaris Græcarum literarum. At Philosopho cauendum ab ancipiti voce, tanquam à scopulo. Stirps primo significato stipitē significauit. Etiam nunc vtuntur Thusci. Græca est origo στερεόπους. Vsus postea detorsit etiam ab radice, vt est apud Poetam & Ciceronem. Cùm ergo dicit breuistirpia: nescias vtrò vergat: sitne βραχύρριζα, an βραχυπρεμνα. Malim viginti verbis Græcum vnum verbum explicare, quàm Græci vnius imitatione opus habere duûm verbulorum explicatione. προβολῆς, protectum. Proiectum significat Obiicem. Οὐκ ἐνοχλεῖ τῷ ταῤῥῷ. nullus mutuus radicum decursus. Neutiquam exprimit illam complicationem. Addit etiam peius. Nullus implexas rixatásue improbus infestat. Sanè rixatur oratio. Nullę radicum mutuis complicationibus inter se molestę sunt. Συνταῤῥεῖ, serpant inter se. Non expressit. Χρὴ, non dedecet. Imò opus est. longè maius quàm πρέπει.

CAPVT X.

Decimi capitis argumentum. Nouellas arbores nondum firmas

tas permittere vt conualeſcant: neque putare quoad ſtabiliantur.

ἍΠΑΝ δὲ φυτόν. Elegit ſedes arboribus. Commodiores eis fecit. Statuendi modos docuit. Habemus itaque iam ſtantem arborem, cui deinceps ſit conſulendum. Videndum ergo quibus præſidiis firmanda ſit: quẽadmodum videbamus: quibus opibus inſtituebatur apparatus. Itaque de curatura nunc agit. Primùm de putatione: tum de aliis. Operam partitur ab ætate arborum. A nouellis abſtinendum, quoad conualeſcant: atque ibi tum reddemus rationes, nempe in ſequenti capite. Conſtitutis verò, putationis curam adhibendam. Id quo fiat modo, præſenti capite expedietur, non quidem minutis B præceptis (id enim agricolæ eſt) ſed generalibus, quæ accipiat agricola poſtea ad exequendum. His explicatis ſequenti capite declarabit commodum tempus ad hanc operam. Ἐκβλαστῇ. Cùm primùm dabit ſpecimen ſuæ ἀντιλήψεως καὶ ζωῆς. Nam conſtitutam eſſe ac viuere, argumento eſt opus ipſum germinandi. Ἀφιέντας τὰς ῥαχάς. Nihil τῶν ἄνω tangere. Nanque τὰ κάτω κουφίζονται. Vbi eſt obiectio. Dicit enim, ἐὰν ῥιζωθῶσι. Videtur ergo futurum vt radices etiam ſint fortiores, ſi adimantur flagella in quæ ſuccum abſumit. Reſpondendum, nondum confirmatis principiis, nihil ferro tentandum. Radix autem principium eſt, quia ſi ferant putationem: tamen aliud detrimentum haud leue patiuntur. Excreſcunt enim in enormem exilitatem. ῥαχαὶ, frequentia C ſarmentorum. Vnde ῥαχὰς, fruticetum: à fragore qui auditur ea conflictione flagellorum. Sic enim Latina quoque vox hæc à fragore. Εἶθ' ὅταν ἴχωσι. Niſi ſcriptum ſit ἰσχύσωσι argutandum eſt. Erit enim verbum hoc illi ſimile verbo, λαμβάνειν, quo ſæpe vtitur: cùm terram arborem, terram prehendit arbor: quæ viciſſitudo eſt declarata per præpoſitionem, cùm dicimus ad hunc eundem vſum, ἀντιλαμβάνειν. Igitur vbi validę fuerint: tum ramos putare ſuperiores, pulcherrimis relictis ac maximè idoneis, ἐπιτηδειότατα. τὰ πεφυκότα. Aliàs dixiſſet τῶν πεφυκότων. Κατὰ γὰρ τὰ δένδρα. Hoc enim genus putationis, quo ſuperflua tantùm putantur, quæ vtilia ſunt relinquuntur, neceſſarium eſt in arboribus. D Οὐχ' ὥσπερ. Non quemadmodum in aliis conſueuit, quæ totæ cæduntur ad ſoli ſuperficiem. Intelligit fœnum, medicam, hortenſia, vt acetoſam, ſpinachiam. ἰσογεῶν. Felix vox. ἄχρι τῆς γῆς, terra tenus. Latinè etiam dicimus æquare ſolo: vnde æquimelium: quia non iam extat ſuperficies. Dixit τὰ πάντα, ἀντὶ τοῦ τὰ ὅλα. ἐνδέχεται. contingit. Voluit dicere εἴωθε. Ἀρρίζου γάρ. Nunc rationem reddit quamobrem non ſint nouellæ tentandæ ferro. Omiſſa cauſa, quare plantæ aliæ ſerantur ad terræ vſque ſuperficiem: in arboribus quædam relinquantur. Hæc eſt ratio. Quia ab illis fructus petitur è frondibus, quę melius reparantur nouarum ſucceſſione: in arboribus expectatur è ramis fructus. Rami ergo relinquendi. Itaque ſi prius quàm radix firmitatem ſit

A adepta, ferro laceſſantur: λωβήσεται μᾶλλον: potius lędentur. Quorſum ſpectat illud μᾶλλον? An eſt comparatio operæ cum ceſſatione. id eſt plus lędentur, quàm ſi relinquantur. An noxæ cum vtilitate? Id eſt plus lædentur, quàm iuuabuntur. An detrimenti cum imbecillitate? id eſt quia ſunt ἀσθενῆ, μᾶλλον λωβήζεται. τὸ μᾶλλον poteſt hæc omnia ſignificare. In prima ſententia ſignificabit, potius. in ſecunda, plus. in tertia, magis ac porró. Ἐὰν δὲ ἐρριζωμένου. At radice perfectionem adepta & ſecura de offenſione, neque ipſe lędetur ſtipes, & acceptum alimentum ramis diſtribuet, qui relicti fuerint. Et ſibi ſatis erit & ſufficiet quantum debetur ramis. Ἡ δὲ ἀναγωγή. Quaſi diſtinxe B rit ſpecies quaſdam: vt prima ſit περιαιρέσεως, ſecunda ἰσογεώς: nunc adducit tertiam, quam ipſe vocat ἀναγωγὴν, reductionem: alii φυτειῶν παιδείαν: id eſt (plãtationum dicit ipſe) inſtitutionem. Eam quid ſit, quaſi definit. σχηματισμὸς καὶ μόρφωσις, figuratio & formatio arborum: quæ continetur duobus cõtrariis, altitudine & humilitate. Hæc ſunt habituum vocabula: tamen quia procedunt ad opera, malim dicere ſublatione & depreſſione: ſignificãt enim actionem. Attollimus maiore attenſionis cura, puta Cupreſſum. Buxum deprimimus ad opera topiaria. Καὶ πλάτει. Quoniam quæ cohibentur ad humilitatem, dilatantur. Proinde craſſos parietes videmus, animalium ſpecies, naues, menſas. Ὡς δ' ἐπίπαν φυτεύουσι. Nemo non videt verbum hoc eſſe alieno loco. ἀνάγουσι qua C drat imprimis. Cæterùm vocis ſonus tam ab illo diuerſus diſſuadet quicquam temerè innouãdum. Vult dicere, coerceri agricolarum cura eas arbores, quæ exultãt in proceritatem: propterea quòd remittunt de facultate fructificandi. Sicut & prælonga hominum corpora, quibus non reſpondet craſſitudinis proportio, ſunt virium infeliciorum. Miſera ſunt principia: miſerè confit ſuccus ab imbecilla facultate: quæ ſi pro ſe explenda non potuit, minus poterit pro aliis. Πλὴν ὅσα. Excipit eas quæ omnino ſuapte natura tales ſunt: vt Cupreſſus, Palma, Pinus. Sunt enim naturæ quædam tum humilium, tum excelſarum. Nam & ſuprà dicebamus, Abellinam arboreſcentem amittere fœcunditatem. Διὰ πολλοῦ. Quaſi fati D gato alimento itineris prolixitate, atque interea intercepto ab iis partibus, quæ ſanè ſunt numeroſæ ad vſum ſuum. Ἀλλὰ δὴ πολυκλάδη. Amoto artis errore, qui erat educendi in altum: apponit modum contrariæ vtilitatis, in ramorum frequentia & germinum. Vt κλάδους, maiores intellexerit ramos: βλάστησιν, minores appendices. Ἅμα γάρ. Tres oſtendit vtilitates in arbore minus procera. Prima eſt, fœcunditas, εὐκαρπία. Secunda, εὐτρυγεία. Dicit enim εὐτρυγητότερα. Et commodius quoad arborem: non enim perticis laceratur. & minore periculo quoad herum: non enim ſcanſione opus eſt. Tertia, εὐθεραπεία. Ait enim εὐθεραπευτότερα: facilius coluntur. Quippe non magnis ſcalis opus eſt ad putationes. Tum ſi per ramos ſcanditur, rami ſunt iis valentiores quàm in

procera:

procera: tum quia ſuccus in eos vberius partitus, A tum quia terrę propiores. Vberior ſuccus, nempe in imo retentus, qui in ſublime abiiſſet: terrę propinquitatem plurimùm facere ad alimenti copiã: etiam ſuprà dicebamus. Ergo & facilius inſcenditur, & tutius inſidetur. Διὸ περιαιρετέον. Ex propoſitis concluſio ad artis opus. Itaque & putandæ, vt ſint depreſſiores: & prohibendum quod prohibet opportunè germinare. Idcirco ſtringuntur Vites omnes, & arbores nouellæ menſe Maio: quia intempeſtiuæ germinationes & pro tempore (præueniſit enim fructum) & pro loco (intercipiunt enim ſuccum.) Serotinæ iiſdem de cauſis ad ſoboles anni futuri relinquuntur. Atque is cultus ab eo vocatur κατάστασις: quia ſtatũ quaſi creat arboribus. Sæpe ſuprà συνεστηκότα & καθιστᾶσι. Neque B differre ab ea opera quæ perfectis impenditur arboribus, ſanè eodem fine: in adoleſcẽtibus, vt perficiantur: in adultis, ne deficiantur. Proinde & ſuccus domitus, vt toties dictum eſt, & intra mediocritatis certos cancellos cohibetur: & vis augetur in arctiorem coacta gyrum. Sic ſuiipſius ſtipatrix fit. Ὁμοία τῇ διακαθάρσει. Atque ita introducit materiam putationis arborum perfectarum.

Κοινοτάτη μὲν οὖν. Cùm omnium arborum interſit putatio, potiſſimùm ea Vitis opus habet. Vt hîc κοινοτάτη, ſit ἰδιωτάτη. Maximè nanque pertinet ad Vitem. Sed dixit maximè communem, ſcilicet omnibus vinitoribus. Neminem enim eſſe qui non vtatur ea. Cuius rei cauſam dat: quaſi, inquit, C ad hoc vrgente natura. Quippe tam fœcunda eſt in fructu, tam exuberans in germinatione: vt ſatis appareat adimendum ei, quod videtur ſuperfluum manifeſtó. Idcirco dixit πάντες γὰρ χρῶνται. Sanè quod in vſu eſt omnium, id eſt maximè commune. Ἀμπελουργοῦσι. Id eſt operam ponunt hanc in Vineis. Sic γεωργία, φυτουργία: alia ratione quàm vulgari. Nanque opus fit in Vite, in terra, in planta. At cùm dicimus χειρουργία, non fit opus in manu, ſed à manu. Cùm dicimus αὐτουργὸς, non in ſe facit opus colonus, neque ſeipſo, ſed ipſe. Sic αὐτουργία, ab ipſo. Etiam πανουργία, aliter. Non enim fit τὸ πᾶν, ſed videtur, aut tentatur, aut facultas ſola deſignatur. Duo dixit, εὐβλαστίαν καὶ πολυβλαστίαν. εὖ καὶ πολύ. Quorum prius non ſignificat bo D nitatem & æquabilitatem: vt ἐν τῷ εὐπνοεῖν, ſed facilitatem: ſicut εὔβιος apud Præceptorem. Si enim quodcunque edit bonum eſſet, non demeretur amputatione. Nihil bonum quod finem impedit. Omne quidem ens bonum eſt τῷ εἶναι: non autem omne τῷ τέλει. Propterea addidit πολύ. Quia multa facilè germinant, at non multum: nõ egent ergo putatione. Vitis ergo quia & multum & facilè germinat, & opus habet putatione, neque ſpem adimit regerminandi. Ὑγρᾶς. Videbatur hîc de Vitis putatione præcepta cum aliis communia ſubiicienda. Minimè, inquit, hîc. De ea nanque exactior cognitio iam eſt apud Autores, ſiue quæ tangat illius germinationem (hoc enim putatio intendit) ſiue quæ ſpectet ad alia: puta frondationem, ablaqueationem, paſtinationem,

A ſtercorationem, pulucrationem: quarum ſumma cùm ſit operoſa, peculiari tractatione fuerit exequenda. Differemus igitur poſt præſentem de arboribus diſceptationem. Excitat autem lectorem ad attentionem: cùm ipſum in ſpem erigit diſciplinæ non vulgaris. Pollicetur enim exactam diligentiam verbo illo διηκρίβωται. Νῦν δ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων. Nunc autem quod occœpit, proſequitur. Vbi non minus captat animum auditoris, cùm ait operæprecium eſſe doceri, quomodo queant arbores ipſæ καταστήσασθαι. Οὐ μικρόν. Quod exprimebat Poeta diuinis verſibus, *In tenui labor: at tenuis non gloria*. Perſtat in vſu vocis: nam & ſuprà κατάστασιν appellabat. Componere arbores, atque ſtatuere iis conditionibus quæ ad vſum no B ſtrum requiruntur. Modus conſtitutionis. Colligere earum vires in vnum, ne effuſæ deleantur aut deprauentur, aut minus ferant. Id fieri tollendo partes, quæ incommodant officiis naturalibus: hoc eſt κακῶς πεφυκότα, infeliciter nata, & ad maleficium: impediunt enim: ἐμποδίζονται τοὺς καρπούς. At is eſt finis, fructificatio: finis, natura: finem impedientia, præter naturam. Ideo κακῶς πεφυκότα: nata, vt πάρεργα naturæ. Sunt enim quædam non naturalia in natura: tametſi omnia ſunt naturalia in natura. In illis finis impeditur à materia: & formæ munus ad finem deprauatur. Ideo mox item παρακαίρως πεφυκότα. Quia non ſunt non naturalia ſecundùm formam & materiam, ſed ſunt non na C turalia ſecundùm finem. Non ſunt ergo non naturalia ſimpliciter: quippe ſunt in natura & à natura: ſed non ſunt naturalia ad hanc naturam in qua ſunt. Quæ obnaſcuntur ſarmenta ante fructum, importuna ſunt: quæ poſt fructum, non defraudant fructum iam præteritum: & vtilia ſunt ad futurum aliquid, vel quod ſit fructus, vel quod ſit propagatio, vel alium ad vſum, ignem, corbes, ſæpes, crates. Quæ ſiquid ſuperflui ſecum habent, reciditur. Quod eorum eſt reliquum, ad fructum aptum fit. Ἐμποδίζει γάρ. Non ſolùm non ſola hæc impediunt, videlicet τὰ κακῶς πεφυκότα, ſed etiam τὰ ἀπηρτημένα, id eſt aridæ partes quæ ſanis appenſæ ſunt. De iis enim etiam mox. Μετατιθέναι. Optimum verbum. Auertere naturam à germinatione, & eam transferre in ſtipitem: vnde, D quò opus ſit, poſtea proficiſcantur. Ἔοικε γάρ. Scita metaphora. Videtur alimenti quædam quaſi deriuatio. Rectiſsimè ὀχετεία. Quia eſt alueus venarum, vt in riuis: & riuos ſanguinis habemus apud Sophoclem. Proinde quemadmodum obſtructo vno alueo, aquæ refluunt ad alium: ſic abſciſſo ramo ſuccus remanebit: ibi is qui prodire cœperat, aliorſum diſpergetur. Ita μετατίθησι, non à germine ablatum quod in germine eſt, ſed quod in eo futurum erat. Non eſt propriè tranſlatio, ſed auerſio, ἀποχέτευσις. Ὅπως ἀνάγῃ τις. Quò quáve quis deduxerit aut reduxerit. Ῥεῖ. Perſtat in metaphora. Τοῦτο δέ. Hoc, inquit, id eſt luxus iſte, atque exuberãtia euenit: quia partes eius omnes optima ſunt habitudine. Ideo quotannis deintegro germinat. Τὸ πρὸς ἐν τῷ

προσεπιβλαστάνει, designat tempus additum anno præterito. Τὸ ἐπὶ, denotat materiam additam germinationis. Ε'πεὶ καὶ εἴ τις. Adhuc confirmat. In meliorem vsum reduci succum, superfluis sublatis, hoc argumento. Siquis superiores amputet partes: abibit in radices alimentum: vnde crescant. Ω῞στε συνταράττεσθαι. Quamobrem partes ipsæ tum confundentur. sanè verò. Nam si alimentum superioribus accessurum erat, nec accessit: decedet in radicem. Itaque quod erat in cacumen impendendum, depēsum est in radicem. Hoc est quod appellat συντάραξιν. Dixit χώρια, ἀντὶ τοῦ μέρη, quia continent succos: χωρεῖ. Quapropter materiam vocauit Plato χώραν: quia eadem πανδεχής. Καὶ τέλος ἀναυξῆ. Tandem itaque defraudata superiora, pumila remanent ac defecta.

Οἷον γὰρ ἤδη. Dicat aliquis, si non subit hodie alimentum propter vulnus, aut cras: at tandem subibit. Itaque non erunt ἀναυξῆ, nisi nunc. Respondet. Fiet iam natura quædam quæ radicibus solis cōsulat, superiora non curet. Ideo dixit χρονισθέντων, diuturna consuetudine. Η῾ μὲν οὖν ἄμπελος. Comparatio Vitis cum cæteris. Reliquas non egere quotannis putatione: Vitem egere διὰ τὸ αὐξές. Respondet illis superioribus, ἀβλαστία καὶ πολυβλαστία: & illis, τοῖς μέρεσιν ἄριστα πέφυκε. Τὰ δ' ἄλλα. Arbores aliæ non item: sed quædam alternis: nonnullæ quarto quoque anno. Οὐδὲν γὰρ οὕτω. Nullam arborem æquare Vitis facilitatem ad crescendum. Vbique dicit, humidissimam ac fœcundissimam. Ε'πεὶ εἴ γέ τι. Probat κύκλῳ, id est reciproco epicheremate alterum per alterum. Eget Vitis putatione: quia facilè crescit: aliarum nulla tam crescit: nam si cresceret, egeret putatione. Α'πὸ τῶν ὑγρῶν περίεργον. Signatissima verba. τὸ περίεργον, est effectus: res quæ superat opus. τὸ ὑγρὸν, est caussa. Humor enim multus multi operis materia est. Α῞μα δὲ ἡ ἕλκωσις. Hisce verbis videbatur supersedere potuisse. Non enim Vitis excusatur à nocumento cùm putatur: quia noceatur arboribus putatione. Nam si arbores laborant cùm putantur, etiam Vitem cùm putatur, laborare par est. Ergo si quotannis ne laborēt arbores, quotannis non putantur: item ne quotannis laboret Vitis, quotannis non erit putanda. Dicendum, non propter hanc comparationem adducta verba illa, sed ad præceptionem: vt quid in putatione seruandum sit, cognoscatur. Igitur loco vocis illius ἅμα, dicet διό. Quoniam amputatæ laborant arbores de vulnere: idcirco statim stercus rentur adiiciendum. Καὶ τὴν ἄλλην. Alium cultum, puta rigationem. Ο῞πως ἐπαναλάβωσι. Vt maleficio medeantur alimenti instauratione. Vt reponatur aliquid eius loco quod ablatum est. ἐπανάληψις, Medicorū vox: cùm defuncta morbis corpora instaurantur atque redintegrantur cibo. Cæterùm alius rhythmus hîc orationis. Non enim ex vsitata dicendi ratione ἐπαναλαμβάνουσι τὴν κακοπάθειαν, sed τὴν ἕξιν. Non redintegrant maleficium, sed post damnum alimento recreantur. Α'λλὰ μόνον. Quare parcius vtendum pu-

A tationibus: quibus virentes aut alioqui viuæ partes auferuntur: idque certis anni temporibus. Nā quæ partes aridæ sunt in arboribus, eæ perpetuis quotidianísve operis demendæ sunt. Quia iis ablatis non læduntur: non enim sunt amplius partes naturales, sed μαθηματικῶς tantùm. Ramus enim semiaridus, & ex altera semisse viridis non est vnum physicum, sed solis dimensionibus vnum. quin ne materia quidem eadem. Quocirca doctissimæ tanquam appendices, non tanquam partes, tum hîc, tum suprà vocauit προσηρτημένα: hærentia & impedientia nutritionem. Assuenda erat caussa quare impediant. Sanè haud suggunt, vt illæ aliæ κακῶς πεφυκότες: non enim viuunt. Non intercipiunt aut obstruunt, quia in extremis sunt.

B Quid igitur? Prohibent internam, ventilationem liberiorem spiritus innati: cuius rationem haberi oportere toties diximus. Prohibent autem illam transpirationem: quoniam sunt obiectæ meatibus qui eò pertinent. Ε'νδεῖ τῇ διακαθάρσει. Post necessitatem atque vtilitatem putationis declaratam, quæ est actio agricolæ, declarat passionem quæ fit in materia. Igitur enumerat partes eas quæ sunt auferendæ: quarum aliquas iam dictas repetit, quasi per epilogum: aliquas iam dictis addit ad doctrinæ perfectionem. τὰ μὴ κάρπιμα. Ex quibus neque officii, neque speciei fructus repræsentatur. Τὰ ἀφαιρούμενα τῶν ἄλλων τὴν αὔξησιν. Quas suprà nominabat ἐμποδίζοντα. Tertio loco, ὅσα διαπέφυκεν. quæ sese importuno situ im-

C miscuerint legitimæ germinationi. Hoc enim significat hîc τὸ διά, quod τὸ μετά. Hoc discimus ex Varrone & Columella, in Vineis: vbi etiam pampinis ab officio aut maleficio nomina indiderunt. focanci, fructuarii, & eiusmodi. Et addit rationem quæ suadeat hæc tollenda, ἐν τοῖς γὰρ ἔξω. Quia oportet germina foras erumpere: operæ est, occupata ab inutilibus loca quasi euerrere. Quarto loco, τὰ πυκνά. Quæ conferta sunt. Non enim significat densitatem partium in corporibus, sed totorum frequentiam. Sicut Horatius dixit, vulgus densum humeris. Quod explicat statim illis, ἀλλήλοις ἐπιβάλλοντα. Quæ inter se aliis aliæ imponunt: imminent: manus iniiciunt. ἐπιβάλλειν, verbum militare, aggredi, facere impressionē. Quarto loco, ὅσα τὴν ἔκφυσιν. Quæ ex mediis erumpunt.

D Non enim legitimo è loco prodeunt. Quippe non è stipite, sicut illę hactenus memoratæ, sed ab ramorum lateribus. Sunt illæ partes totius: sunt hę partes partium, quæ non permittunt alimentū ad rami partes vlteriores peruenire. Itaque & ipsę miserę sunt, & iis quę porrò sunt, miserias creant: & auferunt ab inferioribus exuggendo, quantum esset à primariis relictum, si non prodiissent ipsæ. Πάντα γάρ. Ratio vniuersalis. Omnes enim eæ tum solem, tum spiritum auferunt. Spiritum sanè exhauriunt internum, & externas prohibent ventilationes, quas suprà necessarias esse dicebamus: vnde & suprà, & infrà, & nunc δίαπνοιαν celebramus illam. Nec minus auertunt solem. Nominauit autem spiritus, non succum, quia suc-

ci

ci pars est excellētissima spiritus. Itaq; δίαπνοιαν. Pro sole verò, πρόσηλον: sicut & alibi. Notabis verbū actiuè ἀφαιρούμενα, ἀφαιρεῖται. Et aduerbium διαιρετέον. Non pro eo quod est ἀφαιρετέον: sed distinguenda ἀπὸ τῶν καρπίμων, τὰ μὴ κάρπιμα. Διὸ καὶ οὐ κακῶς. Ex vsu agricolarum docet προσήλιον esse debere. Plana sunt omnia. ῥυθμίζοντες, disponentes. Sic & Aristoteles: æs antequam statua fiat, ἄρρυθμον dicit.

Lego ἐὰν ῥιζωθῶσι, non ἐάν. Et λωβήσεται, non σωθήσεται. Et muro φυτεύουσι: sed in quid, ignoro. Et ἀκαρπότερα γὰρ γίνεται διά. Et ἀνάγκη τις, non ἀνάγκη. Et συκῆς, non σικύας.

Theodorus ἴσχωσι, tenuerit. Verbum agricolis Græcis familiare, Latinis auribus ferendū pro materia. Ι'σόγεων. Theodorus non expressit. Resecari tantùm dixit. Ε'ρριζωμένον. Cùm radices viréscque aperit. Ambitiosè: neque planè neque plenè: nisi scriptum reliquerit ceperit.

Α'ναγωγή, educatio. Reductio potiùs. Φυτῶν παιδείαν, plantarum eruditio. Plantationū sonat Græca vox. φυτεύουσι, compescenda. Ita substituit aliud. Υ'ψηλὰ καὶ δεῖ καὶ βούλεται, quæ apta sint excelsa consistere. Minus expressit Grçcę orationis efficaciam. Quę arbores & natura sua proceræ sūt, & vt ita sint, id quoq; ab arte exigūt. Quasi etiam nobis vel inuitis, vel aliud agentibus ipsæ sese erigāt in proceritatē. Id quod vsu uenit nobis. Nouella Cupressus forte quadā cacumen amiserat: eius in locum proximus ramus ita sese spontè substituit, vt cacumen ipsum semper fuisse videatur. Πολυκλάδα, ramis scateant. Durissima trāslatio. Lasciuit ita sæpe Theodorus: vt & mox de germinibus, excurrunt. Κοινοτάτη, publicum. vulgatū. Aliud enim est publicè, id est palā in ore populi: aliud vulgò, id est abs quiuis fit. Κατασκευάσθαι πως τὰ δένδρα. Scitè species condidisse. Non potuit peiús. Vnus solus artifex condit species, Deus. At agricola accepta è naturę classib⁹ indiuidua fouet: & quia sunt materialia, materiam quoad opus est & licet, corrigit. Α'λλὰ καὶ τὰ ἀπηρτημένα, sed & quędam remota. Hisce ex verbis quis elici queat sensus, sanè me latet. Quid enim hîc sit remotū? Appendentia. Satis in Commentario. Quid alibi significet, ibi videbitur. Μεταπιθέναι, reuocare. Sensus optimus ad pristinum statum, ex quo discessere atque abiere εἰς τὸ περίεργον. Καὶ ταῦτα αὔξει. Theodorus addidit tantū. Α'ριστα πέφυκε. solertissimè constant. pessimé. Quæ nanque hîc solertia in quibus arte factum est nihil. Et aliud est constare aliud πεφυκέναι. Quia naturalis eis habitudo est optima, nihil opus habent arte. Συνταράττωσι τὰ χωρία, vt loca radicibus impleantur ac perhorrescāt. Verbum hoc postremum hîc futile. Verbum autem impleantur, nō habet hîc locum. Fortasse verò scriptum reliquit, συνταράξῃ. Et τὸ χωρία, non significabit partes (vti dicebam⁹) sed radicū loca tota complicationum anfractibus occupari. Atque ita omnino sentiendum videtur. Διὰ τετραετίας, quadrienniis pòst. Satis cum periculo peregrinitatis. Quarto quoque anno. Ε'πεὶ εἴ γε τοιοῦτον εἴη,

A δέοιτ' ἂν ἀφαιρεῖν ἀπὸ τῶν ὑγρῶν περίεργον. Theodorus longè aliter atque nos. Siquid tamen eiusmodi sit, tantundem desiderat. Recidere partem eius humidi, superuacuum est. Imò est operæprecium auferre, quod est præter opus naturæ περίεργον, superfluum ipsius humiditatis. Atque hoc est quod desiderant præhumidæ Vites: æquè item desiderarent arbores aliæ, si essent æquè humidæ. Ε'λκώσει, vlcere. Hoc & suprà castigauimus.

CAPVT XI.

XI. capitis argumentum. Putandum post Pleiades, & quare: extra vnam Ficum. Modus non idem omnibus, neque instrumenta eadem.

B E'ΠΙ ΕΙ' δ' ἐπίπονος. Primo loco demonstrauit necessariam putationis vtilitatem. Postea docuit communi ratione, quæ auferenda. Nunc demonstrabit quando fuerit tempestiuum. Hoc facit prima parte capitis. In secūda longè aliam ab hac tractat disceptationem. Quippe modum indicat, videlicet quantum cuique auferendum. In tertia docet, quibus instrumentis. Itaque tria sunt in hoc vno capite capita, in vnum hunc gyrum propter breuitatem coniecta. Prima pars tres naturas narrat: vnam communiorem: quibus assignat putationis tempus sub Autumno. Vnam earum quæ serò fructificant. Iis pro rata tempus ab illo differēdum iubet. Vnam

C Ficus peculiarem: cui Vernum tempus destinat: atque horum omnium caussas adiungit. Ac primū, quare post Pleiades. Quia tum arbor valentissima: fructus enim edidit. Videatur tamē cuipiam minus valida, tantis exhausta succis, tot operibus defuncta, germinandi, fructificandi. Haud ita est. Prius enim laborauit ad suum munus perficiendū. Nunc cura illa deposita seipsa fruitur tota. Itaque validum esse par est. Tunc ergo putandum: quia putationis (vti suprà dicebamus) grauis molestia est. Quocirca eo est exercēda tempore, cùm ferre potest leuius. Ordinantur hunc ad modum caussæ. Arbor debilis. Putatio molesta. Molesta propter plagam. Solutio continui præter naturam. Debilia non sunt porrò amplius debilitanda. Ex hisce postea concludemus contrarium per cōtraria, ad putationis tempus eligendum.

D Κατανηλωκότα. Ergo exucta & imbecilliora non. Tum quia iam non eget amplius ad opus succo: succus subtrahi potest, tum quia otiosa & sibi soli cauēs. Idcirco dicit ἕτερον δὲ οὐδέπω δεδαπανημένα. Quæ nihil habeat præterea quod agat. Non enim præ se tulit alium in alio flore fructum. Τὰ δ' ὀψικαρπότερα. Quia statuit attonsionis præcepta postquam fructum deposuerint: quędā verò post Pleiadē maturant fructū, vt Zizipha, Olea, ad eā normā diriguntur, vt lectis fructibus tōdeātur. Propterea dixit κατὰ λόγον. Ι῎διον δὲ τὸ συκῆς. Non est tam proprium Ficus, quin Vitibus quoque sit cōmune: magnam enim partē Februario putamus Vineas hîc. Sola, inquit, Ficus putatur ante germinationē.

in Græcia fortasse. Hasce deinde causas affert. Prima est, quòd à vulnere faciliùs atque celeriùs conualescunt. Εὐσύμφυτος. Vulnus facilè coit in cicatricem. Δεῖ δὲ τοῦτο σπεύδειν. Hîc verbum hoc importunum est. Properare. Quin differre oportet, sed accepit ἀντὶ τοῦ τηρεῖν, σπουδάζειν. Adiũgit causam huiusce obseruationis. Quia si non coalescãt extrema & obducantur, putrescit arbor induente sese humore in hiantes meatus. Idcirco Ficus cũ rara sit concretione atque imbecilla, multa pateretur per autumnum. Quare non dixit per hyemem? Quia præuenit autumn⁹ maleficio: propior enim recentem plagam occupat. Ἐπερτέρας. Causa quare non coalescat vulnus. Quia sicca tempestas illa: plagæ hiatus non implentur, nisi succo suppeditato. At deest succus. Cùm à raritate duceret hoc argumentum, meminisse oportebat eum Vitis quæ multo est quàm Ficus rarior. Id quod tum pondere, tum inspectione, tum ipsis è carbonibus deprehẽdes. Viticeo carbone nihil victum magis. Hoc igitur malum ab siccitate: aliud ab humore: putrescit enim si imbres frequentarint autumnũ. Itaque vndique parata pernicies. Ideo περιρρέοντος τοῦ ὕδατος dixit. Imò ἐπιρρέοντος καὶ εἰσδύοντος. Addit deinde etiã quod quærebamus, hyemis superuentum. Τοῦτο μὲν ἴδιον. Dixítne hoc proprium Ficus propter temp⁹ putationis, an propter hasce læsiones? vtrunque. Putatur enim tunc, vt vitentur hæ noxæ. Illud hîc etiam videndum. Cùm alibi Ficũ dixerit humidissimum: quomodo non satis ex se habeat interni succi ad vulneris consolidationem, etiam si aer nihil apponat de suo. An raritas admittit æstuosi temporis affectum? An (quemadmodũ innuebamus) hæc causa non est: esset enim etiam in Vite: quin Vitis quæ tum putatur, amittit hyemis vi nonnihil ex summo flagro. Quamobrem minus recidunt. Atque adeò vt vnum ex oculis, ita vocant turgentem gemmã, tanquam pro perdito relinquant. Οὐκ ἴση δέ. Altera capitis pars de modo. Non eadem quantitas in omnibus recisæ partis: sanè præceptum populare. Habitioribus enim plus demendũ: siquidem totius operis summa est ad castigandam nimis bonam habitudinem. Πλείων τῶν μᾶλλον. Quæ plus egent, plus ferant operæ.

Δεῖ δὲ εὐβλαστοῦντα πολλῆς γιγνομένης. Morosa phrasis. Intelligitur enim βλαστήσεως πολλῆς. Luxuria Myrti, Oleæ, Punicæ, ferro compescenda: atque adeò vt quanto pauciora relinquentur illis, tanto illa dabũt plura. Quare? quia sunt πυκνόβλαστα: natura sua frequentantur, stipata germinatione. Adhæc facilè exarescunt: quare amputanda. Exarescere autem propter gracilitatem λεπτόβλαστα. Ergo recisis crassescunt, nẽpe retento succo. Suprà etiam ξυλώδη vocabat. περιαυαινόμενα, obarescentia. τὸ περί, obiter. Διὸ καὶ φυγανικώτατα, sunt fruticosissimæ. At nequeunt simul esse & crassæ & fruticosæ. Dixit προσόψει: siquis intueatur. Nã certò arborea est eis natura, non autem fruticis. Facies tamen fruticis est. At quare gracilia obarescunt? Propterea quòd parum habent succi. Χρὴ δὲ καὶ ὅσα. Tertium huius capitis capitulum, de in-

A strumentis. Malum & Pyrum enumerat, quibus aut ferro leuissimè, aut manu detrahẽda superflua. Ratio. Siccitas & corticis tenuitas. E o læso facilè patiuntur: neque facilè patiuntur cicatrices, quia siccæ. Cæterùm oratio turbulenta. Χρὴ δὲ καὶ ὅσα πρὸς τὰς τομὰς ἀσθενῆ. Quid χρή? Subinfert, διὸ τὸ τοιαῦτα τούτων. Vt sit χρὴ ἀφαιρεῖν, ὅσα ἀσθενῆ, διὰ τὴν ἀσθένειαν. Hoc præceptum etiam suprá. Ideo dicit ὡς ἐλαφρότατα. Atticismus, κινδύνους ἅμα τῷ πόνῳ διὰ τὸν πόνον. Id est διὰ τὸν πόνον ἀπὸ τῆς ἑλκώσεως. ἐκ γὰρ τῆς ἑλκώσεως πόνος, ἐκ τοῦ πόνου κίνδυνος. Ὥσπερ γάρ. Comparatio. Si radix patitur ligone tacta, quanto magis ramus cæsus? Tres ponit euentus. χείρω γίνεται. Is gradus primus noxæ. νοσεῖ, plus est. ἀφανίζεται, vltimum malorum. Verbum deest ἀπὸ τῶν ἄνωθεν, scilicet συμβαίνειν. Ἐν τοῖς μὴ δυναμένοις.
B quæ ferre nequeunt putationem. scilicet aut simpliciter natura sua, aut in tempore: idque duobus modis, vel ætatis, vt nouellæ: vel anni, vt de Ficu dicebat: aut non tantùm, vt simpliciores: aut non sic, vt Pyrus falcula hebetiore.

Lego καὶ μάλιστα αὐτῶν, aspiraté. Seipsis sunt robustiora. Et τοῦτο σπεύδειν, non ταυτό. Et περιαυαινόμενα, non παραυαινόμενα.

Theodorus δεδειγμένα, susceperint. Ostenderint: in flore scilicet. Sæpe sic loquitur. Ostentare prouentum arbores flore tenus. Εὐσύμφυτος. Coagmentari consolidarísve facilè possit. Prius verbum ambiguum. Nanque si dicas ali-
C quid coagmentari, cum alio intellexeris. Hîc Ficus partes vulnere dissitas coalescere. Minus ex verbi huius ratione. Agmen enim plurium est: de vulneris labiis non dixerim. Ὑπὸ χειμώνων κακοπαθεῖ. Turbinibus frigoribúsque languescit atque moritur. Omisit τὸ ὅλον: & addidit turbinibus. Hybernis iniuriis malehabetur ac penitus interit. Πρὸς τὰς τομὰς ἀσθενεῖ, plagis infirmitentur. An ita scriptum reliquerit, nescio: cæterùm vt credam, fatalis eius facit audacia.

CAPVT XII.

XII. capitis argumentum. Appendicum ablatione radices fieri profundiores. Auferendas, quæ statim solo subsunt, item aridas.

D ῬΙΖΟΤΟΜΕΙ͂ΤΑΙ δέ. Expedita vniuersa putandi ratione, in subiectis, temporibus, modis, instrumẽtis: reliquum est vt videamus an aliis quoque partibus debeatur. & sanè deberi, tum è superioribus patet (vti dicebamus) radicũ luxuria, atq; auiditate arborẽ defraudari: tũ fiet impræsentia manifestũ hisce de causis. Curandum vt descendat radix. Officitur autẽ eius incremento aliarum radicularũ agnatione. Quod studium Vitibus impenditur potissimúm. Item si quę fibrę siccę sunt, eodem modo impeditur quo in ramis illa ἀπηρτημένα. Quamobrem vtræque auferendæ. Est igitur caput hoc superioris tractationis pars, nec differt nisi subiecto. Μετὰ τὴν φυτείαν. Postquã pactæ sunt atque stabilitę. Nesciebat

bat quod de Iuglande dicebamus. Antequam deponatur, eam quę inter alias ab latere sparsas sese demittit radix, abscindenda est. Alioqui in proceritatem luxuriat arbor, neque admodum ramificatur: sed brachiorum materia penè tota in eum abit. Excisæ igitur lapidem supponunt, ne resumat vires, sed dilatetur. Ergo hoc consilio contrà faciunt quàm hîc præcipitur illis verbis, ὅπως κατὰ βάθος ὠθῶνται: vt in profundum vrgeantur. Impellantur, dicit ipse. At à quo? Seipsas enim agunt: id est animæ vis materiam producit. Καὶ πλείω λαμβάνουσιν. Et plus capiunt incrementi: quantum scilicet satis, non quantum suprà damnabatur πλεονεξίας. Μάλιστα δ' ὧν ἐπιπολῆς. Præsertim quibus superficiarié. Intellige non ex natura, sed ex deprauatione, aut luxuria, aut alio quo euentu retortas sursum. Nam quemadmodum suprà vetabat, arbores eas quæ suapte natura sublimes eueherentur, inuitas cohiberi in coactam breuitatem: sic Pino & Cupresso, vel aliis, quarum radices natura fecit tum paucas tum profundas minus: neutiquam eas abscindendas esse partes quæ ferantur ad superficiem. Ὅταν δὲ πρεσβύτερα. Hactenus de nouellis. Nunc præceptum explicat in alia ætate. Cùm fuerint adultæ, auferendas eas quæ temere effundantur, idque quotannis eam faciendam ablaqueationem. Id quod in Vitibus sanè fit. Vbi memineris, eam prudentiam quam nos adiecimus de iis quæ natura sua superficiarias habent radices, ab eo esse prætermissam. Ὅπως αἱ κάτω. Quod suprà dicebat, repetit, augétque duabus conditionibus: nempe quô fiant plures & fortiores: quæ duo momenta maxima sunt ad robur arboris, modò ne damnatum suprà modum illum excedant. Suprà in nouellis curabatur vt fierent profundiores: hîc, vt iam factæ tales adiungant illi quantitati tum robur tum frequentiam. Quare mox dicet in extremo capitis, τὸ δὲ δὴ μῆκος καὶ πλάτος, ὅσον ἂν ᾖ πλέον, ὠφελιμώτερον.

Φθείρουσι γάρ. Hæ minutæ interimunt, nihilo sanè minus quàm si porcelli multi matrem exhauriant. Quanquã ne ipsæ quidem sibi satis consulunt: idcirco dicit αὐταῖς δὲ οὐ δύνανται παρέχειν τροφήν. Posuit παρέχειν ἀντὶ τοῦ ἕλκειν. Nam πάροχος, est qui de suo aut alieno dat alteri. Sic Latinè: vtique nemo sibi exhibet. ἀντιλαμβάνειν melius: quasi alia ab aliis vindicet. Vetus prouerbium, macros esse sturnos, quia turmatim agitant.

Πονοῦσι. Læduntur à quauis intemperie: propterea quòd obex terræ debilis est, propter tenuitatem: sub crusta enim sunt. Etiam imbribus detersa gleba sæpe deteguntur. Tum autem misere degunt: quoniam stipes ipsæ quoque trahit altrinsecus quantum potest. Ἀφαιρετέον δέ. Alia ratio eodem fine. Etiam aridas eximendum: sicuti suprà quoque arida illa ἀπηρτημένα. Itaque vtitur eodem verbo alia præpositione, προσηρτημένα. Duas noxas. Primùm, ariditate sua, velut illi quoque rami suprà officiunt: prohibent enim & crescere & transpirare. Καὶ

A ἄλλως. quia vermiculos creant: vnde magna fiat arboribus iniuria. Τὰς δ' ἄλλας. Quia non sunt mouenda principia. Illis enim labefactatis, labes etiam ipsi affertur corpori vniuerso. Sic illis tentatis differtur opus. Sic rosas hyemales vbi volumus habere: inchoatis in rosario mucronibus, auulsam plantam in alium transferimus locum: vbi postea confirmata radice serus perficitur flos. Οὐδὲ γὰρ διακινδυνεύειν. Quoniam de stipite ac brachiis tollebantur τὰ κακῶς πεφυκότα, vt hîc radiculæ: & τὰ αὐανθέντα, vt hîc αὗαι radiculæ: quæri posse videbatur, an radicum principalium brachia, fibræque aliæ putandæ essent, quemadmodum sarmenta in Vite etiam le-
B gitima auferebamus. Ait hîc non esse faciendum. Non enim finis idem aut necessitas. Rationem huius consilii duplicem iniri posse. Primùm, si radices egent castigatione: consequi possumus id sola fossione, vt detegantur, vnde minus habeant commodè, aut adactis cuneis clausísve. Altera ratio à nocumento, cùm sint principia nolunt mutilari: nanque fit inde maxima in arbore mutatio. Haud par in ramis ratio. Non sunt principia aut causæ, sed partes aliunde pendentes. Aliud damnum τὸ γυμνοῦν, sed addidit ἐπὶ πλέον. Propterea quòd si velis eas putare, necesse est vt totas consideres, quô tibi notæ sint partes quas auferas. At hoc est ἐπὶ πλέον eas detegere. Nempe alioqui pastinationibus aliquantum aperiri constat. Tertium periculum, οὐκ εὔσημον, ὅθεν
C ἀφαιρετέον. Haud liquet vnde potissimùm auferas: quia minus distinctæ partes illæ quàm superiores. Ἅμα δέ. Obscuriusculus locus. Sic autem declarabitur. Rami quidam amputantur, quòd inde nihil rectè futurum sit: relinquuntur illi fructuarii qui suæ bonæ frugis dant significationem. Est igitur in eis differentia. At in radicis partibus non est ea differentia. Quippe non est quærenda pars quam recidas: cùm alia aliam nõ antecellat vtilitate. Quamobrem vbi sustuleris inutiles, de quibus suprà dictum est: reliquas permittito vndecunque prodierint. Imò verò πανταχόθεν ἐᾶν: præstat relinquere intactas ex omnibus partibus. Μόνον δὲ ἰσχύουσαι. Atticismus. Modò valida sit, suum officiũ faciet vnde
D vnde proueniat. Ita quod monebat, monet: inutiles illas atque aliis incommodantes auferendas.

Εὔσημον. Haud satis constat. Notabis phrasin, πόθεν, ὁπόθεν, πανταχόθεν. Deest infinitiuus, πανταχόθεν φύεσθαι. Τὸ δὲ δὴ μῆκος. Hoc & suprà dicebat, ὅπως αἱ κάτω πλείους, καὶ ἰσχυρότεραι γίνωνται: nunc crassitudine ac longitudine perpendit vtilitatem. Ὥστε τὰ πρὸς τήν. Finis huius operæ. In hac radicum recisione eatenus laborandum esse, dum apparatus is ad germinationem simul ac bonam habitudinem conferre posse videatur. Ita semper intendit duo: alterum pro arboris vita, εὐτροφίαν: alterum pro officio, βλάστησιν: qua voce vna complectitur vtrunque, & communem frondium ac brachiorum, & priuatim fructuum ipsorum productionem.

Μόνον. Quod Terentius, tantúm. Operæ præscriptio. Neque plus neque minus agendum, quàm quantum vtrique possit consuli.

Lego αὐτοῖς δ' οὐ δίδωσι, sibi: aspiraté. Ἐτοποθετοῦσιν, non πόθεν οὖν.

Theodorus ἐπιπολῆς. Prima parte terræ natare solent. Ambitiosè, ne dicam putidè: siue spectes aduerbii ἐπιπολῆς interpretationem: siue vocis illius prima, abusionem. Ἐμποδίζουσι, vetant. pessimè, absoluto significatu. Semper enim additur, quid. Veto te vti hoc verbo sic. Αὐτοῖς δὲ οὐ διδόασι παρέχειν. Theodorus legit sine aspiratione, & refert ad arbores. Cæterùm neque arborum mentio fit vlla: neque pronomen hoc longiùs potest reponi, quàm illud ἐκείνοις. Quippe αὐτὸ, proximum significat: ἐκεῖνο, remoti⁹. At radices radiculis propiores, magis procul arbores. Γυμνοῦν, dispoliari. Intellexit ergo radiculis. Nobis plus placuit, detegi terra. Placet tamen optimi viri iudicium hîc: non tamen vbi omisit μόνον.

CAPVT XIII.

XIII. capitis argumentum. Adaquationum modi, vtilitates, causæ, tempora opportuna, nocumenta.

Περὶ δὲ ἀρδεύσεως. Nemo non iudicarit nouum caput hinc auspicandum. Repetuntur autem: neque ipse non fatetur, aquarum vtilitates atque diuersitates. Sunt cælestes, sunt aspersiles, sunt ductiles, & harum imitabundi rores, vt in agro Cyrenaico & Roseo. Sunt & priuatim Ægypto stagnantes. Quæ verò administrantur, eæ respiciunt vtilitates vel temporis, vel loci, vel naturæ plantarum. Imprimis verò consuetudinis esse habendam rationem. Esse enim iam naturam: quemadmodum suprà dicebamus. Proinde nec intermittere, si sunt solitæ rigari: nec rigari, si non sunt solitæ. Vtrouis modo vtrobique minus rectè fieri. Περὶ δὲ ἀρδεύσεως. De rigatione & aquis, scilicet aliis. Quia solius operæ est rigatio. At ex aliis item aquis proficiscitur vtilitas. Quanquam hîc de pluuiis nihil. Hoc enim libro de arte tantùm: de aliis suprà satis, vbi naturam tractabat ipsam. Attingit modò pluuias: quia cùm desunt, supplentur rigationibus. Σχεδόν. Quia non omnia. Quæ igitur ibi omissa sunt, hîc digerentur. Ὅσα γάρ. Ponit quasi species. A loco, cælestis, terrestris: à tempore, hyberna, æstiua: partibus temporis, diurna, nocturna. Ab opere, ἐπίρρυτα, ὀχετευτικά. Quocunque modo affluxerint, aut ab arte aut à natura in alueis, ἐπίρρυτα vocat. Ὁμοίως ἴσως. Cautè oportet hanc partẽ interpretari. Nã quid simile est nocti & diei? Atq; harum differentias satis suprà demonstrauit. ὀχετευόμενα, per canales ab arte sola. ἐπίρρυτα, præter naturalẽ fluxũ, multis modis: manibus, ramis madefactis, cribro, vannóve, clepsydra, fundo pertuso. Ocymũ perpetuò quẽadmodum rigaretur, etiã excogitatum est. Scutellam aquę plenã iuxta ponunt, ab ea pannũ ex aqua altero capite intestam vbi Ocymũ est, deducunt. Ita perpetuò quod suggit refundit. Τοῦ δὲ θέρους. Dixit, quid: aqua. Quomodo? ἐπίρρυτον. Nũc quando. Quando verò tandẽ? Sanè cũ humore opus habent. Igitur siccis tẽporibus. Sanè est Hippocratis sententia, quasi natura loquens. Vbi quid laborat inopia, copia subueniendũ. Addit & ampliorẽ causam ad fructuum educationẽ. Et dixit ἀναγκαῖον: quod aliàs δέον. Οἱ δὲ καὶ οἴονται. Confirmatio potius quàm causa separata. Est enim maior syllogismi propositio, sic. Cùm multũ exhauritur succi, multum reponendum. Tum quia dixit ἀναγκαῖον: vult id ostendere verborum efficacia: πλείστης κυριωτάτης. Nã iactura est vel cùm multum amittimus, vel cũ preciosum, vel cùm maximè opus habemus. Est autem tunc maximè principalis ac nobilis succus propter imminẽtes fructus. Non enim est plebeiũ damnũ, vt in foliis, sed de meliore nota. Malim igitur sic scriptũ fuisse, ἐπεὶ καὶ γίνεται: est enim eadẽ sententia non disiungenda. Ἰσχυρὸν δέ. Quod & suprà celebrabatur axioma de consuetudine: validã esse rẽ: ego verò etiam violentum censeo: vim enim affert naturæ sæpenumero. Quapropter idẽ (quod & suprà) ὥσπερ γὰρ φύσις γίνεται. Ergo vt & in rebus naturalibus, neque non rigãdum si consueuerit, neque rigandum si non consueuerit. Hoc dicit, ne quis æstatem causetur pro lege immutabili.

Διὸ καὶ τά. Quæ arbores siccis sunt locis, nihil aliud quærunt quàm quod opus habent necessarió. rectè. Sic enim & hîc & suprà est idem ἀναγκαῖον. At verò quid hîc agit τὸ διό? Quid hoc infert ad consuetudinem? An vult dicere, prouocatum esse colonum à natura, ad rigandum primo quoque tempore: tum ab eo tempore ad frequẽtẽ rigationem: postremò ab ea consuetudine ad certam deliberationem non desistendi? Καὶ χεῖρω γίνεται. Etiam locus is perobscurus. Fortasse verò sic illustrabitur. Quæ sunt in locis siccioribus, quia egent succo, poscere sibi humorẽ ex rigatione: quẽadmodum quæ sunt in locis haud ita quidẽ natura siccis, sed ob æstatis squallores, vti dicebat. In tam verò necessariis opibus inesse damnũ: quia fructus fiant deteriores. Et addit similitudinẽ. Tã fieri deteriores, quàm qui non consueuerint rigari, si rigentur. Vbi omnino eundem docet euentũ & in natura & in consuetudine: quippe succi degenerationem. Quare igitur rigantur quæ in siccis, si non solùm sequitur nullum emolumentum, sed etiam consequitur damnum? Propter fructus enim habentur. Respondẽdum: non hîc iubere ea rigari loca: sed ostendit solum naturæ desiderium, quod è siccitate proficiscitur: quód si leuare velis rigationibus, vt ferãt: obsis ei quem ferãt fructui. Hũc ad modũ, quod & infinitis penè locis luctati sumus. Notabis similẽ faciem orationis, ἔθος, εἰωθότα. Καὶ κίνδυνος δέ. Quispiam dixerit, vtriq; cõsulemus, quandoque rigabimus, vt subueniatur aduersus ariditatẽ: quãdoq; omittemus, ne officiatur fructibus. Hoc monet, si occœperis, perseuerandum

dum. Alioquin adire te periculum maletractationis. Ἐκείνῳ τε γάρ. Sententia satis clara ex obscuris verbis. Adimi robur: sané. Quare? Quia subtrahitur alimentum. Item vbi sustulerit, nihil substituit: hoc est στέρησις οὐ δίδωσι. At quo modo? Quia non amplius rigat. Id est cùm semel intermiserit, iterum omittit, tertiò cessat. Quamobrẽ ἀμφοτέρων πλεῖον διαμαρτάνει: plus peccat vtroque: id est & eo qui nunquam rigauit: fructus enim tametsi pauciores ac minores, tamen habet meliores: & eo qui semper rigat: quoniam etsi deteriores, at enim tum plures tum maiores capit. Ita si legas ἀμφοτέρων. sin mauis ἀμφοτέρως, vt aliàs emẽdatiùs putabamus. Dicam, vtroque modo plus peccare: & cùm rigare occœperim, & cùm destiterim. Cætera plana sunt: sed codex corruptissimus. Sic diuinemus. Rigandum non esse, quia fructus deteriores. Si occœperis: non omittendum. Inter vtrunque si quis agat, plus capiat emolumenti. Illud ita fiet, si non multum rigentur. Nempe si modicè exerceatur: neque fient deteriores, & fient plures: imò & meliores. πλεῖον, ad quantitatem: πολλῷ μᾶλλον, ad qualitatem. Πλεῖστον δεχομένων, quæ multum hauserint aquæ. Ac si dicat βρεχομένων.

Theodorus ἐπιρρύτοις, fluente. ὀχετευομένοις, deducta. Quasi aqua vlla perpetuo cursu quicquam riget. Aio, nullam aquam nisi deductam rigare. Soli aluei riuorum fluentes habent aquas absque deductione. σπάνιν, inopiam. malé. Non enim id verbum significat: neque æstas inops est aquarum, sed infrequens. Οἱ δὲ καὶ οἴονται, τότε μάλιστα δεῖσθαι, πλείστης ἀφαιρέσεως, καὶ κυριωτάτης γινομένης. Sunt tamen qui per id tempus auferendum potissimò censeant. Ita contraria penitus sententia. Nam si interpungas post δεῖσθαι, vt quæ sequuntur, accipiantur pro causa quare opus sit rigatione: & suppleas δεῖσθαι ἀρδεύσεως: tunc admittes æstiuam rigationem. Si non interpungas: neges rigandum, & aias, δεῖσθαι ἀφαιρέσεως. Quare si alio tempore rigaueris, illo cesses. Tũc tolles participium γινομένης. Pro hac sententia duo faciunt: primùm, ipsa disiunctiua quæ aduersatiuæ obtinet vim: οἱ δέ, quasi contra superiorem sententiam de æstiua rigatione. Alterum, quod suadet ad hoc, est ipsa sententia, cùm ait fructus rigatis arboretis fieri deteriores. Itaque auferunt quo tempore in eo sunt, vt percoquantur. Et fortasse tunc legendum sit κυριωτάτης. Non enim est κῦρος in ablatione, sed in partibus. Si huiusce consilii causam subiecisset Theophrastus: non iactaremur hoc salo dubitationis. hanc ergo lectionem qui foueat, nec tollat γινομένης: notabit phrasin δεῖσθαι γινομένης: quomodo Latinè dicimus, in arcem transcurso opus est. Vulgata & rudis, δεῖσθαι γίνεσθαι ἀφαίρεσιν. Συνεχῶς, crebró. Melius quàm ipse Theophrastus: non enim perpetuò, sed frequenter. Sed intelligendum συνεχῶς, de ipsis vicibus, ne vices intermittantur. Theodorus omisit illa omnia, ἀμφοτέρων πλεῖον διαμαρτάνει. Et illa omnia, ἐὰν δὲ συμμέτρως, καὶ πλεῖον, καὶ πολλῷ μᾶλλον: vitans cæcam foueam, atque in ea nos relinquens.

CAPVT XIIII.

XIIII. capitis argumentum. A putationibus stercorandum. Quantum cuique terræ, quale etiam cuique arborum.

Περὶ δὲ κοπρίσεως. Suprà dicebat, post putationem stercorandum: vt succi tantundem reponatur, quantum fuerit ablatũ. Nunc post putandi leges stercorationis init rationem. Ac statim in vestibulo ipso tempus assignat ei. In progressu deinde modum explicat. Tum electionem materiæ pro arborum natura. In secunda capitis parte latius persequitur. In extremo etiam ad omne agricolę tum officium, tum opus diffundit hanc præceptionem. Quam partem inconsulta importunitate ab hac discerpsere: cùm vna tantùm materia sit. Μετὰ τοὺς χειμῶνας. Tempestiuum est post putationem, intericcto tempore stercorare: præsertim si etiam statim pòst licet. Sanè si non lædit etiamnum recentibus ægras vulneribus, minus lædet eas iam ab eo incommodo vacuas. Ideo dicebat, ἄλλως τε εἰ καὶ εὐθὺς μετ' ἐκείνην δεῖ. Verbo assertiuo vsus est δεῖ: ἀντὶ τοῦ ἔξεστι. Notabis ἰδίᾳ: quia diuersa tempora sunt in præceptis superioribus. Ficum igitur Vere, aliàs Hyeme. Ἅμα δέ. Non tamen continuandam stercorationem ab ipsa statim absoluta putatione ad vltimum vsque tempus quo etiamnum adhibetur: vreret enim: sed eo toto semel interuallo. Τὸ γὰρ τὴν ψιλήν. Dicat aliquis, continuam stercorationem minimè nocere, argumento esse aruum. Respondet: Non esse probam similitudinem. Quippe in aruo latè spargitur. Quocirca citò aboletur, in agro consito non idem fit: subit enim radices, atque in iis aliquandiu perstat. Non enim potest in fructus illico distribui. Hoc volunt illa verba, οὐχ ὁμοίως ἀτρεφον, οὐδὲ πολύχουν. Sic πολύχουν suprà, quod poterat induere diuersas formas. Non tamen liquet vbinam gentium stercoratio continuetur in aruis: nam postquam satæ sunt fruges, nihil lætaminis adhibetur. Antè verò quàm serantur, si stercoretur aruum, tanto diutius duret fimi vis: quod non habet quo subeat. Retinetur enim totus. Quòd si dicat, aruo tenui sic consuli debere: ψιλὴν enim vocat: item dicet ille, si arbores sint ἐν τῇ ψιλῇ: ibi nanque felicius fructificant, tanto magis stercorãdum: quia dicit alibi, tum suprà, tum in sequẽtibus, segetis radices esse paruas & superficiarias: arboris radices grandiores etiã è longinquo alimentũ quęrere. Igitur alimento maiore eis op⁹ esse. Quapropter alia causa quærenda est. Semper enim trahunt ab radicibus superiora: radicibus ergo est semper apponẽdũ quod suggant. Dicendũ, quod & suprà innuebam⁹, aruum donari fimo, vt rarefiat, vt calefiat, vt fiat spirituosum: quibus beneficiis fruatur seges postea. Arborem lignosam,

ac propterea sicciorem, semel accepto fimo, ditari succo, quem suo admisceat natiuo: non egere porrò alio, quia exuratur. Ideo rectè subdidit ἐκθερμώμενον. Et quæ sequuntur de frugibus. Ἐπεὶ καὶ ὁ σῖτος. Nunc penitus diluit obiectionem. Ne aruum quidem fimo affatim frequentandum, nisi pluuiarum copia diluatur. Διὸ καὶ ἐπομβρίαις. Quare pluuiosis tempestatibus crebriorem stercorationem vtiliorem, & eandem ob causam in tenuibus terris, æstuosis locis, atque temporibus parciùs agendum. Διὰ ταῦτα δέ. Per analogiam transit ad fimi qualitates. Vtitur enim hoc argumento: Si multum fimi nocet, quia vrit, propter multas partes igneas in quantitate: acrior ignis vret propter eiusmodi partes in qualitate. Quippe idem Autor diuerso modo. Idcirco acrem fimum inutilem arboribus. Καί τοι δόξειεν. Occurrit obiectioni. Absurdũ fortasse videatur hac ratione. Valentissimũ quodque plurimum fert. Arbores valentissimum genus inter plantas. Cur ergo minus eis aptum validum stercus? Respondet, ἐν τῷ προειρημένῳ τὸ αἴτιον ληπτέον. Quia vrit sicciora. Arborũ natura siccior. Quocirca ne oleribus quidem adhibet absque humore, ἀλλὰ μεθ' ὑδρείας χύλωσις. Paratur eis succus simul à fimo, simul ab aqua. Adeò vt ne illis quidẽ acrimonia conducibilis sit. Καὶ ὅλως. Atque etiam quia multum quærunt humidi, cùm aqua miscent illis. καὶ καθ' ἡμέραν. Multum humoris ab oleribus appeti: siquidem egent opera quotidiana: quia sint humida: id est quia volunt esse humida. Quę igitur humida sunt, si vruntur fimo: quanto magis arbores quæ sunt sicciores? Φυλλοφορεῖν γάρ. Volunt enim foliorum vsum præbere, nõ fructuum. Quid hìc causæ designat τὸ γάρ? Materiæ subministratæ frequentia, & copia videbatur esse obnoxia cruditati. Hoc agit, folia non egere tam elaborato succo, quàm egent fructus. Οὐ μὴν ἀλλά. Temperat rigorem sententiæ superioris, quę acrem fimum ab arboribus excludebat. Non omnis, inquit, excludendus: vtuntur enim agricolę cùm prestare volunt fructum molliorem. Exẽplo Punicæ: cui adimitur acinorum lignum. Καὶ μεταβολήν. Vt exemplo Amygdali, quę fimi acrimonia fit ex amara dulcis. Γλυκυτέραν. Idem quod suprà λειοτέραν. Effect⁹ & facultas à qualitate. Τὴν βυρσοδεψικήν. qui factus est è Quercuũ cineribus: acerrimi nanque sunt. Καὶ οὖρον. Quod alibi diximus, vrina aspersum, lętissimũ euasisse Crithmõ. Nota verba similia, παραβάλλειν, παραχεῖν. Ὅταν ἀποβλαστήσωσι. Nunc tempus dat, cùm sunt nouellę. Sic enim mox., ἔοικε γὰρ δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ μέγα διαφέρειν. M. quoque Cato lotium suillum apponi iubet Punicæ. Notabis loquutionem: παρὰ τοὺς μυρρίνους, ὥσπερ ἀπυρήνων γινομένων. ἀντὶ τοῦ, ὥστε ἀπυρήνους γίνεσθαι. Ἔοικε δέ. Quia nouellas arbores ità curandas monebat. Tempestiuitatis huius reddit rationem. Principiorum motus atque affectus plurimùm afferre momenti consequentibus mutationibus. Hoc toties dictum est, ac dicetur: vt videatur intercalare. Indicium sumit à Cucumerum

A semine: quod ad futuram dulcedinẽ lacte macerẽt, de hoc seminũ apparatu etiam suprá. Quin eandẽ ob causam Fœniculi semen inuoluunt Ficus pulpę. Νομίζουσι δ' ἄντις. Aspergit hæc extra propositum simul atq; extra decorũ. Quod Cucumeri fit vti dulcescat ope lactis aut melicrati: id non esse ex vsu aliorũ olerum. Ea nanque iuuari potius acribus. Fortasse non sit verum de Lactuca, Portulaca, Acidula. Ἡ δὲ ῥίζα. Hoc iam quoties? Radicem esse plantarum principium, atque sese gerere pro causa efficiẽte. Dicit enim, ξυνεξομοιοῖ τὰ ἐφ' ἑαυτῆς. Similes sibi partes efficit eas quę supra se sunt. Legi aliquando τὰ ἀφ' ἑαυτῆς. Si enim est principium, partes ab illa sunt. Hoc non B esse verum, patet ex insitionibus. In ipsis enim radicis mutatur opus à superioribus. Quare non est principium, sed ministra. Nec forma est in radice sola: neque tanquam in principio, sed tanquam in accenso aut promo. Hoc autem hìc dicit necessariò: quia stercoratio est affectus terrę propter fructum per arborem, arboris per radicem. Τὴν δὲ χρησίμην. Statuit ex prædictis axioma in agricultura. Fimi rationẽ ineundã ex ratione cuiusq; naturæ: non sine quantitatis conditione: minus ex acriore: ex minus acri plus. Hęc est pars à superiori separata, iure modi. Modum hìc appello (sicut & suprà) mensurã. Μαλακωτέρας. Metaphoricè de vi, non de situ partiũ. Δεῖ δὲ καὶ τὴν πρόσφορον. Hac parte repetit in stercoratione præcepta. quę de soli dicebat ratione, alii aliã cõpetere. Non ergo rectè ca- C put abscidêre. Cęterũ vt procedere queat similitudo, videndũ est. Ait enim, non vt aqua eadẽ cõfert omnibus, sic & stercus idem. Falsa nanque est hypothesis. Quis nescit haud eandem aquam omnibus competere? Quibusdam affunditur calida, vt Ocymo insolata: aliis subsalsa, vt Ciceri, Brassicæ: aliis cum vrinæ acrimonia, vt Crithmo: aliis putealis, vt hortis: etenim tametsi compluta sint areolæ, tamen imbuunt eas aquis è puteo petitis Tolosates: propterea quòd pinguis est ac penè putris. Sed voluit intelligere, non tot tantásve esse in aquis differentias. Sanè verò differunt aquæ solis accidentibus: aquæ vna modò species est. At stercora specie differunt, quia & animalia quorum sunt excrementa. Succus enim D in ventriculo aliam accepit formam ab ea quæ erat in cibo. Quare etiam partes eius. Fimus ergo alius alii conueniet plantæ: neque solum secundùm species, quod facilè persuaderi potest: sed etiam per ætatum differentias. Mutantur enim temporibus arborum concretiones, sicut & aliarum animantium. Τὸ δ' ἀσθενές. Maior propositio syllogismi. Debilem plantam leuissimum sibi fimum postulare. Non eget hæc probatione. Est enim in superiore scientia probatum hoc: proportionem esse debere inter causam & effectum, inter agens & patiens. Minor propositio illa: nouellæ sunt debiliores. Sequuntur duæ conclusiones: prima est, leuissimũ fimum nouellis apponendum: altera, à iumẽtis petẽdũ: est enim leuissimus. Τὸ δ' ὅλον. Hæc est capitis po-

strema

strema pars, multa capiens vnico præcepto. Con A siderãdum pro fructibus in omni cultu, quantum & quale: siue sit incisio, siue putatio, siue fossio, siue stercoratio. Declarat in stercoratione modum per discretam quantitatem. Vites quarto quoque anno stercorari, aut etiam seriùs: lædi enim, si frequentiús. Οὐ γὰρ δύνανται φέρειν δι' ἐλαττόνων. quia dixit, ἢ πλειόνων. Aut quatuor annos interponunt, aut etiam plures: pauciores non. id est citra quartam si stercorentur, nimis crebrò fit. Itaque sensus est contrarius vsui vulgato vocis huius, ἐλαττόνων. Quippe si plures intermittant annos, minus annorum impendunt. pauciores tunc sunt anni. At ipse voluit intelligere: tempus ἔλαττον, ipsum tractum in ipsa discreti significatione. Οὐδ' ἔστι βοήθεια. dicat aliquis. At hanc frequentiùs stercorandi vineas vtilitatem consequemur fortasse mitigato fimo. Mitescet autem admistis aquis. occurrit. Nihil, inquit, in aquis præsidii: sed nihilosecius vruntur. Et iam dictum est ab eo: humidiora loca magis facere pro vineis. Quòd si in agro sicco sint, simili obnoxias esse periculo, nisi leuentur æstus & squallores imbrium beneficio, qui sint illi regioni peculiares. Sanè in Vasconiæ parte, quæ nunc Chialossa dicitur, vbi vina sunt generosissima, nihil præter sabulum. Cæterùm pluuiis frequens cælum tum ob Pyrenæos montes, tum ob Oceani crebras exhalationes. Nota breuitatem: καθάπερ τοῖς δένδρεσι: repetenda namque negatio est: alioqui malè habeat sententia. οὐδὲ τοῖς δένδρεσι.

Lego ἀλλ' ἀφαυαίνονται, non ἀφαίνονται. Et καὶ C μὴ ἐπιγίνηται πλῆθος, cum negatione. Et ἀπυρήνους, non ἀπύρους. Et ὅσα τῇ οὐσίᾳ πρὸς τὸ γλυκαίνειν. sic & Cato. Videbis etiam vtrum sit è re magis: τὰ ἐφ' ἑαυτῆς: an τὰ ἀφ' ἑαυτῆς.

Theodorus. ἀκολούθως δηλονότι τῇ διακαθάρσει. Singulis statui pro sua purgatione. omisit ἀκολούθως, nimis securé. Nisi scriptum reliquerit, post suam cuiusque purgationem. Item omisit, μετὰ τοὺς χρόνους. id est, quocunque tempore, modò sequatur. Quandoquidem etiam statim post fieri iam dictum est. Τὰ δὲ τῶν σπερμάτων. Hæc quoque omisit Theodorus. mutilus enim codex.

Ἐνταῦθα δέ. scilicet in arboribus. Theodorus maluit in arbusto. sanè quid esset arbustum nõ intellexit. Non enim significat locum arboribus consitum: sed aut arbores in aciem dispositas, ad D vites sustinẽdas: aut, vt Calliodorus Iureconsultus in titulo de termino moto, fruticosas. ex arbore vna arbustum facere. Καὶ οὐ δύνανται πᾶν διαδιδόναι τοῖς καρποῖς. Nec vis tota caloris possit excurrere. non bene expressit. Οὐχ ὁμοίως εὔτροφον, οὐδὲ πολυχοῦν. Theodorus omisit hæc omnia, quæ tamen ad rem facere docuimus suprá. Πάλιν ἄλλης καὶ ἄλλης ἐπιγινομένης. calore multiplicato. minus bene. Multiplicatur enim calor etiam cùm intenditur semel. hìc autem superuentum dicit.

Τὸ μὴ ἰσχυρότατης. hìc mutilus codex. Suppleuit Theodorus illis: cõuenire quod validissimum est. Χύλωσις, succatio. more suo. Tamen aliud est hìc, atque cum succos exprimimus. Βυρσοδεψικήν. spurcitias pellium. strigmenta. δέψειν, subigere. In hac regione etiam pannorum frustilla sutores in vineas dispergunt: lanii verò veruecum cornua. Τὸ ἐν ἀρχῇ. Quod in principio insit. non solùm insit, sed etiam indatur. Inditur enim arte quod non inest natura. ἐγγίνεται μὲν, ἀλλ' οὐχ ἐνυπάρχει. Ἀποδοτέον. disponere. Non disponere locum tantùm respicit: distribuere & attribuere, etiam finem disponere, est partium, non quantitatum. Τομή, διακάθαρσις. amputatio, purgatio. Suprà, διακάθαρσιν, semper pro putatione vel manu, vel ferro. Τομὴ autem, cùm reciditur vetustũ aut aridum, quô iuuenescant. Neque enim κατάστασις est nouellarum tantùm, vt suprà dicebatur: sed etiam vetularum, vt reductæ de integro constituã- B tur. Sic Iuglandes reciduntur, vt nihil præter stipitem relinquatur. Est etiã ad fructum percipiendum: vt in Salice & Populo. petuntur brachia ad fulturas vinearum, & circulos. ea est τομή: atque in iis fructus. Διακάθαρσις autem, cùm rami illi germinillis spoliantur, quô crescant. Interdum etiam minora hæc in fructu sunt: puta ad ligandum, aut ad sepes aut cistas. Διὰ τεττάρων. quadriennio póst. post quid? nihil enim dictũ est. an postquam depactæ fuerint? quin statim stercorantur. Si dicit, quarto post illũ anno: at post hunc, quando? Latinè atque vsitatè, nemo est qui nesciat: quarto quoque anno. hoc & suprà & alibi.

CAPVT XV.

XV. capitis argumentum. Fossionis vtilitates omnibus communes, præterquam Corno: deteriore namque succo propter cultum fieri.

ΣΚΑΠΑ'ΝΗ δὲ πᾶσι. Nunc post stercorationẽ agit de fossione quæ fit arboribus adultis. Nam vbi depactæ sunt aut panguntur: ea non dicitur fossio: tametsi fossæ fiunt & scrobes, sed γύρωσις. Fossio autem est terræ inuersio atque comminutio: ita vt vnde tollas, tantundem reponas. Fitque quasi noua terra quæ vetus erat: interpollatur enim, primum ligone cùm dissipatur, sanè fit leuior. tum subit aer atque edomat. Simul imbres patitur, quibus putrescat, aut saltem fiat ἔνικμος: quod tantopere quærebatur. D Resiccatur etiam quæ nimis vda est: quoniam & deducitur aqua, & absumitur sole. Has & alias vtilitates iucunda simul ac pura narratione recẽset, haud sine magna instituti huius commendatione: cùm dicit, πᾶσι. tametsi in capitis fine τὸ κράνιον eximit. Ἐμποδίζουσα. prima vtilitas. tollit impedimenta ipsa fossio. declarat quæ: τὰ περιεχόμενα τὰς τροφάς. Quia densato solo in crustam, nequit subire alimentum. Καὶ αὐτὴν τὴν γῆν. Secunda vtilitas. terra vt madescat efficit. Κουφοτέραν. tertia. maiora capessit & ipsa radix, & stipes ipse spatia. Ἔτι δ' ὁ ἀήρ. Non erat opus copulatiua illa, ἔτι: non enim est vtilitas separata, imò est causa ἔνικμον efficiẽs. ideò dixit τὴν ἰκμάδα

τινὰ δ᾽ ὅλως. τινὰ: quia est aeri sua humiditas alia ab aqua: sicut alia maris & fœminæ humiditas in sanguine. Καὶ παρέχει. quarta vtilitas: siquidem exhibetur alimentum. Alius sic dixisset: καὶ ἅμα τῷ διδόναι τὴν ἰκμάδα, καὶ παρέχει τροφήν. ὁ ἀήρ. Vbique ambientem aerem facit τροφὸν plantarum: tanto magis nũc, cùm dicit, subire atq; admisceri. Διὸ καὶ τὴν αὐχμώδη. Ex his vtilitatibus, quæ sunt θέσεις quædam, deducit conclusionem, aridam terram fodiendam: vt aere, qui ei admiscebitur, pinguis fiat. sanè aerea pinguia. Hanc terram leuem nominant Vascones Voluenam, quasi crebrò voluendam. Καὶ μεταβάλλειν. crebrò subigere, ob strigositatem: vt aere perfruatur. Συμφέρει δέ. aliam deducit conclusionem contrario subiecto. Conducere etiam palustribus & aquosis. mirum: humectare namque dicebatur. Responsio est in contrario effectu. exiccat enim. notabis suauissimam orationem. δεῖται δ᾽ ἑκατέρα τοῦ ἐναντίου.

Τροφῆς δὲ πλείονος. Plus euenit alimenti siccæ ob humectationem. Plus in palustri, ob humoris emendationem. sæpe dictum est: copiam suffocare. Ideò dixit: πλείονος, propter inopem: βελτίονος, propter luxuriantem. Τροφῆς δὲ πλείονος. duo iuuamenta: & robur arboris, & bonitas fructus. Bonitas huius explicatio: πυρῆνες ἐλάττους: ergo pulpa maior, quod & suprà dicebatur. Huius vtilitatis proportio: cortices coriáque ac testæ quæ sunt extima munimenta, mitiora, tenuiora, fragiliora: vt Amygdalo & Iuglandi: atque in his iccirco τὰ ἐντὸς μείζω. quare? quia ἀτροφία ὑγραίνει humectiora sunt quæ sunt habitiora. Hoc autem contrariũ est lignosis partibus tam internis quàm externis: & facit ad pulpas. Διὰ ταῦτα. Eadem ratio tangit vtrasque simili proportione. Suprà id effusè: quod pulpæ demitur addi lignis, & è conuerso. Ποιεῖ δέ. Colligit fructuum conditiones, saporem, magnitudinem, suauitatem maiorem hac opera conciliari. Tamen μετὰ τῆς ἄλλης θεραπείας: aliam quoque nihilosecius adhibendam curam: puta stercorationem, putationem. Τροφὴ πλείων. causa magnitudinis, materiæ copia. Boni autem succi atque suauitatis causa, πέψις γίνεται μᾶλλον, id est, βελτίων. Ἐπὶ δὲ τοῦ κεράνου. exceptio. ἀντιλέγεται. cultu Cornum ægrescere ac degenerare. Ratio. plus acquirit alimẽti, quàm quãtum ei opus sit. Ἧττον ποιεῖν ἔγχυλον. causa cur deterior fiat. quia minus coquit. Neque huic soli, sed aliis quoque contingere, vtrisque eandem ob rationem, Corno ob cultum, nimis humoris: aliis à terra ipsa etiam sine cultu: si à terra proficiscatur idem quod à cultu: id est humor nimius. quod fit, si præpinguis terra sit. Πάντα ταῦτα. concludit. τὸ ἀπὸ, significat perfectionem ab initio ad finem. τὸ σύν: quia dicebat, μετὰ τῆς ἄλλης θεραπείας. In summa eius vtilitas est, quod aufert τὰ παραιρούμενα, quæ succum intercipiunt. Ludit in verbis, ἐξαιρεῖ, παραιρεῖν. tollentia tollit: τὸ παρὰ, nota est assistẽtiç, quasi insidiatoris. Ita concludit eodem verbo eadémque sententia, à quibus cœperat.

Lego τὰ δ᾽ ἐντὸς μείζω, non autẽ τὰ δ᾽ ἐν τοῖς.

Theodorus, κουφοτέραν. suspensiorem. Κινούμενον. cùm terra agitatur. imò aer ipse. Ἰκμάδα. vaporatum quendam humorem. madorem. Τὰ ἐντός. intestina. interna melius. Εἴπερ, ὡς ἀληθές, πλεῖον ἀναλαμβάνει. asseuerat hæc lectio. Theodorus eximit τὸ ὡς. si vera narrantur. At non esse dubitandum de eo quod toties dictum est, arbores vberiore succo degenerare.

CAPVT XVI.

XVI. capitis argumentum. Vicinas arbores mutuis incõmodis affici, vel ab vmbra, vel propter alimenti subtractionem. Quare duabus simul consitis arboribus, altera mortua, altera non sit superstes.

ΕΠΕΙ καὶ τὰ παραφυτευόμενα. Deducit viciniæ tractationem ex illis postremis verbis, ἐξαιρεῖν τὰ παραιρούμενα. Iuuat fossio: quia tollit ea quæ intercipiunt alimentum. Quoniam, inquit, hæc quoque causa est, quamobrem vicinæ arbores mutuò se lędant: & valẽtior minus validam magis lędat. Igitur cùm illud ἐπεὶ sit huius tractationis continuatio cum superiore, tanta est cognatio atque connexio: vt nisi diuersa penitus esset materia: vnico fuerit contextu procedendum. Ostẽdit igitur viciniam obesse. Deinde partitur per varios gradus. Summa totius diuiditur in hanc sententiam & in contrariam. quædã enim etiã iuuant. In fine capitis causam dat, quasi huic rei contrariam. Si vicinia ledit: cur quę simul consitæ sunt, earũ altera si intereat: altera tantùm abest vt melius habeat: vt ipsa quoque moriatur? At lætiorem esse opus oportebat: cùm loci regnũ ei soli cesserit. hæc omnia discutientur ibi. Ἐπεὶ καὶ τὰ παραφυτευόμενα. Fibrillæ, quæ de stipite statim ad soli superficiem effunduntur, succum intercipiunt. Quocirca fossione, & ablaqueatione tollebantur. Sic, inquit, etiam quæ prope alias seruntur, eis adimunt alimentum: siue serantur semine, siue ramo, siue talea. Hoc minutius ita secat: quia quæ semine adseruntur, plus assuescere posse videntur ad amicitiam, & conuictus communionem. Tamen cùm dixit πάντα, minus tutò profiteri potest: non enim verum est: & non esse verum ipse postea dicet. πλεῖστα, consultiús. Τὰ δὲ καὶ ὅλως. Quædam adeò nocent: vt etiam interimant: nisi siqua vice medicamenti adhibeantur. Veluti Hordeum, cùm in vinea seritur: quo de humore nimio demat. ἐν φαρμάκου μέρει. pro medicamento. Sic vsitatum: etiam λόγῳ, & τάξει, & μοίρᾳ. Est autem hîc φάρμακον προφυλακτικόν. non enim ægrotãt vites: sed vt melius eis sit, cautio est. remedium est, vt suprà, ἄκος. Καὶ ὡς ταῖς ῥαφάνοις. Hoc repetit, quod ex priore libro dicebat: Orobi prçsidio tutam esse ab Erucis Brassicam. Πρὸς τὰς ψυχάς, suprà dicebat: hîc autem, πρὸς τὸ μὴ κατατίθεσθαι: cuius verbi non satis hîc habeo explicatam rationem. Καὶ ὅσα προσφιλῆ. altera exceptio. Esse inter quasdam leges certas occultæ necessitudinis: vt Oleæ & Myrti. Androtione autore

tanquam

tanquam coniugium radicum fieri: fieri namque mutuas amplexationes: & myrteas virgas inter Oleæ ramos subire, ac tanquam versari. habes similem in animalibus proportionem. Non enim conuenit feli & cani: psittaco & turturi conuenit. Τόν τε καρπόν. quasi præsidium esse Oleis ramos illos: quibus à solis violentia caueatur opacatione. Τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἀνέμων. Neque à sole carpatur succus, neque tentetur ventis. inde sequi duo commoda: primum, vt Oliua tenerior sit: exucta namque vel sole vel vento, duriora. Sole apud Æthiopes, vẽto in Botnia siccantur atq; durantur pisces qui seruentur. alterum, dulcedo acquiritur. Nam tametsi sapor is à sole coquente aqueas ac terreas partes elaboratur: tamen id opus est mediocris caloris. Propterea verò quòd Olea multum terræ habet, facilè discoquitur atque vritur. Id quod etiam est in Horatiano versu: *Oleámve momorderit æstus*. Temperatur autem autumnalis æstus violentia Myrteis vmbraculis. Ἄλλο δὲ οὐδέν. Verba efficacissima ad ostendendum priuatas huius necessitudinis leges. Iubet enim Androtion, quoad Oleam, ab cuiusuis alius arboris vicinia abstinendum. Εὐμενὴς δέ. Etiam Pinum innoxiam dicit, atque omnibus quidem: idque causa manifesta. Cedere namque de iure suo, quod ad suctum pertinet. Cùm enim sit radice singulari, non multũ circa sese suggit. patitur ergo Myrtos propè satas bene habere. Item eadem radix, quòd sit profunda, ex profundo sibi hauriẽs, non defraudat succo superficiarias adsitarum arborum radices. Ita quasi in cœnaculis hę agitant: illæ de ima cella depromunt sibi. vides duplicem naturam exceptionis. Illa erant vniuersalia magis, ὅσα ὡς φάρμακα: ὅσα προσφιλῆ: hæc magis particularia. μονόρριζον, βαθύρριζον. Καὶ φανερόν. Erat controuersia quæ hodie quoque agitat agricolarum opiniones. Vtrum magis officiat: vmbráne, an radix. hoc discutit Pinus exemplo. Cùm Pino vmbra tanta sit, vt nocere queat, nec noceat: ne ab aliis quidem propter vmbram sequetur nocumẽtum, sed ab radice. Ὅτι μᾶλλον. plus incommodant radices quàm vmbræ. Nunquam tamen inueni μᾶλλον cum tertio casu, ταῖς σκιαῖς, sed τῶν σκιῶν. Sanè τὰ δένδρα μᾶλλον παρενοχλοῦσι ταῖς ῥίζαις, ἢ ταῖς σκιαῖς. Nescio an sit corruptus codex. nam sanè legebatur σκιλλαῖς. De vmbra tamen eum loqui non est dubium ex iis quæ statim. σκιὰν γὰρ πολλὴν ποιεῖ. Καὶ πρὸς τοῖς. Sic etiam loquitur Latinè: ad hæc. & absque casu: καὶ πρός. Tertia arborum conditio quæ non offendit. τῷ μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν βλαστάνειν, καὶ καρποτοκεῖν. Quæ nõ eodem tempore germinationem fructúmve inchoant. Sanè ex natura rerum: quemadmodum cùm deducuntur aquæ ad rigationes. Si eadem hora vicini duo contendant: orietur rixa. Si hodie sibi succum parat arbor ad fructum: cras autem vicina petet: non erit causa distractionis. parua igitur offensa est. Καὶ παραλλάττοντες. Quoniam diuersa sunt tempora germinationum: diuersa itẽ esse in quibus fructus perficiuntur, par est. Vbi manifestò τὴν βλάστησιν hîc intelligit, non solùm frõdiũ germinúmve, vt alibi, productionẽ, sed etiam fructuum inchoationem. παραλλάττοντες, verbum ad significandum variationem, & huic & Præceptori frequentissimum. in eo enim est vis τοῦ ἄλλου. Alternantibus per vices temporibus ac mutuò cedẽtibus. Et sicut dixit, ἐλαχίστην, sic hîc ἧττον λυποῦσι: quia fieri nequit, vt nihil penitus auferatur.

Χαλεπώτατα. Nunc è contrario recenset inimicitias aliquarum. Causas autem statuit ex hoc ipso principio, subtrahi alimentum. Proinde molestas esse Ficum & Oleã Viti: quia sint voraces ac succi bibulæ. hoc primum à radice. alterum, quia multum occupent vmbra sua. Vitis enim humilis: illæ imminent atque latè operiunt. Χαλεπὸν δέ. Eodẽ ordine, mitiore gradu, Amygdalus. Valida enim etiam suprà agnoscebatur. at validũ multo alitur, vt athleta. Et sanè pinus suprà erat βαθύρριζος: multũ igitur ex profundo hauriebat: quippe ad eam molem sustinendam, quæ in ea visitur. At non officiebat: quod ea profunditas comitem habebat simplicitatem. ideò πολυρριζίαν adiungit Amygdalo. expressa voce suprà dabat. τῇ ὀλιγορριζίᾳ innocentiam. Καί τοι φυτεύουσι. contrariam huic opinionem. quosdam in vineis Amygdalum ponere. consilium. ἀσινεστάτη, innocẽtissima. rationes consilii tres. Modico leuíque egere nutrimẽto: non esse serotinam: non multum opacare. Sanè complectitur omnes conditiones. nãque non aufert vicinæ succũ. non concurrunt tẽpora fructificationis. non defraudat coctione, quæ fit solis vi. Τροφῆς ἐλαφρᾶς, parua. quod paruũ est, leue est. item aquea, quod non videtur afferre viti nocumentum: quia melius excoquetur reliquum. Οὐ μήν. Tollit hanc sententiam explicatione causarum. Duas videtur ita concedere, vt earum alteram contemnat. Οὐ γὰρ οὕτως ἡ σκιὰ λυπεῖ. quasi dicat, de vmbra nihil dicẽdum fuit. Alteram non tantùm valere, vt possit sese opponere tertiæ maleficio. τὸ ὄψιον. Neque dilatio fructus adeò differt nocumentum, ac repræsentat radix potentia sua. Notabis loquutionem, τὸ ὄψιον. quid? v bínam verbum? non enim repetetur, λυπεῖ. Præterea τὸ ὄψιον est vitis: τὸ πρώϊκαρπον Amygdali. dicendum igitur: τὸ ὄψιον παραιτεῖται. excusat damnum. Non potest serotina sua fructificatione Vitis euitare damnã tantum quantum præsto est à radicis auiditate. Simplicissimè: si Amygdalus serò pareret, non tam nocituram fœtificatione quàm nocet radice. Ergo quia fructum anticipat, non tollit radicis noxam. σύνταρρον γινόμενον. quod & suprà dixit. multitudinem radicum & prolixitatem eò demum tendere: vt mutuus fiat cõplexus, atque inde pro alimento controuersia. Ratio hęc: quare plus accipiatur à radicibus incommodi. Ἀλλὰ κουφότητα. Pro Amygdalo Punicã subiicit, & Malum: atque illius loco statuit eas, propter veras innocentiæ conditiones. Οὐ πολύρριζα. incipit ab eo quod potissimùm spectari iubet. Τροφῆς ἐλαφρᾶς. Verè: non, vt suprà, falsò de Amygdalo. Non enim validæ sunt arbores, sed imbecillæ.

signum: ταχὺ γηράσκουσι. Si ita accepisset, rectè haberet: scilicet pro argumento imbecillæ naturæ vitæ breuitas. At non ibi sistit orationem: quin addat, ὥστε μὴ πολὺν χρόνον ἐνοχλεῖν. ridiculé. Non enim de hac agitur arbore, sed de specie quæ non interit. Nam si non noceat natura sua: vbi hæc interierit, alia substituetur. sed est hoc quoque interpolandum. Quia minus frondescant vetulæ, non promouent radices: minus trahunt. Ἁπλῶς δ' ἅπαντα. Alia natura noxia, omnium scilicet, quæcunque stolonibus luxuriant: eas maximè nocere. Multis enim opus habere nutricibus multos alumnos, necesse est τῇ παραφύσει, quæ est à natura. vides analogiam. Agit enim hîc, παραφυτείας, quæ est ab arte. Καίτοι συμβαίνει. Hæc est postrema capitis pars: in qua causam reddit admirabilis historiæ. Si subtrahitur à vicina succus: ergo mortua vicina, plus remanere succi videatur. plus vigebit igitur. At contrà iis euenit, quæ παράφυτα vocat, scilicet simul iuxta consita. συνέπεσεν: quod Latinè, accidit. vbi notabis, ἐνίοτε, & ποτέ.

Ἅμα πεφυκυιῶν. Cùm simul enata esset & Ficus & Anadendras, emortua Ficui, interiit autem ἀναδενδράς. Μεγάλην ἐποίησε. Prudentissima verba. magnam esse factam mutationem. Sanè magnam: si ex arbore singulari, facta est arbor gemella. Vt non amplius sint παράφυτα, sed quasi σύμφυτα, imo verò arbor vna. Διὰ τὸν χρόνον. Non quòd à tẽpore quicquã factũ sit: nulla enim est actio quantitatis: tanto minus temporis, quod est quantitatis assecla & mensura. sed quia simul nutritæ. Vt quoniam altera alterius consuetudinẽ tulerit: desiderium ferre non possit. acutiùs tamen dispicienti alia causa videatur. Anadendras siue Labrusca est, siue quod aliud vitis genus: eius omninò natura est, scandere. Subtracta fultura, cuius præsidio viuebat, interiisse mirum non est.

Εἰ μὲν νέων ὄντων. Non ita euenturum fuisse, si dum essent iuuenculæ, id accidisset.

Lego πάντα, non πάντων. Et σκιαῖς non σκίλλαις. Et εἰ μὲν νέων ὄντων, non ὑμένων. Et ἀνεφαύανεν aoristo passiuo secundo, non ἀνέφυκεν. Rursus, ἁπλαῖς δ' ἅπαντα, non ἁπάντων.

Theodorus, ἐπισπείρονται, interserunt: rectè, si locum spectes: si tempus, superserunt. Πρὸς τὸ μὴ κατεσθίεσθαι. vt ab Erucis defenderentur. à culicibus potiùs, si superiorem sequamur lectionem. πρὸς τὰς ψυχάς: à papilionibus: non autẽ πρὸς τὰς κάμπας. Quanquam res aliter se habet: non enim Papilionibus, sed Erucis infestatur Brassica: hæc tamen hîc desunt in codice. Legẽdum autem, defendantur: non, defenderentur: aut, sociarunt: non, sociant. Φύεσθαι διὰ τῶν ἀκρεμόνων. per brachia Oleæ prorepere atque dispergi. Nihil infelicius verbo illo, prorepere: in Myrti virgis quæ sur rectæ sunt. Ἀλλ' ἔλαττον. sed minorem. legit ergo ἐλάττονα. malé. Non enim fructus, qui obiectu quopiam obteguntur aduersus vim solis, minores sunt, sed maiores atque succulentiores. Itaque legimus, vti scriptum est: ἀλλ' ἔλαττον. sed minus dulcem quàm is fructus qui insolatur. Aquæ

A namque plus habere Oleam in minore coctione, suo loco dictum est. Καὶ αὔξησιν λαμβάνει. Nec quicquam prohibet radix, quo minus hæc augescant. Paraphrastes hîc est, non interpres. Sic illa quoque addidit: ad portionem societatem nõ negant. Τὸ ὄψιον, sera feracitas. aliud est, feracem esse: aliud ferre, simpliciter. Etiam μονόφορα, etiã ἐνόφορα ferũt: feracia non sunt. Edit quiuis etiã abstinentissimus: at Terentianus Phormio seipsũ edacem vocat. Ἤδη τινὶ συνέπεσε. Theodorus expressit sic illud pronomen. Vitibus accidisse. & addidit de sua lasciuia: maritæ. Μία φύσις ἐγεγένετο διὰ χρόνον. Tempus longinquum quasi naturam vnam ex ambobus confuderat. Agnoscis hîc, quod & multis aliis locis peregrinitatem. saltem dixisset: cõflauerat. non enim confudit vnam B ex duabus, sed in vnam duas.

CAPVT XVII.

XVII. capitis argumentum. Pangendæ vineæ sic eligenda loca. Densis Vitibus danda montana, laxis campestria. Ex medulla vtramque dignosci.

ΠΕΡΙ' δὲ ἀμπέλων. Quæ seorsum de Vitibus promiserat dicturum, nunc præstat nitidissima oratione: cuiusmodi si semper vsus esset: nostro huic labori nobis fuisset supersedendum. incipit ergo deintegro ab electione soli. Nam suprà distinxit agri naturas, quæ ipsis, C quæ frugibus deberetur. Nunc quoniam earum multæ sunt species: speciebus item ipsis non idem terræ modus est constituendus: vt validior densis, mollior laxis tribuatur. Laxas esse quarum medulla in nouellis pampinis multa, soliditas circumstat exigua: densas, quibus medullæ minus, ligni plus. A sole faciliùs exhauriri laxas, ob meatuum raritatem. contrà, solidiores seriùs exuggi. in eis ob meatuum angustias, pertinaciùs ac diutiùs cohiberi succum. Hoc totum esse tam in albis quàm in nigris: maiore tamen ex parte nigras esse solidiores. Ὅσα μὴ κοινά. Quæ suprà cum aliarum arborum cultu non sunt explicata. Attẽtum facit auditorẽ nouæ historiæ professione, nouáque diligentia. Λεκτέον ὁμοίως. Eadem cura: non autem ὁμοίως, vt suprà fecit, κοινῶς. Hîc enim ἰδίως. D Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ γένη. Nullum nectar suauius toto hoc tractu orationis. Quia diuersę species: id quod in historiis, atque his in libris sæpe dictum est: quia terrarum variæ cõcretiones: quia naturalia officia similitudine conciliantur: videndum cui quæque generi conueniat aptare. τὰ ποῖα ποίαις οἰκεῖα. quia τὸ οἰκεῖον sequitur τὸ διάφορον. Differunt autem vites non solùm superficiariis (vt ita dicam) accidentibus, vt albo, nigro, viridi, heluolo, purpureo, pallido, longo, rotundo, paruo, magno, denso, raro, crasso, carnoso, lignigero, apyreno, acino: sed etiam formis, à quibus certæ manãt qualitates: quemadmodum, calore frigoréve maturescere. At terræ non formis, vt aliqui volunt,

sed

sed fortuitis affectibus, sicut & aquæ. Κατὰ φύσιν. ostendit consilii sui rationem. Si quæ sunt inter se conuenientia, inter se commiseris: bene habebunt. Ratio est apud metaphysicum. quia omne quod est vnum est. similia verò sunt quasi vnum. Est enim manifesta in ipsis ταυτότης ποιότητος. Quare cùm à substantiis manent accidentia: in substantiis quoque erunt aliqua principia communia. Sic οἰκεῖα Viti, erunt οἰκεῖα terræ, & è conuerso. ἀγαθά, proba, & præstò ad humanos vsus. Sin contrà: contrà ἄκαρπα. Τὸ δὲ κατὰ φύσιν. Declarat quid sit hîc accipiendum, secundùm naturæ leges. nempe similitudinem, tũc similitudinem hanc appingit. in solida terra solidam Vitem: siue in firma firmam. καὶ αὐχμώδει. quoniam densa Vitis haud multo succo indiget. hoc an verum sit: suprà disputatum est. Quod enim pluribus constat partibus, pluris eget alimenti ad eas conseruandas. at densum tale est. Καὶ τῶν λευκῶν: in suo genere scilicet. Nam tametsi laxior & mollior alba est: albarum tamen etiam multæ sunt species.

Ἐν δὲ τῇ ἐπόμβρῳ. Suprà bis, & mox τὴν λειμωνίαν. Vitibus aptam dicit: propterea quòd Vitis toto genere laxa est. Ergo tanto magis species laxa in laxo genere. Cęterùm vox hæc ἔπομβρος, non negligenter accipienda est. non enim pluuio solo dici placet. Quippe non conuenit iis quæ scribũtur infrà: vbi dicit, eas Vites quę vdo seruntur solo, non admittere imbres: sed ipsis resistere, atque iisdem penè verbis. ἀντέχουσιν ἐν ταῖς ἐπομβρίαις. haud igitur ἔπομβρον. petit solum. Et in pratensi solo bene constituitur, ὅτι τὸ οὐράνιον ὕδωρ οὐ δύναται διικνεῖσθαι πρὸς τὸ ἐκ τῆς γῆς. hęc eius verba sunt. Non igitur quæ aqua in ea terra est, ὄμβρος est: non ergo terra ipsa ἔπομβρος. Διάδηλα. docet, quemadmodum dignoscantur. In palmitibus nouellis deprehendi: quia in vetulis succi minus est. In animalibus verò siccitas adeò dominatur, vt quæ ossa menti suapte natura gemina cohærẽt, senecta ętate in vnum coeãt mutata media chartilagine, quæ in affinium ossium abierint concretionem.

Ὅτι δὲ ἑκάτερον. probat, quod per θέσιν afferebat. Ἑκάτερον genere neutro, quod vtrumque diuersum comprehendat. cui medullæ multum: & meatus ampli. Nempe medulla in Vite laxissima pars & rarissima. Στενά. quoad situm partiũ. Angusti namque sunt, quorum parietes propiores. ὀλίγοι. quoad tota pauci meatus: quia parietes crassissimi. Nam in raris corporibus quibusdam, quanto angustiores, tanto plures. sicut in sagittarum fasce. quot sunt tenuiores, eo plures. Διὸ καὶ αὐτά. Conclusio syllogismi: cuius propositio erat: densa minus egent alimento. Probatio: quia dẽsis meatus angusti. huius item probatio. per angustias parum subire quit. tùm autem porrò huius. quia locus est æqualis locato. Hîc sistitur ἀνάλυσις in sciẽtia superiore vniuersali ex quarto Physicorum. Cæterùm nihil est hoc: vti iam dictum est. namque plus est solidi: ergo plus alitur. Ideò subdit aliam rationem nihilo validiorem. Pendet enim ab hac: quòd diu seruare queant succum at-

A que eo frui. Atqui hoc simile sit homini, qui multis egeat nummis, paucos habeat, eósque sibi retineat. Quis dubitat quin corpus athleticum plurimùm sibi requirat cibum? Quis item dubitat, quin ex loco quem αὐχμώδη statuit, parum queat attrahere Vitis? Quamobrem aliam rationem excogitandam censeo: quæ si minus probabitur à sapientibus: vt non erit probro me præterisse id in quo frustra fortasse laborauerit tantus Philosophus: ita conatus, atque tentamenta non ingrata erunt studiosis: in quorum gratiam hæc multis laboribus elucubrauimus. Igitur fortassis ita dicendum est. à robore vitis densæ. Nam quantum est in solo macro, tantùm sibi comparare potest. extorquet igitur ab auaro solo. Item porrò (quę ratio validissima est) non resoluitur ab æstu. B dicet aliquis: hæc est posterior Theophrasti ratio. nequaquam. Ait enim, eam Vitem seruare posse succum suum vsque sub Æstatem. at si ipsa in Æstate seruato opus est. Namque ante Æstatem, Verio beneficio seruãt etiam laxiores Vites. Οὐ γὰρ ἥλιος οὐχ' ὁμοίως ἐξάγει. At Æstate exigit sol, non autem antè. Ἐπαρκοῦσιν. Actiuè posuit verbum hoc, quod & apud Oratores notauimus in familiaribus exercitationibus. nam vsitatiùs ponitur absolutè. τοῦτο ἀρκεῖ μοι. sufficiunt radices quantum satis. ad fructum. parum resoluitur: parum egent: parum trahant: diu sufficit: satis habent. cætera sunt liquidissima. Τῇ δὲ ἐπόμβρῳ. Contrà, in terra humida pro laxa Vite omnia ex sententia. Quanquam multo eget alimẽ- C to, quia multùm resoluitur: tamen quia multùm à terra reponi potest: multùm proficere potest ad fructuum tum magnitudinem tum excellentiam. Hoc autem falsum est. Namque ex vda Vinea neque sapore vegeta, neque ad conseruationem firma sunt vina, neque trans mare vehi possunt, quin corrumpantur. Neque de Gręcis caloribus quispiam componat hanc controuersiam: quando in Calabris quoque ac Siculis collibus longè sunt generosiora. Hîc verò apud Vascones, non nisi in Sabuletis atque Glareis. Notabis autẽ distortam aut corruptam orationem. καὶ μεγάλης ἀφαιρέσεως γενομένης, ὁ ἥλιος ἐξάγει. alius dixisset, ἐξάγοντος τοῦ ἡλίου.

Τοσούτῳ πλέον. Quoniã multus humor subest: multus à sole trahitur: necesse est multum opus D fieri. Quocirca & ipsæ incremento magnos faciunt progressus sibi: & ad fructus conficiendos plurimùm nanciscũtur facultatis: duo hîc sũt, quibus hęc confiunt. Ἄφθονος τροφή, largum nutrimẽtum: & τὸ κράτος: robur, à sole intelligamus comparari. vt quid? πέττουσι. satin'? nõ. quid amplius? ῥαδίως. ideò fit illa ἐπίδοσις, & illa εὐκαρπία. Διὰ τοῦτο γάρ. Ex genere posito in maiore propositione syllogismi, cõcludit de specie, sic. ἔπομβρος eligẽda: ἡ λειμωνία ἔπομβρος. Sequitur electio: quã auxit superlatiuo: κρατίστη. Deinde potentię huius enumerat conditiones: μὴ πίειρα, κούφη, ἔφυδρος. Ex leuitate facilitas: ex humiditate opulentia: ἐκ τοῦ μὴ πίειραν εἶναι, vini generositas: cui nihil magis aduersariũ quàm terrę pinguedo. Ὥστε μὴ δύνασθαι. Suis aquis

cōtenta, quas domet in vſum ſuum, non admittit pluuias peregrinas:quarum copia vina fiunt deteriora.Ita & habet,quod aliæ petunt:& non accipiunt detrimentum, quod capiunt ille ex iis,quas expetunt,id eſt è pluuiis. Et ſanè quia dixerat κούφη, & leuis terra bibula eſt: neceſſario τὸ ἔφυδρον addidit. alibi monuimus eſſe ὕφυδρον & ἔφυδρον. Illud ſignificare poſſe terram etiam aridam, cui modò ſubſit humor:τὸ ἐπὶ in altero notam eſſe humoris interni cum ipſa terræ maſſa miſti. Quod autem non admittat cæleſtes aquas, propterea quòd habeat ſuas:neque mirum eſt: non enim inducitur vel habitus, vel materia, vel quantitas,niſi in priuationem:& conuenit cum eo quod de Alno diximus ſuo loco. Non putreſcere ſub aquis: ob aquas proprias, quas in ſe habet, neque alias admittit. Notabis rectum cum infinitiuo modo, omnibus Atticis familiari loquendi more: πρὸς τὸ κούφη εἶ). vix aliter loquitur Ariſtoteles. notabis etiam ἀντέχειν, abſolutè. Illud magis notandum, atque ad topicas diſceptationes in memoria habēdum: παράδοξον enim: Cæleſtibus aquis non augeri terreſtres aquas. Ad ingenia exercenda proponi poteſt in ſcholis pro effato: poſitiones aut concluſiones vocant. Ἐὰν δὲ ἡ χώρα. Claudit caput plauſibili ſententia. ſi extrema extremis: media mediis.

Theodorus, κατακρατοῦσα, exuperat. vbique ſic.vincit. Κούφη. facile ſolum. Ἔπι δ᾽ ἀντέχειν. Theodorus addidit:certi vi ſui humoris.

CAPVT XVIII.

XVIII. capitis argumentum. Plantas quæ terræ ſunt mandandæ, melius ex frigida peti regione. Robuſtas & craſſas, atque etiam ſtolones ipſos:item plantaria, ſolo vdo. Temporibus ſationes accommodandas pro agrorum ratione.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν σπερμάτων. Inconſultiùs factum videtur, cùm Vinearum tractatio interrupit ſuperiorem arborum communem conſiderationem.ad eam enim partē redit,quæ ad ſoli pertinet electionem: idque duobus modis: vnde etiam bipartitum caput eſt. In priore loco demonſtrat,quę plantaria cui terræ ſint committenda,ac mox quanta: nempe alibi craſſiora, minus alibi.In ſecunda parte dirigit eandem plantādi rationem ad tempora, ſecundùm eorum naturam. Περὶ δὲ τῶν σπερμάτων. hîc laxè admodum accipit σπέρματα. Sumenda eſſe de frigida regione: quia ſint ibi craſſiora. Craſſiora igitur eligenda: erit in maiore propoſitione ſyllogiſmi. ratio electionis. Plus reſiſtunt putrefactionis, ſi in vdo ſerantur ſolo: & in macro nihilo ſecius prouenire queant: quia robuſtiſſima: tum autem multùm continēt humoris. Alioqui ſi debilia deponantur in terram vdam, non ferunt, ſed putreſcunt. Quæ eſt cauſa, vt agricolæ quidā hanc ſequuti proportionem, viuiradices iubeant in terram vliginoſam ſtatui: quia quod virgis illis præſtabat craſſitudo:idipſum exhibebunt plantariis radices. addit amplas leges: πάντων τῶν δένδρων. Propterea quòd alia φυτεύματα putrefiant, vel antequam radices emittant,vel emiſſæ radices ipſæ. Τὰ δὲ παχῆ. ratio, quare frigidis è locis petenda. Quia terris vdis craſſi rami peculiares ſunt ad ſerendum. Καθάπερ ἐλέγομεν. quia quod πυκνὸν dudum dicebat,modò dicit παχύ.

Εἰς δὲ αὐχμηράν. In macra, neque craſſa,neque nimis exilia. de exilibus ſanè bene. Periclitātur enim ne priùs quàm germinent,areſcant.at de alteris,quid? τὰ μὲν γὰρ οὐ δύνανται σήπεσθαι. non poſſint putreſcere.at hoc quærimus, ne putreſcant. Et in ſquallida,ac ſtrigoſa nihil putreſcit: neque craſſū neq; nō craſſū. Παραλλάττουσι δέ. quod de ſolo dicebat:nūc dicit de tēpore. Suprà de regione frigida,vnde peterētur:de humida,vbi pangerētur:nūc de tēporibus vtriuſq; qualitatis ſimul, & contrariarum. Ergo ſi in frigida ac humida ſeres:facito ante vernum æquinoctium: ſubeunt enim calor & ſiccitas. Sin in ſicca & calida: pòſt ſolſtitium: imminent enim pluuiæ: quare plus proficient. Intellige priorem operam,paulo ante ęquinoctium: ſecundam,multo poſt ſolſtitium.non enim pluuię ſub Cane. Τὴν δ᾽ ἄλλην. aliarum rationes ad hanc normam inſtitues. Nota loquutionem: participium pro imperatiuo:quia ponitur pro infinitiuo,& infinitiuus pro imperatiuo, τεκμαιρόμενον, ἀντὶ τοῦ τεκμαίρεσθαι.

Lego τῶν μεμοσχευμένων, non ἢ τῶν. Et ἐλέγομεν,non λέγομεν.

CAPVT XIX.

XIX. Capitis argumentum. Scrobibus præſcribitur modus. Ratio foſſarum circa plantas & foſſionum. Qui ſitus plantæ ſit inſtituendus.

ΧΡΗ δὲ καὶ τὴν ἐργασίαν. Quæ de ſcrobibus conſtituta ſunt,repetit: & addit alia quædam, ſanè haud ſine ordinis flagitio. Tum nonnulla de foſſis circa arbores faciēdis, & quare. Poſt hæc quemadmodum à vētis auerſa ſtatuenda ſit ea plantarum facies, vnde prodeunt germina. Χρὴ δέ. opus faciendum πρὸς τὴν χώραν, pro loci ratione: ſi humida, ſi ſicca terra ſit. Hæc tamen ſuprà dicenda fuere,neque huc apponere, quę interciperent pręceptiones amputationis & inciſionis:quas mox ab his repetitas decuit cum ſuperioribus cōtinuari. In terra humida fieri vetat magnas ſcrobes:vetat & profundas:ne multis collectis aquis planta putrefiat. Quæ eſt ratio, vt ne faciendas quidem ſcrobes cenſuerint aliqui: ſed adactis modò paxillis aditum parare demittendæ plantæ. manca tamen oratio hîc. τοῖς πασσάλοις τοῖς σιδηροῖς φυτεύουσι. Deeſt enim tale quid: προσεμπηγνυμένοις πρὸς τὸ καθιέναι τὰ φυτεύματα. Ac ſanè ſic conſerimus hîc vineta, ferreis palis adaperta terra. Μὴ δὲ δεῖ συγκάπτειν. à foſſione abſtinēdum. Ratio. vt exiccetur plurimùm ſole terra. tamen ſuprà dicebat, humidū ſolū reſiccari foſſione. Et plus ſiccabit ſol,ſi plus tanget: plus tanget, ſi plus

ſi pl⁹ aperietur atq; inuertetur. Nunc autē ſi nō fodiatur:cū ſola ſuperficie res ſoli eſt. Ἐὰν δὲ αὐχμηρόν. Hoc quoque ſuprà dixit: & maiores ſcrobes faciēdas:tum depoſita virga, rurſus quæ fuerit exhauſta,ingerenda. Εἰς γύρους πᾶσαν. Quare? vt quammaximè ſubacta, quam commodiſſimè terram excipiat. συνεργασθεῖσα. confecta ad verbū: comminuta. Εἰ δὲ μή. Si non fiat id: tunc profundiſſimas foſſas arboribus circūducere: ne æſtu areſcat arbor. foſſæ namque exceptis ac ſeruatis aquis æſtus arcebunt. Τ᾽ ἄλλα τούτοις ἀκόλουθα. dictum oportuit,quid conſequeretur. Non enim declarat hoc quæ ſequitur ſententia,toties contra decorum Peripateticum repetita. ſiccanda humidam, ſiccam humectandam. Diceret alia inſtituta præter foſſiones,quibus hoc fieret. Nam ſuprà ſubdebat arenam, & ſaburrā, & lapides: item deducebat aquas foſſis. Hæc vnico tractu profiteri debuit,non diſtrahere. Διὸ καὶ τὸ ἔαρος. ſpectat hoc ad eam partem quæ humectat. Vere fodiendū,vt plurimùm adigatur ſpiritus. ab aere ſcilicet fiat,vti dicebat ἔνικμος. Toties cōmendat hoc tam decantatum πνεῦμα: toties ab aere τροφήν. Λαμβάνουσι δέ. Altera capitis pars peculiari præcepto circa montana loca, & obiectā ventis: & primùm quo tēpore faciendæ. Τοῖς καθεστῶσι πνεύμασι. Haud ſatis liquet quid ſibi velint verba hæc. Neque ſenſus,neq; caſus is tertius ſubſeruit antecedenti orationi. Καὶ τὸ φυτόν. Et plantā eum ad modū ſtatuere,ne germina prodeāt aduerſa vētis. Mirum,ſi loca fuerint Auſtris expoſita:quib⁹ artibus in Boreā pampinos auertant. Omninò cùm ligant,arcum pampini ſic flectunt,vt ſole totus illuſtretur. ſed ita capiendū: ſi regio ventos habeat infeſtos, puta Circium: danda opera,ne aduerſus eum germinum facies, dum tenella eſt, dirigatur. Non pauca tamen egent interpolatione: ſi cum ſole conuenire debent. Neque ſatis conſtat, quid ſit τὸ αὐτὸν τρόπον. nullum enim iam ſitum deſignauit. Μὴ δ᾽ ἔμπαλιν. vnum ex duobus incommodis. Aut vt frangantur; aut vt deuexiora facta germina,pręter modū excreſcāt: inflexa ſcilicet. Hoc facere ad importunū incrementū propter pōdus, intelligendū eſt. trahit enim deorſum. Τοῦτον γάρ τι. aſtringit hoc pręceptū ad Vitē priuatim. Deinde ſe de integro comparat ad alia, ſi qua ſunt: illa voce ἀκόλουθα. Hoc dicit,quia per capitis initia: ἀπὸ γύρων ἀρξάμενος.

Lego αὐτῷ ἔτει, non αὐτὸ ἔτι. Et εἰς γὰρ γύρους ἅμα, non οὐ γάρ. Et καὶ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, non ἢ ἀπό.

Theod. συσκάπτειν. accumulato. Τοῖς καθεστῶσι πνεύμασι. pro moribus afflatuū. Ὑποπίπτουσα, delapſa,inclinata. Sanè τὸ ὑπὸ quid hîc agat animaduertendum eſt. non enim dicit ἐκπίπτουσα: vt ſit delapſa. τὰς μὲν οὖν φυτείας. Vineta Theodor⁹ interpretatur, non rectè: de omnibus enim plantis intelligit.

CAPVT XX.

XX. capitis argumentum. Quantum, & quando, & quibus locis, & quas ob cauſas. Quid in Vitibus auferendum aut relinquendum.

ΤΑΣ δὲ τομάς. Redit ad id quod reliquerat de amputatione: quā expeditionē multis verſat modis, quid, quantū, quando, in quibus, quare. Ac primùm cōmuni ad omnes lege: quod & ſuprà dicebat: nō multùm relinquere: plurimùm auferre. ideò dixit τομὰς βραχείας. figuratè attribuit inciſioni breuitatē. Nō enim breuis eſt inciſio: ſed inciſum breue fit, quoties propiùs truncū aut tellurē ſecatur. Nam ſiquis argutari velit: è contrario potiùs eſt inciſio breuior, quò longior eſt ab ſtipite: quia ramus tenuior. Ὡς ἂν ῥιζωθῶσι. Dicit hoc de adoleſcētibus plantis: vt radicentur atque augeātur. Ἅμα δ᾽ ἡ γῆ. mutilus eſt codex, aut autoris breuitas odioſa. Nā ſi eſt præceptum vniuerſale: quorſum ἡ γῆ αὐχμηρά; nulla namque mētio terræ ſquallidæ. Sed ſenſus talis eſſe debuit: tanto magis in ſolo macro: vnde tenuis copia ſuppeditari poteſt. Κατὰ δὲ τήν. leges mōtanis ac frigidis; ſtatim ſub ipſam germinationē. Quippe ne ineunte quidem Vere, metu ſuperuenientis frigoris. Ἢ δ᾽ ὅλως ἔναστρον. Aut quæ ſtatis temporibus infeſtatur gelu, propter vim ſideris ei parti dominantis. vt ſit ὕπαστρον, quemadmodum in Vaſconia. Ab octauo Calendas ad vſque nonas Maias maximè ſunt Vites obnoxię frigoribus, adeò vt etiam gelentur. Vidēdum: quomodo cōueniat hoc cū eo quod ſuprà dicebat: putationes omniū, præterquā Ficus, poſt Pleiadē faciendas: nunc ſub ipſam differt germinationē. Ἔναστρον, obnoxiū ſideri cuipiā. ſic etiā ἀστροβολία. ἀστροκύων eſt in libris agricolarū: κύναστρον, apud autorē libri De plantis, qui falſò attribuitur Ariſtoteli. ſic & Latini, ſideratū. Theod. haſce nobis reliquit reliquias ſuę ſecuritatis. Σχεδὸν πᾶσι. Quando verū eſt, tēpeſtiuam eſſe omnibus putationē ſub ipſum tēpus germinandi: ſi verū eſt quod ſuprà dicebat: oportere poſt Pleiadē putare. ita varias ponit ſententias. Ὅπως τὸ φυτόν. cauſa qua mouentur: vt plāta ſucco plena incitetur ad putationē. Hoc enim eſt, πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν ὁρμήσῃ. mutila verba. Nō enim credendum, ipſam plantam, quaſi prægnantē, exonerari velle per inciſionem: propenſa enim eſt ad erumpendū in fructus, non autem ad implorandū opē, vt ſibi ferro ſubueniatur. Καὶ ὁ βλαστός. Inde futurū eſt vt ampliſſimè cōmodiſſiméque germinet hac enim de cauſa putantur, inquit, arbores: non autē propter fructū. Concinnāda hęc quoq; ſententia eſt: non enī vera videtur. Quicquid enim ponitur operę propter fructū ponitur. Non enim petitur à Vite foliū, vt in Olerib⁹, ſed vua: ipſe tamē diſtīguit vernā putationē fieri germinationis cauſa: Autūnalē verò propter fructū. Quā diſtīctionem haud facilè à me percipi, fateor ingenuè. Vtrāq; enim vtriuſq; cauſa reor inſtitutā: tū vt renouetur Vitis: tū vt vberiorē ferat fructū aut meliorē. Διόπερ ἐκείνην. Eam ob cauſam poſt Pleiadē ſtatim fieri iubēt: quia tunc arbores magis vigēt. toties vſus eſt ea voce συνεστηκότα, in ſe collectæ.

Καὶ ἥκιστα τεμνόμενα δακρυρροεῖν. ſibi viuere ac ſuccum retinere. Propterea tutò queūt amputari: quia partes inutiles auferūtur: de principali ſucco

nihil amittũt.non ergo debilitantur. Καὶ ῥήγνυσθαι. eo tempore cortices arborum non ſcindũtur: quia prægnantes non ſunt, vt Vere. Videtur ergo dicere, non fieri putationẽ propter germinationẽ: non enim tunc ſunt germinaturæ: ſed propter fructum. Quaſi ſeruetur intus is ſuccus, qui coquatur ad fructũ. non tamẽ hæc explent ingeniũ accuratum. Nãque & tunc licet non cieantur ad germinandum, pro germine primùm fit, ſi generationis ordinem ſpectes, deinde pro fructu: & Vere, licet mox germinaturæ ſint, pro fructu primũm, ſi finis ratio ineatur, deinde pro germinatione fit opus illud. Μεθ' ἡλίου. Duo tẽpora notat, in quibus turgere videntur arbores ad germinandũ: vnũ Vernũ, quod deſignat illis verbis, μετὰ ζεφύρου πνοάς: aliud ſub Cane, quod deſcribit illis, μεθ' ἡλίου ἐπιτολάς: vtroque arbores ad germinandũ ſeſe cõparare: primo ad primam germinationẽ, quam βλάστησιν vocat: in ſecundo ad ſecundam, quam dicebat ἐπιβλάστησιν.

Ἀμφότερα πάσχει ταῦτα. Si putentur, & δακρυρροεῖν & ῥήγνυσθαι. nunquam credibile, rũpi Vitem ſi putetur poſt ſolſtitium: potiùs, ſi non putetur: iam enim minus humoris habet ac ſibi ſeruat. Καὶ τότε. Tunc, quia non habet exuberantem ſuccum, laborat arbor, ſi cedatur. ſentit ergo damnum: quia non habet præſtò ſupplementum. Et germen exit ab extremis ramis ad cæſuram: quia iam facta eſt ab radice fluxio, quantum fieri oportuit: & in illo extremo tantum eſt relictum ſucci, ex quanto poſſit illa noua fieri germinatio. Ideò dixit, παρεῤῥυηκέναι: præterfluxiſſe; per omnes eas partes ſcilicet quæ ab radice tendunt ad ſummum illud. Τέμνειν δέ. Hactenus de quantitate & de tempore: nunc applicat aliam temporis rationem locis. incipit ἀπὸ τῆς χέρσου. Signata vox de agro inculto, & ab operibus vacuo. Sunt enim modi tres: χέρσος, γεωργουμένη, ἀργή. ἀργὴ, propriè quę vacat poſt cultum. Eandem tamen ſub χέρσου nomine ſæpe audias: ſicut & χέρσον pro quacunque terra quæ in mari non eſt. Quin pro terra ſimpliciter apud Philoſophum in meteoris: ἡ θάλαττα χερσοῦται: ἡ χέρσος θαλαττοῦται. Declarat autem quid ſit χέρσος, illis: διὰ τὸ ἀεργότατον εἶναι, καὶ ἀκάρπωτον. ſic etiam Sophocles vſus eſt. In eiuſmodi ſolo otioſo celeriùs ſata proficere. itaque tertio ſtatim anno patiuntur putationes. At in terra culta exhauſta lentiùs progreſſus faciunt ſuos: parciùs enim ſuppeditatur. Τὴν δ' ἄμπελον. Priuatim in Vite certam deſcribit attõſionem. vbi confundit præcepta. nam hîc eſt, καὶ τὸ πόσον καὶ τὸ πῶς. Non ſolùm putandam, ſed etiam amputandam, paribus ſcilicet brachiis, quaſi in orbem radiatim. hoc eſt quod ait, ἄγειν. quia de ſe nequit ipſa ſtatuere. agenda igitur. κύκλῳ. brachia notat. περὶ τὸν πυθμένα: æquam omnibus longitudinem. hoc non ſeruatur. Sed vnum longiùs productum in orbem curuãt: alterũ breuiſſimũ relinquũt: *cot* Vaſcones, Latini furunculum vocant. ita enim cedunt altrinſecus ad ſoles perfruendos. In ſolo fœcundo ac Vite generoſa, etiam tertium curant, inter illa duo medium. Πυθμένα: licentiori metaphora: vaſorum enim. Hippocrates in ſecundo De ratione victus in morbis acutis, πυθμενόθεν, funditus: ab origine vſque cauſarum. Τοῦτο δ' οὐ χαλεπόν. non ad ſpeciem, ſed ad iudicium Vitis faciem referendam. Nempe haud pulcherrimos quoſque palmites, ſed eos potiſſimùm qui videantur aptiores πρὸς τὴν ἀγωγήν: quæ artem atque operam commodè ſequantur, & tanquam audiant vinitorem. quia dixit ἄγειν, dicit ἀγωγήν. Qui ſunt ii rami, petes è Varrone & Columella, etiam certis nominibus deſignatos. Ἀρκεῖ γάρ. minutius præceptum: ſatis enim, ſi vnus modò relinquatur oculus. Εἰς τὸ δένδρον. Ad corpus ipſius arboris, ex quo futura ſit arbor ipſa.

Ἐὰν δέ τις ἀπορῇ. ampliſſimum præceptum. Siquis dubitet: vbi aut in quo ponit operam: ſdque ob eam cauſam, quòd ſucci impetus ad palmites nondum ſit delatus: tunc auferendos eſſe oculos eorum pampinorum, qui relicti ſunt: interiores, inquam, vt ſuccus ad exteriores conferatur. Οὐ διὰ τὴν ἄμπελον ὡρμηκέναι. Imò verò διὰ τὸ τὴν ἄμπελον μὴ ὡρμηκέναι. Ἡ τροφὴ σχίσῃ τὴν ἄμπελον, Vitem findat alimentum. Sanè ſarmentum, quod ſimplex eſt, μονόκλονον, furcatur alterius agnatione atque productione. Ἀεὶ γάρ. Rationem reddidit illius ablationis: nempe vt ad alios currat alimentum: nunc huius curſus item affert modum. Quia non iam amplius ad ablatorum loca fluet, ſed ad viuentes palmitis gemmas. Ratio eſt in ſequenti participio, τὸ δεχόμενον. quia illæ ſuſcipiunt. imò verò ſi exactiùs loquamur, etiam trahunt. Διὸ ῥᾴδιον. Hac ratione deduces Vitem, quorſum libuerit ποιεῖσθαι τὰς ἀγωγάς. Atque hæc quidem in generoſis Vitibus, & læto ſolo. at in macro aliter. In iis enim non diſtinguitur, vt in illis: ſed idem eſt τὸ κάλλιστον καὶ τὸ βέλτιστον πρὸς τὴν ἀγωγήν. Quare nunquam auferes pulcherrimum, ſed relinques. quoniam cum ſi auferas, non erit Viti, vnde alterum reponat. Proinde quò illa duxerit, ſequendum: non autem ducendum, vt in ſuperiore. ducit autem ad ſpecioſiſſimum. Is ergo relinquendus, & ſequenda ὁρμὴ Vitis, inclinatio, propenſio, impetus. Χρὴ δέ. Non eſt in hoc mutanda ratio putationis, quæ ad ventorum pertinet rationem. ideò dixit, τῇ αὐτῇ. Hîc tamen nihil dixit, ſed capitibus ſuperioribus: vt longè ſit repetendum.

Lego φύεται πρὸς τῇ τομῇ, non φύεσθαι. Et φυτὸν πόνῃ, non ποιεῖ. Et ἐάν τις καταλίπῃ, non ἐάν τι.

Theodor. τοὺς βραχείας. breui relicto palmite. Optimè expreſſit ſententiã: non optimè dixit, palmite. In Vite nãq; ſola palmes: vt in Olea tenues. at hîc eſt πάντων φυτῶν. Ἅμα δὲ ἡ γῆ αὐχμηρά. Theodor. vt cõcinnaret, addidit: magna ex parte.

Πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν ὁρμήσῃ. lõgè aliter legit Theod. vt plãta plena humoris protinus exiccetur. & ſanè nõ conueniũt. Διὰ τὸ ἀεργοτάτην εἶναι τὴν γῆν. quippe cùm nuper coli cœperit. imò cùm antehac nũquã ſit cultus. Καὶ ἀκάρπωτον, & alacre ſemina educãda cõplexũ ſit. neutiquã reſpondẽt Græcis. Κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα. ſubtus circũ ſua crura Mitigauit aſperam

ſperam fundi metaphorã Latinis. nam puto Grȩcos olim ſic conſueſſe. Ὁμαλοὺς, læuis, expolitáque. non eſt lȩuis vlla Vitis. corticè omnes triſti atque inæquali. Quid ergo quærat expoliari: ſi nuda eſt, cùm putatur? non enim deglubi vult. Sed vult æquales palmites radiatim cædi atque diſponi, quaſi vaſis anſas: vt & hinc aucupemur fundi appellationem illam. Δεχόμενον, capacem, vt in ſuperioribus, δοχόν. Τῇ τομῇ χρῆσθαι. reſcidiſſe decet. ſcindere miſellam Vitem vult ridiculé. Τέμνειν, aliud: aliud σχίζειν: vnde noſtrum. In libro De miſtorum affectibus, differunt τὸ σχιστὸν καὶ τὸ τμητόν. Vt variaret ambitioſè, more ſuo, ſimplicitatem: vitauit ſatis incommodé. Itaque Præceptor definit: ſciſſile quod plus finditur quàm quãtum à findente finditur. Eſt affectus neruorum ac venarum in lignis: quoties latera mutua ſeparatione abſcedunt.

CAPVT XXI.

XXI. *Capitis argumentum. Primarium in Vite cultum eſſe putationem. Ratio putandi ſecundum temporum naturam & ſecundum genera. Ex medullæ habitu diuerſo variam iniri putandi rationem.*

TΩ͂Ν δ' ἀμπέλων. Poſt vitium expeditam ſationem, nunc adultis quid præſtandum ſit demonſtrat. Hæc tamen diſcerpta ſunt à ſuperioribus: quippe quæ ad aliarum arborum ſpectarent cultum, interpoſuit. nunc igitur applicanda. Tres ponit opiniones: vnam eorum qui ſecundum tempora putationes inſtitui iubent: alteram eorum qui genera diſpertiunt regionibus: tertiam eorũ qui potiùs ad Vitium reſpiciunt naturam: ac potiſſimùm ex medullarum habitudine metiuntur & numerum & magnitudinem palmitum: videlicet quot quantíve ſint relinquendi. Hæc antequam ita digerat, duo ſtatuit præcepta: vnum quod cenſet maximum, nempe ipſam putationem: alteram huic proximum, ſtringere. Primum arbitratu ſuo κλάσιν vocat: ſecundum βλαστολογίαν. Nuſquam tamen (quod equidem meminerim) videor apud alium legiſſe autorem, pro cæſura, κλάσιν: ſed flexuram aut fracturam: vnde etiam ὀκλάζειν. fortaſſe legendum κλαδεύσις, id eſt ramorum amputatio. Vnde & noſtra *clades*, metaphora ſumpta à tempeſtatibus, agricolarum vſu, ſicut & calamitas. apud Heſychium tamen, κλαστήριον, falcula vinitoris. Sic ἀμπελουργία cùm ſuis primordiis atque elemẽtis deſignet qualecunque opus vinitoris ad Vineam: hîc aſtringitur ad ſolam putationem. credo, quia ſit principalis opera. Tria hinc pollicetur emolumenta: feliciorem germinationem; vberiores fructus: vitam diuturniorem. Duorum priorum rationes iam ſunt ſuprà multis in locis enumeratæ. Subtracto ſuperfluo, quod reliquum eſt, aptiùs ac fideliùs diſpenſari. Ad vnum opus intentam Vitis facultatem non habere quò diſtrahatur. Si palmes vnus aut alter relinquatur: in eos primas quaſque transfundi vires. Quod verò tertio loco dicebatur, de Vite prorogatione: id fit quoniam retractis in interna, atque ibi ſeruatis ſucci theſauris, planta renouatur. coguntur enim quaſi ſub ſignis vitæ principia, quæ priùs laxa atque fuſa langueſcebant. Πρῶτον καὶ μέγιστον. etiam ſuprà hiſce iiſdem verbis vſus eſt. Alterum præceptum, vt huic ſimile, ita proxima commendatione: βλαστολογεῖν. Quod tamen apponit, tanquam rationem proximæ prærogatiuæ: id ſanè commune habet cum putatione. Ait enim: καὶ γὰρ ἐνταῦθα δεῖ εἰδέναι, nam hîc oportet dignoſcere tollenda à relinquendis, vt loquitur Horatius. At enimuerò eadem cura etiam in putatione, atque etiam eò maior, quò plus momenti eſt in flagellis quàm in pampinulis iſtis qui ſtringuntur. Quamobrem vt huic loco etiam conſulatur, addendum cenſemus alteram copulam, ſic καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα. neceſſaria putatio: proxima vtilitas pampinationi. quippe in hac æquè curandum, quemadmodum & in putatione: vt quod tolli, quod relinqui debeat, tollatur & relinquatur. Ita acceſſerit ad κλάσιν illam, in qua caput erat operȩ ſtudere, nequid vtile auferretur: aut quod incommodaret, pro vtili haberetur. Hoc dixit: ne cui videretur hȩc pars artis contemnenda. Tales enim ramuli ſubnaſcuntur alicubi: quorum ſucceſſione Vitis ipſa renouari poterit, vetulis reciſis. Καὶ πρὸς τοὺς ἑτέρους ſcilicet futuros anno ſequenti. Non enim quiuis rami fructuarii ſunt: non ſolùm ad præſentes. quaſi ii ſoli tum palmites legitimi ſint. Καὶ πρὸς τὴν ὅλην φύσιν: hoc eſt quod dicebat, καὶ πολυχρονιωτέρα. Semper ad duo reſpicit: ad arboris & vitam, & opus: opus, καρπόν: vitam, φύσιν. Hippocrates in ſecundo De ratione victus in morbis acutis: ὁκόσαι τῇ ἡμέρῃ ἡ φύσις, καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισι ἐκτεκνοῖ τὰ πάθεα. Ibi Galenus φύσιν τὴν κρᾶσιν vocat: ἕξιν, τὴν τοῦ σώματος κατασκευήν. hîc φύσις ſignificat τὸ εἶναι. eſt enim, quia πέφυκε.

Τὰ δ' ἄλλα ἤδη κοινότερα. aliæ functiones, puta paſtinare, ablaqueare. itaque is labor lacertoſis committitur. dixit ἤδη, quaſi per contemptum: vt apud Poetam: *omnia iam vulgata*. Iam aduerbium communicat cognitionem atque facultatem multis ex tractu temporis. Quare etiam ῥᾴω: quia non ſunt controuerſa: neque egent niſi vulgari manu.

Πάντα δ' ἔχοντα διάνοιαν. Ne ex hac, quam pollicetur, facilitate prodiret verus contemptus, atq; temeritas, adiungit ſententię ſeueritatem. Omnia nihilominus circumſpectanda, ſolertíque rerum æſtimatione perpendenda: id adeò, vt etiam inuentis atq; vſitatis liceat addere, mutare, modum adhibere: deniq; & inquirere, & iudicare, & exequi: vulgò legitur, καινὸν ζητεῖν: noua inuȩſtigare. fortaſſe καιρὸν legendum, καὶ τρόπον: vt & quod ſit tempeſtiuũ, & cuiuſmodi. quando & quò modo. Αἱ δὲ διαφοραί. Videmus hanc prudentiam in quȩſtione differentiarum. eas ait eſſe in operibus quidem, ſed ſecũdum tẽpora. Quis enĩ putet opus Hyeme faciũdũ, quod ſit æſtate? Iccirco cecinit Heſiod⁹ ἔργα καὶ ἡμέρας, vt vtrumque vtrique ſit accõmodan-

dum. Τὰ μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις. refert, quid quando feceris. Maxima tamen animaduersio circa τὴν κλάσιν καὶ τὴν ἀμπελουργίαν. Si duo hæc vnum putauit: non iam vtitur affectata illa breuitate; sin sunt diuersa, iam desperandum est de iudicio huius vsurpationis. Suprà namque solam κλάσιν, ἀμπελουργίαν appellabat. Nam cùm principale momentum poneret pro Vitibus ἐν τῇ κλάσει: subiunxit, καλῶς ἀμπελουργουμένη. Si aliud significaret, ratio nulla esset. Et sanè videtur ipsa putatio quasi facere Vitem, quemadmodum faber statuam. Τὰ περὶ ἧς καὶ πειρῶνται. Nunc fundamenta iacit duarum opinionum: quas per initia capitis declarabamus. Quippe περὶ τὰ γένη, καὶ περὶ τὰς ὥρας. Τὸν ἀφορισμόν. Præscribentes putationes atque distribuentes per genera aut per tempora. Sed in vtrauis consideratione, duæ sunt differentiæ: vna, τῆς μακροτομίας καὶ βραχυτομίας: altera, quo tempore breues longíve palmites sint statuendi. Nam Vere, quando non imminent frigora, propiùs stipitem cędunt: Autumno cùm putant, quia supremus oculus Hyeme læditur: vnum relinquunt oculum præter eos qui relinquerentur Vere. Gelascunt enim à cæsura summæ quæque partes. Quæ pars postea mortua ab accuratioribus vinitoribus existimatur obesse palmiti. Nec abest hoc à superioribus præceptis: in quibus appellabantur hæc ἀπηρτημένα, καὶ ἐμποδίζοντα. Ἐπεὶ τά γε εἰς ἀγωγήν. Nam quod ad alias pertinet putandi conditiones: eadem vbique lex: πανταχοῦ τὰ αὐτά. hoc tamen aduerbium loci nota est. at de loco non disceptat: de tempore loquitur. Σχεδὸν δ' ἔνιοι. Alia opinio quæ non ad tempora dirigit sectionis huius modos, sed ad regiones. In sicca regione Vitem ita putare, vt breues palmites sint. sic enim meliùs fructificare. Hoc habet proportionem similitudinis cum eo quod suprà dicebat: ἐν αὐχμώδεσι τὸ βέλτιστα λιπεῖν: quia si auferantur, non habeant, vnde noua suppeditent. Sic hîc multùm auferre: par nō multùm relinquere, quia non multùm succi.

Διὰ τὸ μᾶλλον. Ratio, quare plus edant fructus: quoniam plus queunt alere. Non enim occupatæ sunt ad eas alandas partes quæ sunt ablatæ. fructui ergò student. Μακροτομεῖν δέ. Vtrobique semper coniungit eandem & generis Vitis & soli qualitatem. Sic in siccis siccas: cùm dicebat, καὶ ὅσαι τῶν ἀμπέλων τοιαῦται. Alioqui temperandus esset modus cæsionis huius: si esset pingue genus Vitis in macro solo, aut è contrario.

Ἐν τοῖς ἐφύγροις. idem quod suprà ἐφύδροις, & ἐπόμβροις. Φύσει τε γάρ. Suprà reddebatur ratio τῆς βραχυτομίας: ne palmitis proceritas sibi multùm exigeret alimentum, quod fructui deberetur è paupere penu. Hîc causam dat τῆς μακροτομίας in pinguibus propterea quòd in iis fructus à summo prodit. Multum igitur humoris inest: qui tot partes transmittere quit incolumis. At quamobrem de summo fructus exeat, non docet nos. quia multus: alia pars aliam trudit. In macra, pri-

A mam quanque nactus occasionem erumpit. illico namque elaboratur atque conformatur.

Ἔνιοι δέ. Tertia sententia eorum qui neque regiones neque tempora spectant, sed solam generis diuisionem, per medullarum habitudines. Ideò dixit καθόλου: quia non astringunt præcepta sua differentiis temporum aut regionum. Τὰ γένη καὶ τὰς διαθέσεις. Quoniam magnitudo aut paruitas medullæ non est genus neque generis differentia formalis, sed affectus à forma. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν αὐτῶν. Suprà iubebat in palmitibus nouellis medullam contemplari: à qua totius plantæ laxitatem aut densitatem perciperemus.

Ἐὰν μὲν γάρ. præcepta iam instituit. In multa medulla multos relinqui palmites, sed breB ues. Ratio. multus vt fructus suppeditetur. namque è multis membris multus: è breuibus multus, vti suprà dicebatur. Ἐὰν δὲ ὀλίγην. Sin minus erit medullæ: tanto plus naturæ ligneæ fuerit in palmite præcedentis anni. quamobrem pauciores atque maiores sunt relinquendi.

Δεῖ δέ. corollarium, vt appellant, ex conclusione. Ad medullæ magnitudinem palmitis metiri longitudinem. Quanto minus medullæ fuerit, tanto sint palmites longiores. Et dicit ἐν ἁπάσαις: quia genera non distinguit, neque per tempora, neque per loca, sed per medullas. Quin etiam subdit aliam sententiam longè magis communem atque rotundiorem. Cæsuræ metam ibi fore: vbi nactus fueris medullæ crassitudinem æqualem palmitis crassitudini qui eam circunC dat. Hæc est sententia: sed verba ipsa non ita commoda. Deesse namque videtur verbum aut præpositio, aut vtrumque ibi: καθόλου μὲν οὖν οὕτω τὸ μέγεθος τὴν βραχύτητα τῶν κλημάτων. Si non est mendosus codex, ita digerendum: ποιεῖσθαι τὴν βραχύτητα τὸ μέγεθος, ἀντὶ τοῦ τῆς βραχύτητος. καθ' ἑκάστην, scilicet ἄμπελον. At quare dixit βραχύτητι; namque est & βραχυτομεῖν & μακροτομεῖν. quare non dixit μακρότητα? quia putatio nihil aliud est quàm βράχυνσις, curtatio quædam. Τὴν ἐν τοῖς ἀποτόμοις. quanta fuerit in sarmentis medulla. hoc enim est ἀπότομον quod reciditur. Hac quasi libratione cæsuræ fœturam: vt Vitis sit fœcunda, eiúsque vitæ consulatur diuturnitati. hoc est quod ait, ἐξ ἴσου τεμνομένης. Vt τὸ D ἴσον sit τοῦ πλάτους τῆς μήτρας, καὶ τοῦ πάχους τῶν κύκλῳ τειχῶν. Præter etiam longæuitatem ac fertilitatem, addit horum bonorum perpetuationem: ἀγαθὴν διὰ τέλους. Nunquam intermissurum, quin compenset operam domini. Ἐὰν δὲ ἡ μήτρα. persequitur aliam differentiam. Si medullæ plus fuerit, quàm quanta sit ambientis crassitudo: tunc fructum vberem euenturum: sed palmites imbecilles fore.

Ἐὰν δὲ τὸ κλῆμα. Si Palmes sit validus, non multum fructum daturum. Hosce, tanquam tyrannos, tolli iubent agricolæ Latini. δυνατὸν: actiuè & absolutè. Nam passiuè frequentiùs. οὐ δυνατὸν, non potest fieri. Νεανικὸν, vegetum.

quo hunc ad modum etiam vtitur Præceptor in A Historiis. Ratio: quia exigua medulla. Denique quantum accedat ligno: tantum decedere medullę: & contrarió. Atque eandem proportionem in fructu à medulla, in Palmite à ligno expectādum.

Δηλοῦν δέ. hoc ex ipsa Vite facilè percipi. Nam quæ germina prodeunt ex Palmite nouello, ea fructum non ferre, propter medullæ paucitatem. Hoc etiam suprà dicebat, ἐκ τῶν νέων matricem tenuiorem. Vites item prouectas nouellis multis fœcundiores, eadem causa & proportione. Καίτοι τοῦτό γάρ. his contradicit. Non esse verum quod hac in re sũt opinati: si verum est quod vulgò fertur: exempta medulla de Palmite, nihilosecius vuas fieri: sine vinaceis tamen. Quare à medulla non tam caro acini quàm nucleus ille prouB eniret. Verba tamen corrupta videntur. nam illa, τοῦτο γὰρ τοῦ γινομένου, hunc habent sensum. Hoc autem reipsa videtur tale, quale vtique ipsi existimarunt: neque verisimile est. vt verbum verbo consignetur. vt sit, ἐκ τοῦ γινομένου, ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου. ex eo ipso quod natura fit atque contingit.

Πλὴν ἢ ἄρα. vult conciliare quæ controuersa videntur. Nisi quis, inquit, putet non totam eximi medullam, vt vinaceum tollatur. Nam si tota eximeretur, fortasse nullus proueniret fructus. Mirũ: tantum virum non fecisse periculum: qui de hac re scripturus esset. Nobis satis compertum est: in viridario quas Vites habemus agigartas, medulla non carere. eas ex Taurinis huc curauimus. exigui sunt acinuli: Corinthiacas vocant. In libris Indicarũ nauigationũ scriptum est, Orientalibus C locis grandissimis acinis peculiares esse sine ligno. Hoc anno, qui fuit humidissim⁹, ex Vinea nostra Anthosmia, quam imperitum vulgus moschatam vocat, etiã hesterna cœna exibuimus vsitatę magnitudinis tum racemos tum acinos in eis, nullo intus grano. Cùm anno præcedenti qui fuit æstuosissimus, nec sine Comete & Pareliis, terna etiam gigarta continerẽt, cáque tum maxima tum durissima. Propterea quòd igitur nihil esset hanc in natura periclitatus: ampliãdum more suo censet iudicium. τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. Εἰ δ' ὅλως. Amouet importunæ sententiæ impedimenta. Nō refert, inquit, ad præsentem quæstionem an fructus copia proueniat beneficio medullarum.

Ὅσοι δὲ κλήματα. Aliud præceptum de iis quæ luxuriant Palmitum frequentia: fructus verò sunt inopes. Harum summos Palmites permittere longiores: qui verò sunt inferiùs, breuiores. Namque iis ex inferioribus augebitur Vitis: è superioribus edetur fructus. hoc autem vtrumque semper à nobis quæri. Ita sanè continget, vt anno sequẽti recidantur omnia superiora hosce adusque Palmites inferiores. Resecem vocant agricolæ Romani: sic enim Vitis renouatur. Ὅταν δέ. Hoc est secunda pars principalis capitis huius, in qua quod secundo statuebat loco, nunc exequitur, nempe βλαστολογίαν. *Maiencare* Vascones dicunt: propterea quòd mense Maio potissi-

A mùm fit. Πλὴν ὅσα καρπόν. sanè stolidos admonet. Quis enim mentis compos abiiciat præsentes vtilitates? Nemo sanè sustulerit pampinum, in quo iam est fructus. circumscribit tamen has opes arte quadam. Ne tanta frequentia rea sit cruditatis: castigandos esse summos illos pampinos. Castigationis modus, ἐπικνίζειν τὰς κορυφὰς ἐν αὐταῖς ταῖς οἰνάνθαις. Hîc ἐπικνίζειν non significat scalpere, sed vnguibus mutilare. Hoc fit, vt ad fructum hæreat alimentum inferiùs, neque tendat prorsum ad cacumen. hîc οἰνάνθη Palmitem significat fructiferum. Sic habes apud Latinos multa nomina: ramos, brachium, etiam aliis communia. Vitibus peculiare, sarmentum, malleolum, flagellum, surculum, virgam, pampinum, pampinariam virgam, malleolum decisum, sagitB tam, sumptis à figura diuersa diuersis appellationibus. Ὅπερ ἀποτέμνεται. declarat quid sit illud ἐπικνίζειν: nempe abscindere. Ἥ τε περιοῦσα. Qui succus supererit: super est enim, cùm retinetur citra sectionem illam. Συνειληφθεῖσα. Comprehensus in Palmite, qui relinquitur, augeat vuam.

Lego καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα. Et fortasse καινὸν, non κοινόν. Et πότερος ἐστὶ, non ποτέρας. Et τὰ γὰρ ἐκ τῶν νέων βλαστήματα, non autem νέων. Non enim verum est, nouella germina parum habere medullæ. Et contrarium suprà legimus: & res ita se habet: & ratio dictat. Vetula namque omnia ficciora. Item ea quæ sequuntur, ita legenda sunt. τὰς νέας τῶν παλαιῶν ἀφορωτέρας, non C autem ἀφορωτέρας. Et ἄκρας τὰ πρόσω, non τὰς πρόσω: scilicet κλήματα.

Theodorus, κλάσις, falcatio. nusquam minus id significatur. Omninò tamen Columella expressit Græcam vocem ad vnguem. Ad quam mensuram cùm increuerint cacumina, infringenda sunt. Quod rursus in sequenti capite proprio verbo designauit. Cùm ad vnum pampinum iam redegeris, & ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conueniet. Quare verò maluerit falcationem quàm putationem, equidem nescio. Βλαστολογία, decacuminatio. non potuit peiús. βλαστὸς, non cacumen, sed germen significat. Et altera vocis pars satis docet, quid sit Latinè, legere potiùs quàm frangere aut secare. D Pampinatio est nouellorum ablatio pampinorum. Πάντα δ' ἔχοντα διάνοιαν, ὥστε καινὸν ζητεῖν καὶ τρόπον. Theodorus scitè admodum sese expediuit ex hac turba. eius verba sunt. Nil tamen tam facile est, vt non sit cum solertia, & verba sententiam non exprimunt. alius dixerit: Nil tam facile quin artis aliquid requirat. tum sequitur. Omnes quippe Vitis culturæ ingenium, modum atque rationem exposcunt. Vbi vides Theodorum sententiæ autorem, non interpretem: Theophrastum neque autorem, neque interpretẽ. Φύσει γὰρ πότερας ἐστί. natura humidæ sũt. pĩguiores dicit Græc⁹. Διαθέσεις. qualitates. aliud est quàm qualitas, multũ aut exiguum habere me-

dullam. Est affectus ἐν τῷ ἔχειν, καὶ ἐν τῷ ποσῷ. Ἀγαθὴν διὰ τέλους. fructu valeat semper. non est assequutus. Ἀγαθὸν hîc completam significat naturam, tum ipsius Vitis, vt sit speciosa & beneualens, tum ab ipsa Vite, vt ferat. Δυνατός. solidus. malé. nulla Vitis solida. Validus. Theodorus quoque legit, τὰ γὰρ ἐκ τῶν νέων βλαστήματα: non autem ἔνων. Omninò tamen falsum est, vetulas Vites esse nouellis fœcundiores, & medullam in vetulis maiorem. Quod tamen accuratiùs perpendendum est. nempe falsissimum est, ἐκ τῶν ἔνων ἄκαρπα γίνεσθαι πάντα. quamobrem hîc νέας accipere oportet anniculas. Et τὸ παλαιῶν, non vetulas simpliciter: hoc enim æquè falsum, vetulas plus ferre: sed iam prouectas ad statam ætatem. Ἀπὸ τῆς μήτρας, τῆς τε σαρκός, cùm carnem & vinaceum medulla progeneret. pessimé. Non enim dicebant illi, carnem à medulla gigni, sed granum. alioqui non exemissent medullam, vnde sterilis fieret Vitis. Sed ita explicandum: illos argumentatos esse à vi matricis, & carnis generatione, quæ exempta matrice vinaceis vacua prodiret. est enim sententia recitata. Καὶ τῷ τι γὰρ τοῦ γινομένου, ὅπερ οὐδ' ὑπολαμβάνουσιν, οὐδ' ἔοικεν. paucis clusit Theodorus. sed hoc minus verum apparet. Κοινότατον. publicam. imò priuatam cuique. publicum solum populum designat. Ἐπικνίζειν. dimutilari.

CAPVT XXII.

XXII. capitis argumentum. Diuersa putandi tempora, pro tempestiuo seróve fructu. Narrantur commoda atque incommoda, quæ vernam autumnalémve sequantur putationem.

ΟΡΑΝ δὲ τῆς ἀμπελουργίας. Suprà de putatione, pro loco, genere, tempore: nunc de tempore pro putatione. Eligit autem non Ver, vt Ver, aut Autumnũ vt Autumnũ, sed seram, celerémve naturam fructificãdi. Ex qua deinde ad calcem vsque capitis deducit tam Vernæ quàm Autumnalis putationis tum damna tum commendationem. Rursus ponit duas sententias. Quosdam respicere ad loca sola: nonnullos ad genera. Genera verò distinguunt per affectus citæ vel seræ fructificationis. Ἐφάπτονται. Verbum vsitatum & ipsi & Præceptori, primo diuinæ scientiæ: ἔοικεν ἅπτεσθαι τοῦ ἑνὸς κατὰ τὴν ὕλην. Sic & Latinè tangere materiã & attingere: etiam leuius verbum quàm tractare à trahendo, quod est tamen vsitatissimum. Κελεύουσι δέ. Incipit narratio præceptorum à regione. In sicca & calida τὰς περίας putare statim quàm frondes amittunt. verba notanda, ὅταν τάχιστα παύσωνται ordo tamen sic: ὡς τάχιστα, ὅταν παύσωνται In frigida & humida, paulo ante germinationẽ. dat vtriusque causam illis verbis: αἱ μὲν γάρ. Quæ in sicco sunt solo, si statim à frondium casu putentur, seruant intus succum suum modico gyro septum. Quo fit: vt & ipsæ meliores euadant, & succus sit ἡδυοινότερος, miro verbo: suauior ad vinum. Quæ verò in frigida putãtur ante germinationem, humoris aquei multùm deponunt, quo non egent: quíque subiturus esset, atq; succi coctioni incõmodaturus. Itaq; meliùs percoctus fit ἀσηπότερος: minùs obnoxius corruptioni, & suauior, eodem vocabulo, quo & superior. Τὰ δ' ἐν τῇ μέσῃ. In media regione, id est mediocriter temperata: ideò explicat, καὶ εὐκράτῳ: κατὰ τὸ μέσον τῶν ὡρῶν. Id est inter φυλλοβολίαν καὶ βλάστησιν: sic & & suprà, ἐὰν δὲ ἡ χώρα μήτε αὐχμηρὰ, μήτε ἔπομβρος, ἀλλὰ μέση τυγχάνει, ἀνὰ μέσον φυτεύειν. Ἔνιοι δέ. alia sententia. Nonnulli περὶ malunt putare, scilicet statim post casum foliorum: ὅλως, quacunque in terra sit. Quod alibi dicit, καθ' ὅλου, omninò, sine discrimine. multæ rationes. prima, παχύτερον τὸ κλῆμα γίνεται. Fit robustior palmes, quia recisus succum vertit in crassitudinem, qui in longum fuerat abiturus. secunda ἀμβλυωπεῖς οὐκ ἔσονται. Metaphoricè dicitur oculus in Vite: sic & eius vitium, quoties obtunduntur: ἀμβλυωπεῖς. Duo namque patiuntur à frigore: aut cadunt aut obtunduntur. Sic Columella cæcare, cùm oculos decutimus. lusci illi dicentur. Poeta vetus, Democriti oculos dixit luscificatos, apud Gellium. Tertia, ex conditione: cæsuras ipsas siccari, si tepor sequatur. Hoc enim poterat obiici, quod & suprà videbamus: malè affici frigoris superuẽtu vulnus. Id, inquit, neq; semper neq; necessarió. Plagæ namque exiccãtur, si εὐδία subsequatur. Siue id serenitatem significat, vt semper vertit Theodorus, & non semper bene: siue teporem. Quare non distillat succus effluens, sed intus retentus fouet oculos. Proinde si non putẽtur περὶ, id est ante Hyemẽ, Hyeme decutiuntur oculi multi. quia sufficere nequit succus. Quòd si Vere putentur, fluit lacryma: vnde oculi humore defecti hebetẽtur. Proponamus singula seorsum περὶ putandũ, id est post vindemias. Oculi non vitiabuntur: quia serenitate cohibetur intus succus: quippe siccatur vulnus. Hyeme multi oculi pereunt gelu. plaga vi exiccata rumpitur. Vere si putentur, fluit lacryma, itaque destituuntur oculi succo, & hebetescunt. concludendũ. Cùm tria sint tẽpora: ante Hyemẽ, Hyeme, post Hyemẽ: sola putatio Autũnalis caret incommodis quæ narrauimus: & habet illud cõmodum in Palmitis crassitudine. Optimè opposuit τὴν εὐδίαν τῷ ῥίγει: & τὸ ξηραίνεσθαι τῷ ῥήγνυσθαι: item, τὸ ξηραίνεσθαι, τῷ ῥύειν τὸ δάκρυον: & τὸ οὐκ ἀμβλυωπεῖς ἔσονται, τῷ ἀμβλυωπεῖς γίνονται: conditiones Autumnalis putationis conditionibus tam hyemalis quàm vernę. Ideò suprà dicebat τάχιστα, postquam folia decidissẽt. Καί τινες. alia causa, opinio eadem. Quia rẽtur post vindemiã, quasi post partũ, aliũ præterea fructũ in Vite naturã meditari, atque iccirco iuuandã. Καὶ τότε γινόμενον. Deest: aliũ verò fructũ protinus cõcipere. Quod & iã dicebat animaliũ exẽplo, quę post fœtũ ad venerẽ incitantur. Οὐ γὰρ οἴονται. absolutũ ergo tum aiunt fœtũ. quare non existimãt duplicari posse fructũ. Hoc autẽ falsum esse. falsum autẽ probat hac sententia. Si dicunt, Æstate ferre Vites vterũ, deinde etiam Hyeme ob fructum futurum,

rum, atque ea de causa tum putandas: quo fructus ille siue fœtus perficiatur. errant. Fructus enim quem aiunt Hyeme, tanquam fœtum gestari, si colatur Æstate, in ipsa Æstate præuenitur. nempe & pastinatione & pampinatione duplicatur fructus. Quæ tamen sententia multum est perpendenda. Si enim fructus qui gestandus erat per Hyemem, reuocaretur in Æstatem præcedentem, sequente anno Vitis nihil ferret. Hæc est sententia: videamus ipsa verba. Ἐργάσηται τὰς τοῦ χειμῶνος ὀργάς. Siquis Hyemis fœturas elaborarit Æstatis initio. Id est opere facto per Æstatem coegerit Vitem, Hyberni temporis fœtum in Æstate anticipare. Πυκνόφθαλμα. Palmitum oculos crassescere: propterea quòd ἐργασίᾳ πληροῖ. Et superueniens sol θερμαίνει: vnde fiunt habitiores gemmę. Οἱ δὲ ταῦτα κελεύοντες, ἄλλως τὰς αἰτίας λέγουσι. Quin iam causæ dictæ, nisi adderet hoc faciendum in solo tenui, calido cælo: ac propterea præueniendum. Hoc est καὶ διὰ τοῦτο περὶ. Κἂν ὅπως. Et vt habitiores sint æstate palmites aqua largiùs excepta. Τὰ χαυνότατα τῶν κλημάτων, qui Palmites sint paratiores. Id quod non fiat si Vere putentur: humore scilicet detracto. Τὰς δ' ἐν τοῖς ἐφύδροις. Contrà locis vdis Vere putatio instituenda, quo dissipetur humor & effluat. Ibi vtitur sententia millies repetita, eodémq; verbo: ob copiam non coquere, sed ὑβρίζειν. ἀλλὰ καὶ ἐγκληματοῦσθαι: liquescere. totas in Palmites abire. Φυτοῖς δ' οὖσι τοῖς τοιούτοις. Alius scripsisset absque articulo τοῖς: quia satis esset τὸ οὖσι. Aut postponeret τοῖς τοιούτοις οὖσι. Hoc & suprà dicebat, Arbores in Vineis conseri: & Hordeum seri, vt luxuria subducatur. Ait Hordeum & Fabas esse omnium ξηραντικώτατα. Fortasse ex aliorum sententia: non enim verum est. Quin Hordeum ἐν κόνει, veteri colonorum prouerbio toties decantato: propterea quòd paruo contentum sit alimento. Fabas verò etiam impinguare aruum nonnulli sibi persuasere. Qui temperatiore vtuntur sententia, saltem nihilo reddere deterius. Itaque post messem Tritici serunt in restibili sine dispendio futuræ Triticeæ sementis. Desiccant autem plus quàm Hordeum, Farra trimestria, Siligo, Linum, Auena, Milium. Idcirco dixit, se afferre ab illis causas. Oportuit tamen ab accurato Autore iudiciũ interponi: veluti cùm dicebat οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.

Ἀκριβεστάτη. Altera capitis pars, in qua præscribit opus hoc temporibus, regionibus, generibus.

Ἔνια γὰρ οὐ φέρουσιν. Hoc potius ad genus spectat. Quædam ne tantillum quidem ferunt sectionem: quin è væstigio sese conuertant ad germinationem. Quale genus illud quod Aphytęos appellatur. Καὶ ἐν Ἀκάνθῳ. oppidum Macedoniæ.

Αἱ δὲ μακροτομούμεναι. præceptum electionis. Semel atque iterum iam dictum est, βραχυτομίαις Vitem renouari longæuámque fieri: μακροτομίαις quæri fœcunditatem: senium festinari. Hoc quoque hîc repetit. Repetit & id, νέας οὔσας. βραχυτομίαις curari vt nouellæ meliùs radicentur.

Lego ῥεῖ τε τὸ δάκρυον, non autem ῥεῖ τότε. Et ἄλλως τὰς αἰτίας, non ἀλλ' ὥσπερ.

Theodorus φυλλοβολοῦσι, folia demittere. Sanè nouè & ambitiosé. Εὐκράτῳ, temperatum: ex vsu rectè. Temperatum dicendi genus dicit Cicero, mediocre: at non apud Philosophos. Nanque etiam τὸ διάκρατον temperatum est: sed malé. Ἀλλ' ὥσπερ τίκτουσαν τὴν ἄμπελον δεῖν ὅταν τρυγηθῇ, τότε γινόμενον τὸν καρπόν. Theodorus longè diuersus abit. Sed vt Vitis statim post vindemiã fructum ferat secundum. Nemo tamen hoc somniauit: sed concipiat intus. Nam ferre fructum dicuntur arbores cùm actu habent. Ἐὰν δέ τις ἐργάσηται τὰς τοῦ χειμῶνος ὀργάς. Siquis Hybernas Vineas principio Æstatis confoderis. Nihil ineptius. Quid enim est Hybernas vineas? An vlla est in Æstate Hyberna Vinea? Confodere autem est punctim pertundere. Πυκνόφθαλμα, crebræ gemmæ. τὸ πυκνὸν, transtulit ad quantitatem discretam: nec displicet. Nos suprà ad continuam. quippe crassitudinem. Sicut aiebat κλῆμα παχύτερον. Sic etiam dicebat πήγνυσθαι καὶ πυκνοτέρους ὀφθαλμούς: qui propterea sint vegetiores, quia prætumidi & solidi. Καὶ τμηθείσης ἐν ὥρᾳ τοῦτ' ἀπορρύῃ, leuata plaga effluit. tempestiué. Nescio quare postposuerit tempestiuè, aduerbium verbo apponens. Est enim ἐν ὥρᾳ ἡ τομή: ac propterea tũ fluit. Ad hæc τὸ ἐν ὥρᾳ, non id significat. Præterea quid est leuata plaga? Hoc perditam vides orationem Theodori, dum ex Autoribus aucupatur verba, importunè multa scribit. Columella post cæsum sarmentum, læuare plagam iubet, id est expolire ac læuem facere, quod alii læuigare. Φυτοῖς δὲ οὖσι τοῖς τοιούτοις. His dum plantæ sunt. Mirum ni plantam hîc accepit pro nouella Vite siue Vinea. Sic enim vulgò loquuntur agricolæ. Res tamen aliter se habet. Vox enim τοιούτοις, non ætatem respicit, sed habitudinem succulentam. Cùm eiusmodi nactus fueris plantas quæ succo nimis abundant. Sæpe nanque dicit τὰ φυτὰ τῶν ἀμπέλων. Et de adultis loquitur hoc capite, vt dicebat τῶν δ' ἀμπέλων τῶν τελείων: ad eam vsque partem, vbi dicit νέας δ' οὖν οὔσας. Βραχυτομεῖν καὶ μακροτομεῖν, mensuram resecandi. rotundissimé.

CAPVT XXII.

XXII. capitis argumentum. Post putationem stringendas Vites: deinde fodiendum: tum denuò stringendas. In apricis celeriùs cessant crescere. In opacis diutiùs promouent germinationem.

ἘΠΕΙ δ' ὅμοιον. Init rationem futuræ materię ex repetita thesi: suprà nanque dicebat, πρῶτον καὶ μέγιστον, κλάσις. δεύτερον καὶ παραπλήσιον, ἡ βλαστολογία. Hîc item ὅμοιον καὶ ὥσπερ δεύτερον. Ergo secundùm putationem. Tractandæ sunt pampinationis leges: & secundo statim opere post illam adhibenda. Ὅταν διαφαίνωσι. Cùm primùm sese exerit fructus. Verbum φαίνεσθαι in hoc vsu frequentissimum. Et δεικνύει, suprá. De rebus inchoatis, vt alibi diximus. Sic Poeta, *o flen-*

dent terris hunc tantùm fata. Μετὰ δὲ ταῦτα. Primo loco putare: secundo stringere: tertio fodere: quarto iterare pampinationem. Nos etiam pastinum iteramus: etiam tertio in solo pingui.

Ὅταν ὁ καρπὸς, καί. Nota loquutionem ὁ βλαστὸς βλαστάνει. Συμβαίνει γάρ. Ante florem rursum stringendæ. στρύχιον quid sit, nescio: neque βοστρύχιον audeo substituere. Esset enim quasi cincinnus pendens. Τὸ δ᾽ ὅλον ἀκμαῖα. Præceptum generale. Omnino vtrunque opus faciendum, neque differendum. ἀκμαῖα. In ipsa prima expeditione: quia tum cietur ad augmentum. Itaque iuuanda ei ne distineatur aut distrahatur ad alia. Ideo dixit ἄρχεται γονεύειν. Incipit esse parens fructuum sequentis anni. σκαφητὸς, quod alibi σκαπάνη. Ἐὰν οὖν ὁ σκαφητὸς μὴ παρεθῇ. Si pastinatio non negligatur, rectè proueniet fructus. Non negligetur, si primordia rectè curentur. Primordia sunt in germinum potestate. Quare germina ditanda sunt, demptis vsurpatoribus qui subtrahunt succum: id quod fit pampinatione. Item succum suppeditando, id quod fit fodiendo. Βλαστάνει δέ. Altera capitis pars, in qua docet quatenus germinet: vt sciamus quando, quatenúsve iuuandum: vsque ad exortum Caniculæ germinat: postea cessat. Si non cessat, tanto minus feret fructuum. Hoc est quod dicebat, παύεται μέλλοντα καλῶς ἐγκύμονα γίνεσθαι. Dat causam cessationis. Propterea quòd solis calore germen quod tenellum est, duratur. Sanè duritia est accretioni admodum inepta. Sic etiam in primo libro declarabatur. παύεται, passiuè: sistuntur. Πεπαυμένης δέ. Optimus contextus orationis. Tunc omisso eo negotio conuertit natura suum studium ad fructificationem. Sistit enim succum vnde ducebatur germinatio, eúmque dirigit ad fructus creationem. φύσιν ἔχει συνίστασθαι τὴν ὑγρότητα τοῦ βλαστοῦ. Vitis habet naturam, id est à natura comparatur. Sistere humorem. Non sistit si conuertit ad fructum: nisi in itinere germinationis: non sine momento Philosophicæ cognitionis. Non enim potest alium motum instituere à priore, nisi quies intersit. Hoc probatum est in libris vniuersalibus. Inter duos motus intercesse quietem necessarió. Τοῦ βλαστοῦ pro futuro. Quem consueuerat in germen conformare. Sed minùs accuratè dixit φύεσθαι τὸν καρπόν: non enim tum nascitur fructus, sed augetur atque perficitur, iam inde multò antè natus. Nisi capiat φύεσθαι, largo significato, pro quocunque naturæ opere. Quasi dicat πρὸς τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ. Ὅσαι δ᾽ ἐν παλισκίοις. Alia capitis, imò partis huius pars, vbi scribit de inæquali germinatione. Diutius enim germinatio procedit in opacis. Probè pendet ex iis causa quæ dicta sunt: aiebat enim cessare cùm sol indurat. Ideo hîc κρατεῖ τοῦ ἡλίου. Vincitur solis vis: quia non adigitur in opaca. Opaca nanque sunt in secundis radiis. Ergo differtur eius opus, scilicet induratio. Quapropter etiam cessatio germinandi. Καιρὸν δέ. Addit alias species ἐργασίας. Sua quoque habere eas tempora: de quibus nullum dat præceptum, quia non ignota esse

A dicit: ἄσημα. Indicia scilicet suiipsius ad eas dare Vitem. Hæc prima ratio. Altera, quia de iis temporibus nihil est, vt in putationibus, apud Autores controuersum: οὐδὲ χαλεπόν. Nomina sola prodidit harum ἐργασιῶν: διασπολὴ καὶ κόλουσις. διασπολὴ quid sit, haud facilè dici potest. Quando nusquam extat in libris γεωπονίας. Fortasse est brachiorum diductio: cùm palis ridicísve distribuuntur. Hoc enim est διαστέλλειν, diuaricare. Simplicior opera per pedamenta: operosius per iuga & traduces. Hoc si ita significatur, non est tam ἁπλοῦν, vt profitetur. Quibusdam sanè locis ante pastinū primum Vites alligant: alii pòst, vt in Vasconia. κόλουσις autem est decacuminatio, alia quidē à putatione. Quia putatur sarmentum antè quàm germinet. B κολούεται pampinus iam virens fronde, iam grandis, iam cum fructu: quo restitet ad fructus augmentum succus: vbi dempta ei fuerint spatia, in quæ sese insinuet. Dicit autem alligationis tempus facilè cognosci: quippe cùm palmites flexibiles sunt: & antequam gemmæ protrudantur: tunc enim flexis brachiis non excutiuntur. An κόλουσις, est quoties feratur veteranus truncus ad malleolū vsque, qui anno præcedenti hanc ob causam relictus fuerat. Eum malleolum pampinarium vocabant, antequam secaretur truncus: secto autem trunco, resecem. Quanquam & locus ipse secturę ita quoque dicebatur. Est autem pampinarius surculus ea virga in qua sunt reliquiæ futuræ C renouationis. Fit enim sequenti anno princeps palmes.

Legebamus βοστρύχιον: quoad aliquis me felicior emendatiora nactus esset. Et ἀκμαῖα, non αὐχμαῖα. Et ἐὰν σκαφητὸς μὴ παρεθῇ, non autem καρπός.

Theodorus perstat in errore. βλαστολογία, decacuminatio. At non ex cacumine leguntur superfluæ fœturæ: neque solum abscinditur cacumen. Ὡραίαν σκαπάνην. sarculum tempestiuè recipiunt. Peregrina loquutio, sarculum recipiunt. Et σκαπάνη, non est sarculum, sed fossio, siue pastinum quod fit marris aut ligonibus. Aliud est fodere, aliud sarrire. Quod τρύχιον mutabamus in βοστρύχιον, Theodorus, pendula racemi. Voce magis noua, quàm ea quæ expungebatur. D Ἀκμαῖα, tempestiué. malé. Aliud enim sunt ὡραῖα, aliud ἀκμαῖα. Tempestiuitas est operis in principio, vt fossio: in medio, vt pampinatio: in fine, vt διασπολή: cùm aperimus Vitis brachia ad solem, quo fructus maturescat: hoc enim etiam addidimus superioribus. At ἀκμαῖα, est cùm Vitis viget maximé. In ipsis momentis ac tenore vigoris. Τὸ προηγούμενον τῶν βλαστῶν, summa pars germinum. Quæ pars germinis etiamnum tenella prodit. Omisit τὸ ἁπαλόν. Ἡλίου κρατεῖ, solem tolerant, imò resistunt: superant. Minus enim tanguntur à sole.

CAPVT XXIII.

XXIII. *capitis argumentum. Puluerationem haud rectè amotam præceptis antiquorum ab initiis fructuum, quoad maturescant.*

rescant. Cucumeres quoque puluere tectas commodiùs habere.

THN δ᾽ ὑποκόνισιν. Incognita nobis est hæc ἐργασία hodie. Videntur veteres puluerem excitare consueuisse, quo obduceretur vua. Id quo consilio adducti in animum induxerint, patebit in extremo capitis huius. Cùm igitur fiat hoc aliquo instrumēto, post fossionem statim præcepta videbantur ordinanda. Maluit tamen sequi rei naturam: vt tam serò doceret, quàm serum opus hoc fit. Digeramus ordinem satis perplexæ narrationis. Τὸ μὴ ἐᾶν τὴν ὑποκόνισιν ὅταν ἄρχονται περκάζειν οἱ βότρυες, ἄχρις οὗ πεπανθῶσιν, ὀρθῶς ἔχει. Hæc est quorundam sententia, non permittere puluerationem. Cæterùm hanc sententiam cùm impugnet, nescio quo consilio sic proposuerit absolutè: neque introduxerit, quemadmodum fieri solet. Vt sibi soli Commentarium, non aliis librum scripsisse videatur. Sequitur sententiæ ratio. κωλύουσι γὰρ, &c. Qui nanque puluerant, eos prohibere maturationem. Quomodo? ἀντισπῶντες ἑτέρᾳ κινήσει. Sanè inepta vox ἀντισπῶντες. Nam quomodo distrahunt? Nam si puluis attrahit ad cutem succum suo calore, à sole sanè calefactus, non auertit. Sin est frigidus quia terreus, non ἀντισπᾷ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀντικρούει. Vbi rursus vides distortissimam orationem. Nam cui personę accommodat verbum illud κωλύουσι? Διὸ οὐδὲ τὴν πόαν. Aliud eorundem præceptum ad eundem finem. Rentur, non esse purgandam herbis Vineam. Ratio incommodi erat ἀντίσπασις. Quis vnquam vidit talem auersionem? Nónne terra nuda magis concalefit? Non enim tegitur herbis. Nónne herbarum auulsione fit rarior? subit ergo sol magis. Saltem dicerent, succi nimium suppeditari: quantum futurum fuerat herbis alimentum. At hoc non est ἀντίσπασις, sed ἔργου πρόσθεσις. Οὐκ ὀρθῶς. Impugnat duobus argumentis. Vnum est ab euētu. Sic etiam Medicis vnam habent indicationem, à iuuantibus & nocentibus. Vtilitatem igitur obiicit. Etenim pulueratione commodiùs maturescere. Alterum argumentum à consuetudine. Haud sanè contemnendum. Non enim potest carere ratione, quod ab omnibus aut à pluribus certa fit in artibus præscriptione. Itaque dicit τὸ ἐφ᾽ ἑτέρων γινόμενον. In aliis fructibus. Cucumeres enim sub puluere aluntur. τούτῳ: hoc opere pulurationis. Vel reducas ad caudam periodi, in qua est τοῦ κονιορτοῦ. In qua voce est & res & motus. Pulueris citatio, κόνις, ὄρω. Neque solùm augentur: hoc enim non erat probandum: sed maturatio, quam tamen id crementum ob succi accessionem; dicerent illi impediri posse: verumetiam tenerescunt. Is autem est affectus maturationis. Διὸ καὶ Μεγαρεῖς. Megarenses, quibus ex eo studio multa experientia. Θαυμάζεται. peculiaris obiectio. Puluis siccus est: quomodo igitur alet? Respondet: Causa non in siccitate sistenda est, sed à pluribus exigenda. Primum. Terræ motæ complicatur aer: id quod suprà quoque dicebamus. Ab aere mador: ab vdo alimentum. Est igitur non à pul

A uere quo obducuntur, sed à terra subtus mota. Itaque ἐκ πλειόνων, tum qualitatibus tum substantiis. Alterum. Racemi ab ipso loricantur puluere aduersus solem. Tertium. Esto. detur puluerem illum siccari. Exiccatio illa simplex ἁπλῆ, non valida: & suauis μαλακή: itaque non penitus exiccat, sed catenus vt racemos excitet, tanquam modicella siti affectos, plusculum trahere ab radice. Alētur igitur & grandescent, aucta materia. Hæc est causa media: quia proxima causa attractio est: Hæ sunt eius rationes. Prior tamen non placet. Nemo nanque pulueris beneficio quicquam fecit vdum. Altera nititur supernaturalis caloris augmento. Lorica nanque illa ipsum intus conclusum fouet. Tum si multo puluere obruantur (sic B enim loquitur, σικύων κατακρύψεις) omnino defendit solis æstum: atque id agit quod in Carduos Scolymi terra, quódque in Intuba. Hyeme nāque terra operiunt: vnde albescant, dulcescant, tenerescant. Ἡ τῶν σικύων. Soluta obiectione, ostendit naturæ fundamentum ex ratione. Hæret autem hæc quoque superioribus: dicebat enim περιβολὴν πρὸς τὸν ἥλιον. Nunc dicit, ἀναξηραίνων ὁ ἥλιος σκληρύνει. Ergo non mirum si liberi ab hoc incommodo Cucumeres contraria fruuntur vtilitate, nempe teneritudine. Quapropter etiam ὑπὸ τὰ φύλλα κρύπτουσι. Nostrates tamen tum Cucumeres, tum Pepones quo sunt acriore sole insolati, eò sunt sapidiores. Mollitudo autem in vtrisq; damnatur: commendatur firmitas quæ non à cru- C ditate, sed à coctione proficiscitur. Ὡς ἐπιβολήν. operculum: vti suprà περιβολήν. Καὶ βρεχομένων ἀμφοτέρων. Sanè hæc est validissima ratio, & quam nosmetipsi excogitaueramus. Madente ea terra vel rore, vel aliquo alio aeris affectu, & madentibus foliis, ipsos grandescere: hoc est ἀμφοτέρων: proinde & tenerescere. Perpendes, quantum distet in racemo puluis, à Cucumere terra penitus sepulto.

Lego οἴονται δεῖν, non autem οἷόν τι.

Theodorus περκάζειν, nigrescere. Plinius & alii, variare: rectè. Nanque non omnis Vitis maturescendo nigrescit: sunt enim quædam purpureæ, aliæ heluolæ. Μὴ ἐᾶν, damnari. περιφραστικῶς. Αἴτιον ἐκ πλειόνων, ratio in pluribus. Ex pluribus. Nanque præpositio in, ambiguam fecerit D orationem: vt etiam videantur esse posse in pluribus subiectis ipsæ causæ. Itaque τὸ ἐκ πλειόνων, ostendit plures esse causas. Non autem vnam in pluribus. Ἐνίκμου τινὸς ἀέρος, vaporati cuiusdam aeris. Videretur aer exisse atque exhalasse post diductam terram, quæ prius obstructa aut stipata fuisset. Haud ita est. Sed (vti suprà dicebat) ἀνάγκη ἐγκαταμίγνυσθαι. Theodori tamen interpretationi fauet quod sequitur, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀτμωδῶν ἐλέχθη. Non sanè probatur mihi: nisi terram obduxerit crusta perpetuis imbribus conculcatam.

Ὡς ἐπιβολὴν ἔχοντες, καὶ βρεχομένων ἀμφοτέρων. tegmine & aqua quoad satis sit, patiantur. Quasi legerit βρεχόμενοι. Non tamen ita est. Sed madentibus vtrisque, scilicet terra & foliis, ipsos nō dixit

madeſcere aut aqua potiri, ſed ἀτεγφεῖς γίνονται: eo ex madore creſcere.

CAPVT XXIIII.

XXIIII. capitis argumentum. Peculiaris Palmæ natura ſalem exigit. Cauſa. Quia radicis exiccationem atque ex ea refrigerationem quærit.

ΠΑ'ΝΤΩΝ δέ. Rectè puluerationi ſubdit ſalis aſperſionem. Sed illud erat aliis commune: hoc eſt Palmæ peculiare. Quia, inquit, vult ſtipes & fructus calorem, radix refrigerationem. Vbi valde quęrendum quomodo refrigeret ſal. Hoc dixit, quoniam huic rei ſtercorationem ineptam arbitratur. Hãc cauſam adducit priuatim: cui adiungit aliam quæ eſt omnium controuerſiarum confugium: occultam naturarum conuenientiam. Ad quas antequam accedat, hanc poſteriorem aſpergit per initia diſputationis, nõ ſine magna efficacia rationis. Ait enim, quemadmodum plantæ aut animalia quędã terram habent pro matrice, ita nonnullæ gaudent aquis: ita erunt etiam plantæ quæ dulcibus, aliæ quæ ſalſis. rectiſsimé. Apertius in piſcibus argumentum: quorum aliqui verſantur in aquis dulcibus, alii ſalſas colunt. Qui igitur quæret, quare ſalſis oblectetur Palma: quærat etiam quamobrẽ alga ſalſis proueniat. Ἰδιώτατον. Quia ſola ex arboribus, non ſanè ex plantis: nam & Crithmon appetit, & alia, vt ſuo loco dictum eſt. Καὶ τὰς θεραπείας. Diſtinguit hîc τὴν θεραπείαν πρὸς τὴν ἰατρείαν. θεραπείαν, cultum tantùm dicit, id eſt operam qua obſecundamur naturæ plantarũ. ἰατρείαν, cùm aliquid facimus quo auertãtur noxia, aut vitia tollantur. Et tamen θεραπεία tam eſt προφυλακτικὴ, quàm ἀφαιρετική. Quin accuratiores ita exiſtimarunt: vocem Syram eſſe, prima ſyllaba θε, adiectitia: ῥαφὴ, nanque eſt Syris medicina. Hoc vt placet, ita placet etiã τὸ θε, neutiquã otioſum eſſe: ſed in eo myſterio diuinitatem quampiam indicare: quaſi ſit θεοραπεία: vt idem ſit quod eſt in diuino nomine Raphael. Πρὸς βλαστίαν. Mira vtilitas. Nam ſuprà quod opus erat conducibile germinationi aut fructificationi, alterutri officiebat. Nunc ſalem dicit vtrique conferre. Πρὸς ἰατρείαν τινὰ, ἢ φυλακήν. Accuratiſsimé. Quædam enim vt remedia tollunt vitia: quemadmodum fimus ſuillus acorem Punicæ. Quædam præſidio ſunt: præueniunt enim, vt cinis Ficubus appoſitus, arcet vermiculationem. Illa eſt ἀφαιρετικὴ, hæc φυλακτική. Erat quaſi obiectio aduerſus illud ἰδιώτατον. Non videri tam proprium Palmæ, quin etiã Ficus ſibi tantundem vindicaret. Apponi ſanè cineres. E cineribus autem ſal educi, ſatis diximus in Meteoris. Hoc, inquit, non tam cultus eſt quàm medicina: quippe ne vermiculis infeſtentur.

Τῷ πηγάνῳ. Tanto minus erit ἰδιώτατον. Eſt enim frutex. Itaque illud τῶν τοιούτων, denotabit omne tale genus in toto plantarum ambitu. Infrà etiam commoda tractabit ſalſarum adaquationũ in oleribus. Nota medium terminum ξηρὰ, repetitum ξηραίνουσα, vt fiat ſyllogiſmus. Quod ſiccum eſt, exiccat: cinis ſiccus. Sequitur concluſio. Alius ſyllogiſmus. Quod exiccat, prohibet vermiculationem & putrefactionem. Ex hac maiori deduces. Περὶ δὲ τῶν ἁλῶν. Redit ad propoſitum, & aſſignat cauſam ſatis popularem, datur ſal Palmæ, quia ſalſis gaudet Palma. Nihil, inquit, refert ſálne adhibeatur an muria. Vtrunque enim in vſu eſſe. Quæ ſequuntur, ſunt repetita. Ὅτι μὲν γὰρ ὁ φοίνιξ. Reſoluit adhuc, & huius item cauſam quærit. quare ſalſis gaudeat locis Palma. Reſpondebitur vniuerſali ratione, loca certa certis deſtinata. Ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ μεγίστων ἀρχόμενος. Optima ratio. Maximus eſt ambitus terreſtrium & aquatilium, tam animalium quàm plantarũ. Quis id quærat, cùm ea ſint vel terreſtria vel aquatilia? Nota idem ἁλμώδη καὶ ἁλμυρώδη. Καὶ ὅσαι δή. Primæ & maximæ differentiæ terreſtrium & aquatilium. Sunt autem terreſtrium differentiæ vulgares, campi, colles, valles, ſabuleta, alia. Item aquatilium, mare, fluuius, lacus, palus, ſtagnum, fons. Τῇ κράσει. Conuenientia in modo concretionum. σύμμετροι, non ſignificat hîc medium temperamentum: ſed τὸ συν, commune vtriſque idem. Eſt igitur μέτριον τῆς κράσεως Palmæ, proximum τῷ μετρίῳ τῆς κράσεως τῶν ἁλῶν. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τι. Quia ratio erat admodum laxa, quærit exactiùs cur ſalſis gaudeat Palma. Affert ergo (quod ſuprà dicebamus) exiccationem. Hæc eſt ab effectu per formam. A fine verò, quia volunt Palmæ radices refrigerari. Refrigerantur autem exiccatione. Mirum ni ſiſtendum fuerat iudicium in priore qualitate: ſcilicet in exiccatione. Velle nanque non tam refrigerari quàm reſiccari. Non negamus plurima ſiccatione tolli radicem caloris humidum ipſum. Cæterùm id nunquam fit abſq; pernicie temperamenti. Sic enim hectici refrigerantur. Iuuenes autem qui ſunt infantibus ſicciores, non propterea minus calidi. Quin ſi refrigeranda fuit radix illa, detur aliquid ex tot rebus frigidis in ipſa natura, quæ res nullum habeant comitem calorem, ſicuti ſal. Quare putamus nos ſale caſtigari ſuccum, vel quantitate immodicum, vel qualitate incoctum. Sic ordinabis. οὐ μὴν ἐν τούτοις ζητέον, ἀλλὰ ζητητέον αἰτίαν ἐν ἀμφοῖν, εἰ χρὴ ποιεῖν τι ἴδιον ἐπὶ τούτῳ. Tum declarat illud ἐν ἀμφοῖν. Terram ſal afficit, & radices. Terram ſal leuem facit ac diſſitam, χαύνην. Radices verò facit παχυτέρας. Craſſiores? at quomodo? nempe ſal exedit, ac denſat atque premit. Quia ἑλκυστικωτέρας. Plus trahunt: fiunt enim bibulæ. Quam cauſam non dat ipſe, ſed alias duas. τοὺς πόρους ἀνοίγειν: quia ſal aperiat. καὶ τῷ καταψύχειν, quia refrigeret. Sanè ſal exedit humorem, atque ita excutit ex meatibus. Refrigerat autem quo diximus modo. Cautè dixit τινὰς πόρους, non autem omnes: tabeſcerent enim. Etiam ſuprà Vites rariores opus habere maiore nutrimento. Vt hæc ratio refrigerationis cõcilietur, ſumma ſic ſtatuenda erit. Tabeſcere nimio humore feruido radices, niſi reſiccetur humor

mor ille. Ὅταν ἡ κόπρος. Cùm videretur aut eundem aut proximum præſtare vſum poſſe ſtercoratio: quando in communi eſſet omnibus ad omnia vſum: excludit ſimilitudinem. Sanè fimum nemo putet refrigerare: tametſi quod ſal facit, ipſe quoque præſtare poteſt, nempe κουφίζειν καὶ χαυνίζειν. Τὰς δὲ ῥίζας. Neſcio quomodo refrigerationem ſtatuit eſſe medelam ſiccitatis. Ait enim radices appetere καταψύχεσθαι, διὰ τὴν ξηρότητα. Itaque aliter interpretandum. Vt διὰ non ſit nota cauſæ mouentis, ſed mediæ per ſiccitatem.

Ὅθεν καὶ τῇ μὲν χαίρουσι. Confirmatio ex iudicio populi. Babyloniis experientia compertum eſt, ſale iuuari Palmam, non fimo. Aſtruit experimento rationem illam communem, τὴν ἰδιότητα: quam plurimis locis facit multarum effectionum aſſertricem. Ὥσπερ γὰρ τὸ ξύλον. Oſtendit proprietatis huius fundamentum ex iis differentiis, quibus ab aliis arboribus diuerſa eſt. Fundamentum, inquam, cognitionis noſtræ in natura, non naturæ ad cognitionem. Non enim diuerſitas eſt cauſa proprietatis, ſed proprietas diuerſitatis. Differentia nanque hoc nomen ſibi nacta eſt, quia differt genus, id eſt diſtrahit, vt & ſuprà dicebamus. Nõ ſignificat igitur diuerſitatem quæ eſt relatio, niſi priùs conſtituat ſpeciem, quæ eſt res abſoluta. Cùm igitur propriam ligni ſpeciem, propriam radicis habeat: ea proprietate differt ab aliis: quare etiam cultu. Vbi tamen argumenti videas imbecillitatem. Quid? Lactuca nónne priuatim ſibi ſtipitis naturam vindicat & radicis? Aliam penitus Vitis: Viti inimica Braſſica etiam eſt. Hîc tamen æquè omnibus idem cultus à ſtercoratione.

Διόπερ ἀνοιχθεῖσαι. Eadem cauſa repetita. Suprà πόρους ἀνοίγειν. Καὶ αὐταὶ ἀρκοῦνται. Salis vi ita comparantur, vt plus capiant quàm quantũ abſque eo caperent alimenti. Tantum, inquam, capiunt, vt & ſibi ſatis habeant, & quantum exigitur ad fructum nihiloſecius queant ſuppeditare.

Lego ἁλῶν, duobus locis, non ἄλλων. Et οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τι. Et καὶ περὶ τοῦτο ἴδιον, non τοῦτο. Et ἑλκυστικωτέρας, non ἑλκοτέρας. Et πόρους τινὰς, non πόνους. Et τὸ δὲ μόνῳ τούτῳ συμφέρειν, non τῷ δὲ μόνῳ τούτῳ συμφέρει. Et ἀνοιχθεῖσαι, non ἀναδειχθεῖσαι. Et αὐταὶ, non αὗται.

Theodorus περιβαλλόμενοι, accumulantur. Odioſa vox ambitione ſua. Non fit ſalis cumulus, ſed aſpergitur modó. Ἅλμης, ſalſugine. non. Salſugo eſt qualitas: ἅλμη eſt ſal aqua dilutum. Itaque ludit operam mox cùm dicit, vbi ſalſugo non ſit, opera ſalis ſubueniunt. Ἀνοιχθεῖσαι. Legebamus nos expuncta voce ἀναδειχθεῖσαι. Theodorus legit ἀναδειχθεῖσαι, remorſę. Sanè mordet ſal. Sed durior eſt metaphora. Vt ſuprà πόρους ἀνοίγειν. ſic hîc.

CAPVT XXV.

XXV. capitis argumentum. Radices cultu fieri validiores. Acri fimo iuuari Myrtos & Punicas. Radicem eſſe plantæ principium. Myrti enucleati natura fortè inuenta. Salſas adaquationes etiam oleribus prodeſſe.

ΠΟΙΕΙ δὲ καὶ ὡς ἡ γεωργία. Superioribus vtilitatibus quæ ſalis beneficio Palmæ comparantur, additam oportuit eam quæ in extremo ſtatuit huius capitis. Sale exciri atque educi de Palma aſperitatem. At hæc diſcerpſit, interpoſitis iis quæ ad vniuerſalem omnium attinent cultum. Commodiùs ergo totum caput ſuperius, quòd eſſet vni Palmæ peculiare, poſt hoc tranſtuliſſet: hoc autem ſuprà cùm cætera ſtercorationis tractatione ſtatuiſſet. Ait enim fimi acrimonia radices fieri validiores: feras arbores miteſcere: Myrtos & Punicas acini lignum amittere. Quorum partim ſuprà meminit, partim cum ſuperiore opere ſtercorationis (vti dicebamus) coniungenda erant. Mutationem verò hanc euenire mutato principio quod in ipſa eſt radice. Calidis quoque aquis aliquas euadere meliores. Hoc quoque iis adiunctum oportuit, quæ de aquis ſuprà dicebantur. De Myrto ponit exemplum fortuitum. Quædam enim Myrtus ſecundùm balneũ neglecta, ab iis aquis ita affecta fuit, vt non amplius vllum in acino ferret nucleum. Quo ex caſu inſtituta ſit ars in iis quarum fructus eo carent ligno. Tum redit ad ſalſugines, aſtque ſalſas adaquationes etiam oleribus adhiberi. Quæ ſanè debuit cũ iis componere legibus communia, quas falſò fingebat veri Palmæ quaſi peculiares. Ποιεῖ δέ. Hoc & ſuprà dixit, cultu fieri omnes plantas, omnes plantarum partes vegetiores: ἀλκιμωτέρας, validiores. Adeò vt ex feris fiant cicures. Hoc iam millies. Γεωργίαν. non omnem modum culturæ intellexit hîc, ſed cæteras operas præter ſtercorationem: laxè admodum. Τῶν ἀγρίων ἔνια. Non contemnenda conſideratio vocis huius ἔνια. Nam ſi non omnes ſylueſtres cultu miteſcunt: neceſſariò conſequetur id, mitis & ſylueſtris differentias eſſentiales eſſe: contrà quàm tum ipſe tum Plato ſenſerunt, cæteri omnes aliàs aſſenſi ſumus. Quodam etiam loco ex Galeno dicebamus, plantas aliquas eſſe mites, & hominis opere tantùm nunquam ſpontè naſci. Sic enim negabat Galenus ab ſe vllam vſquam eſſe agreſtem repertam Betam. Niſi Lapathum, inquit, agreſtis Beta non ſit: agreſtis Beta nulla eſt. At enimuerò non hîc eam quærimus partitionẽ, quæ eſt in ſimiles ſpecies. Exempli gratia: Braſſica marina & Braſſica eſculenta, ſunto ſub eodem genere per quandam ſimilitudinem. Non enim ſola differunt feritate, ſed ſpecificis formis: ſic Lapathus & Beta. Nullo cultu altera in alteram tranſibit: at Cinara ſylueſtris, & Aſparagus, & Pyrus, & Malus è ſyluis in hortos, aut viridaria eductæ cultu miteſcunt. Quare omnino huiuſce rei diſceptatio multa eget accuratáque diſquiſitione. Καὶ ἡ κόπρος. Scilicet præter alia & cum aliis. Hoc ſignificat καί. καὶ ὥσπερ ἡ λοιπὴ γεωργία. Quæ verò ſequuntur, penè omnia repetita. Διαδύονται. Sanè tenuiſſimas quaſdam partes habet tum fimus, tum lotium, in quibus illa eſt acrimonia. Subeunt igitur, ac ſecum trahunt à terra ſuccum. Idcirco etiã

hîc lego δέονται τῆς ἀνοίξεως. Conuenit enim, vt si subeat vrina, partes qua subit, apertæ sint. Πλὴν οὐχ᾽ ὁμοίως. Minus Myrtis, quia ficciores. Ideo subdit, αἱ δ᾽ ὑγραὶ καὶ σαρκώδεις, οὐ δέονται τῆς ἀναστομώσεως. Non egent aliæ arbores quæ sunt humidiores & carnosiores, adapertione illa. Ecce nostram ἄνοιξιν. Sequitur tamen δείξεως, in vulgatis exemplaribus. Theodorus legit δήξεως, morsus, vt suprà. Cui loco an possimus ponere οἴξεως, pro dilatatione videndum est. Ὅλως δ᾽ αἱ μεταβολαί. Hoc in principio præceptorum poni decuit, quibus commendatur cultus. Et iam dicta sunt hæc plæraque omnia. Μεταβάλλουσι τὴν γῆν. Hoc suprà de sale, κούφην, χαύνην, καὶ τρεφήν. Vt non solùm commoda fiat terra tanquam matrix, sed etiam necessaria tanquam pars. Humori nanque admista fit alimentum. Et radix quoque mutatur: sicut ibidem de salis efficacia dicebat. Αὕτη γάρ. Præcepti materia est lætamen. Finis, bonitas fructus. Locus, ad radicē. Modus & ratio formalis, mutatio. Modus operę, tertio quoque anno: tot enim facultatem illam sufficere, plus etiam in Punica.

Μεταβολὴ δ᾽ εὐλόγως. Causa mutationis in fructibus, mutatio radicis. Mutationis modus, per certæ qualitatis impressionem: ποιάν τινα. Effectio ab radice in fructu, coctio. Summa rei, κινουμένης καὶ μεταβαλλούσης τῆς ἀρχῆς. Mutatio principii, quam sequitur totius reliquæ naturæ mutatio. Hoc dictum vsque ad fastidium iam. Sanè quia principiū est totius compendium. Notabis ποιάν τινα ῥίζαν εἶ). Sanè debuit γίνεσθαι: fit enim arte quod natura non erat. Sed ita dixit, quia dū fiunt tales, nondum adeptæ sunt agendi facultate, sed postquam factæ sunt. Ἐὰν πλείω. Operæ istiusmodi frequentatio. Si accuratiùs id expediatur & diutiùs: fore vt illa mutatio non iam in triennium sufficiat, sed fiat naturalis. Ἐπεὶ δέ. Ad mutationem duo iusserat, opus & operis modū, id est stercorationem, & πλείω χρόνον. Hîc exemplum apponit pro vtroque. Historia perspicua est. In Myrto mutatio per balnei strigmenta & sordes. τὸν πλείω χρόνον: quia diuturna illa aspersione talis facta est: adeò vt in naturam transierit. Ex ea nanque species eas fuisse postea Athenis. hoc fortuitum fuit. Sed ars tota in Malo verna, quæ calidis rigatur. Huius artis originem non docet, sed ne causam quidem. Ratio est in arbusculæ huius imbecillitate, quæ foueri vult intus. Ἔχοντά τινα πίστιν. Semper modestè profitetur. Non enim in tam abditis rebus arrogat sibi demonstrationes.

Ἡ δ᾽ ἁλυκότης. Hæc est illa pars quam superioribus annecti debere dicebamus: in qua aliis quoque plantis aquæ salsæ communicaretur vsus, quæ soli Palmæ designabatur. Τισίν. Non omnibus, sed Rutæ & Brassicæ, vt alibi dictum est. Etiam nitro: quod & suprà. Calidam verò etiam Ocymo iam diximus. Διὸ καὶ τοῦθ᾽ ὡς ἐοικός. Non tam καὶ τοῦτο τούτοις, quàm καὶ τούτοις τοῦτο. Quia & plantæ illud proprium ac conueniens, & his hoc.

Ἀπὸ γὰρ τούτων. Ex his esse alimentum, non est mirum: dulcedinem esse, est mirum. Aufertur autē ab ipsis ἡ σύμφυτος, innata amaritudo: quod & suprà de Brassica. Sic asperitas à Palma, στρυφνότης. Pro vtraque autem dulcedo subit.

Lego καὶ τοῖς μυῤῥίνοις, non τῆς μυῤῥίνης. Et ῥόας δὲ ῥίζας, non ῥόαι. Et τὸν πλείω χρόνον. Deleo τόν. Non enim est tempus vel iam dictum, vel designatum. Et νίτρῳ siue λίτρῳ, non λουτρῷ.

Ποιεῖ δὲ καὶ ὡς ἡ γεωργία. Theodorus omisit ὡς. Siquis malit relinquere, dicet, sal efficere radices validiores, quemadmodum & alius labor qui colendis agris impenditur. Ac sanè placet. Mos est huic Philosopho vsurpare huiuscemodi continuationes per διάβασιν. Ἀναστομώσεως καὶ δήξεως. Remorderi, & sic infarciri minimè cupiunt. Non est dubium quin δῆξιν interpretatus hîc sit, vti suprà, morsum. Ergo ἀναστόμωσις, quomodo significabit infarctionem? Apud Galenum millies, ablatio obstructionis. Athenæus (quod & huic loco de sale conueniat) scribit, veteres esitare solitos Oliuas, quas ἁλμάδας vocarent, πρὸς ἀναστόμωσιν. An coniunxit Theodorus aduerbium minimè, cū infarciri, & disiunxit à verbo cupiunt. Quòd si voluit, vides in ordine perturbato vocum & ambitionem & peregrinitatem. Καὶ ἔτι ἄλλο τὰς ῥίζας ἀλλοιοῦσθαι. Theodorus addidit πέφυκε. Et in sequentibus omisit τέτταρα. Ἐὰν πλείω γίνονται χρόνον: si diutius veniat. Durum est, alimentum diutius venire. suppetere potius. Τοῖς θερμοῖς, aqua feruenti. minimé. Quis nescit aqua feruenti omnia torreri, quæ torreri queunt? Feruor ignis est in summo: calor non in summo semper. Vocis ratio fauet, παρὰ τὸ χαλᾶν. Hoc ex vsu. Nanque vocis huius feruor, origo lenis à Græco φερβειν.

Γένος ἀθήνησι γέγονεν, genus Athenis esse incœperat. pessimè in plusquam perfecto. Cuius temporis vim atque vsum in oratione satis declarauimus in libris de causis linguæ Latinæ.

CAPVT XXVI.

XXVI. capitis argumentum. Causam quare non retineat fœmella Palma fructum, nisi de masculo puluis adiiciatur esse illius debilitatem.

Τὸ δὲ μὴ ἐπιμένειν. Quia de pulueratione differebat, & de Palmæ proprietate quoad sal: hinc affert aliam naturam peculiarem. de qua iam sæpe. Non retineri à fœmella fructum, nisi pulueratum. Non tamen adiungit causam hîc, nisi impotentiam, & (vt loquitur barbarum vulgus) insufficientiam. μὴ αὐτάρκες εἶναι τὸ θῆλυ. Hoc tamen non esse soli Palmæ peculiare, sed habere id eam cum Ficu commune, cui sit opus ἐρινασμῷ. Hîc toties dictum, vt iam sit pudoris modus. Ἐπαγάγῃ, induxerit. Modus vsitatus Aristoteli. Vtatur augmentandi lege, quæ dicitur ἐπαγωγή. Inducitur enim simile Ficus ad simile plantæ. Πλὴν ἔχειν τοῦτο. Non potest ex hac inductione atque collectione duarū triúmve plantarum, constitui generis cuiuspiam cognitio, sed ἐκ τῶν πλείστων, si ἐκ πάντων non potest. Ideo scitissimè dixit, τὴν γὰρ φύσιν οὕτω κείνομεν τοῦ γένους. Hîc enim profitetur sese tractare plantarum proprietates aliquas, non autem quæ in genere sunt communia. Quòd siquis contendat, ad genus referri oportere, sanè verò oportet, (siquidem est etiam in duobus solis natura quæpiā communis) hoc ipsum, quod est commune tum Palmæ tum Ficui: propterea sic statuit. Extra naturæ ordinem videri hacce plantæ puluerationem, nec cum Ficu cōparandam. In Ficu nanque causa manifesta est: quando à culicibus aperitur. At quid agat in Palma puluis? Adduci potest quod suprà de pulueratione dicebatur nescio quid. At quantum patrare queant maris flores appositi? Sanè verò ἄτοπον, vt hîc vtitur, vt alibi περιττόν. Nota ἀτοπώτατον de duobus. Dicamus nos aliquid more nostro. Similitudinem proportionis habet hæc floris applicatio, cum piscium natura: quorum mares à fœmella editis ouis, inspergunt semen suum. Vt & hinc intelligamus quantis rationibus, præter eas quas alibi recensuimus, adduci potuit Aristoteles, vt crederet è maris semine solos spiritus absque alia materia perficere generationem in semine fœmellæ.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις. Hisce verbis apertè videtur voluisse cum hac materia finem facere capitis. Proinde contrà quàm cæteri fecere, hinc aliud auspicandum: quemadmodum & hoc abscidimus à superioribus, quòd alio prorsus atque illa esset argumento.

Theodorus frigidè admodum ἐπαγάγῃ. aliquis potissimo dicet. Καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τούτων τὸ τοῦ φοίνικος: Theodorus addidit illa omnia. In his paucis generibus, quod nulla Palmæ ratio dari posſit.

CAPVT XXVII.

XXVII. capitis argumentum. Amygdali naturam in eo peculiarem, quòd inchoata fructificatione nihil operis faciunt, ne auctis viribus fructum amittat.

Ἡ δὲ τῶν ἄλλων ἰδιότης. Nactus occasionem in Palmæ proprietate, proprietatem aliam porrò narrat Amygdali: cùm tamen multa multis communia commiscuerit. Vnico igitur tractatu sic aggredi debuit naturam hanc. Sic enim instituissem. Atque hęc quidem κόπρισις, ὑποκόνισις, & alia talia, omnibus aut multis communia. Quibusdam tamen natura peculiaris, vt Palmæ, Fico, Punicæ, Myrto: Palmæ verò pręter cæteras. Tum illa disposuissem: post quæ de Amygdalo (quæ hîc cognoscuntur) subdidissem. Ὅσον δεῖ. Quantum est in aliis alieni à communione maioris partis, id totum habet causas manifestas. Vnam tamen instituit de Amygdalo narrationē: de qua etiam suprà, sed hîc exactiús. nanque suprà, illud modò: cauendum ne cultu nimio ex opibus luxuria, ex luxuria fieret in Amygdalo effrenis natura. Hîc autem priuatim notat, potissimùm eo tempore abstinendum, quo fructum cœperit (vt ipse loquitur alibi) ostentare. Tum recēset opera, ὑδρεύουσι, κοπρίζουσι, καθαίρουσιν. & addit οὐδ᾽ ἄλλο.

Πάντα γὰρ ἀφαιροῦσι. τὸ γὰρ, ἀντὶ τοῦ ἀλλά. Nota verbum ἀφαιροῦσι, tollunt. Tollitur id quod iam est. At illi non tam auferunt istas operas, κοπρίζειν, καθαίρειν, quàm non ponunt. Ὑπερισχύουσα. τὸ ὑπὲρ, significat excessum roboris. Omne tale est præter naturam: vt mox explicatiùs, τὸ ἀλλότριον βλαβερόν. Sed quod ibi dicit de siccis partibus auferendis: quia siccæ sunt alienæ à natura, & omne alienum noxium: sic hîc omne ὑπέρμετρον βλαβερόν. Aridum est præter naturam simpliciter: excessus roboris est quidem res naturalis: sed ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, vt de plethora dicunt Medici, non est ei naturæ naturalis. Ἐν τῷ ἄνθει. vrbanissimé. Repræsentantur enim fructus in floribus. Proinde cùm flores amittit, fructus amittit. Cultus igitur adhibendus πρὸς τὸ ἰσχύειν, non autem πρὸς τὸ ὑπερισχύειν. Quamobrē ne tunc quidem adhibendus cùm potest ὑπερισχύειν. Sic Columella florentes Vites spondere dicit, vt hîc καρποὺς ἐν τῷ ἄνθει.

Διὸ καὶ οὐκ ἀγαθὴν χώραν ζητοῦσι. Sanè hoc anno in nimis lætum solum nouellæ Amygdali translatæ periere. Soli verò bonitas aut naturalis est, aut paratur arte. Si nolunt natura sua bonam, nolent etiam arte factam bonam. Ἐὰν δὲ ἀποκαρπῇ. Prius præceptum docebat vitare vitium sterilitatis: hoc secundum docet emendare. Nota felix verbum. Si degenerauerit à propensione fructificandi. Simplex non inuenitur, καρπῶ: compositum, καλλικαρπεῖν, suprá. Sicut & nomina πολυκαρπία, ἀκαρπία. quasi abiurare fructum. Παραδιδόασι τῷ χειμῶνι. Lepida loquutio, quasi carnifici. sicuti suprà κολάζουσι. Sic nunc τὰς ἄλλας κολούσεις. Quasi etiam Hyems sit mutilatrix.

Ὁμοίως δέ. Altera capituli huius pars, de iis quę egent castigatione. Sunt enim quædam quibus cortex scindendus aut auferendus. In his quid agendum esset docuit natura. Corticem enim abiiciunt sponte sua. Enumerat Vitem, Cedrum, Tiliam. Ceraso findimus, vt crassescat. Ἀφισταμένη. Non absistens, absolutè, sed transitiuè: absistere faciens: vsitata vox Medicis in abscessibus.

Καὶ ἀλλότριον ποιοῦσι. quasi abdicans. Quoniam peruersitate sua erat alienus cortex arborē strangulans, atque officio alienus: fecit etiam vt reipsa esset alienus. Ὥσπερ καὶ τὸ αὖον. Similitudo ab effectu. Arida nocent: tollenda igitur. Ergo etiam quæ non sunt arida, si nocent. Καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον. Quasi videantur multę arborum species suam quanque sibi obtinere proprietatem, quæ vna tractatione comprehendendę sint, reducit totam narrationē ad salis vsum, vnde diuerterat: vt videatur hæc omnia ad illius sententiæ assensionem congessisse. Tumultuariam tamē hanc diligentiam sæpe animaduertimus.

Lego ἐμφανεστέρας, non συμφανεστέρας. Κολάσεις an κολούσεις legas, parum sanè refert. Prior plus arridet. Non enim claui adactio κόλουσις est, sed κόλασις. Si & radicum nudatio.

Theodorus τὰς ῥίζας γυμνώσαντες, radices refossas. pessimé. Non enim radices mouent, sed terram, vt radices detegantur. Nam quare addiderit respoliatas, equidem nescio: quæ nunquam

antea fuerint ſpoliatæ. Libro tertio apud Columellam, radices refoſſas legerat. Cæterùm eæ vetulæ fuerant Vineæ: quas idcirco etiam igni comburi iubet. Sanè ſectatus ille vir, alioqui maximus, plus ſatis hoſce floſculos. Φλοιοὶ περιαιρεῦνται. Quibus cortex ſpontè detrahatur. ridiculé. Veluti ſiquis dicat, ſpontè ſpolior à latronibus. Aduerbium illud è cerebro Theodori, non è codice.

Κέδρον, hîc Iuniperum interpretatus eſt. Aliud tamen. Ἀφισταμένη, diſgreget, abdicet.

CAPVT XXVII.

XXVII. capitis argumentum. Fruticum atque olerum cultura, tum ob eorum vitam, tum ad vſum noſtrum. Vicinarum extirpationes habere purgationis proportionem.

ΕΧΕΙ δὲ ὁμοίως. Abſoluto arborum cultu docet quæ pro ipſis fruticibus inſtituenda ſunt. Cùm enim duo ſint capita primaria plantarum quæ coluntur, arbores & fruges: media natura quædam fruticum & olerum eſt. Fruticum facies, arborum ſunt imitamenta quædam: olerum ſationes potiùs accedunt ad naturam frugum. Quare poſt arbores, ante fruges ſunt conſideranda. Partitur autem in duas claſſes. nempe ad vtilitatem olera: ad decorem coronarios frutices. Cæterùm ſpecies ipſæ admodum confuſæ ſunt. Has autem contemplatur omnes ſub vna formali ratione (ſic enim loquimur apud doctos) quæ ipſa cultura eſt. Eius leges multæ, quemadmodum & ſuprá. ὑδρείαις, κοπρίσεις, ἐργασία, διακάθαρσις. Hanc diſtinguit modis duobus. Quædam expurgatio fit, auferendo partes ſuperfluas aut noxias: quædam fit auferendo totas plantas, nempe quæ iuſta oriuntur. Earum genera duo: vnum cùm ſunt diuerſarum ſpecierum, vt in hortis Gramen, Tribulus, Cotula, Carduus, aliæ, quæ tolluntur: verbi gratia, à Braſſica: aliæ ſunt congeneres, veluti cùm denſæ nimium ſunt: ex quibus eximuntur infeliciores, generoſi habitus, aut commodiore ortas loco relinquimus. Eſt reipſa, at non eodem fine, eadem cum purgatione attonſio ad vſum quotidianum: veluti Betam, Blitum, Braſſicam. Eſt tamen æquiuocè purgatio: differt enim forma, id eſt ratione naturæ. Purgationis enim definitio eſt, noxiarum ablatio. At in attonſionibus ad cibum, non ſolùm bona ſunt quæ auferuntur, ſed etiam optima interdum: quemadmodum vbi Cymas abſcindimus ad cibos delicatiorum. Videamus particulatim. Ἔχει δὲ ὁμοίως. Quia vſus eſt diabaſi cùm dicebat, περὶ μὲν τῶν δένδρων: ſimilem eſſe dicit aliarum plantarum cultum. Sed animaduertendum, cùm recenſet culturæ ſpecies, quare diſtinxerit illa, ὑδρείαις, ὕδατος ἐργασία. Ita intelligendum. ὑδρείαις, eſt rigatio: ὕδατος ἐργασία, eſt adaptatio deductæ aquæ: mouetur enim rurſus terra, vt aqua penetret ac miſceatur, neque condenſetur ſuperficies. Notabis verborum

A flexus. στεφανωματικῶν: rectè. Nempe quæ ſunt ad vſum τῶν στεφανωμάτων. At alio modo φρυγανικῶν, & λαχανικῶν. Nēpe idem denominatiuum & primarium. Sic etiam τὰς πόας, τὰ ποώδη vocat.

Τὰ μὲν κοινά. Partitur culturæ modum: vt quædam opera communia faciat omnibus, quædam priuatim aſſignet quibuſdam: Nam διακάθαρσις non omnibus conuenit, ſed iis tantùm vel omnino vel potiſsimùm, quæ ramoſæ ſunt aut lignoſæ, vt Thymum, Serpyllum. Etiam Siſymbrium adiungit his. De Serpyllo intelligit, qui tollitur in ſtipitem, non qui repit. Τὰς δὲ ῥοδωνίας. Roſetis verò magis etiamnum peculiaris alia purgatio. Non enim ſolùm putant, ſed etiam exurunt, vt ſucci copia reducatur ad cer-
B tum modum. Alioqui floriſicandi opus conuertunt ad fructificationem. ἀνανθῆς, vox compoſita, ſicut ἐνανθεῖς. ἐκλοχμοῦνται, materiam quæ floribus debebatur, transferunt ad ſtipitum ramorúmque luxuriam. Quod de Vitibus, κλαδομοῦνται. Καὶ ἡ ῥάφανος. Notabis affectus. Vnus erat in Serpyllo, αὔανσις: duo in Roſariis, ἀνανθές, καὶ ἐκλόχμησις. Vnus in Braſſica & Ruta, ἀποσκλήρωσις: atque alter communis cum Serpyllo, ἀποξήρανσις, idem quod αὔανσις. Πολυβλαστῆ. Diducuntur in germina. Ait autem ex hac attonſione, quam κόλουσιν vocat, quatuor ſequi commoda: fructus frequentiam, hoc eſt πολυβλαστία: quia eſt in foliis fructus: magnitudinem,
C μείζω: pulchritudinem, καλλίω: ſaporis commendationem, εὐχυλότερα. Cauſæ manifeſtæ. Frequentantur enim germinationibus, quemadmodum euenit in riuis: quorum plenas fluxiones ſi impedias, ex vno alueo duos feceris, querentibus aquis exitum. Ita mutilato faſtigio rami, ab lateribus geminatur. Quare cætera facilè ſequuntur: vt ſit pulchrior facies & magis cocta, quia tenerior. Vnum occurrit, non videri folia maiora futura, diducto ſucco. Dicendum, mutilatione illa coercitos in breue ſpiritus plus præſtare poſſe. Διὰ γὰρ καὶ τῶν χυλῶν, in oleribus propter ſaporem: καὶ τῶν ὀσμῶν, in coronariis propter odorem: tollitur τὸ ἄγαν δριμύ: quod eſt in Braſsica & Ruta: vt ſuprà quoq; dictum eſt. Et ſequitur ratio, ἐν μεσότητι τὸ ἡδύ. Eſt
D enim ſuauitas affectus odorum & ſaporum, cuius fundamentum eſt mediocritas temperationis.

Καὶ τὸ σύμμετρον. laxè admodum. Melius, ἐν τῷ συμμέτρῳ. Non enim qualitas eſt relatio. τὸ σύμμετρον, eſt harmonia partium: ex qua fit ſuauitas in quibus dicebamus, ſanitas in corpore: pulchritudo in figura. Ἐν δὲ τοῖς λαχάνοις. Differt ablatio quæ fit in oleribus, ab ea quæ fit in aliis, cùm purgantur: eſt enim attonſio. οὐκ ἀφαίρεσις, ἀλλὰ κείρεται. minus accuraté. Dictum oportuit, οὐ διακάθαρσις, non autem οὐκ ἀφαίρεσις. Nam quomodo faciat, vt attonſio non ſit ablatio?

Ἡ δὲ τῶν παραφυομένων. Alius modus expurgationis: quoties extirpantur eæ quæ propè natæ officiunt. Nocent autem vel occultis proprietatibus vel manifeſtis. De plantarum mutua vel conuenientia vel hoſtilitate ſatis dictū. Manifeſtæ

verò

verò noxæ ſunt, aut quia ſuggunt alimentum, aut quia imminent atque opacant, aut quia obtundunt agitatæ vento, aut quia radicibus occurrunt radices, atque ita creſcere prohibent. Superior ablatio partium dicebatur ἀφαίρεσις: hæc totarum exemptio, ἐξαίρεσις: id ipſum denotantibus vtrobique præpoſitionibus: τὸ ἀπὸ, vnum tantùm terminum, ſtipitem ipſum: τὸ ἐξ, duos terminos aut plures, quia de medio tollitur. Per priorem fit καθαρὸν τὸ φυτόν: per ſecundum fit καθαρὸς ὁ τόπος laxatis ſpatiis. Τροφὴν πλείω. Declarat ſimilitudinem. Quoniam vtraque efficit vt planta quæ curatur, plus capiat incrementi, quia plus alimenti. Ἔχει δέ. Quia diuiſit opus in commune & peculiaria: etiam naturas addit quaſdam etiamnum magis peculiares: vt de Ruta dixit iam, cui cinis adderetur. Hoc tamen haud tam ei eſſe proprium, quin aliis quoque ſit commune. Tum excuſat ſe, quòd non fuſiùs de his: propterea quòd ſint tum per ſe manifeſta, tū vulgò cognita, tum pauciora.

Lego αὐαίνεται μὴ διακαθαιρόμενος, non autem καὶ μή. Et εὐχυλότερα, non ἀχυλότερα. Et διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τῶν χυλῶν. Et διὰ ταῦτα γάρ.

Theodorus legit ἐργασία, non autem ὕδατος ἐργασία. ἐργασίαν, ſarritionem interpretatur. Sanè valde placet. In hortis ſcilicet, ſicut in Vineis paſtinatio. Ἐκλοχμοῦνται, ſylueſcunt. Quo verbo etiam τὸ κλαδοῦνται interpretabatur. Fruticeſcunt potiús. λόχμη enim frutetum, non autem arbuſtum, vt Centuriones vertunt. Δι᾽ εὐτροφίαν, paſtus fœcunditatem. Vtitur in plantarum alimentis huiuſcemodi verbo, paſtus & pabulum. Διὰ ταῦτα. Etenim germinatio diffuſa. Explicauit περιφραστικῶς. tamen ταῦτα, ſuo numero plurali complectitur illa duo, τὴν κόλουσιν, & τὴν πολυβλαστίαν. Τὸ δριμύ, acorem: malé. Nanque τὸ ὀξὺ acor eſt. Et ipſe: haud diu eſt, cùm acutum interpretabatur.

CAPVT XXVIII.

XXVIII. capitis argumentum. Arua quæ quo tempore ſubigenda: idque aratione, an marra, an inſtrumentis peregrinis. Harum rerum haud eandem eſſe omnibus locis rationem. Etiam de ſemente quadam.

ΛΟΙΠΟΝ δὲ καὶ ὥσπερ ἀντικείμενα. Facta in re ruſtica tripartita diuiſione, paſcui, fructuum, frugum: quæ in pratis, arboretis, aruis continentur: de arboribus expedita materia eſt. Nunc reliquum eſt vt de aruis agatur. Qua in tractatione caput hoc eſt differtiſsimum præceptionibus. De ſemente pauca, de ſubactione multa: quæ, qualis, quanta, quibus, quando, vbi. Quæ, vt alia ſit cùm ſeritur, alia priuſquam ſeratur. Etenim priores arationes & terram prorſus in rectum & per tranſuerſum proſcindunt. Et quæ porca fuit, ſulcus fit atque è contrario. Ad ſationem verò id curatur modò, ſemen vt integatur inuerſa terra, & à ſulco diuertatur in puluini

A toros, ne obruatur aquis. Qualis: vt recta, curua, tranſuerſa, decliuis. Quanta: duplici quantitate, continua, vt alta, ſuperficiaria, latus ſulcus, anguſtiórve. Diſcreta: cum multi paucíve ſulci. Et id quod ait, ſi negligentiùs agatur, frequentiùs agendum. Quibus: aratro, ligone, aliis. Quando: Hyeme, Æſtate, Vere. Vbi: in pingui, macra, laxoſa, vda, aliter atque aliter. Quo loco etiam regionum dat exempla, Syriæ, Corinthi, Siciliæ. Sigillatim nunc perpendamus. Ὡς ἀντικείμενα. Oppoſita formaliter tantùm in diuiſione generis ſub quo ſunt. Ἐπεὶ τὴν ψιλήν. Terra nuda, arboribus vacua. Sicuti milites ψιλοί, non armati. Columella puram dicit: ſic & augures Latini, quæ nihil aluit. Sic Aiax Oilei, ψιλός: quia Telamonius armatus. Ἐν τούτοις δέ. Numerat ope-
B ra. γῆς ἐργασία. Hoc primum eſt, terram ſubigere. Secundum, ἡ τῶν σπορῶν ὥρα. Tertium, μετὰ τὸ ὑπεσπαρμένων κατεργασία: vt occatio, ſarritio. Πρότερον δ᾽ ἔτι. Et quod ante hæc omnia conſiderandum eſt: quod cui ſemen conueniat. Addit, ἢ καὶ ἅμα. Quia poſt arationem poteſt hoc conſiderari, ſimul ſanè cum ipſa ſementis hora. Ἔστι δέ. Præceptum de tempore ac modo ſimul. Æſtate potius arare quoſdam: Hyeme fodere, Ligonibus ſcilicet aut Bipalio. Ideo dixit ἢ σκάπτειν, ἤτοι τοιοῦτον ἕτερον. Mox enim oſtendet Megarenſes fodere, non arare. Τὴν μὲν ἔπομβρον. Humidam, grauem, pinguem, & ſolidam Æſtate vertendam, & aratris & foſſionibus: ſiccam, reſolutam, leuem, tenuem, Hyeme. Cauſa. Vtrique tali cultu tribui,
C quod opus habet. Æſtiuam arationem ſiccare & attenuare: Hybernam foſſionem craſſitudinem addere & humectare. Sanè de tempore liquet. De inſtrumenti vtilitate dicere cauſam debuit. Ratio eſt. Quod aratio non multùm deſcendit. Foſſio è profundo terram vertit, vt fiat ἔνικμος. Seipſum imitatur. Similem nanque ſuprà ſtatuebat ſententiam ſimilibus verbis. δεῖται πρὸς τὸ ἐνδεὲς τῆς φύσεως. Κοπρίζειν. Aliud præceptum de ſtercoratione. Quod ſecundo loco ponendum ante ſationem. Suprà quoad arbores nonnihil dixit: hîc ergo leuiter delingit hunc ſalem. Macram largiùs ſtercorandam, pinguem parcé. Duas dat cauſas. Tum propter ſoli virtutem, tum quia fimus affert plus ſucci, quàm quantum percoqui poſſit. Ac ſi dicat, tum quia non eget tellus: tum
D quia ſuperfluus ſuccus additus abiret in cruditatem. Μίσγειν δὲ τὴν γῆν. Aliud præceptum ſimile ſtercorationi. Nam de Marna Plinius ſatis: qua etiam nunc vtuntur Belgæ. Alius modus Circumpadanis. Foſſam ducunt in arui parte inferiore. Eam terram ad alterum ſubuehunt extremum. Ita ea pars fit altior, vnde imbres deducant per prona. Id longè prȩſtantius quouis fimo. Sufficit enim triennio. Nam tertio quoque anno ex ea foſſa, quod influxerat pingue de ſuperiore loco, rurſus in ſummum important. Quemadmodum verò miſcetur Marna terræ: ita docet alias miſtiones. Et præceptum hoc pendet ex præcepto ſtercorationis. Μίσγειν τὴν ἐναντίαν. Ve-

tabat enim pinguem multũ stercorari: quia simili addito fieret: quod alibi dictum est πῦρ ἐπὶ πῦρ. Macræ plus addebat: quia fimus & macrum solum contraria sunt. Διὰ τὴν ἀρετήν. Terræ virtutem etiam Cato dixit. Ὡσαύτως δέ. Sicut graui leuem admiscebat: vt modus fieret in temperamento, sic proportione quadam albę rubram. Vbi intelligendum albam aliam à creta. Si enim cretam coniungit cum rubrica, duas pessimas commiscet. Ἐπεὶ ἀργίλου mox. Rubrica pluuio tempore glutinosa est, sicco saxea duritia. Cretacea penitus sterilis est. Οὐ γὰρ μόνον. Duas dat mistionis caussas. Non solùm mutuis beneficiis vtrinque afferri, quantum deest supplementi: sed etiam vim addi quandam, tametsi minus excellentis terræ fiat mistio. Ideo dixit, ἡ τυχοῦσα μίξις, qualiscunque. Id quod nõ est leuiter prætereundum. Nam quid roboris addet forti terræ non fortis admista terra? An imbecillum valido vires affert sua coniunctione? Hoc disputatum est ab Aristotele in Problematis quæ non extant. Extat tamen huius rei iudicium in secundo de generatione animalium. Vbi quæritur, quomodo ex deterioribus confiat tertium fortius. Quoniam ex æris & cassiteri commistione conflatur æs Cyprium, fortius vtroque. Ratio in terrarum mistione sic meanda est. Pluribus contrariis fore vt resistat ea quæ ex diuersis mista est. Tuetur ab Æstate pinguis tenuem, ab Hyeme tenuis humidam. Exemplum vtilitatis à qualicunque mistione. ἐάν τις ἀπειρηκυῖαν. Veluti si effœtæ admiscueris aliam, recentabitur. Qui locus non est supinè prætereundus. Dixit ἑτέρᾳ. Si alteri miscueris. Quam verò tandem vult istam alteram? Vúltne vegetam, an item effœtam, quemadmodum & illa est? Nam si vtraque est opere diuturno defatigata atque exucta: videndum vnde succum sibi comparare queant. Sin hæc altera benehabita est: non addet huic delassata illa quicquam, sed accipiet potius ab ipsa. Itaque non mirum ferre rursum: non quia καινὴ nouam ex se formam induerit, sed quòd in alia nacta sit. Vt ista altera sit huic inopi vice lætaminis. Καὶ ἡ καθ' αὑτήν. Argilla, inquit, & alia sterilis, si alii admisceatur, iuuat fertilitatem. Ποιεῖ φόρον. Intellige, non cuiuis admistam id efficere, sed certæ contrariæ. ἄργιλος, à sterilitate nomen inuenit sibi. ἀργὸν, ignauum. Ὥσπερ γὰρ κόπρος. Reddit vniuersalem rationem. Esse alii aliam fimi vice. Tametsi fimi naturam non gerit tenuis: tamen officio fimus est pingui, ac melior fimus quàm fimus ipse. Nam fimus addit succo, qui per se satis est, succum, qui futurus est plus satis: tenuis castigat priorem succum, non quantum in eo est, sed quantum futurum est temporis accessione. Διὸ τοῦτο. Megarensium consuetudine ostendit punctum huiusce disceptationis. Est autem hoc. Non semper quæri vel temperationem, vel impiguationem à mistione: sed aliquando solam renouationem. Itaque Megarenses non aliena terra terram commiscent, sed eadem è profundo petita. Sanè quid aliud agunt arationes, quàm inuertere: vt terra ima quæ succum retinet in summo sit, pro ea quæ amisit in fruge succum? Ἡ γὰρ τρόφιμος. Consilii ratio. Est locus ille intimus, quasi gremium in quod aqua resedit, neque ab sole exucta, neque in fruges exhausta. Superficiarias enim radices habent fruges. Verba illa ἵνα καινὴν ποιῶσι, respondent illis καινὴ γενομένη. Ἀναβάλλουσι τὴν κάτωθεν. Ad verbum, reiiciunt. Nisi quis legat ἀναλαμβάνουσι. καὶ ἀνατρέπουσι τὴν ἀνορωρυγμένην. Σπείρειν δέ. Tertia pars. Seminandi præceptum commune tam siccæ quàm humidæ. Ante imbres in sicca serere, vt imbrium iuuetur superuentu: humidam verò, vt imbres ita præueniantur. Nota vocem ἐπομβρίαν, quam suprà ἔπομβρον. Ἐὰν δὲ μὴ ἐν ξηρᾷ. Videtur hoc præceptum contrarium superiori. ἐν ἐπομβρίᾳ περὶ τῶν ὑδάτων, suprá. hîc ἐν μὴ ξηρᾷ, ὀψέ. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει. Quod ante pluuias seritur, iubet rarum seri: quod post, spissum. Quoniam hoc radicetur multùm, illud non multúm. Quod maturè seritur, si spissum seritur, non radicatur: quia terra siccior. Quod serò seritur, quia terra madet, frequens serendum: suppetit enim humor. Fit ergo quæ crebrò seritur seges, πολυκαλὴς: multistipula: vt infrà dicet. Cæterùm hîc quoque accuratiùs dispiciendum. Etenim tam πρώϊον μανὸν, quàm ὄψιον πυκνὸν, ἔχει ῥίζωσιν. Alioquin aut vtrunque rarum, aut vtrunque spissum sererent. Et sanè serotinum item rariùs sererent, vt plus radicaretur. Dicendum, non ita esse. Sed cùm vnus sit finis, prouentus vbertas: quæ maturè sata est seges, ea magis radicata, ob id exit calamo simplici. Serotina haud ita radicari quit. Igitur fit multistipula. Sursum enim mittit succum, vt in sequenti capite dicet. Ergo maximè quærendum, quare quod maturè serunt, rarum serunt, si stipula singulari exiturum est. Hîc enim tantùm amittitur, quantum accederet ex spicarum frequentia: quæ nonnisi crebritate seminii comparatur in serotini satione.

Nota ἔχει ῥίζωσιν. Hîc enim ῥίζωσις κατ' ἐξοχὴν, de optima radice, non autem de radice simpliciter, vt vox innuit. Ταῦτα μὲν οὖν. Vniuersale præceptum. Hæc omnia certo libranda modo. Hoc & in arborum cura dicebat: quasdam multum requirere studium, vt Vites: alias mediocri. Esse etiam quæ non solùm non desiderent, verumetiam ab omni abhorreant opera, vt Cornus. Sic de aruis. Non vbi ait opportunam esse illam sedulitatem, ἀκρίβειαν, accuratam diligentiam. Quin διαμάρτοι ὁ ποιῶν. Errabit, siquis non erret. faceté. Quemadmodũ mihi laudationes probo, fortiter facta detrimento fuere. Sic nocet quibusdã terris nimius cultus. Quod ei vsu uenit, vt noceret qui Corintho abiit in Siciliam. Hac narratione simul notat temerariam animi securitatem ex arte sine prudẽtia cùm dicit, τὴν ἐργασίαν, τὴν ἐνθένδε μεταφέρων. Non enim oportet aliunde artes afferre, quæ locis imperent: sed leges ab ipsis accipere locis, quas cum arte

arte conferamus. Rationes enim fouentur experimentis. Simul ostendit artis infelicem exitum ex falso iudicio. Ἐκλιθολογήσας. Quod suprà fieri vetabat, τοὺς λίθους μὴ ἐκλεκτέον.

Ἐξεπέγνωτο γοῦν οὗτος, exit è vetere notitia. Id est exuit genuinam speciem. Mutatum est. Ignoratum est ita, vt indigenæ cùm viderent ipsum, non agnoscerent. Vt ille apud Varronem cùm gustasset malos pisces, atque expuisset, addidit, Disperiam, nisi piscem putabam. Hoc ita interpolauimus, si non sit mendum. Οὐκ ἔχων σκεπασίαν. Amisso munimento quo sese tegebant à sole fruges, exaruerunt. Non tamen lapides temerè probandi. E quibusdam exempti aruis meliorem fundum relinquunt hîc apud nos. Sic & in Syria nocitum est, detecto saxo: κατὰ βάθος ἀρώσας. Caussa. ὑπόπετρος γὰρ οὖσα. Καὶ μικρᾶς. Nota καὶ, sicut apud Poetam, *Audieras: & fama fuit.* Ὡς δὲ κοινῇ. Rursus resilit ad arationis vtilitates. Vt non temerè dixerit Cato, Bene arare. Vbique in omni cultu vult terram δίοδον, quàm hîc dicit πορώδη, commeabilem. Fit autem crebra aratione: ad verbum porosam. Eò fit, vt radices & sese pandant & crassescant: & ad eas humor delabatur: & detur aditus ad calorem, qui ab aere, cui semper assignat ἀτεοφίαν, proficiscitur? Hæc quidem alibi: hîc autem simplicem assignat caussam: διημερωθείσης τῆς γῆς, mitigato solo. Σκάλισις, ποασμός. Duo cùm ponantur quasi diuersa, & ποασμὸς sit herbarum exemptio, quod voce corruptiuscula, sed penè eadem Ligures Taurini dicunt exherbare: Latinè autem sarrire: Vascones, sarculare. Quare σκάλισις erit, inter exherbandum aggestio terræ ad segetem, qua parte minus tegitur: aut occatio: quod magis placet. Ἡ δὲ κατεργασία. Declarat finem. Perspicua sunt etiam ex Poeta, *Bis quæ solem, bis frigora sentit.*

Νεᾶν. Verbum artis. Quod suprà καινὴν ποιεῖν. Suprà etiam dicebat semel, ante, aut post imbres arandam. At id operis erat ad proximam sementem. Nunc dicit, incumbendum & sub frigore & sub calore. Quin addidit πολλάκις: mota, versata, subacta. μανὴ: vt sit peruia. κούφη: vt ne opprimat semen. καθαρά: libera ab obsidione plantarum, à quibus & absumeretur alimentum, & sol impediretur. Καὶ διὰ τοῦτο. Adeò iubent Æstate peragere: vt etiam Legumina maturè serant, quò maturè colligant. Quibus collectis, per Æstatem laborare queant. Εἰς τὰς νέας: γᾶς scilicet: εἰς τοὺς νεούς. Ita tres habes voces minus vsitatas: νέα, νειός: νεᾶν, νεοῦν: νεάνσιν.

Ἀγαθὴν δέ. Nunc de Hyeme: quæ quia est aut sicca aut humida: & humida, aut ex pluuia, aut ex niue, aut ex pruina: de omnibus dicendum fuit. De duobus tantùm tamen ipse. Niues commendari: pruinas vrere. Noxæ modus à pruina: διεσθίειν, exedere. Μανοῦν τὴν γῆν: rarefacere terram. Quod obest imprimis segetum radicibus: tum quia penetrat frigus, tum quia calor exhalat. De niuium vtilitate alibi. Densant enim solum: & fit ἀντιπερίστασις: augentur radices: impinguat solum: lutum enim ex ea fit: & est in ipsa non parum aeris ac spiritus, qui postea concalefactus multo est adiumento. Vnde (quod & aliàs dictum est) in niuibus nascuntur vermes. In Sarmatia sub niuibus gramina lætissima: quæ sibi carpunt Hyeme iumenta disiecto vngulis gelu. Καὶ ὅταν. Etiam secundam instituit arationem vernam, ad herbas extirpandas, quæ interea subortæ sunt. μεταβάλλουσι. Mutant, vertunt: sicuti suprà ἀναβάλλουσι.

Εἶτα θέρει, tertia æstiua. Quarta cùm in eo sunt, vti serant. Nos quater aramus: quinto sulco serimus. Quod hîc dicit ὑπαρῶσι. Διὸ καί. Magis laudant fossionem: quia plus κατεργάζεται, aratro autem minus: quod vocat ipse παραποιεῖν, omittere aliud agere, Latinè est παραποιεῖν. Cùm agentes præter id quod agendum est, agimus. Iam hoc docti dixerunt, esse minus quàm nihil agere. Θετταλοί. Quemadmodum ad opus præstant aratro ligones: ita ligoni Thessalicum instrumentum quod vocant μίσχον. Dictio hæc communi vsu significat, vt ait Hesychius, fructum qui prope est frondem. Apud Theophrastum verò, peciolum. Ipsum hîc describit ab effectu. ἰσχυρότερον δικέλλης. Quomodo μᾶλλον εἰς βάθος κατιὸν: est igitur brachio longiore: & πλείω γῆν περιτρέπειν: est ergo latius.

Αὕτη μὲν οὖν. Incitat nos ad opus hoc hisce modis: quibus promittit agricolæ securitatem. οὐ γὰρ κακοπαθεῖν. Siquis de hac diligentia per ignauiam remiserit, μαλακωτέρως: ii quod semel non spontè fecerint, coguntur sæpe facere: σκάλλειν, βοτανίζειν. Quod suprà dicebat σκάλλισις, ποασμός. sarrire & euellere. Propterea quòd herbarum radices non sunt per initia reuulsæ, neque ea principia quæ occulto insunt seminio, debilitata, sæpius emota, atque euersa terra eiúsque partibus disiectis: sed in ipsis partibus solidis adhuc fota ad futuram plantam. Προτερεῖ δέ. Anticipat herba segetem: tum quia validior, tum quia præerat. Nam quòd radices suberant, vegetior est: imminet itaque segeti futuræ. Nec mirum: vicissim enim si anteuertit herbis seges, necantur item herbæ. Ratio eadem. Quæ nanque pòst suboriuntur herbæ, non habebant radices προϋπαρχούσας: Quare imbecilliores pereunt. Καταπνίγεται. A spirantibus metaphora. Plantæ verò tametsi non habent ἀναπνοὴν, tamen habent διαπνοήν. Proinde semper vult Autor iste εὔπνοιαν. Πολλῆς πόας. Hoc est propter quod suprà dicebat προεργασάμενος: ante sementem scilicet.

Lego enim προεργασάμενος, non autem προσεργασάμενος. Hoc enim contrarium significat. Et σκάπτειν, non σκάπτῃ. Et ἃ λεχαῖος πέπτειν, non λέχεος πέπτει. Et ἡ κούφη τοῦ χειμῶνος. deleta copula. Non enim & Æstate & Hyeme colendam leuem. Et ἄλλη ἐναντιότης, non ἄλλου. Et ἀπειρηκυῖαν, non ἀπυρίαν. Et ὑπὸ τοῦ ὕδατος, non τῆς. Et περὶ τῶν ὑδάτων. Et ἀρώσας, non ἀρόσασιν. Et οὕτω γὰρ ἀπόλλυται, non οὔτε.

Theodorus ὥσπερ ἀντικείμενα. Quasi arborum curæ obiectum. Nemo quid sibi velit, intelligat. An sit quod arborum curam impediat. Apud Philosophos alio modo accipitur obiectũ: à quo fiat species ob sensum aut intellectũ: quod item ἀντικείμενον vocat Aristoteles. Dicuntur opposita formaliter: quod vnum alterum esse nequeat: & sanè genus cùm diuiditur in species, ea partitio fit per negationem. Τὰ ἐπὶ τὴν ψιλὴν γεωργίαν, culturam segetum. Non declarauit ψιλήν. Κατεργασία, agitatio soli. Saltem dixisset, subactio. Sed mox etiam peiùs: σπαρέντων κατεργασίαν, sarritionem. At etiam sunt alia opera: quippe ἔκτιλσις, βοτανισμὸς, ποασμὸς, multis vocabulis. Καὶ διὰ τὸ τὴν κόπρον λαμβάνειν λεχαῖος πέπηλε. Tum quòd stercus plus alimenti ministret, quàm excoqui possit. Omnino codex corruptus est. Itaque vt à nobis fieri potuit interpolatus est. Nam etiam illud animaduertendum, quomodo ἡ κόπρος τροφὴν λαμβάνει. Terra enim per fimum, non fimus capit alimentum. λεχαῖος autem herbosam significat. Sic & capite penultimo λεχαίους, & in sequenti λεχαίαν, non λοχαίαν. Vox Pastorum, non contẽpta Latinis vsurpatione: qui torum lectum dicunt: cùm tamen herbarum proprium sit. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐργασίας τὸ οἰκεῖον. Valde pictum reddidit hoc nobis Theodorus. Quin & in tractatione soli non desunt, quæ iudicium agricolæ prudentis desiderant. Et addidit (vel relinquendum) non enim est in codicibus. Neque rectè dixit, in tractatione soli quæri hoc, quod fit ante tractationem. Ideo Philosophus dixit κατὰ τὰς ἐργασίας, quod attinet ad opus rusticum terræ colendæ.

Ἑτέρα μίξις. Addidit, fertili. At τυχοῦσα μίξις dicebatur. Ταῦτα ποιοῦσι μεγαρεῖς, Megarenses ita miscere consueuerunt. Aduerbium ita, pessimè hîc: non enim eum ad modum miscebant Megarenses: sed altè effossam inuertebant.

Ἐξεπύρωτο, exarescebat. Non hoc significat. Sensui tamen consuluit. Ὑπὸ θέρους διακαιομένη. Cùm propter inclinationem cæli obnoxia sit æstiuis ardoribus. Ita interpretamur διακαιομένη, aptitudinem illam. Theodorus illam tantùm, quæ tum semel euenit, tangit incommoditatem versione sua. Eius verba sunt. Cùm solis intrusu adeò percaluerit, vt propè vreretur. Omisit ergo illa tota, ὑπὸ γὰρ θέρους διακαιομένη. & illa, ὑπόπετρος οὖσα. quæ sunt maximè necessaria. Nanque si esset vliginosa, rectè successisset. Et illud, ἐπὶ πλεῖον δέχεται: vertit, propè vreretur. Imò regio quæ per se vritur propter situm, factum est aratione illa, vt etiam plus vreretur. Vtitur enim sole tantùm: detectis autem saxis, atque ex repercussione duplicatis radiis, porrò adusta fuit. Καὶ μικροῖς. Coniunctionis huius elegantiam, quam in Commentario notabamus, euertit Theodorus sic. Vnde fit vt pusillis aratris vtantur Syri. Tamen ex eius verbis apponere nequeas aduerbium illud vnde: non enim ex eo cultu didicere Syri minoribus aratris vti. Non enim dixit illa ὑπὸ θέρους, & cætera.

Ποασμὸς, runcatio. Nequaquam, sed auulsio. Runcatio nanque est cæsio eo instrumento quæ runca dicitur. Dumorum tantùm est. Vnde Galli sentes ac senticeta, runcias etiamnum vocant. Μανοῦν, extenuare. malé. Aliud est λεπτύνειν. μανοῦν, peruiam frigoribus facere. Vrit enim humidum pruina, quò fit partium cohæsio. Παρεκποιεῖν, intacta relinquere. bellissimé. Præterire. Præter opus facere. Vt præter propter vitam viuere. Hoc est omnia facere, præterquam ob vitam. Verbum rotundissimum. Μίσχον. Generosissimi vir ingenii, modestissimè sic. Quod credo id esse, quod pastinum vocant Itali. Ligonem potius arbitror: quoniam Vascones vocant oblongo rostro, ac validissimo. Marra breuior & latior. Pastinum bifurcatum erat, ac bidens: quo in glareis vtuntur ad Vineas Vibisci. Pastinum tale fuisse satis liquet ex alio, quàm ex aperiendo terram vsu. A pangendo nomen inuenit. Scrobe nanque facta demissum malleoli crassius caput obsidebant auriculis pastini, quoad terra obruissent: vt æqualiter operiretur vndique. Hoc habes ex tertio Columellæ.

CAPVT XXIX.

XXIX. *Capitis argumentum. Terrarum electiones ad segetes & legumina. Tritici cum Hordeo comparatio. Differentiarum summa in semine, sole, aere. De Hyemis commodis.*

TA' δ' αἰτία. Quemadmodum arboribus pangendis & serendis vitibus ager eligebatur: ita segetibus aruum. Arui ergo differentiã statuit qualitatibus. Et aspergit aliquid è cælo cùm dicit, ἐν τοῖς ψυχροῖς: quod versus capitis finẽ paulò fusiùs explicat: vbi rei summam statui dicit solo, seminis vi, aere. Deinde aliquid de Hyemis vtilitate ac tepore. Postea resilit ab hac materia ad serendi modum, magna licentia rediens ad sementem, quam modò reliquerat in capite superiore. Interea verò prosequitur terrarum species, ac partitur Tritico, Hordeo, Trimestribus, Leguminibus: atque in iis omnibus multas nominat species ignotas nobis. Οἰκεῖα τὰ ἀναστομώματα. Etiam suprà iubebat solum rarefieri. Et quid aliud est quod commendat in fimo? Oportet omnino terram esse (vt loquitur Columella) suspensam. ἀναστομώματα. Ideo ex vetusta lege agricolarum, Hyberno lætissima puluere farra, apud diuinum Poetam. Neque contradicit huic τὸ ἔτυμον occationis, quod erat occæcatio quædam: quia in occatione etiam magis aperitur terra. Granũ autẽ operitur: hoc enim est occulitur. Πρὸς σιτοποιΐαν. Exponit hoc genericũ τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν. Et addit ἄλλων: puta tiphę, quę secale nostrum est, farris. Ταῦτα γὰρ ἀερία. Ratio est Alia nanque plus humoris desiderare. Etiam magis nigra quàm candida. De frugum coloribus octauo libro Historiarum. Ἐὰν

δὲ

δὲ ξηρὰ, καὶ ἐρυθρὰ, καὶ ἐν ψυχροῖς τόποις παλίνοσα. Quis hæc intelliga? quænam semina sicca sunt, si intelligit arida? aut quæ non sicca, si omnia contueamur? Triticum verò nullum album vidi. Nigrum genus frugis in Aruernis, candida medulla. παλίνσον, quid sic haud facile intellectu. Nisi velit dicere: talia locis etiam frigidis, & minus idoneis ad aruorum vtilitates, proficere. Sata namque redeunt in spica. Et vox hæc reditus, ad hoc significandum, simul cum verbo ipso ab agricultoribus Latinis vsurpatur. Ὅπως ἁδρύνηται, vt adolescant & crassescant antequã aquarũ vsum capiant. Nam si priusquam conualescant, aquas excipiunt, necantur. Itaque augentur aut tabescunt: alba plus quàm nigra: vt sunt alba nigris ad incremẽta propensiora, si eis obsecundetur: sic etiã minus ferunt malam tractationem. Οἱ μὲν οὖν. Hinc alia capitis pars, qua generaliter statuit præcepta pro generibus frugum, aut speciebus genera: Triticũ, Hordeũ, species, quas mox narrabit. Plutarchus quoque hanc tractauit materiam. In tenui solo melius Hordeũ prouenire: propterea quòd multum nequeat excoquere alimẽtum. In macra non potest ali Triticũ: quia multo eget succo. illud æquo plus habet: hoc minus. Nota, αἱ μὲν. quid? nam σῖτος nõ est generis fœminini. Si dicat αἱ γαίας, valde laxa est sententiã. Non enim terra opus habet pabulo, sed planta in terra. Τῶν δὲ πυρῶν. nunc species exequitur. plana omnia. Εἰ δέ τις πολυχίτων. Illis conferebat ager propter qualitatũ conuenientiam, lęuis lęuibus, crassis pinguis. nunc ab aere. Quæ species tunicarum multiplici munimẽto septa est: ea etiam frigora tolerabit: vt Thraciũ Triticum. Fortasse hoc illud est, quod tristi facie præditum scribit Galenus, Bryza nomine. Cõtrà Canchrydias (alia species hæc) in humidis: quæ sit rara ac soluta. sic & initio capitis, ἐν ἐπόμβρῳ ἀερίᾳ. multa enim eget alimonia: nempe παχυκάλαμος.

Ὡσαύτως δὲ. Alia pars, in qua leguminibus speciatim assignat arui conditiones. Σύμμετρα γὰρ ἑκατερωτάτης. mira vox non vna de causa. Primùm quia de duobus non iudicat, superlatiuum. Deinde quia pronomen partitiuum non potest gradum suscipere, sicuti neque numerus. duo non possunt aliud esse quàm duo. Sic alterum vel alterutrũ, nequit aliud esse quàm hoc quod est pręcisa natura. Ἡ γὰρ εὔηλος, aprica, quæ placidum sentit solem. mox πρόσηλα, intelligit ficciora. Ἀνύφαμμος καὶ πηλώδης. lutosa, & cui non subest sabulum. quia sunt alicubi vdæ superficies, subtus macilentæ sunt. hanc ait ferre τὰ ὀλιγότροφα καὶ ξηρά. Id fit propterea quòd quærunt subsidium in egestate. Tamen hoc videtur contrarium & superioribus: vbi Hordeum mandabat macræ & rationi. Si enim sunt ὀλιγότροφα, parum exigunt, paruo contenta. Itaque videndum an scribi debeat ὕφαμμος non autem ἀνύφαμμος. nam quæ esset hæc negatio? Igitur in ea terra fuerit præsidium ab humore luti, ne sicca illa exarescant. Et ab arena subiecta siccis eueniet conuenientia siccitatis.

Φέρει δὲ. Fœcundius Hordeo Triticum in agro non stercorato. Hoc quia rationi repugnare videtur: quòd Triticum in pingui, Hordeum in non pingui, meliùs: apponit causam, ὅτι θερμὸς ὢν, suo calore potest: Hordeum eget alieno. Itaque Triticum sibi ipsi fimum esse. Quod luculentissimis declarat verbis: ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ὃ ἔδει ἐκ τῆς κόπρου γίνεσθαι. Tum dat indicium aliud roboris, πρωϊσπορεῖται. non dat huius causæ causam. Maturè seritur, vt diutiùs in terra sit: propterea quòd diuturniore opus habet cõformatione. hoc habet cum fœtibus proportionẽ. Fœtus fœmellę, quia sunt imperfectiores ex debilioribus principiis seriùs mouentur in vtero. Æquale tamen exigunt sibi tempus in vtero atque mares. Postea verò quàm in lucem sunt editæ celeriùs capessunt incrementa: quia finem habent propinquiorem propter imperfectionem, id est minus operosam perfectionem. Hæc tempora cum his similibus si comparentur, mirificæ naturæ leges apparebunt. Tum porrò aliud roboris signum: πολυχρονία.

Διὸ καὶ διὰ χρόνου. ostendit operosa principia.

Κατακρατεῖ γάρ. succus in terra non stercorata crudior est. quare plus resistit Hordeo, quia debile. cõficitur autem à Tritici vi, quia validius. Ideò dixit, τροφῆς ἰσχυροτέρας οὔσης, non stercorata scilicet. Ἐπέχει δ' οὖν. non absistit, non suspendit operã. non hæret. Ὁμοίως δ' ἐθέλει. Quamobrem etiam si nõ stercoretur, nihilominus fert. ἐμπλησθείσης, quia fimus implet. Vox apta ad τροφήν. nota, ὁμοίως. Non enim verum est æquè ferre: quamobrem ὅμως fortasse legendum est: tamen fert. Οὕτως δ' ὥσπερ μανοῦται καὶ κοπρίζεται. Quomodo οὕτως; sanè mutila sententia, & multis egens interpolationibus. Non enim verbis vtendum, sed nominibus, hunc ad modum, Οὕτως οὖν τῷ σίτῳ ἐστὶν ὥσπερ μανῇ καὶ κοπριζομένῃ, διὰ τὴν εἰρημένην φύσιν. Sic quod Tritici naturam, quia valida est, terra tametsi non stercorata, tamen pro stercorata est, atque iccirco leuis. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Omnia reducit ad tres conditiones: loci naturam, seminis vim, aeris temperiem. Ex his enim, quas suprà instituit pręceptiones, omnes variari. Χειμῶνες δὲ. extra materiam propositam est hoc. Debuit enim illis apponi, quæ de niuibus in antecedenti capite ponebantur. vbi dicebat, ἀγαθὴν τὴν χιόνα χειμερειναῖς. Καρκινοῦται. hoc sæpe dictum est. regreditur retrorsum succus, quem relegit radix, vnde magis conualescat. Ὥσπερ εἰ τὸ ἔαρ. oportet Hyemis asperitates excipi Vere tepido. Tunc enim celeri momento magnos faciunt segetes progressus: præsertim si fauerit bonitas aeris. Ita perstat in priore sententia: quæ iubebat aerem spectari debere. Itaque etiam verbis illis vtebatur, ἀνακτέον πρὸς τὰ τῆς τροφῆς. Quare validæ radici, & κεκαρκινωμένῃ segetis felicitas attribuenda. Τὰ γὰρ νότια. demonstrat illud σύμμετρον. Vt non sit temperatum simpliciter, sed respondens operi futuro id est Vere laxare atque educere. Quocirca necessarius est tepor, εὐδία, non serenitas, vt semper infelicissimè Theodorus. Verna enim

serenitas borealis est, præsertim in Græcia, nec minus in Vasconia. Ποιοῦσι λεχαίαν. herbosam: vt suprà & infrà capite penultimo.

Καὶ πρὸς ἐρυσιβώδη. modus loquendi Atticis: καὶ πρὸς, ac præterea, omisso pronomine, τούτοις.

Τὰ δὲ πυκνόσπορα. Nōc de affectu segetū à sationibus: id quod decuit alibi statui, sanè capite priore, vbi dicebat: τὸ πρώϊον μανὸν, τὸ δ' ὄψιον πυκνόν. Quæ rara seruntur, ea duabus de causis validiùs radicantur. Primùm quia plus adest succi paucioribus. deinde quia spatium laxius nactæ sunt radices. harum vnicam tantùm ponit ipse. Quæ verò densæ satæ sunt fruges, earum impetus ab angustiis inferioris loci repulsus ad partes superiores, quam nequiuit in radicum fibris, in stipula exercet multifidam frequentiam. Nos ergo suprà quærebamus, si hæc spicarum crebritas non nisi ex seminii densitate parari potest: quamobrem etiam cùm maturè serunt, non etiam densum serunt. Ἀποχλίζεται: scilicet ab radice. nam radix ὑποχλίζεται. Caput hoc, vt pleraque alia, valde corruptum. Lego καὶ τὰ τοῦ ἀέρος, non autem τοῖς. Et ibi: τὰ ἀσθενέστερα συμφέρει μᾶλλον, aut τοῖς ἀσθενεστέροις, legendum, aut φέρει, non συμφέρει, sicuti mox identidem. Et μᾶλλον φέρει ἢ κενάς, non autem καὶ κενάς. Et καὶ πρὸς ἐρυσιβώδη, expuncto articulo, τοῦ. Et ἀποχλίζεται, non ἀποχεῖται. Et ὅμως δ' ἐθέλει, non ὁμοίως ἐθέλει. Et λεχαίαν, non λοχαίαν.

Theodorus omisit τὰ ἀνασομώματα. Παλίνορσα, reuirentia. Postquam Hyeme absumpta est herba in superficie: an reuertentia legendum?

Περὶ τῆς ἀπολήψεως. Theodorus legit ἀπολείψεως: antequam imbres desinant. malè: quia seruntur Autumno sereno. Vult enim ea grandescere: nam minuta dum sunt, ob imbecillitatem com putrescunt imbribus obruta. Σωματωδέστερος. callosiùs. malè. corpulentiùs. Ἀγύφαμμος. Theodorus omisit. Εἰ τὸ ἔαρ σύμμετρον, omisit τὸ σύμμετρον. Ἀποδιδῶται μέγεθος, crescant. imò det incrementum, scilicet Ver. & omninò mutila est lectio Theodori. In tertio ab hoc capite ait: Hyemem dare in Vere segeti σύμμετρον μέγεθος. Ἀποχλίζεται. Theodorus legit ἀποσαχύζεται. spicam priùs effundunt.

CAPVT XXX.

XXX. capitis argumentum. Rubigo in quibus, quare, quid, à quo, quando. Vermium causæ, & erucarum, & calycum, in Malis, Oleis, Vitibus.

XPH' δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα. Posteaquam narrauit quemadmodum iniri posset ratio commodorum atque vtilitatum à locis, temporibus, seminum electione, ex conuenientiarum animaduersione: nunc contrà docere vult quæ sunt incommoda, tum ab ægritudinibus, tum à pestibus, quibus & sata & arbores infestantur: cuiusmodi vermes, erucæ, ipes. Quorum euentuum causas & materiales & efficientes designabit, simul subiecta, quibus contingunt, Malos, Oleas, Vites. Imprimis de rubigine agit, déque eius causis & locis. Cæterùm ordine præpostero tum apponit definitionem. Postremo loco dicit, quo potissimùm tempore. Incipit autem ab eo quod in omni demonstratione primum est, τὸ ὅτι ἐστί. simul, quia est accidens, τίνος ἐστί. Hoc enim ex Præceptore tenent Peripatetici: accidens nullam habere quiditatem, nisi substantiam subiectam & ab ea, totum id quod sunt. Deinde, quomodo & à quo: atque etiam in quibus non sit, & quare. Χρὴ δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα. Longè accuratiùs ita dixisset: χρὴ δὲ οὐ μόνον τὰ οἰκεῖα σπέρματα, καὶ τὰ αὐτοῖς πρόσφορα πρὸς τὴν ἀστικίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὰ νοσήματα ζητεῖν. Incipit autem à rubigine, atque in ea item desinet: quia morbos alibi fusiùs tractat. Et omninò confusè: namque ab hisce resiliet ad sationes, temeréque repetet, vt videbimus. Ἐν τοῖς κοίλοις. Quibus locis rubigine vastentur fruges: sicut mox, vbi sint immunes. Caua notat loca depressáve: in summa quæ non sint ἄπνοα. Ratio: quia rubigo putrefactio quædam est: cùm exceptus in spicam ros, aut pluuia non decutitur, sed solis superuentu excalefactus putrescit. simile de Cytinis suprá. quamobrem quatuor euenit rationibus vt ne cōtingat rubigo. Prima est, cùm spica natat: non enim excipitur humor. Par prudentia in putationibus atque omnibus cæsuris: vt plaga prona sit: iubéntque Vitis cæsum flagellum natare, vt effluat liquor, neque distillet in gemmas lacryma. secunda cùm vento decutitur. tertia, cùm sequitur nox: resiccatur enim priùs quàm solis ferueat calore. Quarta, cùm multùm eminet à foliis spica stipula porrecta: à spica namq; tum longè humor abest, qui in foliis detinetur: itaque non communicatur. Proinde vult esse ἐπικλινῆ, acclinatā: καὶ μὴ ὀρθὴν, non surrectam. Figura toties annotata, palilogia per contrarii negationem. idem est, μὴ ὀρθὸν & ἐπικλινές. Etiam tertio repetit, quin additis coniunctionibus. δὲ, καὶ: ait enim, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐπικύπτειν συμφέρει. Diceret alius: ἐπὶ τὸ ἐπικύπτειν. vt esset reddirio causæ: quamobrem conferat curuatio. Ἐπικύπτειν propriè est vbi nos concuruamus ad sedendum: Latinè, Conquiniscere. Ὑποκλίνουσι. Declarat, quod vulgo non est ignotum: lōgiores stipulas spica grauatas incuruescere, ipse spicæ attribuit, non stipulæ. Longissimæ tamen spicæ surrectæ manent ipsæ: stipula sub illis flectitur. Οἱ δὲ πλατεῖς. Rectè latos, non crassos dixit: si duos tantùm habent ordines granorum. Καὶ ὁ στάχυς ἀπήρτηται. signatum verbum. altè suspensa est, à foliis distans. Cætera perspicua sunt. Ἀπονεύει, quod suprà ὑποκλίνουσι. Ἐπὶ καὶ ὅταν. Etiam complutam spicam, si nox subsequuta fuerit, rubigine non tentari. quoniam priùs exiccetur humor, quàm sole tangantur. Proinde lego cum negatione, μὴ εὐθὺς ἐπιγινόμενος. Si enim sequitur statim dies: sol efficit putredinem. si nox ἐπιλαμβάνει, sol non ἐπιγίνεται.

ἐπιγίνεται. Ἀνέξηρανε. actiua vox pro passiua. vt Latinis, lauare. sic Cato de re rustica, siccauerit: absolutè. Τὸ μὲν γὰρ δίεισι: scilicet πνεῦμα. Καὶ πάλιν. Non coniungit hasce duas causas, ventum & noctis superuentum: sed alterutram satis esse statuit. Ideò dixit πάλιν. item si nox superuenerit. Ἡ δ' ἐρυσίβη. Format syllogismum à definitione: quia dixit, ἥλιος ἐποίησε σῆψιν. ergo ἐποίησεν ἐρυσίβην, quia ἐρυσίβη est σῆψις. Μάλιστα δ' ἐρυσιβοῦται. Nunc quando fiat potissimùm: nempe pleniluniis. Cuius rei causam reddit: quòd Luna plena, caloris autor est. Hoc etiam dixit Aristoteles, & nos experimur, & ratio persuadet. regerit enim cum lumine multo caloris multùm. Itaque solstitiis noctes æstuosæ sub plenilunio: propterea quòd diurnis æstibus à sole nocturnus calor à Luna continuatur. An verò Luna ipsa tum calefiat alibi discussum est. Διὸ καὶ τὴν σελήνην. Conclusio manifestissima ex propositis: Luna putrefacit: adducit enim calorem alienum. atque ex hac alia illa: rubigo fit à Luna. Τῇ θερμότητι τῆς νυκτός. laxa loquutio. Non enim noctis calor est, sed in nocte per Lunam. Ἐπικηρότατα. vox vsitata de imbecillis. Καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Albos equos etiam Virgilius amouet à censu probatorum. Ideò vulgò dicitur, *blanc*, album: Græca origine βλὰξ, imbecillum, & ad verbum, vietum. Νοσήματα δέ. Hæc est alia capitis pars quæ debuit antecedere: vniuersalis enim est. Morborum causas duas: materiales & procatarcticas. Materiam morbi esse, alimenti vitiata conuenientia. Hîc enim intelligit συμμετρίαν tum quantitatis tum qualitatis. Est enim aut definitio aut antecedens definitionem sanitatis. quod verius est. Ex symmetria namque habitus qualitatis, qui dicitur sanitas. causæ procatarcticæ sunt extraneæ omnes. aerem hîc autorem facit. Aeris autem conditiones dat vulgares in ipsis statibus, quos Græci καταστάσεις vocant. Κατὰ τὸν καιρόν. eo tempore quo requiritur illa symmetria. Τότε γάρ. euenta, consequentia.

Μεταξύ. Si pluuiis temporibus interuenerint dies calidi. qualitates duæ iam dictæ ad putrefactionem. Τῶν δ' ἐρεβίνθων. Priuatim Ciceri, detersa pluuiis salsugine, edulcato succo, erucas ingenerari: quia salsitas impedit putrefactionem. Πανταχοῦ γάρ. quod melius est, semper intendit natura. Quapropter idoneam nacta materiam viuificum inducit calorem.

Πρὸς τὴν πέψιν. Cùm hîc loquatur de generatione, πέψις intelligetur apparatus materiæ ad formæ receptionem: super qua parasceue tantopere delirauit Alexander. Hac voce ad eundem significatum vtitur etiam Aristoteles vbi loquitur de apum generatione. Μιξαμένης πως. Quia non quæuis mistio facit ad ζωογονίαν: sed πῶς, certo modo. sic & mox, ζωοποιεῖ πως. vt quod πῶς est in mistione, idem sit in ipso mistionis fine, quæ est generatio. Συσσήπουσα. hæret adhuc suis principiis de putredine, ζωοποιεῖ πως ἡ θερμότης. Aut hîc calorem accipit pro forma quæ dicitur æquiuocè calor viuificus: aut pro formæ instrumento. sic enim in libro de affectibus mistorum. Igni natura vtitur & pro materia & tanquam instrumento. Itaque ignis quoque aliquo modo facit annulum. Συσσήπουσα. calor cum humido: hoc vult τὸ σύν.

Ὁ δὲ γινόμενος. non sunt otiosa verba hæc. Non enim esset inter morbos vermis connumeratus, nisi ostenderetur nocumentum quod ab eo proficiscitur. Itaque erosio erit morbus, non vermis. Πέφυκε γάρ. indidem & ortus, & alimentum. rectè. Alimentū enim est idem specie cum eo quod alitur: imò idem numero quod est in potentia, cum eo quod futurum est actu. Pars radicis ante generationē vermis, erat vermis potestate. Itaque generatio partium vermis, (hoc enim est nutritio) etiam erit ex aliis cognatis partibus radicis. Hæc sententia est apud Præceptorem in secundo De generatione, & secundo De partibus: vbi de corde loquitur. Ἐξ οἵας δέχεται τροφῆς, ἐκ τοιαύτης ξυνεστάναι καὶ αὐτήν. Vnde suum axioma, vt omnia præclara, mutuatus est Galenus: ali vasa succis, ad quos continendos instituta sint à natura. Et primo Politicorum: iis animantes ali, ex quibus fiunt. παντὶ γὰρ ἐξ οὗ γίνεται, τροφὴ τὸ λειπόμενόν ἐστι. Quæ fuit causa: vt Latini putarent sese etymon elementi excogitare potuisse: quasi quod esset idem etiam alimentum. Hæc igitur est ex humore generatio. Alterum verò dicebat, ὅταν ἀναξηρανθῶσι. Videndum igitur quemadmodum ex hac exiccatione vermis queat procreari. Inueniemus enim fieri per accidens: nam ex humore fit, tanquam è materia. ex sicco nequit fieri: non enim è succo σῆψις. Dicit igitur ἄπερος, scilicet σκώληξ, in leguminibus: intellige, γίνεται. Quomodo? ὅταν ἐπιχυθῆναι μὴ δύνηται: quoties diffundi nequit humor ob æstum & squallorem. Tunc inclusus humor ille vermis, fit materia. At non est inquisitio leuis, qui fiat vt nequeat humor diffundi propter calorem circunstantem: & quomodo contineatur humor conclusus intus à calore. Nónne calor euocat, nempe meatus ipsos diducendo ac laxando partes? Et sanè partes exteriores resiccatas ab internis haurire par est. dicendum à sicco quidem humorem appeti: humorem autem illum refugere tanquam aduersarium. Sic pendentes arido parieti videmus guttas: sic genis lacrymas. Itaque causam obsidionis esse τὸν αὐχμὸν, id est siccitatem, non autem calorem. Hæc ita, vt potuimus: non enim satisfaciunt. An calor nimius corrumpit naturalem: atque ita fit putredo? nam sanè hunc ad modum morbosa est Æthiopia. Quam ob causam Troglodytæ, qui sunt sub Ægypto in maximis æstibus etiam pipere vtuntur, ad desiccationem. salis enim vicem præstat. Adeò verò preciosum est: vt quem vsum nobis præstant numi, eundem apud illos piper. Reliqua verò Æthiopia salem auri magna vi permutant. Ἐζωοποίησεν. Haud facile

est hîc inuenire verbi huius rectum. namque ἄπεζος, est vermis. & θερμότης ζωοποιεῖ τὸ ὑγρόν. Dicendum igitur ἡ ἰδία ἡ ἐντὸς θερμότης ἐζωοποίησεν τὸ ὑγρὸν τὸ ἐγκατακλειόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, τοῦ ἔξωθεν, καὶ ἀλλοτρίου. Τοῦ δ' ἔοικε. Diffundit causam eandem ad alia quoque. Ego persto in superiore sententia. non posse fieri quin calore educatur. Quòd si eò confugiat: auaram naturam modicum succum illum nolle amittere: tanto magis vrgebimus sic: Si retinere potest, etiam regere poterit. non ergo putrescet. An verò natura in vermium generatione, qui intra corpus humanum, atque ad eius sanè perniciem concreantur, melius consulat quàm si non crearet: alibi disputatum est. Ὅταν δ' ἄρθονος. Quia dicebat succum intus contineri, quia sit exiguus: vnde progignatur vermis: addit, cùm verò dapsile est alimentum, sese diffundit & confert ad superiora. Itaque vincit, cùm est multum, non vincitur, vt exiguum illud vincebatur. ridiculé. Non enim materia seipsam vel mouet, vel regit. Si naturalis internus calor exiguum nequit succum ab exterioris æstus iniuria defendere, tanto minus, si multum habeat, in quo ponat operam. quare quod dicebamus, dicendum est. Resistere magnis æstibus multum humidi: parum autem corrumpi. ἐπιῤῥεῖ πρὸς τὰ ἄνω. Hîc manifestò τὸ ἐπὶ coniungitur cum πρὸς, ad significandum ascensionem. quia qualemcunque in partem eat humor eius motus nota erit ἐπὶ ad finem. Παραπλήσιον. similis noxa: autor diuersus in Vitibus. Ἶπες dicuntur vermiculi, quos puto vocatos à Catone conuoluolos. frigent hîc Grammatici. Ὁ αὐτως δέ. Quatuor igitur habemus animalium genera. Vnum nomine communi, σκώληκα, vermem, in quibusdam leguminibus & frugum radicibus. vnum in Cicere, κάμπας, erucas. vnum in Vitibus, ἶπα, conuoluolum. vnum in Oleis, κάρπας. Cuius nominis ne væstigia quidem vsquam inueni: vt mirum sit, à Plinio præteritum. Tametsi Plinius in decimo septimo, Vites atque Oleas Erucis infestari scribat: non tamen ausim hîc corruptè legi, κάρπαι, & legendum κάμπαι. Quia rem nouam atque aliam à superioribus assignat Oleæ, quasi peculiarem. Idem in eodem libro, araneum nominat Oleis inimicum. Cæterùm Vitibus quoque communem facit hostem. Ἄχυλος, insipidus. quia nulla se tuetur aliqua nobili qualitate. Sed est ea quasi priuatio exposita omnibus iniuriis. ideò dixit ἡ τοιαύτη.

Lego γίνεται τὰ ἐρυσιβούμενα, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα, τὰ ἐπικλινῆ. Et ὅδ' ἥλιος μὴ εὐθύς. Et εἰ καὶ μὴ κατὰ καιρόν. Et μετὰ τοὺς πόρους.

Theodorus, ὅταν ἀναξηρανθῶσι, priusquam exiccentur. Imò verò posteaquam ὑπὸ τῶν θερμημερειῶν exiccatum fuerit. Μιξαμένη πῶς. Theodorus τὸ πῶς, ratione debita. Ἐπιῤῥοή. succus. succi affluxio. Ὁμογενές. congenerem minus bene. non enim est eiusdem

A generis vermis & vitis. Neque verum est, simul esse genita duo hæc, si spectes tempora. Sed locum tantùm denotat, & deductam ex analogis principiis generationem. Mirum, Theodorum non esse ausum ἶπα, conuoluolum putare.

CAPVT XXXI.

XXXI. *capitis argumentum. Electio temporis ad sementem faciendam. Humo sicca meliùs seri. Serotinam sementem esse bruma.*

ΣΠΕΙ´ΡΕΙΝ δὲ κελεύουσι. Alieno, sicuti dicebamus, loco repetit serendi tempora. Duas po- B nit sententias controuersas. Vna iubet ante pluuias quàm nos seruamus, ante Vergiliarum occasum. Alii malunt, post pluuias: cùm accidunt, vt Clidemus. Deinde ponit sententiam confessam, εἰς ὀργῶσαν γῆν. Aliam item adducit, certam & receptam: in lutum non esse ponendum semen: dissolui enim atq; lactescere dilutum. Item ne in semimadentem quidem: quoniam facilè putrefiat. Tum disputat de brumali satione ex Clidemi sententia. Postremò repetit de Hyemis vtilitate: quod iam ter dictum est. Οἱ μὲν πλειάδος. Deest, ἀνατελλομένης, ex vsu loquendi. Hesiodus addidit. Alii cum illarum occasu: qui subsequi consueuerint imbres, quibus aluntur. Ἀεὶ σὸν C δ' ἴσως. suam interponit. Quo anni tempore terra cieatur ad conceptionem ei semina, esse mandanda: modò caueamus, μὴ ἐν πηλῷ. etiam damnat, τὸ ἡμιβρεχὲς, καὶ ἡμίπηλον. quod semiudum est semisiccum item est: hoc est, ἡμίπηλον, semiinsolatum: vt ὑπόπηλον, πρόσπηλον, alibi. Ἀμφίεργον, ambiguum aruum ad opus. sicut Herophili corpus, οὐδέτερον. Et vinum quo vtimur nos, non sine lusu in Scazonte: vinum est, nec est (quod puto) vtrumq;, neutrumque. ratio autem ambiguitatis est. Videtur altera ex parte commendari: quia pollicetur humor alimentum, calor fomentum. Contrà, humiditas materiam putrefactionis: calor causam efficientem. Lutosa tellus διαχεῖ, diluit, καὶ ἐγγαλακτοῖ. resoluit in pultem lacteam. Sic dicimus ortum semen, dum D formatur, lactescere antequam solidetur. Καὶ ἐὰν ξηρανθῇ, συναλείφει. Postquam maduerit, si siccatur. oblinit, id est fit glutinosum. hoc verbo etiam mox vtetur Τοσοῦτον γάρ. Ostendit quare putrefaciat, quia neque calor neque humor. satis est ad operis perfectionem. Calor quidem mouet, scilicet auspicatur apparatum generationis: ἀλλ' οὐ βιάζεται: sed non satis valet. Media illa ignauia est, sicut in Solonis legibus: quæ in ciuilibus dissensionibus eos damnabat ciues qui non altrinsecus stetissent in factione.

Καὶ χείριστος. Quare pessimam omnium sationum esse hanc. etiam peiorem quàm eam quę fit in luto. quoniam in luto non est mouens calor. de qua nullam reddit rationem, sed de sicca tantùm.

tantùm. at causa in sicca manifestior. non enim corrumpitur semen. Τοὺς δὲ ἐπὶ τροπάς. Alia Clidemi opinio aduersus brumalem sationem. Videtur igitur hæc quoque recepta quondam. Sed ille facetè dicebat, esse similem malecarptis lanis. Quia neque porrectam ἀτμίδα trahere, neque quam habet donare potest, calore, qui est vtriusque motus autor, destituta. καὶ ἐπαλείφειν ἔλαττον. non est idoneis viribus ad succi concretionem, quæ è semine fit planta. Totum enim penitus dissoluitur. non tamē explicat Clidemi comparationem. Lanæ quę non sunt bene carptæ, nequeunt tincturam admittere. Terra quæ tota vda est, non potest sese explicare ac cedere semini. Ἀτμίδα hîc intelligit tenuiorem succum, qualis exhalatio est. Et alioquin omnis pluuia fuit exhalatio. Vel intelligit tenuiores partes, quæ ab ima terra exhalant ad radices. Ἀλλὰ τὰ ὄψια. Haud penitus damnandam brumam ad sationes. sunt enim quædam fruges serotinæ.

Συμφέρει δέ. Oportet autem tunc cæli fauorem ariolari deprecarísque imbres ac frigora. nam & suprà dicebat, frigore semina retorrida fieri. Itaque εὔδιον hîc & tepidum significat: quod à nobis sæpe, & serenum quod à Theodoro semper. Et sanè teporem magis exigit cùm ait: ὅπως διαβλαστῶσι. Quin quæ postea superuenerint frigora, oportet esse μέτρια. Scilicet tenella adhuc segetes, neque dum satis altè radicata. Ideò dixit, non solùm ἐῤῥιζωμένων, sed etiam κατεῤῥωμένων, confirmatis ac stabilitis. Ὑποπλούμενα. Ratio, quam suprà toties de hyberni frigoris ambientis vtilitate. πλουμένα, quasi conculcata. Est tamen affectus superficiei, non seminum. infarcta. Quippe πεπηγυίας ὑπὸ τοῦ κρύους τῆς ἐπιφανείας. ἐγκαρπότερα, fructuosiora. nota præpositionem. Nota enim est principii in ipso semine: quasi plantæ compendium totius, fructum in sese continet potestate. Τὰ γὰρ εὐθὺς ἀνατρέχοντα. Signatis vocibus vtitur. Εὐθὺς, statim quàm primulùm radices egerint. Et ἀνατρέχοντα, festinationem significat incrementi: & est quasi ἄνω τρέχοντα. Quibus verbis hoc idem suprà designauit, τὸ δ' εὐθὺς εἰς τὸ ἄνω τρέχει. ac fortasse hîc quoque ita scriptum fuit. Καὶ ἅμα πρὸ τῆς ὥρας. Quemadmodum præcipitarunt incrementum, ac præmaturè eruperunt, ita etiam ante tempus fructum concipiunt. Cæterùm exili radice cùm sint, non habent vnde suppeditetur ad perficiendum. Cùm sint gracili stipula, non habent quà deducant alimentum. In stipula quoque tenuis atque exiguus calor parum attrahit. Hoc est quod dicebat ἀποχεόμενα, effusa & quasi eiecta. metaphora ab abortiuis. Τὸ γὰρ ὅλον. axioma. omne intempestiuum præter naturam. sanè καιρὸς est naturæ pars. ἄκαιρον ergo παρὰ φύσιν. sic παράκαιρον, ἄωρον, πάρωρον. Διὸ καὶ ἐπιτέμνουσι. Vt cohibeant effusionem illam, aut secant aut carpunt. Hic quoque locus, mo-

A re nostro, ditandus est. Tribus de causis tondemus segetes & duobus modis. Quippe aut secamus falce: aut pecus carpat, curamus. Causæ autem hæ, vel quia seges luxuriat propter vbertatem campi: vel quia teporibus excita, priusquam firmiter radicetur, prodit: vel ob euentum. In Liguribus Taurinis anno ab hinc circiter quadragesimo cùm post idus Apriles grandine calefacta regio præsentis faciem segetis simul cum futuræ spe amisisset: totáque ea pars, in quam incubuerat, in fletu, atque etiam eiulatu tota ea die iaceret: senex quidam nobis præsentibus ad ciues, Vnus, inquit, quisque vestrûm me sequatur, quódque me viderit facere, faciat. Tum arrepta fœnaria falce in agrum suum tendit. Idem aggressi omnes alii, quantum extabat reliquiarum, secuere. eo anno quadruplatus prouentus est. Hoc ideò scriptum hîc oportuit ad B posteritatem: propterea quòd ex euentis præcepta sæpe instituuntur. Vbi etiam (quod nobis compertum est) animaduertendum: Festinare segetem in macro solo, cui subest tofus; si tepidæ sint Hyemes: concalesit enim à subiecta crusta radix. Ἀγαθὸν δὲ ἡ χιών. Quarto nunc hoc repetit. conferre niues, quod iis fermentetur ager. ζυμοῖ: & addit τροφὴν παρέχειν. causam suprà diximus.

Lego σπείρειν, non ἐπιῤῥεῖν. Et πρὸ πλειάδος, id est ante ortum Vergiliarum: si non non placet, quod in commentario dicebamus. Et καὶ χείριστος ἔτος, non autem εἰ καί. Et κατεῤῥωμένων, non κατεῤῥιυμένων.

Theodorus, ἄνικμον, irrosida. pessimé. C ἰκμὰς, non significat rorem. Et in ortu Vergiliarum cadit ros ac fit pruina: nec propterea satio deprauatur. Sed ita siccam volunt: vt ne pluuiola quidem madida sit. Ἀμφίεργον. Veritus Latina voce mutare, Latina facie interpolauit. amphiergon. miror, non excogitasse opus anceps. Συναλείφει, oblinit, obstruitque. non obstruit, sed diluit: neque posset accommodare ei, quod item mox ait, καὶ ἐπαλείφειν ἔλαττον. Itaque ibi id omisit. Περὶ τροπάς. solstitiis. Duplex error. vnus cùm brumam sic vocat: alter cùm solstitium implicat cum bruma. nam de bruma hîc agere manifestum quum ait, terram madidam.

Ἐξεσμένοις. dilaniatis, pessimé. carpere verbum ei opificio signatum. Εὐδίας D ἡμέρας, dies placidos. Optimé: vtrunque enim complectitur, & quod imbribus liberum sit, & quòd vacet frigore. Ψύχη λεπτά. frigora mediocria. minuta ad verbum. λεπτὰ καὶ ἀσθενῆ γίνεται. gracilia, imbecilliáque perficiuntur. non vnum hîc notandum. Nego, apud bonum Philosophum verbum hoc Perficitur, habere debere tempus præsens. perfectio namque indiuisibilis. Deinde dico, non posse simul stare perfectionem & imperfectionem. at λεπτὸν καὶ ἀσθενῆ, sunt imperfectiones. Tum addo: non exprimi

Græcam ſententiam, ſed deprauari. Hæc enim Latina hoc ſignificant: eſſe quidem gracilia & imbecilla, ſed poſtea perfici.

CAPVT XXXII.

XXXII. capitis argumentum. Æſtus & frigora multum facere ad prouentum frugum. Terrarum ſitum plus afferre momenti, quàm ipſas arui qualitates. E quibus eligenda ſemina.

Ἧι καὶ τὸ ἀπορούμενον οὐκ ἀφανές. Poſt expedita præcepta, quæ ad fruges pertinent, quia tres declarauit electiones, ſeminum terræ, aeris: nunc inuenit quæſtionem hanc. Qui fiat vt & frigida loca, & calida, ſint fertiliſſima. Sanè eſt in Philoſophia permagna occaſio dubitandi, qua ratione duabus contrariis cauſis eueniat effectus idem. Hoc ergo pertinet ad terrarum electionem. De ſeminum electione dicet in extrema capitis parte. De aeris electione, quærat aliquis an fieri queat. nam potiùs exoptari, quàm eligi videtur aer. Eligitur ſanè: quandoquidem alio atque alio tempore vel ſerimus vel aliud quid facimus. de hac electione ſatis ſuprá. Alia eſt aeris electio, videlicet propter ſitum regionis: non enim eadem cuique parti cæli efficacia. de hac aget hîc.

Ἧι καὶ τὸ ἀπορούμενον, haud eſt obſcura quæſtio. Sanè omnibus notum: in Septentrionalibus inſignem fertilitatem. non minorem in Africa & Ægypto. Alibi diximus: in Angot Æthiopiæ prouincia toto anno vertente ſeri ac meti. Hæc igitur vt cognitu facilia: ita in promptu ſtatuunt dubitationem ad cauſam inquirendam. At non in promptu ſtatuunt cauſæ cognitionem. Nota loquutionem huic vſitatam. ἡ ζωδεσμώδης ἀντωνυμία. Quamobrem, cùm videamus à frigore ſubtus terram calorem cohiberi: non ab re eſſe videmus, vt frigida loca ſint fertiliora.

Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, vulgò dicunt cæteris paribus. Si par, inquit, cultus adhibeatur, & calor & frigus multùm faciunt. Sed refert huius compendium ſolutionis ad ea quæ ſuperiùs dicta ſunt. Ea erant: calorem per ſe agere: frigus per accidens: quia corroboret calorem. Non tamen exhauriunt hæc dubitationem: ſed porrò quærendum, quia porrò dubitatur. equidem ſic dicam. In locis mediis, vbi & multi caloris & multi frigoris ſunt viciſſitudines, fouebit radices Hyems intercluſo calore tepor, qui eſt in confinio frigoris abſcedentis & ſuperuenientis æſtatis, euocabit ex adultis radicibus & ſucculentis egregiam ſtipulam: calor accedens ſpicam formabit: æſtus eandem coquet. At in Ponto, vbi æſtus nullus, calor minimus ac breuiſſimus, vnde vbertas illa? an ita ſoluendum? fruges haud egere multo calore, eas præſertim quę proueniunt frigidis. Non enim Triticum, ſed Secale, ſed Hordeum, ſed Bryza. itaque poſſe perfici. Ad hęc in Ponto & Sarmatia æſtuoſos eſſe quoſdam dies, non ignoramus: propterea quòd ager ille vdus imprimis, atque ob id facilè efferueſcit. Nihil feruidius lutoſis locis, vbi ſole tacta ſunt. hæc de frigidis. In Africa & Ægypto alia ratio, quàm feruoris. Non enim in Arabia prouentus par. Solum in Africa ſubeſt vdum, qua aruum eſt. Sola namque ora maritima fertilis, cætera vaſta eſt: vnde & Barbaria dicta: quia bar eorum lingua deſertum ſignificat. In Ægypto Nili beneficium populare, quocirca perpaucis diebus perficitur ſeges. Quòd ſi diuturni temporis egeret, vt noſtra: non vtique tolerarct ſubſequentes ſiccitates. Angot, tametſi in eam non inuehit limum Nilus, æſtiuis imbribus, iiſque validiſſimis recreatur. Hyeme tepores fauent, quales nobis in equinoctiis. Οὐδὲν δὲ ἔλαττον. Alia pars quæ aerem conſiderat ſanè repetitis animaduerſionibus. Aer, inquit, & tempus afferunt aquarum opportunitates & ventorum: vnde prouerbium natum ſit: ἔτος φέρει, οὐκ ἄρουρα. Alluſio concinnior Latinè: annum ferre, non aruum. Hoc etiam in octauo Hiſtoriarum, iiſdem penè verbis, παροιμιαζόμενοι καλῶς. Expuncta quæ ibi legebatur, negatione: ſicut & hîc. Ne cum Eraſmo audeamus ineptire, qui οὐκ ἄλλως, ſuo deprauat arbitratu. dixit βίας χειμώνων. quia vim facit Hyems calori, quem coercet ſubter terram. Μέγα δὲ καὶ ἡ θέσις. hoc cum aere componit, ſatis rectè. Situs enim eſt affectus terræ non vt terra eſt, ſed vt ſic, ſub hoc cęlo. Πολλαὶ γάρ. Oſtendit præponderare ſitum: quia terræ tenues, alicubi feraces ſunt. Cauſa eſt non in concretione, ſed ab euentis externa Non nimis ſæpe compluuntur: tempeſtiuè inſolantur: mediocriter perflantur. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Quæſiuerit aliquis vniuerſalem terrarum electionem. Ea, inquit, optima ſoli ratio quæ multùm patitur Hyemis. tale eſt in Gallia circumpadana. Si enim non ſunt Auſtris obnoxiæ regiones, fructus præcipitatur: & herbidam facit ſegetem ac rubiginoſam. Tertiò λεπτογαίους: bis ſuprà: hîc Atticè communis generis. Nota loquutionem: ἡ ἀγαθὴ χώρα χειμώνων δεῖται πολλῶν. Δεῖται, non ſanè hîc, eget, bona regio non eget, imò fruitur. ita explicandum. Δεῖ τὴν ἀγαθὴν χώραν ἀπολαύειν χειμῶνος πολλοῦ. etiam notabis pluralem numerum, πολλῶν. Non enim ad eundem ſementem multis opus habet, vt ita coactus dicam, Hyemibus. ſed in ſingulari, multa Hyeme. non qualem ſuprà, λεπτὴν, vocabat. τελεσφόροι. terræ ſunt, quæ & ferunt & perficiunt. Non quales eæ in quibus ſemina dicebat ſuprà, ἀποχεόμενα. Οἱ δὲ χειμών. Iam obtundi ſeſe conqueratur accuratus lector tædio tot repetitionum. nam quoties hoc dictum eſt? Ἂν εἰργασμένην. Reſpondent hæc ſuperioribus, quum dicebat: πρὸς τοῖς ἄλλοις ποιεῖ ὁ χειμών τι. Oportet bene verſatam eſſe terram: vt rarefactionis beneficium accipiat ab Hyeme

ab hyeme. dixit autem σύμμετρον μέγεθος. quia ſuprà dicebat: præcipitem excurſionem efficere gracilia. Διὰ ταύτην. Cùm hyeme calor atque ſuccus in radice diu fuerit cohibitus, primis quibuſque teporibus erumpit. Conueniunt hæc quoque cum ſuperioribus. ταχεῖαι αὐξήσεις. & porrò, τελειουργήσεις. Ὥστε δοκεῖν. Tam celeriter tanta capiunt incrementa, vt videantur excedere compenſationis rationem. Hoc enim eſt, μὴ κατὰ λόγον ἐκλείπεσθαι τῶν ἐν ταῖς ἀλεειναῖς. præter modum videntur aucta, ſi quis reſpiciat quantum præuertebantur ab iis quæ tepidis extiterant locis. Ἀλλὰ καὶ προτερεῖν. Imo verò antecedere illas, ſicut & alias tardiores. hoc eſt, ὥσπερ καὶ τὰ προελλείποντα. Ἰσχυρᾶς. Rationem reddit celeritatis. vehemens fit impetus collectionis, propter diu collecti ſucci copiam, qui ſeipſum capere non poſſit. Τὰ δὲ σπέρματα. Tertia pars de ſeminis electione. hoc etiam quærebat de arboribus: vtrum præſtaret, deponendas virgas ſumere de melioribus, an deterioribus. Ὅπως μηδεμία. nequa fiat in melius mutatio. ſtolidum conſilium, ac præter votum optimi cuiuſque. Sed ita ſentiendum: nę fiat mutatio in peius, ſi de meliore capiatur. ideò Theodorus abdicauit illa, ἐπὶ τὸ βέλτιον. Sicut etiam omiſit, ἐκ τῶν χειρόνων. Nam ſanè inepta ratio. non enim fieri poteſt, quin ſemen in agro deteriore deterius habeat: atque ex eo ſecum trahat principia deprauationis, quæ alterius arui bonitate nequeant emendari. quoniam igitur tota hæc ſententia futilis, alteram ſubdit. Ἐκ τῆς ἀγαθῆς. Quæ ſint in bono prognata ſolo. Quia & ſi ſunt poſtea mandata minus bono, ſuam tamen priſtinam tueantur bonitatem, vel totum biennium. Satis ſanè efficaciæ in ſententia ad tollendam ſuſpitionem degenerationis. Ἀμφοτέρως. Tam in aruo ad fruges, quàm in agro cætero ad arbores. dixit autem εἰ τοῦτο ἀληθές, quomodo etiam loquitur Ariſtoteles.

Lego, καὶ ὁ πόντος. non autē, ὁ ποταμός. Ὁ περιέχων αὐτούς. Quidam addunt ἀήρ. vtroque modo vſitatum eſt. ὁ περιέχων ἡμᾶς, ſemper intelligitur aer.

Theodorus, ᾗ καὶ τὸ ἀπορούμενον ἐμφανές. Ex quo illud quoque palàm fit, quod in quæſtione verſatur. Minus bene. non enim notum eſt id de quo dubitatur, imò valde controuerſum, ſed ipſa dubitatio. Vt cauſæ dubitationis ſint manifeſtiſſimæ: res de qua dubitamus, obſcura. Sic Græcè non ineleganter: ἡ μὲν ἀπορία ἐμφανής, τὸ δ' ἀπορούμενον ἀμφισβητήσιμον. Πρὸς τοῖς ἄλλοις. ſupra cætera. non: ſed, ad cætera: addita ſcilicet calidi, frigidíque ratio temporis. cum cæteris. Λεπταὶ, καὶ φαῦλοι, graciles, vitiatíque. vſitatius apud Latinos, vitiatum, eſſe ab euentu, aut externa vi, nō autem à natura: à natura verò vitioſum. Λεπτογαίους ποιοῦσιν ἐπὶ πολύ. Vitia magna ex parte fœtificant. non potuit peius. μὴ κατὰ λόγον ἐπιλείπεσθαι. Pro ſua exiſtimatione. ridiculé. quid enim exiſtimant fruges? Ὅπως καὶ τὰ προελλείποντα. Sicut & arbores detruncatæ. nihil ad rem. & addidit de ſuo, arbores. Ἐκ τῶν ὁμοίων. Semina capi ſimilia. non profectò ſemina. Nam cui ſimilia? imò ex terris ſimilibus ei terræ, in qua ſementem ſis facturus. Et omiſit, vti dicebamus, καὶ τῶν χειρόνων, & ἐπὶ τὸ βέλτιον.

CAPVT XXXIII.

XXXIII. Capitis argumentum. Conuenire debere tum tempora ſeminibus: vt ſuo quæque tempore pariantur, educentur, fructum ferant: de cura Fabarum, & aliorum.

ΧΡΗ δὲ καὶ ταῖς τοῦ ἀέρος. Ad faſtidium hæc repetita penę omnia. priuatim verò τῶν πρωΐων fieri debere ſationes iis locis, quæ tepida ſunt: ſerotinorum, frigidioribus. Alioquin hæc præuenire tempus ſuum: illa præueniri præpoſtero vtriſque incommodo. ſatis plana ſunt omnia. Ταῖς τοῦ ἀέρος ἀνωμαλίαις. Aeris inconſtantiam vocat inæqualitatem: ac ſcitiſſimè quidem in plurali numero. varietas enim eſt in multitudine. Propriè verò dicitur ἀνωμαλία diuerſitas eiuſdem temporis partium variatarum. At hîc accipit ἀντὶ τῆς ἀνισότητος, ἢ ἀνομοιότητος. ſanè τὸ ἀνώμαλον eſt in gradibus partium τῶν ὁμογενῶν. Verbi gratia, Verni dies, ſi alius tepidus, alius gelidus fuerit, iíque contigui. Metaphora ſumpta eſt à ſuperficie corporum. At locus frigidus non eſt ἀνώμαλος ad calidum, ſed ἀνόμοιος. Nemo dicat, contraria eſſe ἀνώμαλα, at illa contraria: εὔκολον, δυσχείμερον πρώϊον, ὄψιον. Τὰ μὲν γὰρ προτερεῖν. Scilicet τὰ ὄψια præueniunt contra naturam ſuam. Corrumpuntur ergo: quia μόλυνσιν patitur fructus. Nam ſerotinum Triticum requirit æſtus. ergo nebulis vernis corrumpuntur flores: & ſæpe rubigineſcit, vt Secale. Ipſe non explicauit noxam τῆς προτερήσεως, ſed ſolùm narrauit, προτερεῖν δοκεῖ. Et δοκεῖ, quid hîc agat, videndum eſt. Imò προτερεῖ. τὰ δὲ ἀπ' αὐχμῶν. ſi verò πρώϊα, puta trimeſtria, ſerantur frigidis: differtur enim contra eorum naturam fructus ad æſtatem; quare vruntur. Καὶ ἀποτίκτει. Fructus tempus reſpondet tempori cōceptionis. ſerò concipiunt: ſerò ergo fructificant.

Εἰ μὴ τοῦτό γ' ἐστι. Exceptio in priuata natura Fabarum, & Hordei. horum vtrunque, tum poſt, tum ante Hyemem ſeritur. Διὰ τοῦτο. Maturè ſerunt fabam, ne vratur æſtu. Item alia de cauſa. quia dum floret, amat aerem pluuium. Quare ſi ſerò ſeratur, ſerò floreat: ergo poſt vernas pluuias. Item alia ratio. euenit enim ei quod Porro: ſi geletur ſcapus, pro vno illo plures ſuccedunt.

Τὸ δ' ὕδωρ. Ratio vtilitatis. raram eſſe Fabam: talia dicebat ſuprà, eſſe πολύτροφα. in ipſam ergo ſeſe aqua induit. θεῖν, currere. Ἀναθεῖν. Quandiu floret, quoad defloreſcat. Διὰ τὴν λεχθεῖσαν πρότερον αἰτίαν. Rubiginis ſcilicet. Πλὴν ἐρεβίνθῳ. Hoc & ſuprà, iiſdem verbis, quibus addit, σφακελίζεται. & mox remedium. βρεχθέντος οἴνῳ σπέρματος. non tamen penitus ab ea noxa liberat vinū, ſed ἧττον. addit cauſam. Quia vinum habeat acrimoniam. ea ſcilicet fouetur illa ſalſugo: ne tam facilè diluatur imbribus. Sal non additur, quia nimis exiccaretur. Διατηρεῖσθαι γὰρ αὐτά.

Cauent à vino erucæ. ita hoc iudicio non tam conseruatur à vino salsitas, quàm abiguntur erucæ. Τὸ γὰρ ὅλον. Naetus hîc ab alterato Ciceris semine occasionem, excurrit in ea quæ iam toties dixit, de principiorum mutatione, quam totæ postea sequantur plantæ. Axioma. ἀλλ᾽ ἡ ἀρχή: quale principium, talia quæ à principio. Ἔτι δ᾽ ὁ ῥᾳδίως. Maius argumentum. Nam si solis alimentis mutantur plantæ, quę alimenta sequi decuit principiorum rationem, quanto magis ipsis mutatis principiis? Ὥσπερ οὖν ἀγελῶν. Enumerat mutationes, & formarum, & eorum quæ pendent à formis, scilicet & plantarum & fructuum.

Οὐκ ἄτοπον. Ordinem quendam statuit. Vt primùm radix mutetur, deinde stipes, postremò fructus. procedit per manifesta. Nanq; de his omnibus sæpe iam. Ἀνθρωπικὸν δέ. Legem ponit rei quæ non pertinet ad opus rusticum, de quo hîc agit, sed ad solam cognitionem. Non expedit, inquit, postquam defloruit, paulatim prodire, neque soles experiri, sed optãda frigora. Addit etiam, ἐπιφέρειν, respiciens etiam alias à Græcia regiones. Κυμικὸν ἐκφύειν, de fructu dicit. mirum verò non est, à sole fugisse à niuibus nõ peruri, mirum sanè. sed de rubigine tantùm intellexit.

Ἀνεμώματοι. Quæ suprà ἄπνοι. repetita omnia. Lego μεταβάλλει τὰ ὅλα: aut delendum, ὅτι. Et ἐπιφέρειν, non ἐπιφέρειν. nebulæ nanque rubiginem creant. Nisi nubes intelligat pendentes, non imas hærentes. Et σὴν ψὰν ποιήσας, non autem ψαλύ.

Theodorus, ἀναθάλλειν, refloreat. floris continuet emissionem. διαθεῖν. ἀναθέσις, suprà, Vites absque flore, alia compositione. hîc est, ἀνά. Σφακελίζεται. Tabescit. sideratur. Ζωογονεῖται. Fœtificatur. imò verò animal creat. Nam cùm fructum edit, fœtificat, ἀποπήγει: vt suprá. Δειμύτητα. Acerbitatem. non hîc solũ, neque primum errat: vt acerbum cum acri confundat. sicut, ἀγρεῖα, feroces. At aliud θράσος, aliud ἀγριότης, apud Aristotelem. & ferox, aliud quàm ferum. fera ouis in Scythia, quæ nullis errat custodita pastoribus: at ea neutiquam ferox. ferox Alexander in Clyti cæde, intra oppidi mœnia ferus nunquam. Κατὰ μικρὸν σκῴειν. Theodorus longè aliter, neque his implicatus hæret. sed illud minus fideliter. σὴν ψὰν ποιήσας. feruefaciens. Ἀνεμώματοι, inflatiles. infeliciter ambiguo verbo vsus est.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

IIII.

IVLII CAESARIS SCALIGERI IN QVARTVM DE causis plantarum Theophrasti, Commentarij.

CAPVT I.

1. Capitis argumentum. Quæritur, quamobrem arbores semine satæ degenerent: quæ seruntur quotannis, non degenerent: quæ tamen illis imbecilliora videantur. quare arbores cùm sint robustiores serius maturam fructus suos, quàm quæ annuo satu veniunt. semina habere in se principia non solùm actionis, sed etiam passionis. vtri generi fructus numerosior, arboribúsne an plantis annuis. quare degenerent.

ΠΕΙ δὲ πλείους αἱ φύσεις. Antequàm præsens caput aggredior: operæpretium facturus videor, si more meo, totam quasi in tabella expictam libri huius faciem spectandam statuam. Comparabitur enim iudicium nostrum, cum antiquorum sedulitate. Igitur post duplicem cognitionem: vnam simplicẽ ipsius naturæ plantarum: alteram, quę cum arte coniungebatur: nũc expedit super iis, quæ narrauit, quæque ex ea narratione iam planè cognita sunt, quæstiones aliquot: cæterùm tam confusè, vt vestigãti similior, quàm docenti videatur. Primùm nanque agit de seminum degeneratione, quam materiam millibus aliquot versibus interpositis iterum versabit. Quemadmodum rursùs de rubigine, ac de temporibus sationum. déque leguminum floribus, & quibus iuuẽtur fruges. Interea pergit porrò ad longè diuersum argumentum, nempe de seminum duratione: de qua tamen, atque eorum conseruatione rursus hoc eodem libro. Nam sanè hoc priore loco importunè introducit. discerpit enim institutam de generatione tractationem: ad quam mox redit. Posthæc addit ad plantarum fructificationes, quarum finem partitur, tum ad ipsam generationis propagationẽ, tum ad vsum nostrum. Is sanè affectus cum sit fructuum, non autem plantarum: tamen illico subdit plantarum affectus, de speciebus

rum mutationibus: quem tamen cohærere oportuit cum ipsa degeneratione, de qua bis hîc. Æquè turbulentè statim, cùm fructuum tractat vsum ob animalia: post quem adiungit rationes, quibus illæ floreant. quæ natura cùm sit & florum propria, & frugibus peculiaris: tamen subiicit vniuersalem affectum, nempe fœturam: eámque in maximè vniuersali ambitu, nempe omnium plantarum. In fine verò capitis, quod superiore agitabat libro, quærit quamobrem pusillã semina multifera sint. Nunc particulatim prosequamur. Ἔτι δὲ πλείους. Cùm multis modis proueniant plantæ: in eo modo qui omnium maximè communis est: est autem is à semine, sicuti suprà declaratum est. Dubitatur quî fit vt ex validiore genere semina sint imbecilliora: ex debilioribus, fortiora. Robustiores esse arbores, quàm eas plantas, quæ annua proueniunt opera. ab iis tamen annuis prognata. Semina valentiora esse, quàm quæ proferant arbores. probatio. Celeriùs enascuntur hæc annua: seriùs arbores: facta vtrorumque sub eodem tempore satione. vegetiora videtur ergo. ad hæc altera similis dubitatio. Quare tardiùs arbores maturant fructus suos? atqui contrà decuit: maior enim vis. Tertia ad idem. diutius sub terra morantur arborum semina: celeriùs enascuntur annua. Hæc est prima pars capitis huius hactenus continens disceptationes. In secunda, vt soluat eas, statuet principium quoddam, à quo deducet multa notatu digna. Videamus partem hanc. Κοινοτάτη πᾶσι. Hoc etiam per initia totius operis dicebatur.

Ἢ ὅσα ἔχει σπέρμα, ἢ καρπόν. Primùm ἢ, significat hîc, saltem, aut, quippe. est enim ad hunc modum disiunctiua: aut omnia, aut quæ semen habent. Sunt enim sterilia quædam. dixit σπέρμα, ἢ καρπόν: non quemadmodum suprà, cùm distinguebat, & assignabat ἀκεκάρπων, sed ὀνομαστικῶς.

Διὰ τί ποτε. Prima quæstio. Quare non respondent matris robori semina vigore pari? debiliora nanque è vegetioribus: vt arborum semina, seminibus annuorum. Ἀμφοτέρως γάρ. Modum hunc loquendi per aduerbium etiam suprà vidimus. In vtrísque tam patet hoc quod dicimus: vt neutiquam sit controuersum. Καὶ εἰ ἀπὸ θερμοτέρων. Potest hæc esse quarta quæstio præter superiores, hoc secundo loco posita. Vt sit etiam quærendum: quomodo ab imbecillioribus proueniunt robustiora: nempe arbor è semine. Puta à picea, Cupressíne semine: aut quod longè magis exiguum, Fici, tam grandes moles. Verùm non est quæstio hæc à superiore separata, sed eadem reciproca. Si arbor valida, semen debile: vt à valido debile, ita à debili validum. Τῆς δὲ ἀδυναμίας. Hæc est probatio τῆς δέσεως. posfuit enim hæc debilia, illa valida ex seminibus. Often dit ergo signa. annua sata non mutantur, sed sibi similes fructus ferunt. arborum semina mutantur. & ferunt deteriora. Alia probatio: arborum semina tardè formantur in stirpem: annuigenarum semina citò prodeunt. hæc ille, non tamen absque nostra dubitatione. Nam & prior probatio falsa: & secunda non simpliciter vera. Nam tametsi Vitis è grano prouenientis infelicior sit, quàm quæ Malleolo: non tamen omnibus euenit arboribus. principiò non vlli syluestrium. Accipe Glandem, Pinum, Piceam, Laricem, Ilicem, alias. nec minus valent è mitibus multæ. Nam Persicus, & Prunus ex ossibus optimæ. neque Iu glandes alia veniunt nobis ratione. Quæ omnes arbores partim magnitudine, partim fructu sunt insignes. Altera ex parte longè magis annua mutantur. multo nanque maior in eo mutatio est, quod amittit speciem, quàm in eo quod amittit in specie gradum. Mutantur enim accidentia sola: at Vitis deterior enata è fato semine speciem non perdidit, sed accidentium excellentiam. At frumenti & aliorum formas amitti videmus, atque aliis essentialibus differentiis productas species diuersas. Secunda verò probatio non continuò vera est. Si enim consideres substantiæ, id est corporaturæ constitutionem: proportio duabus constat rationibus. Prima est. multi fructus arborum vel duro, vel alioqui contumaci tegmento septi sunt: quod antequàm hiet, atque medullam summittat, multa ei opus est mora, multa interpolatione. quare non erit debilitatis, sed roboris argumentum. Altera obiectionis ratio est hæc: arbor est longè operosior. iudicatur hoc magnitudine, duritia, crassitudine. hæc quoque tangentur infrà. Καὶ ἀνάπαλιν. Alia quæstio. validiores cùm sint arbores, lentiùs tamen opus suũ perficiunt. quippe seriùs coquuntur fructus.

Ἔτι δέ. Probatio roboris à munimentis, quorum differentias superioribus explicauit tractationibus. Nunc eas triplices repetit. sed partim cõfusis exemplis inuoluuntur, partim non conueniunt. Nam coriacea simul ac lignea componit tegmina: quorum exẽpla deducit in Olea, & Prunum, primo loco, quæ proposita erant in secundo: ξυλώδεσι. Tum miscet vtrumque, τὸ δέρμα πικὺν: καὶ τὸ ξυλῶδες, in Pyro, vbi est corium: in Vite, vbi est ligneum: in Malo, vbi est item corium. Neque facit ad rem quod subdit: τὰ δ᾽ ἄλλα, &c. Addo, inquit, quòd istorum quædam etiam pulpa obducuntur. at sanè cum illa pulpa non seruntur. Itaq; non propterea fit vt seriùs prodeant. Sed illi conueniunt sententiæ, quæ dicit seriùs coqui. Plurimum enim putari, quod eis agendum sit. itaque illud ἔστι, non seruit huic loco: si est ratio, quare seriùs coquantur. Aut non seruit sententiæ, si refert ad tardam eductionem postquam sata sunt. τὰ δ᾽ οὐ πωγωμένα. altera sententię demonstratur pars. annua robustum semen habere, duobus modis: aut enim nuda, aut non multùm amicta: tum præterea prætenuem esse amictũ illum. Ideò dixit: αἱ μὲν: si nuda non sunt: At κατὰσχοι περιέχοντα λεπτούς. hæc est minor syllogismi propositio. Maior illa. non fuisse naturam solicitam vt foueret munimentis: propterea quòd satis interni roboris indidisset. Continetur autem hæc in axiomate illo semper naturam imbecillioribus adhibere præsidia, quitii.

bus sese tueantur: quippe patrati operis conseruationi, ne pereat, consulentem. Αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι. Diabasis ad responsionem: quam hac thesi auspicatur. Semen non solùm habere vim ad agendum, sed etiam ad patiendum. hoc accipit pro confesso ex scientia superiore. Quippe in libris de principiis, de motu, de cælo, de generatione, hoc probatũ est: omnia naturalia cõposita esse ex actu & potentia. Quare vtrunq; in se habere principiũ, à forma quidem agendi, à materia verò patiendi. Ideò rectissimè dixit hic κατὰ πάντων τῶν τῆς φύσεως ἀληθές. hoc est, quod alibi dictum est, absolutas à materia formas, absolutas esse à materiæ affectibus. Patitur autem materia, vt materia, vnum tantùm: nempe mutationem τοῦ τόδε hoc, aut hoc quale quid. Alias autem mutationes suscepit, non vt est materia, sed vt est sub quantitate patitur augmentum, & loci mutationem: vt est sub qualitatibus, alterationes. Quæ qualitates quia sunt contrariæ, non solùm ab exteris patitur, verumetiam intus quoque causas habet patiendi. Propterea dicebat diuinus senex: homo, si vnum esset, non corrumperetur. Hoc quomodo sit accipiendum, satis alibi declaratum est. Καὶ κατ' αὐτήν. Ergo cùm semen ad generationem à natura sit institutum, & in se contineat vtraque principia: in ipsa generatione vtriusque principii explicabit effectionem. vbi prudenter admittenda est vox illa, ἐνέργεια. Nam quomodo sit ἐνέργεια ἐν τῷ ποιεῖν; facilè patet: quo verò modo sit ἐνέργεια ἐν τῷ πάσχειν, haud facilè vulgò percipi quit. Soli sapiẽtes intelligunt: aliud esse δύναμιν, aliud δυνάμει. Ἐνέργεια est ipsa δύναμις, cùm exercetur. Antequàm exerceatur, est δύναμις δυνάμει. sic & τὸ πάσχειν, antequàm exerceatur, δυνάμει est. Cùm autem exercetur, est ἐνεργείᾳ, siue κατ' ἐνέργειαν. ita seminis vis tam actiua, quàm passiua, antequam dirigatur ad plantæ generationem, est δυνάμει talis: cum verò formatur, est κατ' ἐνέργειαν: id est actu, & agens per formam, & patiens per materiam. Ideò dixit: καὶ τρόπον τινὰ ἔχειν ἤδη τοῦ πάσχειν. actu patitur. Barbari nostri dicunt, de facto. Hoc autem ita statuit: quia vult dicere, generationis celeritatem esse non ab interna actione, sed ab interna passione, & ab externa actione. Iccirco dixit. ὅτε κινεῖται δύναμις: mouetur facultas, scilicet παθητική, nempe ab aeris calore. Propterea dicebat, θερμαινομένων. Ἀλλ' ὅταν ἡ αἰτία τοῦ ἀέρος κατάσχῃ κρᾶσις. confusa verba. sensus. Quoties aeris temperatura mouet, quæ est motus causa. Οἷον θερμαινομένων. Quod alibi dicere solet, πῶς. Quia non vulgari calore solo, sed certo mouetur semen. Ob id monebat nos: non omnia eodem moueri tempore ad generationem: cùm tamẽ eadem causa sit externa, quippe calor idem: propterea quòd non æquè patiuntur omnia. rectissimé. Non tamen hæc ratio remouet causam internã. Dicetur enim ab aduersariis: non idem tempus esse omnibus generationis. quia non omnibus eadem interna motus principia. Ὑποκειμένου δὲ τούτου. Explicat suã thesim, & deducit ad conclusionem, qua continentur solutiones dubitationum. hinc, inquit, patet, non à robore, sed à debilitate citari celeriorem generationem. Similis hæc ratio per omnia illi, quam etiam instituit de generatione: quod & toties dicebat: τὸ ἀσθενὲς εὐπαθέστερον. Nota loquutionem: εὐπαθέστερον εἰς τὸ παθεῖν: perinde ac si diceret, προπετέστερον. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος. Dixit de motu ad generationem: de facilitate nanque erat quæstio. nunc porrò prosequitur iam geniti consumationem. Eandem assignat causam, ἀσθένειαν, & eundem effectum, ῥᾷον. Et duo designat actiua principia, nempe aerem, & internum calorem. Tum adiungit similem in animalibus naturam. Omnia plana sunt: animalia robustiora diuturniores facere tum vteri gestationes, tum educationes. quæ tamen egent accuratiore disceptatione. Cùm enim tria sunt tempora, in coitu, in vtero gerendo, in educatione: neutiquam respondent inter se tractus hi. A coitu incipiamus. Insecta, quæ habentur pro imperfectissimis, diutissimè in coitu immorantur. ut pulex, cicindela. quanquam muscæ celeriùs expediuntur. Vidimus tamen aliquando muscas duas volantes, quarum alteram altera inierat, neque abstiterat. Pisces quoque nonnisi affricatu. non enim habent quod immittunt. Ideò ne fricant quidem aliqui, sed expulsa oua semine aspergunt. Canis, qui est satis perfectum animal multum trahit moræ: homo non multum. Videamus tempus prægnantiũ. insecta pariunt haud ita multò pòst: cicindela postridie: canis altero mense: mulier decimo. Interea de hominis conformatione. fœmella ad octagesimum diem: mas ad sexagesimum. At operosior mas, & robustior. etiam inter species. diutiùs gerit ouis, quàm canis. robustior hic. Genita quoq; neutiquã respondent philosophi sententię. mulier enim citò adolescit: mas seriús. Nota, quod priore libro monebamus: προέχοντι, sine aeris abiectio ne. Ἅμα δ' ὥσπερ. Verba corrupta: sensus is. Hę plantæ horum seminum parentes exiguo succo sunt contentæ. σπέρματος φυτικοῦ σώματα. ambitiosa loquutio. Plantæ quibus hæc semina prodeunt, parum terræ occupant. Non multum earũ sub terra est: μικρὸν ὑπόκειται. sic enim legendum, expuncta negatione, οὐδ'. arborum autem moles multum sibi quærit pabuli. Hoc illi respondet, qui quærebat quamobrem fructus arborum seri sunt. hoc est: τὰ δ' ἐν ὄγκοις μείζοσιν. ii ὄγκοι maximã sibi sumunt alimenti partem. vnde fit, vt ne multis fructibus frequententur. hæc etiam pars animaduertenda. Quis enim non videat, quantum absit à veritate? numerentur in spica sicula, aut canaria tritici grana. centesima sunto. quid tum postea? in vitis vnius fæcibus ineatur gigartorũ numerus: quota horum illa fuerint pars? accipe Mala, pyra. Supinam inueneris assensionem hanc tam absurdæ sententiæ. Ne eis obtrudamus vel piceam, vel punicam, vel cupressum, vel ficum ipsam: vna enim harum arbor plus ferat seminis, quàm totum arui iugerum. Temerè igitur ait, arbores

bores totum sibi haurire succum, qui fructibus debeatur. exemplum apponit animalium, quæ magis pinguia, minus fœcunda. hoc suprà quoque dictum est. Nota loquutionem sexu variato: τὰ δέ, neutro. οἱ, scilicet, ὄγκοι. tum εἰς ἑαυτάς: aut corruptè, aut malè: vel ἑαυτοὺς ὄγκους, vel ἑαυτὰ δένδρα. Τοῦ μὲν οὖν θᾶττον. Conclusio, qua partem hanc absoluit, negando hypothesin illorum qui putabant, robur esse in seminibus causam citatæ generationis. Διὸ καὶ πολυγονώτερα. Quia sunt imbecilla, fœcundiora. Καίτοι τάχ' ἄν τις. Tangit nostram obiectionem, sed frigidè admodum diluit. Responsio in contemptu sita est. ait enim, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐλαφρότερα καὶ ἴσον ἀπηρτημένα. nescio quam leuitatem in his vel deprehendit, aut quàm aliena iudicet à proposito. quandoquidem tam hæc sunt semina, quàm illa: tam est cupressu, planta vna ab vno semine, quàm tritici planta vna. Τὸ δὲ μὴ δύνασθαι. Nunc causam reddit, quare arborum sata semina degenerent. quia vitiãtur, cùm diutius oportet ea sub terra detineri. At hic duo animaduertenda. primùm, non esse verùm, οὐ τηρεῖν γένη. non enim species mutatur, sed bonitas & pulchritudo. alterum, quòd staphysagria in hortis nostris, in aruo milium annum integrum sub terra manserunt absque vlla mutatione: post id tempus exiere. De huius moræ causa in sequentibus ipse multa dicet. vbi videmus in simillimis diuersos euẽtus. Nanque palma ex osse sato prouenit optima & pulcherrima: olea nequaquam. at harum semina insignem habẽt affinitatem. E prunorum seminibus habemus prunos nobilissimas. proinde alia est excogitanda causa. Satis liquet, suam cuique speciei certas esse differentias: adeò vt & humidæ nonnisi in terra, veluti Medica, & Portulaca: & siccæ in locis humidis, vt Tipha aquatica, & Hydroselinũ, & Persicaria. Ad hæc, dicebat ipse, peculiari quadam natura viscum in arboribus tantùm sedem sibi vindicare. Ita semen aliud alio perfectius: quoniam tota species alia specie perfectior, vt Palmula. id semen satum seruat fidem generi: vt parentis elegantiam in sobole repræsentet. Aliud perfectius alia ratione: quoniam scilicet totius plantæ nobilitas in illud transfusa est. Videtur hoc in tritico: cuius neque radix, neque stipula nullum sui specimen edunt ad victum. Quamobrem è contrario etiam aduersa ratione fuerit imperfectum: quia scilicet in pericarpium transmissa sit plantæ vis. tale dicemus esse Gigartum, & Pyri, Malíque semina. Τὰ τῆς γῆς. Quæ terræ sunt, scilicet facultates plus posse, quàm semen ipsum. vult igitur semini cum terra non cõuenire. quid? nulláne terra inueniri poterit, quæ nõ sit aduersaria? sanè potest. Veluti si mitis Pyri semen ibi seratur, vbi syluestris Pyrus orta erat. terra illa propitia est adeò toti generi vt sponte de suo effuderit, absque vllo seminis adiumento. Καὶ τοῦ τοὺς σωματικούς. Alia causa, arboris molem sibi deposcere, sibíque attrahere succum qui fructui omnino debebatur. At hoc nihil est. est enim in iis item quæ surculo seruntur, moles eadem, ac fortasse maior. sed ratio, quam suprà diximus. cui addi potest, operosiorem esse arboris conformationem, quàm vt de potentia seminis ad actum reducatur. In quibusdam tamen, vti diximus, constat ratio compendii perfectioris. Τὰ δ' ἐπέτεια. Suprà dicebat de quantitate: μικρὸν ὑπόκειται: nunc de tempore, βραχύν τινα χρόνον ἐν τῇ γῇ γίνεται. Nota γίνεται: non solùm, μίμνει, sed etiam fiunt. est enim naturæ κατεργασία. Nota loquutionẽ, τινά. satis erat βραχὺν χρόνον. sic alibi diximus ex Plauto: aliquot viginti dies. Itaque, inquit, tam paruo tempore non multum eis licet attrahere alimenti. sanè ridiculam rationem. Nõ enim trahunt arbores vna die, quòd illa dies sit millesima: sed quotidie quantum fert eorũ captus. eadẽ proportione τὰ ἐπέτεια, nouella, vt nouella arbor: vetula, vt vetula. itaq; nõ procedit illud quod ait: ὀλίγην ἕλκει τροφήν: sed illud quod addit: μίαν σποράν οὐ μεταβάλλουσι. qui non diu manent, non mutantur: sicuti qui per flammam transmittũt manũ. Suprà quoque dicebat, manere ad tertiam vsque sationem. vbi non cohærent hæc cum institutα quæstione. Non enim quærimus quare in diuersas translata terras degenerẽt: hoc enim postea quærendum: sed cur in eadem terra, in qua ortum est oleæ semen, satum non exeat in arborem, quæ sui simile ferat semen. hoc excusso illud postea quęremus. Ea quoque semina, quæ in terra natalitia non degenerant: puta triticum Thracium in Thracia, quare degenerat translatum. Post quam secundum quæstionem, tertia exoritur: Quare etiam in meliorem terram translatum deterius fiat. Nota χεῖρον & σπορὰν. Ὧν δ' ὥσπερ ἐκείνοις. Ostendit proportionem. quod continuato tempore contingit arboribus, id euenit annuis iteratò. Nota χρονισθεῖσι. non enim vetula sunt semina, quæ nata sunt anno tertio: sed tractum intellexit ab initio primæ sationis, ad illam tertiam. Πλὴν ὅτι. differentia, super qua debuit quærere. arbores fiunt semper deteriores: fruges aliquando etiam meliores. Huius rei causa est, cultus magis, minúsve accuratus, pro specierum differentiis (vt suprà dicebatur) & solum, & annus. Deinde repetit, quod toties dictum est: triticum ἐξαιρεῖσθαι, αἶραν fieri, loliascere. Ἰσχυρότερον ὄν. Mirum, triticum degenerare, cùm sit validius. Addit rationem, quam dabat suprà in arborum cacocarpia: nimis ali copiosé. Hoc & alibi: temporibus pluuiis triticum abire in lolium ab nimium succum. Ergo succulentius esse lolium videbitur: at non est. Imò verò tum calidius, tum siccius: qua de causa tentat etiam caput. & omnino lolium refert proportionem quasi tritici syluestris. Quare non tam est mirum, triticum delabi in naturam inferiorẽ, quàm è contrario oliũ restitui quandoque in pristinam tritici naturam. Etiam illud cõsiderandum. non enim videri lolio triticum validius, sed è contrariò, tũ ex concretione, tum ex communi

syluestrium habitudine,tum ex eo quòd frequentiùs vertitur in lolium triticum, quàm lolium in triticum. Ὁ γὰρ θέρμος. breuitas odiosa. quia lupinum quoque dixit degenerare:aufert admirationem: quia sit ἄπεπτον. cum ergo sit in cursu,nō in termino naturæ, non mirum est si excidat.quæ tamen sententia pessima est. propter amaritudinem lupinum esse imperfectum. absynthii plantam,& oxalidis,& piperis, multos annos à sole nō potuisse in dulcorem excoqui : puerile est. suus quanque formam sequitur sapor.nec dulcedo sola naturæ meta est. omnino fatuam esse tam decantatam opinionem, vel ex eo liquet quòd lupinus satus nascitur. quomodo igitur incoctus est?

Κατὰ μὲν οὖν τὴν βλάστησιν.in omni natura sunt tempora ante generationem : in principiis potestates: in generatione eductiones ad actum : facta generatione affectus consequentes vsque ad corruptionem. Hactenus de generatione,& germinatione,atque affectibus , & causis earum : de tractu verò ætatis iam consistentis plantæ,alia ratio.quæ sit hæc ratio,non statuit hîc in comparatione:sed intelligitur ex duobus libris præcedentibus tum iis, quæ sequuntur,explicabit aliqua.

Lego σχεδὸν τοιαῦται,non autem αἱ αὐταί. Et καὶ ταῖς ἐν αὐταῖς ἀρχαῖς,non autem αὐταῖς: nempe σπέρμασι. Et σώματα μικρὸν ὑπόκειται. deleta negatione. Et ἅμα δὲ τὰ μὲν αὐτοῦ,sublatis δ' ὥσπερ ἐάν. Et ὥστε τὰ μὲν ὀλιγόκαρπα,non ὥσπερ. Et εἰς ἑαυτοὺς τὰς τροφάς. Et ταῦτα μὲν ἐλαφρότερα,expuncto τό. Et ἀναιρουμένης,non φανερουμένης.

Theodorus,τῆς ἀσθενείας, καὶ ἰσχύος.infirmitatis, & robustitatis: noua voce non inepta. Δερματικοῖς. crusta,pessimè: sicut alibi quoque. Ἔνια δὲ καὶ ξυλώδεσιν. omisit Theodorus,rectè:sunt enim iam dicta. Πολλὰ γὰρ ἕκαστον ἔχει τῶν περικαρπίων. Theodorus non retulit τὸ ἕκαστον πρὸς τὸ δένδρον. τὸ ἕκαστον τῶν δένδρων. sed ad περικάρπιον, vt sit ἕκαστον τῶν περικαρπίων ἔχει πολλὰ semina:rectissimé. Χρονίζουσι. cum diu permanserint.non sed aliquo pòst tempore: nempe tertio satu. at quæ sata sunt primo,non permanent ad tertium. Ἄπεπτον, incoctile,de lupino.malè, hoc est ἀτέραμνον. incoctilitas & leguminum affectus. ἄπεπτον imperfectio naturæ.

CAPVT II.

II. capitis argumentum. Qui durent diutius incorrupti fructus arborum,& quare. Item de frugibus.

OΥ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἄλογον. Postquam comparauit arborum semina cū seminibus annuorum ad generationem,in fine capitis dixit aliam esse rationem diuturnæ conseruationis, aut corruptionis in iisdem, postéaquam sunt generata. quam considerationem dicit in fine capitis huius,non esse huius loci, sed esse huc quasi deductam ex superiore comparatione. mihi neque necessariò, neque ex vlla occasione videtur esse sortita locum hunc. quid enim facit ad superiorem comparationem id , quod est vel diu
A manere semen incorruptum,vel celeriter corrumpi? Vterque enim affectus in vtroque reperiemus genere,tum arborum,tum annuorum. Milij plurimos durat annos : iuglans sexto mense rancidescit. Partitur caput hoc in duas tractationes: tot enim sunt res ipsæ comparatæ. explicat in priore fructuū genera, in altera frugum.simul ergo comparat vtriusque naturæ genera. Ἔνια τῶν δενδρικῶν. Tria cùm agnouerit in arboreis fructibus operimenta,carnea,coriacea,lignea: hoc postremum diutissimè seruari:carneis tectum,minimè:fluidę siue pulpę destituunt nuda semina,vnde sint obnoxia corruptioni.Coriaceum munimentum etiam minori esse præsidio ne corrumpantur,quàm carneū. hoc illis designat verbis. Quæ carneis obducuntur,corrumpi,si carnea pulpa separetur,scilicet vi,puta ferro,alióue instrumento: siue putrefiat.Nam ablato tegmine corrumpitur
B ab aere : si verò putrefit , putrefacit. quibus verò coriaceum est operimentum, ea vel separato,vel nec seperato illo pati corruptionem manifestò patet hoc in castanea. Cæterùm accuratius hęc sunt consideranda.multum enim semen in pulpis est,quin etiam corio sit obductum. etiam ipsum fici granū dentibus explora,sub ipsis strepit compressum : quod deprehendes in gigarto manifestiús. Παρεισδέχεται τὸν ἀέρα. Vt intus habeant materiam putrefactionis : ὑγρότερα enim dicit: foris fomitem, acrem. notabis tamen : Pyrorum grana tota hyeme cōmodiùs seruari intra suum pyrum putrefactum,quàm si eximantur. quin seruatum pyrum ita serimus: deinde plantas coniunctim enatas separamus. Καὶ αὐτὰ λιπαρά.
C Vult pinguedinem esse tutiorem à putrefactione, quàm illa ὑγρότερα:profectò rectè. oleum nanque non putrefit , sed aliis vitiatur qualitatibus, vetustate.ideo dixit,πάλιν ἐκπικροῦται. amara fit , atque etiam rancida. Τὰ δ' ἀμύγδαλα. Comparat nucum summa genera,ait minimùm durare iuglandes duabus de causis. vna est, ligni raritas : altera est,rima cohærentium tegumentorum. Quòd ad hoc attinet, etiam Persicorum ossa canaliculata, & binis valuis obserata. durant tamen mirum quantum. ratio est in medullę amaritudine. Testa tamen abellinarum (quas hîc vocat Heracleoticas)admodum imbecilla est tota,& si non est excauata punctis, aut sinubus. Amygdali verò tamen longè validius, & saxea intus læuitate.quam obrem non à præsidiis illis , ac quasi stipatori-
D bus causa sola ducenda est , sed ab ipsius quoque medullæ concretione. est enim iuglans tenerrima,durissima abellina, medium amygdalum: vnde facultatis ineatur ratio ad resistendum. Διαμένει δέ. Maxima ratio in olea. est enim os illud penè inuictum,quam sansam Latini dicunt : sicut & iuiubarum:vt hoc sit illud,καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. Σχεδὸν δὲ καὶ τά. Alia comparationis pars , de frumentaceis. quia non distant illis differentiis , quas suprà memorauit , sed membranis : ab harum frequentia deducit disceptationem. ideo dixit περὶ τὰς αἰτίας. similia nanque aliquo modo sunt,

vnum

vnum crassum,& multa tenuia.illud autem,idem. λίπος in sesamo : suprà λιπαρὸν in nucibus.abellina tamen minus iuglande pinguis , plus iuglande durat: quia est omnium siccissima nucum , & quasi saxea natura. Cæterùm de glande quid ? minimè enim penè omnium fructuum durat : sanè verò minimè omnium,quæ tegūtur cortice.neque biforem habet eum,neque pertusum, neque admodum ab auellanæ cortice diuersum. adeò tamen celeriter vitiatur,vt etiam Castaneis,etiam Malis ipsis anteuertat. Quin addatur huic rei miraculū hîc in Vasconia non alio remedio curari posse, quin corrumpatur, nisi aqua madefiat. vt contrà sit,quàm quod pro corruptionis causa proponebatur, cùm dicebat ὑγρότερα. Ἢ τῇ δριμύτητι. Tertia causa quam nos in Persici nucleo designabamus. ipse in cicere acrimoniam, in lupino amaritudinem: ciceri suprà salsuginem. Omnino habet cicer aliquid, quódque vrinam cieat, quódque abstergat. quin cicer ipsum nigrum adeò resistere dicit corruptioni , vt tametsi erosum , tamen proueniat , si seratur. γίνεται διαφθειρόμενος.

Ὁ δὲ πυρός. Nunc frumentacea comparat. Duæ causæ , quare plus hordeo, plus leguminibus durer. prima est, calor. altera, præsidium multarum tunicarum : quorum vtrunque falsum est. Lupini enim sunt longè calidiores,etiam ipsum cicer: neque in his dubitandum,minus verò de tunicis: simplici nanque cuticula tegitur , cáque tenuissima: hordeum duplici:legumina verò etiam corio,cóque & lento,& crasso.sed quia humidius hordeū, & laxiore cōcretione,offensę proprius est. Quod autem addit de leguminibus: rara esse : ne id quidem verum est. patet id ex fabarum læuore: densissima enim est : tum in pistrino. quippe farina eius densior,neque solutilis, vt tritici . Quēadmodum ne illud quidem admittendum , dulcorem quendam inesse leguminibus, qui non insit tritico. Nō enim in lente,quæ plurimùm astringit:nō in cicere vllo, quod & subsalsum fatetur ipse , & omnibus confessum est vrinam ciere occulta acrimonia,quam ipse quoque suprà innuebat: non in lupinis, qui sunt amarissimi soli phaseoli dulces sunt:qui tamen minus quàm cætera corrumpuntur. κόπτεται,nō significat hîc incidi , sed pertundi. Τάχα δ' ἂν ἀληθέστατον. Quod alibi toties hîc quoq; regionū beneficiis ac maleficiis multa fructibus deberi. adducit historiā de agro Apolloniate & Cyziceno:in quibus fabæ durent diutiùs. Causas non apponit: sed potiùs excusat se , quod hîc hæc tractarit: atque occasione factum comparationis seminum. in causæ inuestigationem , prudens fecit, cùm sese non intrusit:non enim inuestigatu facilis est. nam si Cyzicena faba propter cæli frigiditatem incorruptior est , quemadmodum triticum in Aruernis : ad Apolloniam ea causa est inutilis. regio nanque calidiuscula. & Epiroticus tractus totus pinguissimus : vt de pabulis est apud Aristotelem in historiis.

Lego δερματικοῖς, non δερματινοῖς. Nam & in primo lib.etiam corruptè legebatur,θερμαντικοῖς.
A Theodorus,εἰς φθορὰν perire, hoc alibi produro castigauimus. Ἀπεπτότατον καὶ πυκνόν. omisit, πυκνόν.& tamen oportuit. Κόπτεται tunditur, sanè id hoc significat. Cæterùm cum ptisanæ omnes tundendo fiant:hoc est πτίσσειν, pinsere: cauendū fuit ab ambiguo verbo. pertunditur,apertiús.

CAPVT III.

III. capitis argumentum. Quæruntur causæ , quare quædā celeriùs,quædam seriùs exeunt sata, simpliciter , simul quare tēporis ratione generationis celeritas sit ne propter robur , an propter imbecillitatem.

EN δὲ τοῖς τῶν λαχανωδῶν. Quod quæsierat in duobus generibus , arborum & frugum: quærit nunc in oleribus: quibuscum materiā quoque coniungit coronariorum: quemadmodū suprà etiam tractabat simul phryganica, & coronaria : sunt enim generis eiusdem omnia hæc: neque differunt, nisi vsu. nam quid verò tandem corona est,vt seorsum tractari eius materia mereatur? Quærit ergo,cur quædam citò , seriùs alia sata prodeāt. ait,moræ causam esse siccitatem: talia esse coronaria. intellige de fruticibus . nanque arbores etiam coronas dabant, cotinus,quercus,pinus,laurus,edera,tilia,vitis ipsa. quin ex Agno apud Anacreontem. hæc esto prima capitis pars. Altera causam docet duplicē, quare semina reponantur. quæ pars cum superioribus nectenda est:vbi quærebat, quæ, quatenus, quemadmodum durarent. Tertio loco redit ad causas generationis & ortus: in cuius rei explicatione claudit caput. Ἐν δὲ τοῖς:scilicet σπέρμασι. Ex hoc corrupto loco sensus is elicietur. quædam non degenerare:alia nō repræsentare fœtum similem parēti. hæc posterior portiuncula desideratur hîc. Τὰ μὲν ἄλλα. De brassica dicit, ἐξομοίωσιν ἀποδίδωσι. vereor hîc esse mendum. non enim verum est,non mutari. mutatur enim in rapum:id quod & scriptum est alibi,& compertum nobis etiam dixêre quidam,in sinapi degenerare, si locis asperis seratur. Hoc ergo fuerit eorum exemplum,quæ mutarint,non autem primæ partis huius,quæ dicit ἐξομοίωσιν ἀποδίδωσι. Nota verbum, ἀποδίδωσιν : acceptam à parente reponunt. quod autem intellexerit Brassicam mutari,liquebit ex illis.Supra dicebat, τὰ ἐπέτεια non mutare: arbores mutare. Brassica est ἐπέτειον.excusat igitur,
D cùm subdit : δενδρικώτερα. est enim Brassica δενδρολάχανον. Itaq; sic fortasse legendū est, τὰ μὲν ἄλλα τὴν ἐξομοίωσιν ἀποδίδωσι. ῥάφανος δ' οὔ, καὶ ἄλλα τὰ δενδρικώτερα. tum quæ sequuntur,haud fortasse minus corrupta sunt. Τὰς δ' ἐκφύσεις. Deest & verbum,& præpositio. κατὰ τὰς ἐκφύσεις διαφέρουσι. quomodo differunt? Ὅτι ταῦτα παραλλάττει τῶν σιτηρῶν. Non est is status ad prodeūdum dies, quod Græci προθεσμίαν vocant, vt frumentaceis.

Τὰ μὲν γὰρ τριταῖα.ostendit diuersitatem. plana sunt omnia. Δυσφυέστατον γάρ. Hîc isti terrestres philosophi , qui ab elementis omnia deducunt,

habẽt, in quæ vires intendant ſuas. Nam quæ tandem ocymi, porríue natura communis cum cucumere, ad celeritatem generationis. tam diuerſa qualitatibus, tam affini ad naſcendum facilitate. De coriãdri tarditate quid dicemus? an ſiccitatẽ? at in ocymi grano haud minor. Quòd ſi cauſas deducat (vt facit) à debilitate: nonne ocymum robuſtius Porro? victum nanque porrũ: ocymũ lignoſum, & in Abiſſinis arborea penè ſpecie: Sed in coriandro cauſantur ſiccitatem: quoniã ſeminis pellicula ligni referat duritiẽ. At ipſum apium? at beta? non ſanè lignea. Hęc nõ negarim, ſiccitatem differre naſcẽdi tempus. itaque macerata omnia citiùs prodeunt. Hoc ſibiipſis comparata: at in ſpeciebus collatis non reſpondet ratio. Nam ſi quædam non ſibi conſtant ſemper, & tamen ſibi ſemper ſunt eadem: non erit cauſa ab elementis. Ἀνωμαλία. Sanè in Beta inæqualitas, ſi modò menſem tantùm ponit, aliâs annum integrum. Nam quòd addit σημαίνειν ἀτεραμνότητά τινα πρὸς τὴν βλάστησιν, id eſt, contumaciam quandã: ſanè nihil ad Betam: quæ non ſibi conſtet. Quid igitur? inquiet aliquis, ſi negas à qualitatibus: quoniam ſemper craſis eadem ſit: at quónam modo à forma: ſiquidem forma quoque ſemper eadem? reſpõdeo: Forma ſanè ſemper eadem: ſed forma hæc, ea demum eſt, vt hanc de ſe det inæqualitatem. Metaphora in voce. ἀτεραμνότης, hic enim eſt affectus ciborum ab igni. nunc facit affectum à calore naturali. Non malè: coctio nanque dicitur hîc quoque, poſſet quiſpiam non indoctè Betæ hanc inæqualitatem ad cæli ſtatum referre: quippe alia atque alia luna ſatum ſemen id, puta cùm in Leone, cum in Virgine; creſcente, plena, decreſcente, Martem reſpiciente aut Saturnum: in ſigno fixo, mobilíue: aſcẽdente item hoc, vel illo. ad quod ſic nos: Primùm, non futuram tantam diuerſitatem: deinde, aliis quoque omnibus fore id vt eueniret: at non euenit. Nota loquutionem. ἡ δὲ ἀνωμαλία: ſubdit enim: σημαίνειν δὲ ἔοικε. Aut deeſt verbum in ſuperiore parte orationis. aut in poſteriore δὲ coniunctio abundat.

Τὰ δὲ θερινά. Hîc quoque ſine verbo vllo nũc pallium imponit perſonæ. Quas enim cauſas ſuprà cognoſcebat tarditatis à qualitatibus, nunc confuſas, licet contrarias producit ſub alia facie, nempe tam frigida: & humida, quàm ſicca, vocat æſtiua. ſub quo titulo proſcribit nobis celeritatem prodeundi. & duos ſimul affectus componit: vnus eſt, ταχὺ παραγίνεται: id quod tractatur in propoſito: alter, ταύτην τὴν ὥραν φύεται: ſcilicet æſtate naſcuntur. quia tolerare nequeũt hyemem & tamen alterum calidum eſt, ac ſiccum, ocymum: alterum frigidum, & humidum, cucumis. Adde tu etiam portulacam: cùm tamen æſtatem haud ferat lactuca, hyeme vigeat. Θαυμαστὸν δ' ἄν. Mirum, inquit, de abrotano, id cùm ſit calidum, neque æſtum vult ſed teporẽ: quoniam imbecillum vritur: neque pati poteſt hyemes, quoniam qualitas eſt contraria. Hoc monet nos: nequis coniungeret ipſum cum iis calidis, quæ pro-

A pter ſimilitudinem requirant æſtatem, vt ocymum: neque cum frigidis, quæ propter contrariam qualitatem iuuãtur æſtate, vt cucumis. Vbi manifeſtò impugnatur, cauſa deducta à qualitatibus elementorum. Non tamen declarat quæ ſit illa imbecillitas abrotoni. tamen ſi foliorum cõcretiones perpendamus, inueniretur Ocymum omnium flaccidiſſimum. Τὸ δ' ὅλον. coactus tot obiectionibus reflectit curſum ad ſententiæ moderationem non eſſe calorem cauſam germinationis. ratiocinatur autem ſic: Omne acre calidum, non omne acre germinat. ſequitur concluſio. Exempla ſunt, à porro, & ſatureia, & aliis.

Δεῖ γὰρ ἔχειν. Format calidi vires ad hoc humi-
B ditatis ſocietate: neque tamen cuiuſcunque humiditatis, ſed cuiuſdam. ita frenum impoſuit currentibus animis noſtris ad diſquiſitionem. Nam ſanè porrum ſatis humoris intus habet, nec minas Geteum, quod eſt cæpæ genus affine. cùm igitur priorem ſententiam, quæ calori vim illam attribuębat, circumſcripſerit humiditate: deinde hanc aſtrinxerit ad modum certum: correxit iterum, atque ait, μᾶλλον δὲ εὐκρασίαν: laxo ſanè iudicio: Si quodcunque citò germinat, εὔκρατον arbitratur: non enim poſſum intelligere quænam ſit εὐκρασία πρὸς τὸ ποιεῖν, καὶ πάσχειν. quænam ſit huius eucraſię latitudo, ſi Lactucam ſimul complectitur & Ocymum. ita per alia multa diſcurres. Ὅλως δέ. Ait eſſe coronarias ſicciſſimas: ſanè ſunto. at cùm addit, καὶ τῶν λαχάνων: non eſt ferẽdus. Lactuca
C princeps eſt olerum. Reſpice deinceps ad alia. ſanè prouocat ab hac ſententia, cucumis, anguria, pepon, cucurbita, portulaca, beta, atriplex, blitũ, ſpinachia, ciúſque cognatę ſpecies aliæ lapathorũ acetoſorum: borrago quoque ſi non eſt humida, at ne ſicca quidem. etiám Ocymum ab eo dicitur humidum. Διὸ καὶ κρεμαννύουσιν. De coronariis tantúm. hoc etiam alibi dixit. Maximam verò attrahendi vim profitetur, ſi ne importare quidem in ędes audeant aquam, ſub quibus tectis ſuſpenſas habeant coronarias: ita vt aduerbium illud ἁπλῶς, religioſam admodum fecerit ſentẽtiam. hoc vulgatum erat eius temporibus. Inſaniebant enim coronis Græci, adeò vt mulierculæ quædã ex eo miniſterio ſolo ad viuendum quæſtum fa-
D cerent. Ἡ δὲ διαμονή. Altera Capitis pars, alieno loco. ſeruari ſemina duabus de cauſis, tum ad ſerendum, tum ad vſum hominis. Vtimur autem variis modis, aut pro cibo, vt lactucis: aut pro cõdimentis, vt ſinapi. Ergo vel ſimpliciter, vel interpolatis: nempe ex quibus ſuccos exprimimus.

Χρήσιμα δέ. Ad quadriennium vſque conſtare vim ob generandum. Vlteriorem ætatem ad id inutilem, ad alia vtilem: velut, inquit, frumentum ad victum hominis. Ergo ſi vltra quadriennium producit vſum ſui triticum, diutius durat quàm arborum fructus qui teguntur teſta lignea: contrà quàm ſuprà dicebat ipſe. Τοῦτο δὲ κατὰ λόγον. Duplex ſententia. prima, vt ſuum cuique ſpeciei tempus attribuatur. altera, vt cuique ſecundum ætatis tractum facultas ſit ad generandum vel

potior, vel deterior. Ὥσπερ καὶ τοῖς ζώοις. Quia ne animalia quidẽ toto tẽpore vitæ fœcũda ſunt. Cæterùm obſcura verba ſunt, πρότερον ἀπολιπεῖν τῆς γονῆς. quid πρότερον; quid τήν; ἀπολιπεῖν, præteritum aoriſton. ſenſus is. Animalia defecta eſſe generandi facultate, quæ fuerat in ipſorum vitæ primordiis. τὴν ſcilicet, δύναμιν. de fine intelligit. Nam de principio non conuenit. horna enim ſemina apta ſunt ad ſemẽtem ob generationem: at animalia per initia vitæ inepta. quocirca non eſt bona comparatio. Non enim plantæ ſemen cum animali conferendum, ſed planta cum animali, plantæ ſemen cum animalis ſemine. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις. Scilicet ſeminibus principium eſt ad generandum vſque ad certum tempus: quod reliquum eſt, ad cibi vſum, quaſi quædam appẽdix eſt. hoc etiam infrà dicit. Duos eſſe fructuũ fines hoſce. præſtare autem prius poſteriori. Ideo naturam, quæ accommodatur ad alendum, ait eſſe appendicem illius, quæ inſtituitur ad generationem. id quod tamen verum non eſt. Omnia nanque propter hominem facta eſſe, diſputauimus in exotericis. & magnus præceptor dixit, nos eſſe quodãmodo finem. quamobrem appellat etiam μικρόκοσμον. Ὥσπερ αὐτῆς ὂν πέρας θεῖν. Vt principium hoc generandi in ſemine, ſit quaſi finis. vt πέρας hîc ſit τέλος. Nam quod Theodorus legit σπέρμα, neque conuenit orationi, neque ſententiæ reſpondet. Nam ſi τὸ ἐν τούτοις, deſignat ſemina: quónam modo cohæreat oratio ſic? in ſeminibus eſt principium, quod poſsit quis quaſi ſemen ſtatuere. Sententiæ quoque obſtrepit: cùm dicit, ὡς: quaſi. Non enim eſt ſemen, quaſi ſemen. quod ſiquis Theodori fautor (quo in numero nos quoque nomen noſtrum volumus profiteri) malit τὸ ἐν τούτοις ad animalia referre: is etiam plus habeat negotii: cùm ſequentia verba præcedentibus aptare nequiuerit. Quid enim eſſet in animalibus illud, τὸ δὲ λοιπὸν, ὡς τροφὴν καὶ ὕλην? An dixerimus hominem, poſtquam deſierit generare, menſis inferri debere? id quod de captiuis mulieribus faciunt Canibali. Nota ὕλην. vt ſemen in ætate priore habent formæ vtilitatem, quam ἀρχὴν appellat, in reliqua nil niſi materiam.

Τὸ δ' ὅλον. Tametſi duplicem ſui pręſtat vſum, tamen habet nomen à potiore hoc. Διὸ καὶ ζῆν. Ex vſu communi loquendi declarat bipartitas haſce facultates: vt dum viuit, ſit aptum generationi. rectiſſimé. Eſt enim ſemen plãtæ compendium, potentia (vt loquuntur) planta, quæ futura eſt. ταύτῃ, ἐπιρρηματικῶς, ſcilicet δυνάμει. Συμβαίνει δέ. Quia loquitur de oleribus, addit: etiam aliis euenire. βαλανώδεσι. vox notanda, poſuit enim pro eo, quod alibi, ἀκροδρύοις. Καθάπερ καὶ τὰ ᾠά. Optimè comparat oua. eſt enim plantę ſeminibus ouum ſimillimum: quia in ſe habet vtrunque principium generationis, materiam & formam. Abolita forma, quæ erat propter vel pullum, vel piſcem, vel alia eiuſmodi: reliqua eſt ad cibum materia. Εἰς βλάστησιν δέ. comparabat ætates duas, genitalem & ſterilem: nunc ge-

A nitalis partes inter ſe confert. nouella minus eſſe apta prouectioribus. Vbi in reddenda cauſa duobus vtitur momentis orationis, non ſine inſigni efficacia ſententiæ. primum eſt in verbo συνεστηκότα: quo etiam ſuprà vtebatur, cùm de arborum robore loqueretur, firma, ſtabilita, conſtantia. Alterum eſt in illis: αὐτὰ αὑτῶν μᾶλλον. Ipſa ſua ſibi ſunt profectò mirifica verba. Quaſi iuuencula illa ſint ſub ferula nimiæ humiditatis, quam vocat hîc alienam, ad generationem ſcilicet, non autem ad conſtitutionem. Eam reducit ad modum naturalem, partim elaborando: hoc eſt, quod ait πέψις: partim ſegregando ab ea quæ vtilis eſt: hoc eſt, ἀποπνεύσαντος. vtrumque fit à calore naturali. Ipſe etiam in ſequentibus addit ae-
B ris beneficium: & alio loco, terræ. Ait enim, quędam ſata non ſtatim prodire, quia nondum ſupra terram excocta ſint: in ſinu terræ perfici.

Χρονιζομένου. Poſt id tempus, non iam exhalare alienum. ſed vtiles partes illius, quam ſuprà dicebat vitam. itaque prius ſeneſcere, mox tabeſcere. Χρονιζομένου, non refertur πρὸς τὸ ἀλλότριον: ſed intellige, σπέρματος. dixit, πάλιν γῆρας. quid hîc agit τὸ πάλιν; non iterum, ſed retrorſum, quaſi natura currat δίαυλον. Περὶ δὲ ἐκκαυλεῖν. Primo loco dixit de ſeminis poteſtate atque aptitudine. Secundo, de generatione actu. Nunc tertio, de progreſſu. Illa erat βλάστησις prima: hæc eſt ἐκκαύλησις. Hanc expediri citò ab iis ſeminibus, quæ ſtata ac vegeta ſeruatur ætate. quaſi igitur à perfectis perfectio. Scapus enim eſt plantæ perfectio
C quædam: in ſeminibus ἡ ἀκμὴ perfectio item quędam. Ergo ab hac illa. dicit autem τελείωσιν, tractum perfectionis. finem autem eius, fructum, τέλος. Δευτέρα δέ. tres ætates agnoſcit, nouellorum, vetulorum, mediam. Hanc eſſe optimam, vetulorum proximam. ratio. καθαρωτέρα δύναμις, quia defæcata multis exhalationibus, & vlteriore coctione. Καὶ πλείων, Scilicet quàm nouellis. De puritate conſtat. in nouellis enim dicit hîc ἀναμεμιγμένην, ſicut & ſuprà, de quantitate; cùm dicit, πλείων, quid ſentiendum? intelligit puram ipſam eſſe vberiorem: non autem totum toti cõparatus. ſed notandum accuratiùs id. Suprà dicebat principium generationis eſſe in ſeminibus: conſtare verò ad certum vſque tempus. Poſt id
D quod ſupereſt, non eſſe niſi materiam ad alimentum. At hîc in nouellis idem, εἰς τροφὴν ἄγουσα dicendum: in ſemine ſemper ineſſe materiam, ſiue ipſum viuens ſit, ſiue cadauer, ſiue vetus, ſiue nouellum. Itaque non propterea in eo non agnoſcit etiam formam, quamobrem dicit, πλέον. Vtrunque obtinet & principium illud, & materiam, ſed plus materiæ. ἀναμεμιγμένη, ex poteſtate generandi, & ſuperfluo illo humido, alieno ab illa poteſtate. ideo appellauit ipſa, πολύτροφα, id eſt ſuccoſa. Διὸ καὶ εἰ μή. Adeò damnat nimiam hanc habitudinem, vt plus deferat vetulis in caulium perfectione, quàm vel illis ipſis ἀκμάζουσι. propterea quòd minus habeant ſucci. Sicut etiam de arboribus dicebat: quin eam ob cauſam etiam

ſteriles aliquas. Περὶ δὲ τῆς. adducit etiam aliorum contrariam ſententiam. Quemadmodum toties dixit, imbecilliora citiùs aut faciliùs moueri: ſic hîc περὶ ἐκκαυλίσεως, ex aliorum ſententia quam deducit ab olerum natura. Tum iſti cauſæ quam affert ab imbecilitate, adiungit aliam. ἐλάττω ἔχειν: minus igitur habent, quod elaborent. Et reſpondet illi: tam vetula, quàm media nouellis eſſe potiora, propter conſumptam ſuperfluam humiditatem. Vis autem contradictionis in eo eſt, quòd è vetulis prodeat citiùs caulis: propterea quòd ſint imbecilliora, quàm mediæ ætatis ſemina, quæ omnibus rationibus ſunt cæteris tam nouellis quàm vetulis robuſtiora. Sunt ſiquidem συνεστηκότα, καὶ αὐτὰ αὑτῶν. noua autem ſunt οὐκ αὑτῶν, ἀλλὰ τῆς ἀλλοτρίας ὑγρότητος. vetula verò B οὐχ' αὑτῶν, ἀλλὰ ξηροτέρας ἡλικίας, καὶ διὰ ταῦτα πλησίας τοῦ εἶναι ἐξίτηλα. Sunt enim inter confirmata illa, & quod dicebat περὶ χρονιζομένων τὸ γῆρας, καὶ τὴν φθίσιν. Διὸ καὶ ἐκ τῶν δένδρων. Probant illi contradictionem ſuam ſimilitudine. Vetulas arbores eſſe debiliores: at eas celeriùs fructus ſuos coquere. optima ſimilitudo: quia καρπὸς, τέλος ἐκκαυλήσεως, τελείωσις. efficaciorem fecit orationem. poſtquam poſuit, θᾶλλον, addidit etiã, μᾶλλον. Τὰ δ' ἐν ἀκμῇ. Quæ verò ſtata ætate ſunt arbores, eæ plures vt edant fructus ac meliores: at tardius. id quoque fore dicunt in cauleſcendo.

Φαίνεται δέ. Nunc interponit iudicium ſuum. & repetit, quod dicebat, de humoris coctione. ταχυγονώτερα: vetuſtioribus apparatam eſſe magis fœtificandi cæleritatem. C Ὕλη καὶ τροφὴ ταῖς ἀρχαῖς. Sententia eadem iiſdem verbis. Κατεργάσαι. Quod ſuprà vocabulo apertiore πέψις. & mox, καθαρωτέρα. ſumma rei eſt. Vbi minus penſi, citiùs opus expediri. Εἴη δ' ἄν. Adiungit etiam à radicibus cauſam. Minus valere vetularũ radices. Minus ali, contentas pauco ſucco. non abſimilis verſatur imago eorum quæ dicit in Tuſculanis Cicero de aniculæ cibo, & athlætæ. Rationes illius in radicibus æquanimitatis multæ: breuiores, mutilantur enim: aut ſimpliciores, abſumptis quidem fibris: aut ſicciores: quapropter exiguo egent alimento. Ὅπερ σχεδόν. Alii quoque generi eundem aſſignat affectum: quippe ὀλιγοχρονίοις. quæ plantæ non ſunt diu victuræ, iis radice multa opus non eſt. quare D εἰς τὸ ἄνω μᾶλλον φέρεται. Simul ergo tum citò prodeunt, tum conformatur ſcapus. Exemplum petes à trimeſtribus. Τοὺς δὲ χρόνους. Optimũ præceptum, quod ſuum cuique præſcribit, ac ſtatuit tempus. Hoc dicit, nequis putet omnibus idem competere ſationis tempus, poſteaquàm lecta fuerint. Naturam autem percipi ex obſeruatione quæ fit per ſenſum. hoc etiam alibi dixit.

Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα. Quæ ſuprà collecta ſunt ad capita quaſi quædam generalia, ſimilitudine quadam induxerunt nos ad hanc præſcriptionem. Cæterùm priuatim de ſingulis ſeorſum aliter multa prodita eſſe ab auditoribus. Ita ſeſe excu- A ſat ab obiectionibus. in iis ergo iudicandis exercere nos oportere, comparatis naturis omnium tum inter ſe, tum cum aliis. Exempli gratia (quod & hîc factum eſt) collata namque ſunt coronaria cum coronariis, olera cum oleribus, vtraque hæc cum arboribus.

Lego per initia capitis, quemadmodum monebam in Commentario, quoad quis feliciùs expediat veritatem. Et τὸ κρειαννόν. non autem, ῥιανόν. Et ξηρότατα τῶν σπερμάτων. non, ξηρότητα. Et αὐτὰ αὑτῶν, aſpiraté. ſicut ad finem capitis: καὶ πρὸς αὑτά, καὶ πρὸς ἄλλα. eſt enim, ac ſi diceret, πρὸς ἄλληλα. Et εἰς δὲ τὸ ἄνω μᾶλλον non ἀνώμαλον.

Theodorus, τεύτλων ἀνωμαλία. Betarum diſparitas. durum in Beta ſibiipſi comparata.

B Ἀτεραμνότητα. Diritatem: dira ſanè interpretatio. Dirum eſt à dei ira: ἀραῖον Tragici dicunt.

Ὕδωρ εἰσφέρουσιν. Aquam afferunt. inferunt, potius. Διαμονὴ παραπλησία καὶ τοῖς σιτηροῖς. Perennitas his, frumentiſque proxima. Fortaſſe nõ rectè dicitur ſic. ſtudium mihi, & Didymo proximum, id eſt meum ſtudium eſt proximum Didymi pertinaciæ: qui propterea χαλκέντερος eſt appellatus. Ὕλην προσηρτημένην. Materiam ſemini annexam. non eſt ſemini annexa, ſed in ſemine annexa formæ.

Ὅταν διαμένῃ ταύτῃ. Cùm ſcilicet elemento illo in columi. ſæpe vocat τὴν ἀρχὴν elementum. & ſanè forma elementum eſt, de qua hîc ſermo.

Συνεστηκότα, καὶ οἷον αὐτὰ αὑτῶν ὄντα μᾶλλον. C conſtant enim ſibi, & quaſi preſſiora, percoctioráque ſeipſis redduntur. diſplicuit argutia illa Theodoro. Semina ſui quaſi iuris eſſe. non enim fruſtra poſitum eſt illud οἷον. nempe vt argutiam illam emolliret. Πέψις. Digeſtio. qua ſæpe hunc ad ſignificatum vtitur Columella. Δευτέρα δ' ἐκ τῶν παλαιοτέρων. Mox caulem agunt. non, mox: non enim ſunt ordinis eiuſdem. ſed proxima celeritas edendi caules. Ἀεὶ γὰρ ὀψιαίτερα τὰ παλαιότερα. Semper enim ſeriora cibi maioris ſunt. Non minimus error viro Græco ex articuli facultatis ignoratione. Deſignat enim ſubiectum, τὰ πολύτροφα: quod prædicatum fecit verbis illis: cibi maioris. Neque Latinè dictum: ſunt cibi maioris, pro eo quod eſt, maioris egent cibi. Ἀκμαζόντων. Semine vigenti: ſcribe: non, D ingenti. Τέλειοι. Se perficere poſſint. imò caulem perficere. eſt enim ipſi, caulis, τελείωσις.

Μεμίχθαι. coniugatur. non exprimit. Eſt enim & forma, & materia tota in toto. itaque miſcentur, non coniugantur: coniugantur quæ ſunt actu ſeparata. Προκατεργάσασθαι. Antè macerari. Ridiculum, ſi putat, materiam macerari, quæ tamen excoquitur calore innato: tantum abeſt vt maceretur: maceratio nanque à liquidis. At hîc, quod macerari vult, humor eſt.

CAPVT IIII.

IIII. Capitis argumentum. Duplicem eſſe plantarum perfectionem: vnam, quæ reſpicit vſum noſtrum, comprehendens alimenti rationem: alteram, quæ pertinet ad generationem. potiorem eſſe eam, quæ eſt principium generationis.

ἌΤΟΠΟΝ δ' ἂν δόξειε. Quoniam cauſas reddidit generationis, propter quas tetigit ea, quibus agnoſceretur perfectio plantæ: mouet dubitationem: quo naturæ cõſilio fiat ab imperfectis generatio. Ponit exemplũ Salicis & Vlmi. Hoc quoque loco nonnihil eſt, quod excutiamus. Principiò eiuſmodi generationem dicit hîc? Nam ſi eſt à ſemine: non ſunt imperfecta. ſi eſt à talea: tale redditur in generato, quale accipitur à generante. quid igitur mirum? nulla hîc mutatio fit. Deinde non rectè dixit, Vlmum imperfectam, quæ tum maximo eſt vſui veſcendo pecoribus, tum ſemen fert, quod & B Latinum habet nomen. Samara nanque dicitur. videbimus ſolutionem. Ἀπὸ τῶν ἀτελῶν. Quæ vel non gerunt fructum, vel gerunt inutilem nobis. videndum quid agat hîc τὸ ἀπό. integrum enim eſſe videbatur abſque illa præpoſitione. ἔνια τῶν ἀτελῶν γεννᾷ. non ita eſt. alius enim ſenſus eſſet. Quippe ſic. quædã arbores imperfectę generãt, id eſt fructum ferunt. Hoc non vult hîc, ſed illud. Quædam arbores generantur, id eſt prodeunt ab imperfectis, id eſt à ſeminibus imperfectarum. Sed tum obſtrepit verbi genus: actiuum enim γεννᾷ, videtur, γεννᾶται, eſſe oportere. Sic etiam loquitur Cato: ſemen de Cupreſſo, & de Pino.

Καὶ ταῦτα. Præſertim, φύσεις μεγάλας δένδρων. ſic accommodat verbum actiuum, ἔνια ſcilicet ſemina, C γεννᾷ magnas arborum naturas, ſumpta de imperfectis. Vrbana circunſcriptio: μεγάλας δένδρων φύσεις, ἀντὶ τοῦ μεγάλα δένδρα. ſignatè φύσεις, quia loquitur περὶ ἐκφύσεως. Οὕτως. Elegantia eſt, non neceſsitas orationis. ita Iureconſulti (vt ecce). Ἀτελὴς δὲ τὸ ὠμόν. Odioſum verbum accurato philoſopho. Nam quis naturam vllam vllius rei crudam dicat? quia fructus non ſunt edendo? at venena omnia ſic vocet. Quidam fructus ſunt ad cibum, alii non. qui ſunt, aut toti, vt Fraga, Mora, Tubera, aut non toti: vt maxima pars. Eas illorum portiones, quæ non ſunt eſculentæ, quis eſſe dicat crudas? qui non ſunt apti ad cibum, aut ſunt medicamenta, aut venena. Nihil D enim ſub ſole eſt, quin ſui vſum quempiam præſtare queat homini. quippe etiam venena petuntur ad Chirurgiam. Quòd ſi quarundam vires ignotæ ſunt nobis (ignotæ ſanè plurimæ, ac meo quidem iudicio longè maxima pars) at propterea non tollitur à re natura ipſa. Nam quod aiunt Peripatetici, quos inter etiam vacillat Auerrois, omnibus omnia nota eſſe: falſiſsimum eſt. Imò verò ne illa quidem, quæ ſibi illi nota eſſe putabant, nota erant. Non enim recipi in intellectum ſpecies rerum ſubſtantialium ſuo loco diſputatum eſt. ſed ad rem. dixit Vlmum crudam: vt rationem ſtatueret, quæſtionis. erat enim θέσις: Vlmum imperfectam eſſe. ratio: quia fructus A crudus. Crudus quia inutilis ad eſcam. Tamen quicquid eſt, ſuo in genere perfectum eſt. Quod ſi ſuperiori generi comparetur, imperfectum iudicabitur: etiam homo. nihil perfectum ſimpliciter præter Deum. Sanè laxiuſcula fuit veterum philoſophia multis in locis: quæque nonniſi cognitionis iecerit fundamẽta. Ἆρ' οὖν εἴπερ. Soluit. duplicẽ eſſe perfectionem ex duplici fine. Altera ad noſtrũ vſum refertur, altera ad generationẽ: quod & ſuprà docebamur. dixit, οἱ τούτων ἀληθεῖς: ſcilicet vlmũ, & alias huiuſmodi imperfectas eſſe. Signatè loquutus eſt: cùm dixit, πρὸς δύναμιν. expreſsit enim modum perfectionis. Nota, πρός: quia δύναμις eſt finis plantæ generatæ, vt generet. Alioqui vacat ipſa propoſitio. eſt enim ipſa δύναμις τελειότης. ſed intellexit laxiuſculè, τελειότητα, B ipſam τελείωσιν, in tractu. at τελειότης eſt finis τῆς τελειώσεως. Ἔνια δ' ἄτροφα. Obſcuriſsima pars. patent priora verba: ἄτροφα γεννητικά. vbi ἄτροφα ſumpſit actiué. Sequentia verba inexplicata. Τὰ δ' ἴσως ἀνάπαλιν. Contrarium priori ſententiæ eſt: τὰ δὲ τρόφιμα οὐ γεννητικά. hoc eſt contra ipſum vbique. ait enim ſemen omne datum à natura ad generationem. Τάχα δ' ἐκείνη. Huius partis verba parum cohærent. aiunt enim hanc diuiſionem hîc parari: quia maturationes in fructibus agnoſcuntur, coloribus, ſaporibus, denſitate. Quid tum poſtea? profectò corruptiſſimus codex eſt. & omnino verbum illud, τῆς παλαιᾶς, nihil hîc. Quare in tam deſperata perplexitate relinquamus inanes interpretandi errationes: & ad alia. C

Lego, τάχα δ' ἐκείνη πρὸς ταῦτα. Expuncto medio puncto, & continuato recto cum ſequentibus. Item lego: aut, ἕκαστον τὸ ἔργον κεῖνται, quod faciliùs corrigitur: aut, ἕκαστον τῷ ἔργῳ.

Theodorus vir optimus boni conſulit, quantum quantũ potuerit ex corruptiſsimo codice diuinando expiſcari. Sed minùs ſcita voce, μεγάλας φύσεις. vaſtiles naturas, dixit. vt qui Siſennæ ſputatilica riſerit: habeat hîc, quò diuertat.

CAPVT V.

V. Capitis argumentum. Quaſdam etiam perfectas ineptas ad generationem. Omnino multas in plantis diuerſitates, quoad principia genitalia. D

ἘΚΕΙ͂ΝΟ δ' ἀτοπώτατον. Mirabile ſimul erat, & abſurdum, ex imperfectis prodire moles arborum maximas, vt Vlmi. porrò dicit, abſurdius eſſe, quòd aliquę perfectæ gignãt imperfectas: vt è ſemine Cupreſsi Cupreſſus mas egredietur, qui nihil ferat. Hoc etiam in phryganis & oleribus alibi dictum eſt. erat abſurdum, ex imperfectis ad eſcam prodire aliquid. Hoc erat ex ſemiſſe abſurdum. at verè abſurdum, ex perfectis ad generationem prodire imperfecta ad generationem. abſurdi pudere debuit naturam, quæ deſeruerit officium. Tamen

A hoc non est mirabile. facilis enim est degeneratio propter impedimenta. At è contrario, si ex imperfecta ad generationem prodiret perfecta ad generationem: id verò vt non esset absurdum, sed commendabile, ita censeretur admiratione dignum. Hoc quî fieri possit, quæret aliquis. profectò non potest ex non generante quicquam fieri. sed ex altera parte continget: nempe vt ex inutili ad escam, vtilis generetur. Ceterùm tum penitus: non enim in specie, sed in gradu. Exempli gratia: nunquam ex Vlmi semine gignetur Vlmus quæ semen aptum ferat ad edendum: sed è syluestris Pyri semine producetur Pyrus, quæ assiduo cultu mitigata ferat esculentum Pyrum. B Tumultuosè autem diuersas congerit seminum species ad generationem: quorum haud pauca de superioribus locis repetuntur. Εἰ τελεούμενα. Non dixit τέλεια, sed per participium, non sine magna significatione. Nam si ab alia facta sunt absoluta: cùm ab illo acceptam perfectionem simili tenore seruato debuerunt in sobolem refundere. τελεούμενα ergo, in tractu illo τῆς γενέσεως. Omne quod gignitur est eiusdem substantiæ cum gignente. Infert igitur, ἄγονα. at illa erant, γεννητικά. non igitur eiusdem substantiæ. Sic est illata causa admirabilitatis. Καίτοι ἀπὸ σπέρματος. at, inquit, arbor illa de semine orta est: quare igitur non ad semen? Ἐπεὶ τό γε. Ostendit exemplo, non esse ἄτοπον. quandoquidem arbores inueniuntur quædam, quæ fructum C nullum ferunt: cùm tamen sint è genere fructiferarum. Id euenit propter aliquod impedimentum. quapropter à seminis quoque læsione aliqua, hoc quo de agitur hîc, euenire posse. Ideò dicebat: ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄτοπον, τῶν δένδρων τινὰ εἶναι ἄκαρπα, τῶν ὁμογενῶν ὄντων καρποφόρων: οὕτως καὶ τῶν ἀπὸ σπέρματος τινά. αἴτιον δὲ ἡ τοῦ σπέρματος πήρωσίς τις. Ἀλλ' ἴσως τοῦτό γε καὶ ἀναγκαῖον. Tantum ab est, vt sit ἄτοπον: vt etiam videatur esse necessarium. dixit, fortasse: quia non est verè necessarium, quod potest non esse. & dixit, necessarium: quia præceptor deducit à materia τὸ ἀναγκαῖον. Vitiari potest ergo semen: quia eius materia pati potest. Hoc autem est omni composito necessarium. vbi iucunda animaduersio. D Nam Cupressi semen satum, si sit πηρωθὲν, gignit Cupressum marem: at in animalium genere non mas, sed fœmella est apud Aristotelem, πεπηρωμένον. est etiam necessarium ex contingenti naturæ ordine: vt & hoc acutius agatur. Nanque non omne semen satum prouenit: ergo inter hoc, & illud, quod bene prouenit, medium est necessarium hoc, quod malè prouenit. Excutiatur & illud accuratius. Alibi contra communem opinionem, ostendimus: fœmellam esse animalis affectum necessarium, non autem πεπηρωμένου. Quippe alterum principium generationis. at hoc de masculis plantis dici nequit. non enim habent sexum, nisi metaphoricé. An ergo sint imperfectæ? profectò in eo videntur esse: nō tamen omnes: non enim palma. Quemadmodum verò seminis principia, atque etiam ipsæ postea productæ arbores deprauari queant, satis liquet consideranti vulgares conditiones.

Τὸ δὲ μηδέν. Esse autem plantam omninò toto genere sterilem, videtur absurdum. Quippe sic arguatur natura frustratæ operæ. hæc non necesse erat hîc ponere: non enim ad rem faciunt. Sed alibi disputauit: nullam esse arborem, quæ non ferat semen. Cæterùm & sententia falsa est, & probatio non bona. Quippe & Salicis species est, quæ nullum omnino fructum fert: & natura non erit propterea frustra, si non facit sementigeram. Nam quomodo fecerit non sementigeram, iisdem artibus aliam faciet, vbi volet. dixit, ὅλως: vt amplecteretur totam speciem. Nam in Cupressi specie non est, ὅλως: fœmella nanque fert. ὅτι μάτην. subticuit verbum.

Ὃ καὶ ἡμῖν. Hoc non solùm exprobret irritum naturæ opus, verumetiam aduersetur iis, quæ à nobis suprà dicta sunt. Καὶ τὸ μὲν τῆς τελέας. Tria sunt: quæstio, exempla, solutio. Exemplis adduxit Vlmum, & Salicem, quæ per θέσιν suprà erant ἀτελῆ. nunc repetit confundens superiorem quæstionem: & ait esse controuersum iudicium de eis. at quánam de re? nemo negat Salicis fructum humanis epulis esse inutilem. addit autem confessam naturam Caprifici. Ferre nanque fructum, non esculentum tamen. ecce alium naturæ gradum. Nam in Vlmo nullum cibi vestigium: in Caprifici fructu natura pollicetur aliquid de facie. Similis enim est Olynthus Ficubus. Cæterùm alium item gradum subdit, in Thymo. ferre quidem, sed ignotum sensibus: in flore nanque latitare. Explicemus hæc tantoperè confusa. fructus aptus ad escam: & ad generationem, Triticum. aptus ad escam totus, tuber: non totus primùm ad escam, non ad generationem, Vingus, Colocasium: ad generationem, non ad escam, Absyntium. Eorum gradus tres: proba facies, & ei similis, quæ vtilis est, Caprificus: manifestò inutilis, Samara: obscurissima, è Thymo. huic tamen postremæ sententiæ moderandum. Visus enim in Thymi semine, quia in flore æquè ac planta reliqua. Ἀλλὰ τὰ μέν. Non sistendum esse mentis agitationem in his: alias quoque subesse difficultates. Tum de Palma repetit. vbi ait, esse λόγου δεομένων: cùm tamen suprà sategerit. Porrò ex Cupressini seminis exiguitate, facilè patere: quædam semina carere materia esculenta. Nota, δένδρων ἢ τινῶν. quasi δένδρων sit πάντων, quia est articulus. τῶν &, δίδωσιν ἔννοιαν. docent. Καὶ ἱκανόν. Gradus posuit aliis alios ad vsum cibi. & quia suprà docebat etiam tempora vtilitatum: addit non deesse quibusdam præsidia ad naturam illam conseruandam. Caput postremò claudit frugum comparatione. Vbi & admittimus similitudines, τῶν βλαστήσεων, καὶ τῶν τελειώσεων:

at hîc profitetur. At quod addit, τὰ λοιπὰ πάθη: non conuenit cum prædictis in quæstionum differētiis. Non enim est in frugibus mas & fœmina, γόνιμον καὶ ἄγονον, sed mutatio speciei. in Oleribus tamen est, vt in Spinachia.

Lego τῶν δένδρων, ἢ τινῶν γε, non autem τινῶν τε. saltem quorundam.

Theodorus, τὰ τελεούμενα. quod perficitur. minus bene. non enim mirum esset, si, quod perficitur, vitiaretur. Quod enim fit, non est. actio autem est actu entis. τελεούμενα, perfecta, quomodo diximus in Commentario.

CAPVT VI.

VI. capitis argumentum. Quæ speciem mutent in congenerem: quæ in distantem: & quibus de causis. Quæ non mutent substantiam sed qualitates tantùm.

ΠΕΡΙ δὲ ἐξαλλαγῆς. Quoniam instituit dicere de iis quæ mutantur quoad principia generationis, salua specie: nunc restabat earum quoque causas explicare, quæ totas mutant species. Itaque ex Historiis repetita narratione rationes assignat. Simul docet, quæ in propinquam atque affinem congenerémve mutent speciem, vt Triticum in Lolium. Quæ in longinquā & à proximo genere alienā, vt Linū in Lolium. In postremis, quæ non penitus amittunt speciē, sed faciē tātùm, & qualitates potiùs, vt populus. intermiscet animaliū proportiones quasdam. Deducit autem per omnia genera plantarum, fruges, frutices, olera, arbores. Secundum quas materias capitis huius partitiones persequemur. Hanc tamen totam tractationem dilatam penitus oportuit pòst illam materiam quæ postea sequitur. Ea verò est de celeri facilíve exitu frugum & aliarum plantarum, quæ superioribus fuerat protinus annectenda. hoc igitur agamus. Ac primùm quidem duos agnoscit modos mutationis, vnum naturalem, alterum ab arte. super vtroque causas quærit. Περὶ δὲ τῆς. De hac ipsa mutatione, suprà quoque non pauca: & causas inuestigabat. Αὐτῷ δὲ τῷ συμβαίνοντι: id est quod mutantur. Non enim videtur naturæ conueniens, quòd species quæpiam seipsam amittat, atq; cum alia cōmutet. Καὶ τῷ ἰδίῳ. & propter naturā propriā. Quasi neque frumentum in Loliū, neque in Auenā Zea mutari debuerit. causam vnam assignat infrá. Quia mirū sit, si robusta mutantur in debiliora: debiliora mutari in robustiora, alia subest admirationis ratio. simplex enim admodum est natura frugum. Itaque cùm parabilem atque propinquum habeant finem: vix videntur aberrare debere. Μόνα γάρ. falsum hoc: si verum est quod est in Historiis & in superioribus libris, & hîc infrà de Lino canit.

Ὃ γὰρ ἐκ τῆς τίφης. Ecce artifici apparatu mutationem Tiphæ & Zeæ in frumentum causam A dat, macerationem. Tipham autem esse Secale, aut ei similem, alibi diximus. Ἄτοπον δέ. Absurdum est, hæc sola pati: præsertim cùm Legumina quæ sunt imbecilliora, non patiantur. nota loquutionem, πρὸς τὰ μόνα. Verbum excogitandum, quod significet spectare aut pertinere, aut tale quid. Φθορά τις ἡ ἔκστασις. sæpe subdit certo generi species per analogiam. vt alibi dicit: τὸ κακόκαρπον εἶναί πως ἄκαρπον. sic hoc loco. ἔκστασις est quædam corruptio, id est, vt loquitur vulgus Philosophorum, secundùm quid. syllogismus est talis. Egressio è natura speciei est corruptio quædam: corruptio est affectus debiliorum: Legumina sunt debiliora. Ἔτι δὲ τὰ μέν. alia miraculi causa. quum imbecillius mutatur in id B quod est validius. Validius enim Lolium est, quàm vel Hordeum, vel etiam Triticum. hîc est fallacia. Lolium est quasi Triticum ferum. Omnia agrestia sunt mitibus suis speciebus robustiora: quia ducem solam habent naturam, quę nunquam absistit. Mitia opus habent artis ministerio, quæ aliquid addidit naturæ illi. Hæc accessio nisi ministerii illius perpetuatione conseruetur, abit. remanet ergo tum natura pristina illa fera. Non igitur sunt validiora fera mitibus: si mitia continent in se illorum speciem, ac prætereà accessionem illam cultu paratam. Sed ita censentur, sicuti pauperes: qui non habent quod amittant. Robustiora ergo putantur, quia minus operosa. at mitia secundùm finem sunt robustiora. plus enim alunt animalia quàm fera. For- C ma autem frugum data est ab efficiente propter finem. quamobrem illud robur in agrestibus est imperfectio. Atque ita sunt illa interpretanda: τὸ παρὰ φύσιν τοῦ κατὰ φύσιν ἰσχυρότερον. His propositis atque explicatis, in secunda capitis parte causas aggreditur. Ἡ μὲν οὖν σπέρματος. Et suprà, & alibi sæpe demonstrat, inter perfectionem & corruptionem, siue formæ priuationem, gradus esse quasi quosdā, nēpe deprauationes aut diminutiones partiū materialiū aut qualitatū. Ait igitur: quę semina imbecilla sunt, aboleri: quę fortia, resistere: quę mediocria, neq; resistere integra perfectione, neque penitus corrumpi, sed mutari tantùm, vt sit non corruptio formalis, sed corruptionis analogia. Sic Tritici, quam suprà quoque vo- D cabat γαλάκτωσιν, ait esse σῆψιν quandam. Præ se fert enim putredinis faciem: quia liquescit aliqua ex parte. non tamen vera putrefactio est: quia possunt in ea seruari principia generationis, tametsi non integra penitus. Non quòd formæ sint gradus: sed quòd materia deprauata, sit ad illam formam suscipiendam minus idonea. quamobrem quæ proxima est forma parabilis sese induit. Ὅλως διάχυσις. τὸ ὅλως, hîc est quod nobis saltem. Vtut negaueris esse putredinem: at omnino confessa diffusio. Μόνη δὲ χλόη. Esse igitur in semine causam mutationis, non in radice, quia non fiat in segete quæ iam sit radicata. Non videmus autem segetem mutari: est ergo radix,

qualis ab initio. ergo talis radix à semine. mutauit igitur semen: quia prius mutatum fuit.

Ὅθεν δή. His de causis, inquit, nonnulli negarunt omninò degenerationes has. Cæterùm quibus πεπεισμένοι. Si enim persuadetur eis, non putabunt illas rationes esse ἀλόγους. sed potiùs πεπεισμένοι ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου. Euenire namque vt sine vllo vel Tritici vel Hordei satu Lolium spontè nascatur in iis aruis quæ multis imbribus oppleantur. Ab imbribus ergo gigni Lolium, non autem è primordiis Tritici seminis deprauati. Ὀμβρείαν, dicit pluuiam tempestatem, quam κατάστασιν vocat Hippocrates: hoc à cælo, quòd sit causa: sicut est à simili regione: ait enim ἐπομβροτέροις. Nota loquutionem: ὁ καὶ καθ' αὐτὴν φαίνεται ποιοῦσα. Attica loquutio, & popularis, non exacta ad veritatem. Non enim quicquam facit Lolium quod nondum est: sed extrinsecus fit, id est ab anni qualitatibus, vt nascatur. Hactenus secunda pars, à qua sic transit. αἱ μὲν οὖν ἐναντιώσεις. Statim reprehendit hanc opinionem manifesta obiectione. Ipsis, inquit, rebus videntur hæ obiectiones aduersari. Dixit ἔργοις, laxa voce: sic etiam dicitur πρᾶγμα.

Πολλοὶ γάρ. A multis accepimus facta Tritici Hordeíve semente, Lolii messem habuisse. Iam ergo non est inter alias illas enatum fruges, sed ex illorum seminiis. Et dixit, πολλοί: quia leges statuuntur à Philosophis in natura, vel ex iis quæ sunt semper, vel maxima ex parte, vel maiore. Τὴν δ' ἔκστασιν. Suum nunc interponit iudicium: & tria instituit, primùm ponit iudicium suum. Secundo loco declarat, quomodo fieri possit quod ait. tertiò respondet obiectionibus. Postquam ergo demonstrauit sententiam illam esse falsam, suam subiicit pro vera. Ostendit ergo fieri posse ab radice mutationem: Nam, inquit, necesse est radices mutatas esse: si sint mutata folia. at folia mutata esse, docebit postea. Sed nunc illud agit, quomodo mutatio foliorum sit ab radice.

Συμφυεῖς δ' οὔσας. Cognatæ, id est connatæ radices & folia, acutiùs suprà, cùm statuebat plantæ principium radices. Ἐπὶ τό γε σπέρμα. Nam à semine corrupto nihil prodire. non tamen tollitur illorum ratio. Non enim corruptio est generis sed speciei. generis autem remanent primordia. sed illa ratio valida. Radix ex semine: igitur mutatur à mutato iam semine. hoc tamen non est necessarium. Potest enim ab extrariis causis multis proba per initia radix postea deprauari: puta, terra, imbribus. Nam hoc etiam viuiradicibus translatis euenit. Nota verbum, φύσιμον, genitale, παρὰ τὸ φύειν. Τοῦτο μὲν κοινόν. quod negari non possit: quando est vniuersæ naturæ commune.

Οὐδὲ γὰρ ῥίζαι. causam propiùs explicat. si corrumperetur semen: radices interirent. Τὴν δὲ τοῦ σπέρματος. Confundit quod sæpe facit infelicissima didascalia. Nunc enim facit pro seminibus: & negat esse putrefactionem, sed ἑτέραν φθοράν: quippe dilui tantùm materiam: in qua funda-

A tur illud, Quantum Lolio præstat Triticum. Itaque dicit τετηγμένων: vt hæc τῆξις non interimit semen, sed μεθίστησι. Verbum hoc signatius, quàm ἔκστασις: designat enim per notam præpositionis μετὰ plus quàm ἐξ: quippe ἐξ, vnde fit mutatio: μετὰ, etiam tractum ipsum. Et dixit πῶς, quia non destruit τὴν ἀρχὴν sed vim tantùm affert. Τὸ δὲ συμβαῖνον. Vult stabilire quod dixit, exemplo sumpto ab animalibus, in quibus agnoscit duas mutationes: nempe aut in sexu, aut prçter naturam. Nam si fœmella robustior sit, fœmellam pariet. Sanè Peripatetici tenent hoc: naturam semper in maris intendere generationem. Quocirca Philosophus fœminam dicit B esse naturæ παράβασιν, quasi dixeris prolapsionem. Nam odiosa vox est, & peccatum significat, metaphora sumpta à viatoribus qui aberrant & prætergrediuntur iter institutum. ideò dixit, ἢ ἔτι μείζων ἐναλλαγὴ παρὰ φύσιν. Si est maior mutatio ad monstra: etiam mutatio ad fœminam erit eiusdem ordinis: hoc enim exigit vis comparatiui. Appellauit analogiam: quia genera plantarum maximè distant à generibus animalium. Δεῖ γὰρ δὴ τὴν γῆν. Vulgatam rem narrat: terram capi debere pro fœmella. Sanè pro matrice statuunt omnes. & iam suprà dictum est. Ὅταν οὖν nunc explicat similitudinem. Hunc modum Grammatici redditiuum vocant: quoties propositis sententiis applicamus exempla, comparatas res, C icones, analogias, inducta, atque alia talia, quæ digessimus accuratè in Quarto libro Poetices. atque etiam iam dicta repetuntur. Εὐζώοι δέ. Simul ostendit modum quo nascatur Lolium: simul explicat rationem, qua id fieri possit. Modus est, non corrupto penitus semine aboletur plantæ forma, sed fit alia. Quòd verò fieri possit, demonstrat, quum dicit plantarum naturam viuacem esse, ac sanè viuaciorem quàm naturam animalium atque iccirco proficere. Hoc posuit: nequis parem quæreret in animalibus analogiam, quæ quidem potiùs adumbrabatur suprà, quàm quòd re vera ita esset. Satis igitur habet natura seminis illius, si viuat. Hoc demum contendens, de conseruanda spe- D cie consilium, quoad poterit, inibit. Si non poterit: admittet alteram, non tam volens quàm non inuita. modestè loquitur εὔλογον. Et rei confirmat euentum, δυνατόν: quando etiam spontè nascitur Lolium. argumenti fundamentum iacet ibi: Si è longinquo semine æquiuoco fieri potest vt enascatur Lolium: multo faciliùs potest, vt è congenere proximo nascatur. Tum vt augeret argumentationis vim, diffudit hanc τῶν αὐτομάτων naturam etiam extra Lolii ambitum ad alia genera, eáque non solùm Parua, & Phryganica, sed etiam grandia & arborea. Ὅθεν καὶ τοῦτο. Si, inquit, animalium mutationem intueamur: in semine fieri plantæ dicemus istam mutationem: quoniam è semine mutato

mutantur

mutantur animalia. Nempe semen equi alteratum ab asinæ semine, conformatur in asinum. Ait ergo: tum mutari arbitrandum, quum est imbecilla planta. At in primæ ipsius væstibulo germinationis, quum prodit è semine, maximè videtur esse imbecilla. Itaque dixit ὅταν ἐν μεταβολῇ τυγχάνει, τῇ κατὰ τὴν βλάστησιν. Quum est in eo traiectu vnius status in alterum, vt è semine Triticum fiat, facilè potest aliorsum impelli, quia in motu est. hæc est ergo ratio. Illis autem analogia: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ζώων οὕτω γίνεται. hoc iam declaratum est. tribus autem modis animalia mutantur. Vnus est, cùm mutatur semen, velut ex equo mulus: mutatur enim tunc equus. quia semen equi equus est non expressa materia. Alter quum iam genitum mutatur: vt de Psyche, Chrysalide, Campe. Tertius, quum mutantur accidentia tantùm: vt vox, color, & eiusmodi. Ἤδη δὲ ἐκβεβλαστηκός. Postquam verò enata est, talis esse pergit, qualis extitit. hoc est, ὥσπερ γέγονε. Quo tempore non fit, inquit, plantæ mutatio, sed diminutio tantùm, & augmentum. vbi notabis corruptum codicem. Quot enim verba substituenda, vt & recto casui, μείωσις, respondeat, & quarto cum præpositione, εἰς αὔξησιν, & alia. Ἔτι δὲ φασί. aliud argumentum. Si continuò primis ortus rudimentis Lolium existit: non fit ex mutatione, quæ radicis mutationem consequatur. at ita euenire narrant rei rusticæ consulti. Cognosci id ex folii colore, figura, quantitate, Lolium esse iam, non autem fore. Eæ conditiones sunt, λιπαρώτερον, pinguius: ποωδέστερον, magis satura viriditate: στενώτερον, strictius. Tale igitur esse, illico ab ipsis primordiis præ se ferre faciē. Non autē prodire frumēti folio, quod postea fiat Lolium. Ἐκ μὲν οὖν τούτων. Absoluta hac quæstionis parte, quæ causam deducit à deprauatione seminis: addit, non esse aspernandam sententiam, quæ radici assignat causam, quasi à veritate alienam. Id quod duobus scitissimis expressit verbis: οὐδ' ἀδύνατον, οὐδ' ἄλογον. Multa fiunt, quæ videntur aduersari rationi: causę namque latent nos: vt motus maris: quod neque animatum est, neque tangitur à Luna: vt ab ipsa, quemadmodum cætera naturalia, trahi posse videatur. Contrà, multa nobis suadet ratio, quæ nunquam fuere, nunquam futura sunt. Inter quæ illud maximum: omnes homines vti ratione. Atqui decuit: à natura namque toti datum speciei. at species non nisi in indiuiduis. Propterea duo coniunxit: & fieri posse vt ab radice ortum habeat vitium mutationis: neque abesse à ratione. Imò verò adiungit ferocissimum edictum. τοῦτο δὲ ἀνάγκη συμβαίνει. blandior atque æquior erat oratio ἐν τῷ δυνατῷ. nunc est dictatoria vox: necesse. Nondum tamen docet aditum ad hanc necessitatem, sed ad (vtar coactus) possibilitatem, sumpta ex arboribus demonstratione. Nempe iam suprà demonstratum est, quemadmodum cultu mutantur. Quibus attribuit communem causam, πλήθους τροφῆς. & priuatim explicat in

A voce quam adduxit iam, ἐπομβρείαις. Quanquam etiam vernos adiungit tepores, idque picta oratione, ἐὰν ἥλιοι ἐπιλάμψωσι. Et repetit aliis verbis, quod dicebat suprà: ἐπομβροτέροις: hîc, ἑλώδεσι. & addit ὅλως: id est sine controuersia. Apponit autem paria verba superioribus. δοκοῦσιν ἐλέγχεσθαι τοῖς ἔργοις. Hîc πᾶσιν εἶναι φανερόν: primùm exire frumenti folio, quod postea mutetur. Et profectò videtur esse res eadem alio licet ordine. Quippe semen ab vda terra mutari, vnde prodeat Triticum: & semen non mutari: Triticum prodire: radicem tum mutari. est enim semen principium primum, radix secundum. radicem tamen haud ita facilè mutari. Est enim iam actu ens: semen autem, potestate. Ἐὰν δὲ τι ἐαρινά. B quia dicebat, μάλιστα δὲ ἦρες. μετάστασις hîc, quam suprà, ἔκστασιν: quia etiam μεθίστησι dixit. Εἰ δὲ καὶ ἀμφοτέροις. Iudicium suum dat, super assertione vtriusque opinionis, & causas explicat, tum arui, tum cæli, sitas omnes in humoris copia, & in patientis imbecillitate, siue semen illud sit, siue radix. Ἡ μὲν οὖν ἐξαλλαγή. Alia nunc quæstio. quare sola hæc mutentur. Quæ tamen, vt ex ipsiusmet narrationibus docebamus, falsam habet θέσιν. Soluit propter radicum robur. Robur autem esse propter frequentiam, πολυρριζία. Duplex est in radicibus robur, frequentia & magnitudo. Τὰ δ' ἄλλα φθείρεται τελέως. Vt tria sint: quæ διαμένει, διὰ τὸ πολυρριζότατα εἶναι: quæ ἀλλοιοῦνται, ὥστε μεταβάλλεσθαι: quæ φθείρεται τελέως. Prima sunt robustissima, po- C strema debilissima, media mediocria. Ideò dixit τελέως: quia μεταβολὴ οὐκ ἔστι τελεία φθορά, ἀλλά τις πως, vt suprà dicebamus. Non tamen dat causam, quare Zea, quam robustam agnoscit, mutetur. mutari autem dicebat in Auenam.

Ἔτι δ' ὥρα. Tentat à tempore causam deducere, idque dupliciter: primùm à principio temporis, id est à satione: maximis enim plurimisque imbribus affici: deinde à tractu: diu enim in terra esse. Non ergo mirum, si mutentur: quemadmodum non est mirum, si obsessi diu multa patiantur. Legumina verò, commodiore seri tempore, nempe verno. Vbi etiam blanda oratione fauit satis ipsis, διαγελῶντες τοῦ ἔαρος. hoc respondet illi, ἐπομβροτέρα. Sicut & mox, ἀθρόως εἰς βλάστησιν, illis, πλείω χρόνον ἐν τῇ γῇ. Et acuit motum celeritatis vsitato ad hoc verbo, ἀναδρομή. D Cæterùm fabæ ipsæ quæ simul cum Tritico seruntur, quid est causæ, quominus mutentur? Præsertim cùm sint laxa concretione? Διὸ καὶ οὐδέτερον. Si frustrantur primario illo fine, corrumpuntur penitus, non autem in aliam mutantur speciem. Hoc dicit, quia refert ad imbres causam: qui quum absunt, rectà natura tendit ad institutam generationem. Videndum quid sibi velint illa οὐδέτερον οὐδέν: οὐδὲν scilicet τῶν τοιούτων φυτῶν, πάσχει οὐδέτερον, scilicet neque in semine neque in radice. Τὸ μὲν γὰρ καὶ εἰς τὴν αἶραν. Nemo dicat in Lolium debere mutari legumina: ratio: quia mutationes fiunt in propin-

qua genera. Quare cùm legumina non habeant in quod mutantur, pereunt in hac quasi naturæ ſuſpenſione. Dicat aliquis, ridiculum: Si non mutantur in Lolium, at ſaltẽ in aliquod aliud. Reſpõdet: in toto ambitu leguminum haud quicquã eſſe validum quod perſtare queat, vt in ipſum aliquid mutetur. Sed ſtatim vbi ſunt in aditu corruptionis, deleri omnia. hoc eſt quod ait: τὸ ἢ μὴ δ' εἰς ἕτερον, ſcilicet τῶν ὁμογενῶν. Ἀλλὰ τοῖς ὁμοιοπύροις. Sed Triticum ob affinitatem in Lolium mutari: quia Lolium ſit meta ſtabilis in qua ſe ſiſtat natura, neque aboleatur. Sed mira loquutio: τὰ ὁμοιόπυρα καὶ τὰ ὁμοιόκειθα εἰς αἶραν. imò verò οἱ πυροὶ καὶ αἱ κειθαι διὰ τὴν ὁμοιότητα πρὸς τὴν αἶραν. Tamen ſi verum eſt, quod aiunt de Lini in Lolium mutatione, fruſtra tot colligit hîc. Τοιαύτη δ' οὖσα. negat Triticum in Secale aut Siliginem degenerare, ex iiſdem principiis. Degenerabat in Lolium ob alimenti copiam: igitur plus requirat alimenti quàm Secale aut Siligo: non eſt veriſimile, vt in id quod eſt imbecillius effœminetur. Ideò duplici metaphora vſus eſt: prima, ἐξαμβλουμένος, quaſi aborſus: altera iam vſitata, ἐκθηλυνόμενον. Non enim abiret in robuſtius, ſed in debilius. ideò dixit, οὐδὲ εἰς τὸ σφοδρότερον ἀγάγοι. ἀντὶ τοῦ ἀγάγοιτο. Non igitur mirum ſi in ea non mutatur: ſed mirum, quòd in agreſte Triticum haud mutetur. ὥσπερ καὶ ἄλλα. Quoniam mitia fera fiunt in eodem genere: in quæ ſcilicet facilis eſt traiectus & ſimplex: non enim forma differunt à mitibus agreſtes. Ideò dixit μετακινεῖ, transmouet. & ἁπλῶς. Videndum tamen an Zea ſit inualidior Tritico: & ſanè eſt. leuior enim: at Tipha grauior. an à natalibus perpendenda ſunt? at ſic, Zea validiſſima: optimum enim aruum poſtulat. Ἄτοπον δέ. Quia duo dixit μόνα, id eſt Triticum & Hordeũ mutari: & εἰς τὸ σύνεγγυς καὶ ὁμογενὲς: iccirco aggreditur Lini mutationem. Diſputat autem ſuper θέσιν, per conditionem: εἰ καὶ τὸ λίνον ἐξαιρεῖται, ſi loliatur. Μεγάλη διάστασις. reddit rationem τῆς ἀτοπίας. Dicebat enim, λόγου δεόμενον: vel vt ſit ἄλογον: vel λογισμοῦ opus habeat. eſt enim maxima generum diſtantia. ſic alibi dicit διαστήματα, differentias. Εἰ μὴ ἄρα. Non minore diffidentia molitur rationem. nullam tamen nouam, ſed iſtã ipſam tam decãtatam attractionẽ. Subaudi θεῖν, ſcilicet ὁλκὸν τῆς τροφῆς. Quæ ratio perſuaderet, Lino Loliũ eſſe validius, poſſéq; multum illum abſumere humorem. Ὥστε οὐκ ἢ ὑπερβολῆς ἡ διάστασις. Hîc videtur διάστασις accipi, ſicuti ſuprà, ἔκστασις & μετάστασις. propter humoris exceſſum fieri mutationem. Ὁ δὲ θέρμος. Cùm legumina omnia mutationis agnouerit immunia: quare ſolius Lupini texit Hiſtoriam? quia maturè ſeritur, alia non. de Fabis tamen monuimus. Cùm autem robur afferatur pro cauſa conſtantiæ: quare per initia orationis dixit ἰσχυρὸς ὤν; non enim in quæſtione poni ſolet reſponſio. Non enim ſic quæram: quare Cæſar cùm ſit fortiſſimus, prudentiſſimus, feliciſſimus, audet cum Labieno legato ſuo dimicare? Nota loquutionem, ἀγανὶ ἰσχυῶ, aduerbium cum alio caſu quàm ſecundo. Dicimus enim, nimis vini, non nimis vinum. Ratio, quia ſubſtantia non recipit intenſionem aut remiſſionem. Δεῖ δὲ τὸ μᾶλλον. repetit quod ſuprà dicebat, ſed rotundiús. Quod mutatur, non prorſus patitur aut prorſus reſiſtit. quod penitus reſiſtit, non mutatur. quod prorſus patitur, abolctur. Sed laxè loquutus eſt. ὡς αὐτὸν φθείρεται. pauca namque ſemina pereunt ſata ſiccitate. Σκεπτέον δέ. Quia dixerat, hæc ſola pati, Triticum, Hordeum, Siliginem: commodè nos diligentia monet. Conſiderandum an huic affectui ſint alia quoque obnoxia. & aptè vocat ἀλλοίωσιν. eſt tamen γένεσις. Καὶ περὶ μὲν αἰρῶν. mirum moltalem. Cùm dicat, ſatis hæc eſſe de Lolio: non tamen ceſſat porrò quæ iam ſcripta ſunt repetere, de arboribus, de Siſymbrio. & eandem inculcat cauſam: διὰ τροφὴν. & iiſdem verbis vtitur: ἐκθηλύνεται. & ἀπαγρίωσις. Profectò cùm feræ plantæ ſint robuſtiores, non videntur mites, cùm in illas mutantur, effœminari. Ait autem rectè, efferari, διὰ τὴν ἀργίαν: quia cultus addit aliquid rudi naturæ. Ἔνια δ' ὅλως. Adeò deteſtatur huiuſcemodi alimenti nimiam copiã: vt etiam Mentam ipſam propterea ſcribat interire, radicibus ſuffocatis. loquendi tamen modus obſtrepit. Eſto, ad verbum ἀπόλλυσι, reducatur rectus caſus ex quarto, dixit διὰ τροφὴν: ſit ergo τροφή. At quid eſt ὑφ' αὐτῶν; radicéſne à ſeipſis ſuffocantur? ſic mox: ἐκ ἀλόγου ἡ λύκη, &c. alius dixiſſet, τὴν λύκην. hæc etiam repetita. Καὶ ὅτι δέ. Perſtat in ſuperiore ſententia quę duplex erat. altera pars, in proximã mutari. Ideò de Albara dicebat, τὸ μὲν ὅλον οὐ πόῤῥω τοῦ αἰγείρου. Humiditate namque ſola differre à Populo: in Populum mutari, amiſſa illa. Altera pars ſentẽtiæ: mutari, cùm facilis ſit mutatio. facilem eſſe in ipſis initiis. Propterea in animalibus fieri mutationem ſeminibus mutatis. adultis non contingere. credo innuit hirundinullas. Earum tenellis, atque etiamnum imperfectis oculis vitiatis, addere operam naturam ad redintegrandos. adultis, ſi deprauẽtur, fruſtrà opem quæri. Πλὴν εἴπερ. Quoniam Præceptor in Hiſtoriis auium etiam perfectarũ mutationes profitetur. quam tamen Hiſtoriam diluit: ait enim qualitates mutari tantúm.

Lego φυσικῶς, non φύσις ὡς. Et ἔκστασιν, non ἐξέτασιν. Et τετηγμένων, non ἐκτημένων. Et φθείρουσα & ἐξαλλοίουσα, non autem in quarto caſu. Et πολὺ ταῦτα τῶν ζώων, non τά. Et μείωσιν καὶ εἰς αὔξησιν τροφήν. Et ὡς ἄρα δεῖν καὶ τῶν ἐδάφων, non αἴρα δὲ τῶν ἐπαφῶν. Et ἀσθενὲς ἀσθενέστερον. Et πλείστην ἔχοντα τροφὴν ὑπομένει. Et καὶ εἰς τὴν αἶραν. Et καὶ ὁμογενές πως. Et ἕτερον, εἰς ἀσθένειαν, deletis, μηδέ. Et μᾶλλον εἰς αἶραν. non στεῖραν. Et πρώϊος σπειρόμενος, non ἐξαιρούμενος. Illa verò ſunt deprauatiſſima οὐκ ἔστι, ζητεῖ μὲν οὖν. Et νεοσσῶν. non νέοσσων.

Theodorus, αὐτῷ τε τῷ συμβαίνοντι, καὶ τῷ ἰδίῳ. Tũ ob ipſam mutationem, tum ob eius peculiarem euentum: malé. Euentus nihil aliud eſt quàm ipſa mutatio. Mutatio igitur per ſe miranda eſt: in iis autem magis ob eorum priuatã naturam, quia ſunt robuſtiora. hoc ſonant illa τῷ ἰδίῳ. Τῶν χεδροπῶν. ex frumentis: imò ex leguminibus. Ἡ ἔκστασις. mutatio talis. egreſſio è genere. degeneratio. Ἐν τῇ χλόῃ. herbæ. vt illud: nec graminis attigit herbam. & tibi meſſis in herba eſt. Γαλάκτωσις. lactatio, lacteſcentia. Σπαρέντων. diſperſo. ſanè Latinæ vocis origo Græca eſt. vſus longè diuerſus. Τετηγμένων. conſeneſcentibus. quia ſuprà dixerat διάχυσιν: ſolutis. tabefactis ad verbum. Κατ' ἀναλογίαν, ad portionem: ſatis obſcuré. habet autem hoc cum animalibus proportionem. Διαμένειν, durare. alibi rectè. hîc reſiſtere potiùs, ſcilicet corruptioni. perſiſtere in ſua ſpecie. vt perſiſtere in ſententia. Καὶ τῶν ἐλαττόνων, καὶ τῶν μειζόνων, tum grandes tum humiles. Neſcio quare non ſit Philoſophi iudicium ſequutus. nam cur peruertit? creſcere profectò præſtat orationem. Τοῦτο ἂν εἴη φανερόν. hinc liquidò fit mutationem oriri. vides orationis peregrinitatem. Εἰς ἀκολουθήσῃ τῇ ἀναλογίᾳ. donec portionis ſeruetur exiſtimatio. non equidem hæc intellexerim. ſiquis rationẽ ſequatur proportionis. Καὶ μείωσιν ἢ τροφὴν εἰς αὔξησιν, ἢ καὶ τὴν ὅλην φθορὰν, ἐκ εἰς μεταβολήν, & diminutio de cætero incremento alimentóque: ita legit ille, μείωσις τῆς αὐξήσεως καὶ τροφῆς. & ſanè loquutio eſſet perambitioſa. diminutio incrementi. Sed Philoſophus cõplexus eſt omnes affectus, qui poſſũt euenire: augmẽtum, diminutionem, deprauationem in qualitatibus, &c. Illa quoque omnia in noſtris codicibus deſiderantur. Siquidem quodque ortum à ſua origine ſecundò incipiat. & certè, quid ſibi velint, neſcio. Ποτίμους. gratos palato ἀχύλους, id ſignificat ἀστόμους. Συνεπιλάμψωσι, incanduerint. pudet me ſiniſtræ verſionis. illuxerint.

Ταῦτα δὲ μόνα πάσχειν, &c. μία τινὶ λύοιτ' ἂν αἰτία καὶ τοιαύτη. Sola autem hæc illud pati, &c. vnica hac ratione ſolueretur. Oratio barbara nec fidelis. imò, vna quapiam tali. id eſt, aut hac, aut non valde abſimili. Πλείω χρόνον, plúſque tempus. Bonus vir ita putauit in ſingulari eſſe adiectiuum, vt in plurali, plures homines. vt plus deſignet continuã quantitatem in flexu adiectiuo: ridiculé. Ἐκστήσει τοῦ γένους. genere priſtino expoliet. placent tales verſiones iudiciis deprauatis. Μετακινεῖ ἁπλῶς. ſimpliciter atque ſolutè permutat. quare addiderit, ſolutè, ſanè ignoro. neque item, quid ſignificet, ſcio: & μετακινεῖ, transmouet. vt Philoſophiæ ſtudioſi fructum capiat ipſius verbi, κινεῖν.

Ἰσχυρὸς ὤν. quanquam validus: importuna additio aduerſatiué. Nam neque maturæ aduerſatur ſationi neque reſiſtentiæ, ſiue conſtantiæ ad ſpeciem retinendam. Τῶν μὲν ἀτροφούντων. ἐν ταῖς οἰκείαις τροφαῖς καὶ θεραπείαις Theodorus tribus expediuit verbis. cùm aliis cultus noceat. itaque omiſit vitia τῆς ἀτροφίας. Δεινῶ. acore: peſſimè, vt ſemper. Ὑφ' αὐτῶν. mutuo cõplexu, παραφραστικῶς. Intelligit ergo συμπάρρωσιν, de qua ſuprá. Hoc tamen non exprimitur, ſed intelligi quit ex ſtrangulatione. Τὸ μὲν ὅλον οὐ πόῤῥω τοῦ αἰγείρου. id eſt, populo proxima. Theodorus malè fecit, cùm ſuſtulit negationem: ait enim, in totum diſſimilis. Et non rectè vſus eſt eo pronomine (quicquã.) in generatione quicquam huiuſmodi euenire. nunquam enim pro certo deſignato ponitur.

CAPVT VII.

VII. capitis argumentum. Diſputatur & rationibus & exemplis variarum ſpecierum, quemadmodum mutationum principia ſint ab radice.

Τῶν δ' ἄλλων τῶν περὶ τὰ σπέρματα. Poſt eam diſputationem qua væſtigabat vtrùm mutationum principia eſſent in ſemine an in radice: ſubiicienda ſuſcepit ea quæ pro altera facerent opinione. Multa namque perſuadere videntur, ab radice proficiſci motum illum tranſitus ad aliam ſpeciem. Cæterùm hoc tam obſcurè tractat, vt faſtidium vel æquet vel ſuperet lectionis vtilitatem. Primo loco rationis occaſionem captat ab Ægilope. antiqui dicebant: Ægilopa non ſimul totam expedire germinationem, ſed particulatim prodire, ſcilicet hunc ad modum: poſteaquam exortus eſt, aliquo pòſt tempore denuò pullulat. Huius tamen rei duas ponit opiniones, alteram affirmantem, alteram negantem. Quoniam igitur eſt is quoque modus quidam mutationis, annexum voluit ſuperioribus. Quare dixit, τῶν δ' ἄλλων τῶν περὶ τὰ σπέρματα μάλιστα πόῤῥω: valde obſcura loquutione: quaſi ſic dicat, aliarum plantarum ratio longè eſt à ſeminum, quam diximus ratione. Quippe in radice totam cauſam ſitam eſſe. conſtat: quando conſtituta iam radice fit hæc mutatio interceptæ, atque deintegro inſtauratæ germinationis. Εἴπερ ἀληθές. dubitat, & apponit pignori fidem alienam. Τὸ παρὰ μέρος. Quædam florent παρὰ μέρος, particulatim; præter partem, ad verbum. Sic hîc quædam ab radice non tota ſimul: ſed poſtquam prodierit vnus ſtipes, prodit alius poſtea. id quod Ægilopi contingit. Τοῦτο δ' οἱ μὲν φασι. ideò dixit, εἰ ἀληθές. Quia negant alii tãquam mendacium. tamen intererat accurati viri, ſi non exploratum habebat experimento, at ex ipſis eruere naturæ principiis veritatem. Nobis ergo quod faciendum reliquit, accuremus. Primum dico, in maximo plantarum ambitu eſſe hoc. nam quid aliud ſunt ſtolones ipſi? interior verò in Serpentariis, & Squilla atque eiuſmodi. Quare quòd ſerò arbores effundant in ſtolones, nempe iam perfectæ ipſæ, atque, vt ita dicam, ſucco ſaturæ: celeriùs id agunt bulbacea: celerrimè ſuppeditabit Ægilops, tum propter vim radicis, tum propter ſcapi naturam minus operoſam. Ita enim gradus eiuſmodi venati ſæpe ſumus in tractibus ſpecierum. hoc ergo primùm à ratione.

perſuadet enim. alterum eſt à ſenſu. In bulbis enim quotidiano ſpectaculo nobis compertum eſt, quare admiſſa Theſi ratio quærēda eſt. ea verò in bulbis præſtó. Pinguis enim ac penè lactea in ipſis viſciditas, referens quaſi ſeminis genitalis faciem: quod etiam propterea videtur conciliare. ea turget ad generationem. Cæterùm lentor cohibet ita vt neutiquam confertim queat. In Ægilope autem genitalis caloris haud abſimilis facultas, ſucci minus ad manus: quamobrem particulatim vt attrahendo haurit, ita refundit. Similis proportio eſt in iis quæ ſeſe propagant: quale Gramē, Proſerpinaca, Menta: manifeſtiùs verò in illis quæ primo ſuo ſunt ortu ſimplici ſtipite: deinde intermortuæ, ſequenti anno prodeunt ab iiſdē radicibus frequenti ſcapo. Id cùm eſt in multis ac fortaſſe omnibus quę renaſcuntur: tum eſt à nobis in Artemiſia, Pæonia, Eupatorio ſæpiùs obſeruatum. Quanquam non opus fuiſſe tam curioſa diligētia, nos admonuit poſtea Fœniculum, quod habebamus in oculis quotidie. Ratio in his eſt, radicum ab radice priore progeneratio. Fortaſſe & in Ægilope cōtingit idē: ſed non apparet, quia tum non detegitur. Quòd ſi non fit tum illa radicum agnatio aliarū: at in ipſa radice vna vis eſſe multarū præſens poteſt: ſicut eſt in illa quę multas generat. Ἢ ἀπὸ τοῦ σπέρματος. Væſtigat cauſam à principiis: quemadmodum ſuprà faciebat in mutationibus. Aut igitur ab eadem radice: aut nouellam penitus ex collapſo prioris anni ſemine procreari. Hoc fit in Scythia locis aliquot, vbi ſtudēt agriculturæ. Non metunt, niſi tam maturum, vt è ſpica multùm prolabatur. Id abſq; vllo cultu primo quoq; tempore prouenire: ac nihilominus ex ea ſegete fructum ſtatum capi. hoc triennio fieri: quarto anno rurſus arari. Hæc ab ipſis mercatoribus, etiam legatis aliquot tum noſtris affinibus, tum nobis narrata ſunt. Cauſa eſt leuis atque ſolutilis, agri genitalis humor multus ob multas niues. operitur namque ſemen facilé. Itaque breuiſſima ibi ſtipula eſt: quia parū altè radicatur. Εἰ δ' ὡς ἀληθῶς. ſcilicet, ὡς ὄντος ἀληθοῦς. modus Atticę phraſeos. afficiuntur ea opinione, tanquam vera. Οἱ δ' ἀπολῶντες. modus auenam delendi, is eſt. biennio ſuperſident arationi. ergo altero illo anno ſubpullulat, quod reliquum eſt. quapropter ibi tum ceſſat porrò progignere. hoc eſt διετῆ τὸν ἀργὸν ποιοῦσι. rudetum bimum faciunt. nota loquutionem ποιοῦσιν ἀργόν: eſt facetum: ποιοῦσιν οὐ ποιοῦντες. biennium quod cultu caret, eſt pluſquam reſtibile. Ὅπως ἀμφότερα. Vt, & quod priore anno præſtitum eſt, & quod ſequenti pollicebatur, exeat, non amplius rediturum. Quia radicis poteſtas finita eſt: quemadmodum de arboribus dicebat, quæ eſſent biferæ, non autē planiferæ: propterea quòd natura finita erat. Tum verò delendū curant duobus modis: ἐπινεμηθῇ, ἐκθερισθῇ. Et addit τὸ ὅλον: ita vt ne metus quidem ſuperſit ad futuræ peſtis illius reprę ſentationem. Ἔχει δέ τινα. quęrendum porrò acutam hîc excogitauit rationem. ſemē eſſe δίκρουν: id eſt bipartitum. à muliebribus

A locis metaphorá ſumpta. vox Ariſtoteli frequens. Ex altera ſtatim parte naſci ſtipulam vnam: alterā manere otioſam toto anno. Hoc mox torquebit hominē. nam etiā legumina omnia bipartita. vbi non temere admittenda hæc. Non enim è pulpa planta naſcitur, ſed ex ligula fit, quæ inter duas pulpas eſt: alioquin ex binis pulpis bini prodirent ſcapi. Ex pulpis autem geminis illis vidimus aliquando foliola illa quæ bina ſtatim prodeunt, conformari. Ὅσῳ γάρ. aduerſus illorum theſim. Reſpōdebant: non germinare alteram partem illam, quæ ceſſaret, quòd eſſet imbecillis. Tanto, inquit, magis mutari debuit alterutra mutatione: videlicet aut perduci ad generationē, aut penitus corrūpi. ideò dixit ὅλην. quaſi corruptio quædā ſit ſeminis,

B cū ex eo fit plāta. Nos in libris de ſemine genitali declarauimus ſemē nō corrūpi, ſed perfici: eſſe enī totū animal inarticulatū. Ἀνάγκη δέ. procedit argumētatio. Si, inquit, alterū patitur alterū nō patitur: neceſſariò alterū ab altero ſeparabitur. Si enim non ſeparatur: euulſis radicibus ſimul euelletur. Huic reſpōdebit aduerſarius: non euelli, vt legumina, ſed meti. relinqui ergo. Velli tamen à colonis Græcis ait: neque tamen non ſubnaſci anno poſtero aliam ſtipulam. Non erit igitur ab radice: ſiquidem euulſa, nihiloſecius ſuccedit. Τὸ δὲ διαρκεῖν. Manere annum integrum ſub terra incorruptum, quoad appetat legitimum tempus ipſum ciens ad germinationem: non eſt abſurdum: quando id ipſum aliis item eueniat, ac quidem multis. Euentum hunc non eſſe miraculo, ſed tractum tēporis efficere admirationem.

C Ἀλλὰ μήν. adhuc illud mirum magis: partem perfici, partē nondum. neq; tam hoc mirū, quàm quòd anno póſt. Ideò dicit hoc ἄλογον: ſicut ſuprà, quod admitti poteſt, ἄλογον. Οὔτε γὰρ ἀσθενές. magna ratio. Cùm Ægilops ſit valida planta, non videtur acceſſionis indigere, quæ à tractu temporis fieri debeat. Hoc eſt quod dicebat: ὥστ' ἐκτελεοῦν δύναται πλείω. haud ita debile eſt, vt expectet porrò perfectionem. Omninò difficultas eſt in partium diuerſitate: quod vna patiatur illico, altera non tunc, ſed anno exacto. nota, ἐκτελοῦν, paſſiué. Καὶ ἅμα δέ. Nunc videtur negare partem illam robuſtam eſſe. Hîc enim agnoſcit pro imbecilla, cùm ait: τὸ ἀσθενέστερον τοῦτο δὲ φᾳ: & cùm ſubdit, vnicuique plantæ naturæ legibus conuenire perfectionem. Τάχα δὲ καὶ μόνη. Fortaſſe ſola ſeminis illius illa ſit perfectio: ſiqui-

D dē tunc, quātum debeatur à natura, capiat alimēti: quaſi quo pridem in matrice ſit defraudatū. Ergo dixit, τὸ αὐτοῦ: propriā quam prius non fuerat conſequutum. Χωρισθὲν δέ. Vides turbulentiſſimam orationem. Hactenus dixit & ſeparari, & manere, & ali, & perfici. Nunc diſiungit: Separatum, inquit, aut corrumpitur aut inutile fit. interpola: niſi alatur. Τὸ δ' αὖ πολυχρόνιον. cauſa cur diutius ſeruari ſub terra poſſit. cęterùm ſubeſt obiectio hęc. Id cùm etiā Auenę, etiā Siligini cōmune ſit: quare non iis quoq; perpetuatur illa, tum dilatio, tū conſeruatio? Ὥστε χρεία. non eſt ἀνάγκη, ſed χρειῶν: vſu venit, vt ne corrūpantur. eæ tunicę his ei vſui ſunt.

hoc

hoc enim eſt χρεία. Ne hîc quidem conniuēdum. Nanque ſi bipartitum eſt ſemen, cuius pars abit in ſtipitem, pars manet. Iam non aderunt illæ tunicæ. Etiam porrò illud animaduertendum. Auenæ vtriuſque, tum inutilis quæ eſt αἰγίλωψ, quàm eſculentæ quæ eſt βρόμος, an ſemen ſit δίκρουν. Non enim videtur, ſed vt Palmulæ & Triticeis aliis in ſinum canaliculatum, atque introrſum ad vnicam medullam hiatum illum pertinere. Καὶ τοῦτο. βρόμος καὶ ζειά. Non tamen germinant παρ' ἔτος. Quare ex his intelligetur peculiaris Ægilopis natura: quîcum tametſi hæc habent communem πολυχρονίαν: & reipſa diu ſub terra queant ſine vitio durare: non tamen æquè, atque illa pullulant. Τὰ μὲν οὖν ἀντιμένοντα. Hactenus de quęſtione: nunc ſuum dat iudicium de ſeminis partibus ſeparatis. Non poſſe naturam facere vtranque ſeminis partem ſimul genitabilem. Τὰ μὲν οὖν ἀντιμένοντα. Quæ reſiſtere queunt ob πολυχρονίαν. Videtur ergo etiam βρόμον, etiam ζειὰν facere παρ' ἔτος germinare. Quod ſi ita eſt, iam vides ingenii perplexitatem: quod vix quicquam ſuo diſponit loco: ſin aliter ſtatuit, hęc verba nihil agunt hîc. Ἀλλ' ὁμοιόντι. Exemplum ſimilitudinis affert ab ouiparis animalibus, & iis quæ vermes edunt. Cuius exempli me profectò pudet. Ait enim, oua edita perfici: parentes ipſas effœtas fieri. Quid hîc ſimilitudinis? Non enim quærim⁹ hîc, an mortua planta ſemen poſſit viuere, ac planta ex eo fieri. Sed ita dicendum fuit, in animalibus idem euenire: quorum fœtus, ſiue ſit ouum ſiue vermis, nondum prodit in animalis formam, ſed poſtea perficitur ad hoc, vel incubatu vel alia ratione. Sed hîc quoque inſtandum eſt. Si talis ſit natura ſeminis, vtrique parti communem futurā. Quod vt emollias, accuratiùs naturæ opera ſunt percenſenda. Nanque in ouis quoque ipſis gradus quidam ſunt. nempe ex quibuſdam mas, ex aliis fœmina. Sunt etiam quædam inania, quæ vocat Philoſophus ὑπηνέμια. Non igitur abſurdum fuerit ſi in parte ſeminis alia atque alia, non eadem ſit prodeundi προθεσμία. Τὰ γὰρ ἀποπιπτόμενα. Oſtendimus malè aptam ſimilitudinem: hîc ipſa ſeſe falſam oſtendit. Quis enim dicat ὠὰ τρέφεσθαι? Alitur enim luteo in incubatu pullus, non ouum.

Τὰ μὲν ἐν τῷ ὕδατι. Arbitratu ſuo addidit θαλάττῃ, eſt enim ὕδωρ. ἐν τῇ γῇ, vt ſerpentum: ἐν ἀέρι, vt auium. rectè: quia ſemen ἐν τῇ γῇ. Ἐξαδυνατεῖ, exuuntur generandi facultate. Φαίνεται δέ. Inductio ad probandum maturationem extra matricem. Recentia ſemina ſeruatis minus idonea generationi. hornis ea quæ alterum iam annum exegerunt. Oportet enim (quod & ſuprà dicebat) humoris aliquid exhalari, qui nondum percoctus ſit. Quare in Hiſtoriis etiam igni ſiccari iubet ἀλοασθέντα, triturata. areata dicit Grecus. Τί οὖν ἴσως. Ex iis quæ dicta ſunt, ſolui poſſe quæſtionem ſatis picta phraſi: cui tamen illico ſubnectit contrarium. Dixit πως, quia non eſt modus manifeſtus. Et duos ſtatuit autores coctionis: quippe calorem internum cùm dicit, ἐν ἑαυτοῖς: & calorem

A terræ cùm dicit, ἐν τῇ περιεχούσῃ. Sicut aerem dicebat περιέχοντα. Ἢ τοῦτο παράλογον. Hæc eſt contradictio: ſed verbis obſcuriſsimis. Summa ſententiæ eſt. Non conuenire rationi, ſub terra perfici extra præſidia radicis, quæ apta nata ſunt ab aere perfectionem accipere ſuam, & ab ipſa planta. Itaque τὸ ὡς, hîc eſt quaſi. Quaſi verò plus præſtari poſſit à terra ſola, quàm potuerit & ab aere & ab radice: itémque magis proficere queat abiectum ſemē, quàm potuerit in proprio domicilio. Quin terræ calori potius attribuit exhauriendi ſeminis maleficium, quàm coquendi beneficium: ait enim, ἐπαυξάνεσθαι μᾶλλον τὴν τροφήν, ἢ ἐκπέττεσθαι ὑπὸ τῆς θέρμης ὑπὸ τὴν γῆν κατακλειομένην. Vt terræ calor exiccet potius ſemen, quā foueat.

Καὶ δι' αὐτοῦ. Hîc verba hæc ſunt corrupta.

B Ἅμα λαμβανόντων. Comparat terræ conditiones cum aeris vi ſimul & parentis ipſius plantæ. A terra non poſſe conſequi ſemen alimentū, niſi crudum. At dum eſt in planta, frui ſucco tum à ſcapo tum ab radice elaboratum. Quo loco (vt & alibi docebat) radicis miniſterium ſtatuit ſub vētriculi, non ſolùm ſub oris proportione. Ἔτι δὲ τῶν μὲν ᾠῶν. Adhuc turbat. Videtur enim reſpondere argumēto ſuperiori, de ouorum extraria perfectione. Haud tamen reſpondet. Nam cùm dixit μία τις ἡ πέψις: addit εἶθ' ὑπὸ τῶν ἔξω. Hæc enim verba deſignant vlteriorem maturationem ab exteris. Neque admittat quis illam tergiuerſationem, τὸ μὲν κατὰ φύσιν, id eſt illa μία πέψις: τὸ δὲ παρὰ φύσιν, ſcilicet ὑπὸ τῶν ἔξω. Hoc enim ridiculum eſt: incubatum

C eſſe rem pręter naturam. Impudens ſanè ſententia.

Καὶ ταῦτα. Aſſeuerat perfectionem ſeminis dum eſt ſuper planta. Eſſe enim Ægilopem robuſtam natura ſua: neque eo tempore ſemen gerere, quo ei quicquam ab anni violentia incommodetur. Hoc eſt quod aiebat, οὐ περιλαμβανομένου τῇ ὥρᾳ. Nō circumuentum temporis iniuria, qua decutiatur ante maturationem. Πάλιν εἶπε. Etiam magis obturbat. Nam qui dixerit ἰσχυρόν, nunc ait ἀσθενῆ. Non eſt igitur (vt dicebat) robuſtum. Accuratus Autor perſpicuis verbis ita negaſſet. Ἀλλὰ μὴν οὐκ ἰσχυρόν γε, εἴπερ ἐκπίπτει. δι' ἀσθένειαν γάρ, πολὺ δὲ περιττεύει τῶν κειθῶν, ὥστε κενὸν ἐσάναι. Nota verbum περιλαμβανομένου, circumuento. πρὸς τὴν πέψιν. τὸ πρὸς declarat promotionem illam ad maturandum.

D Ταὐτό τε οὖν. Si hoc ita fit, non erit propter alimentum, ſed ex natura peculiari. Hîc accipit οὐσίαν pro ſpecie, & idea tota Ægilopis. Referendum ad ſubſtantiam, non ad euentum. Καὶ τὸ συνεκτρέφεσθαι. Non tamen repugnat ei ſententiæ, quæ terræ calore ſeminis adiutat maturationem. συνεκτρέφεσθαι, tollit ſuperiorem obiectionem quæ aiebat, μὴ ἐκπέττεσθαι τὴν τροφήν. Ἐπεὶ τό γε διαμένειν. Aſſentitur ei qui negabat corrumpi. Πολλαχοῦ γάρ. id eſt ἐν πολλοῖς. Inductione probat. Si fit in aliis multis, in Ægilope fieri poſſe. Suprà Bromon & Zean afferebat ad exemplum. Μᾶλλον δέ. Amplior argumentatio. In omnibus id euenire ſeminibus, vt aliquanto ſuo quicque tempore ſcilicet incorruptum maneat, quoad appetat germinandi

prothesmia. Huc tandem illa omnia deuoluta. Ægilopē & statim exoriri posse, & anno pòst: hanc variationem esse illi inuariabilem, sicut aliis certā statámque temporis conditionem. Itaque subdit (quam suprà tangebat) Betæ naturam non absimilem, sed & incertam magis. Non enim seruare temporis eādem rationem. Hoc ergo fuerit item ἀπὸ τῆς ἐσίας: non autem à maturatione, quam à terræ calore consequatur. Και ταῦτα. In annum differre germinationem, etiam frustrata operam ac diligentiam olitoris. Καὶ τὸ τοῦ λωτοῦ. Etiam suprà dicebat. Addit causam in Loto. quia folliculo sit contumaciore, à quo sese nesciat expedire medulla. ἀποδύεσθαι, exuere. Τὸ δὲ τοῦ βολβοῦ. Prosequitur sic cætera quæ post Ægilopem proponebat. De eo quam afferat causam, nondum sibi liquere ait. σκεπτέον, summa modestia: tantus vir monet nos quomodo sit audendum. Εἰ οὖν ἔτους. Tandem enatauit post tam variam iactationem. Si diu sub terra manent aliqua priusquam prodeant, omnino dicendum, ea capessere interea quampiam sub terra perfectionem. Συνεργοῦσα πίστις. Non est demonstratio, sed persuasio ad faciendam fidem. συνεργοῦσα, non sola, sed cum aliis argumentis. Ἀντιβαίνει δ᾽ αὐτῇ. Apponit satis friuolam contradictionem: Quædam è væstigio prodire. Quid tum postea? Satis hoc iam declaratum, haud vniusmodi naturam esse. Quædam paratam habere germinationem: alia non item.

Κατὰ τὴν πρόσφυσιν. Hîc non significat agnationem, vt suprà: neque vt apud Medicos, sed exitum plantæ de semine. Μεῖζον δ᾽ ἔτι. Postrema capitis pars, in qua demonstrat duobus exemplis à radicibus vim illam prodeundi proficisci. Exempla sunt à Loto arbore & Tithymalo Myrtite. Fundamentum comparationis est in illis verbis. ἀμφότερα περὶ μέρος φέρειν. Conclusio: ἀναγκαῖον ἐν ταῖς ῥίζαις. Hîc non est πίστις, sed ἐπιστήμη. Scientia nanque ex necessariis. Cæterùm (quod & suprà tangebamus) in multis aliis idem fit. Secale nanq; floret quadraginta circiter dies. etiam Verbascum non totum. Sed neque rosaria: & fortasse nulla planta eadem die. Ficus binos edit fructus. Etiam biferæ sub hunc censum venient. Cytisus verò (vt Varro prodit in tertio) sex menses totos floret ab æquinoctio priore ad alterum vsque. Quare neque mirandum per se, neque in Ægilope: res enim peruulgata est. Μεῖζον, scilicet θαῦμα, ἢ ἀπόρημα, ἢ συμβαῖνον. Οὐχ ὑποπτον. Cui non est hæc quam dicebamus, ascribenda causa.

Θάμνος ἐπιγειόκαυλος. τὸ ἐπὶ, significat propinquitatem: πρόσγειος. nam plantæ omnes sunt ἐπίγειαι. humilem significat hîc. Scitè voluit ostendere quàm latè pateat hæc natura: nempe in arboribus & cremiis. Ἐξ ἑκατέρων βλαστῶν, tam hornis quā vetustioribus. Μειωσμόν. Vt non tota causa sit in semine: sed sibi partem vindicet etiam radix. Habes tractationem infelicissimam. Vt dii Philosophorum, Veritas scilicet ac Simplicitas benefaciant barbaris nostris: Ioanni Duns, dico, & Alberto, & aliis: qui & sciunt, & sciunt docere.

Lego τῷ ὕστερον ἔτει, ἢ ἀπὸ σπέρματος. Et διὰ τὸ ἀργὸν, non autem εἰς τόν. Et λαμβάνει τὴν αὐτοῦ, aspiraté. Et σκωληκοτόκων, non σκληρογόνων. Et τελέωσιν λαμβάνειν, non λαμβάνει: est enim ὥστε. Et συμβαίνει μὲν δὴ τοῦτο, non συμβαίνειν. Et σπέρματα πάλιν τελειωθῆναι: expuncto articulo τά. Et κενὸν ἐστὶ, non κοινόν. Et ἀποδύεσθαι, non ἀποδρυώσασθαι. Et δυσφυῆ σπερμάτων, ὥστε: expunctis δὲ & τε. Et αὕτη τις ἂν εἴη, non αὐτή. Et καὶ τῶν περὶ τὰ σπέρματα, non τῷ. Et ὑποπτον, non ὑποπτεύοντα. Et περὶ τὸν τιθύμαλλον τὸν μυρτίτην, sublatis, καὶ τὸ ἀεί.

Theodorus tenebras Cimmeriis eclipsi solis illustrauit. Videamus vtrobique cuiusmodi. τῶν δ᾽ ἄλλων, τῶν ἐπεὶ τὰ σπέρματα μάλιστα πόρρω. Cæteris verò de seminibus proditis procul maximè sunt, quæ non simul, &c. Atqui alibi acceptam sententiam solitus est arbitratu suo formare Latina concinnitate. Sic fortasse quispiam verterit: Si verum est quasdam particulatim, non autem simul prodire tota: longè abest eorum ratio ab iis quæ de seminibus dicta sunt à nobis. At hæc de Bulbo, Loto, atque Ægilope circumfertur opinio. Additis etiam more suo verbulis quibusdam sententiā deprauauit. Ea sunt, adesse quæ non simul generāt. Vbi, cui, cuius adsunt iussu? Τῷ ὕστερον ἔτει. Semina posterioris anni dilapsa erumpere. Imò semina prioris anni postero prodire. Ἡ παρ᾽ ἔτος βλάστησις. Theodorus planissimam instituit paraphrasin. Sed de bipartita germinatione, ita vt pars in annum prorogetur sequentem. Βρόμον Bromum vertit, sicut Ægilopa Græca voce. Virgilius *auenas steriles*. Has Vascones *cucuias* vocant, quasi inutiles. Et auragines à leuitate, quo modo nos oua ὑπηνέμια. Zeam verò semen vertit: ex Plinio scilicet. Verum hîc cùm de seminibus agatur, abstinere oportuit ab ambiguo verbo. Siliginem, ex eodem Autore. Πρὸς τὸ φύσιμον ποιεῖν. Vt germen possit elidere. Nondum memini hoc rectè dici. Scio Varronem iubere teneras herbas elidere ac vellere. Καὶ τοῦτο δ᾽ ἐχόμενα. Atque ita vim adipiscuntur, qua possint animalia parere. Optima quidem explicatio: sed nemo dicat oua parere. Πεπονημένην, præmaceratum. pessimé. Hoc & alibi castigauimus. Ὥστε κενὸν ἑστάναι τὸν κάλαμον, vt culmus staret inanis. Non est sequutus institutam orationem. Dicendum, vt culmus stet inanis. Dixit enim antecedit, non antecessit. Verùm hoc ei sæpe contingit. Sic & paulò infrà: dum in terra laterent, excoquuntur. Dicendum aut latent, aut excocta sunt. Ἀποδύεσθαι. Theodorus legisse videtur ἀδρυώσασθαι: ait enim Neque parem capere crassitudinem. Cæterùm nihil ad rem. loquitur enim de seminis explicatione à folliculo suo. Si nondum exit, quid dicat de incremēto? Καὶ τὴν πρόσφυσιν, annexa. Nequaquam: sed vt in Commentario. Ἐπεὶ τὸν τιθύμαλλον. De lactaria & myrtaria malè distinxit. Est enim ipse μυρσινίτης Tithymallus.

CAPVT VIII.

VIII. capitis argumentum. Repetuntur secundum anni partes tum frumentaceorum, tum leguminum sationes: earúmque tum differentiæ explicantur, tum causæ væstigantur.

Τῶν δὲ σιτηρῶν σπερμάτων. Posteaquam de mora disputauit, in qua sunt plantarum semina ad exeundū in plantas ipsas: cui materiæ id adiunxit quod variabat exituras ipsas: nunc de sationum temporibus scribit, quæ ad frumentacea, quæve pertineant ad legumina. Tametsi penè sunt hæc omnia repetita. Totum caput in hac est tractatione. Comparat autem & vtrunque genus, & seorsum inter se legumina. Τῶν δὲ σιτηρῶν. Frumentacea semina quam vel cum aliis, vel inter se habeant differentiam, scrutari tentandum est. modestissimé. δεῖ, ex necessitate operæprecium futurum pollicetur. τὴν ἄλλων ἐσίαν: vt calamos ipsos. Οἷον ὅτι. Exequitur ipsas differentias. Ταῦτα γὰρ ποιοῦσι. Causæ. Frumentacea maturè seruntur, vt fortiùs radicentur. Alioqui natura sua protinus feruntur sursum. Cohibētur ergo Hyemis superuentu: quamobrem radices plures fundunt, verso deorsum alimento. Hoc iam bis dictum est. At legumina eo præsidio non opus habent. Quippe sua natura validas obtineat radices, quæque neutiquam egeant illa multiplicatione. Seruntur ergo Vere. Cuius tempestatis nacta fauorem illico proficiunt. Ratio. τὸ γὰρ πολὺ τῆς φύσεως ἐν τῷ ἀέρι. Hoc iam millies dictum est.

Τὸν δὲ κύαμον. Fabam excipit & Lupinum. De Faba, ὅπως ῥιζωθεὶς ἐν ταῖς ἀδείαις ἀντέχῃ τοῖς χειμῶσι. Vt iam radicata resistere queat Hyemi. pessima ratio. Non enim resistit, sed gelatur. Et tum si fit, vt ait δι᾽ ἀσθένειαν: Vere potius serenda. Nam certè vtroque tempore Faba seritur. Cæterùm quę Vere seritur, serò floret, vritur ergo. Hæc est causa.

Πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι. Hoc & suprà dicebat. Serò sata minus radicari, sed sursum erumpere atque esse πολυχαλῆ. Tamen hîc verba non satisfaciunt. Nanque τὸ πρὸς hîc significat vt. At ad multas stipulas radice validiore videtur opus esse. Potius è contrario. Non enim quærimus vnicalamū Triticum, sed si fieri possit multicalamum. Non potest autem, quia succus sub terra detentus est. Hoc autem coacti concedimus naturæ: quia quęrimus validas aduersus Hyemem radices. Τὸν δ᾽ αὖ θέρμον. Alia Lupini ratio. Terram enim calentem requirit. Hæc ratio maturæ sationis. At cur terram vult calidam? quia difficilis natura eius; quod ἀτέραμον vocat. Vnde id scis? quia ἄπεπτον. Vnde hoc? quia πικρός. Iam est explosa hæc sententia, plantas amaras esse corpora naturalia inchoata. Sed ratio est, quia penè agrestis videtur esse. Καὶ παρόμοιον. Ex propositis optima ratio. Vt ad cibū Lupinus eget multa interpolatione, sic & ad enascendum. Multum ergo caloris exigit sibi. τὸ ἰσχυρότατον. neutro genere, frequenti vsu, de Lupino ipso: ἐκεῖνο. Aduersus hanc Lupini miserā imperfectionem, præter tot alia argumenta, est etiam illud non admodum vulgare. Si esset amaritudo in Lupino indicium cruditatis: sequeretur vt aqua frigida coqueret Lupinum: in ea nanque maceratum deponit habitum amaritudinis. Prætereà salsas quoque plantas inchoatas dicere cogetur. quare etiam sal ipsum. Balbutientium sententia est, sapores omnes propter vnum conditos à natura. Sic enim de coloribus quoque dicendum esset. Est enim vt in substantiis suum cuique esse definitum: non autem ita vt vnus sit gradus ad alium. quocirca suum quicque subiectum habere necesse est. Sed de iis in duodecimo supranaturalis scientiæ. Διὰ τοῦτο δ᾽ ἔοικε. Argumentum superius à terra propter anni tempus. Postulabat enim terram calidam. nunc à terræ idea. Bonum solum aspernari: strigosum deposcere. Sabuleta scilicet esse calidiora, & efficaciora ad negotium conficiendum. ἀκατεργαστικώτερα. Καὶ κρύπτεσθαι. Tertium argumentum. Petere id quoque parari sibi ab agricola, vt haud profundo seratur sulco. Velle enim insolari frusque tepore aeris.

Lego καὶ τὰ ὅμοια περὶ, non autem περιρρεῖ. Et ἀθερμαντικωτέρα. Est enim flexus actionem significans. Quare etiam legendum ἀκατεργαστικωτέρα. Nam εὐθέρμαντον & ἀκατέργαστον, à tertia præteriti passiui, passiuam habent significationem. νοητὸν, αἰσθητὸν, ἀπέραντον, nisi sit primæ declinationis, ποιητής, κιθαριστής. Ποπμώτερος. puto esse mendum.

Theodorus ὅτι τὰ σιτώδη ῥιζοῦσθαι δεῖ, πρὸς τὸ μονόκωλα γίνεσθαι, τῆς ἀναφορᾶς εὐθὺς ἄνω γινομένης. Ratio, quòd frumenta non protinus sursum contendant, sed antè radices plenè cōcipiant: vt se culmo simplici attollere possint. At Philosophus aliter. Maturè nanque seri, ne sursum ferantur: quia eorum natura quærit statim exitum ad superiora. Ideo dixit τῆς ἀναφορᾶς εὐθὺς ἄνω γινομένης. Alioqui statim attollūtur, & nihil aliud quàm stipula sunt. Id quod suprà non semel ἀνατρέχειν. Τὸ γὰρ πολὺ τῆς φύσεως ἐν τῷ ἀέρι. Enimverò eorum natura familiaris magna parte in aere est. Obtundit suis additionibus. Non enim est illis familiaris natura quæ in aere est, sed omnibus communis. Multū nanque potest aeris facultas ad germinationem.

Κύαμον προσπείρουσι, Fabas maturè solent obserere. Hoc verbum tametsi est in vsu agricolis, Latina tamen origine aliorsum spectat. vt obequitare. Si Vitis vspiam sit: dicam, Brassicam ne obserito. Τοῖς χειμῶσι. De suo addidit, valenter. Θερμῆς ἔτι οὔσης, solo tepido. imò calido. Feruet enim terra tunc ita, vt trituratoribus vrat væstigia. Ἀτέραμον, durum. Propriè significat quod est impenetrabile. Τέρετρον: vnde nostrum terebrare. aut τομὴ τέρον. Ἡ πικρότης. Theodorus addidit de suo, nimia. Non tamen est, sed in felle & Aloe. Κατεργάζεσθαι, macerari. Abutitur nimis sæpe. Ὑφαμμον. Addidit exile.

CAPVT IX.

Noni capitis argumentum. Quam ob causam prodit radix è granis frumentaceis ex parte crassiore, ab altero mucrone stipula. In leguminibus tam radix quàm calamus indidem.

KAI' τὰ μὲν τοιαῦτα σχεδὸν ὥσπερ γεωργικά. Non ab re factũ videtur, cùm caput hinc abſcidimus: nẽpe verba ipſa penitùs hoc exigere videntur. Hactenus enim quæ noſtro ex opere queant proficiſci, diſceptata ſunt: deinceps non quæ artis ſunt, ſed quæ naturæ legibus conſtituta conſiderandum. Minus tamen opportunè videntur hæc inſerta iis, quæ de mora & celeritate prodeundi iam inſtituerat: quã idcirco ſequenti capite repetere cogetur. Eſt autem caput hoc ſimpliciſsimum. Comparat enim ſemina frumentaceorum cum leguminibus, quoad germinationem. Quæ quia plana ſunt, particulatim videamus. Ὥσπερ γεωργικά. Quia non ſunt aperta præcepta per ſententias præciſas, cuiuſmodi ponunt Autores agriculturæ. Nam tanquam Philoſophus de eorũ iudicat difficultatibus, ac præterea cauſas addit. Τὰ δ' αὖ τῆς φύσεως. Nunc expediet cauſam quare de Tritico altrinſecus prodeat ab imo radix, calamus à ſummo: in leguminibus indidem vtrunque. Τὸ μὲν εὐθὺς ἄνω. ſcilicet caulis. Quod eſſe mirum debet, ſi ex eodem loco altera pars νεύει, id eſt deorſum ſpectat: hæc eſt radix: altera ſurſum, ídque ſtatim quàm orta eſt. Vbi videmus naturæ διοίκησιν. Diſtribuit loca, quia partita eſt materias ſub formis partialibus.

Ἀπὸ γὰρ τοῦ παχέος. A craſsiore parte qua hæret ſpicæ, prodit radix. apta quidem proportione. Fuit enim eius item radix qua committeretur ſpicæ. Ὅθεν ὁ ἀθήρ. Declarat ſeminis partes per craſsitudinem & tenuitatem: has autem declarat à loco, ſitu, vicinia. Craſſa, ſpicæ propior, ideſt calamo, qui medius eſt in ſpica, tenuior ea quæ ſubeſt ariſtæ. Hoc enim eſt ἀθήρ. Vnde etiam Atherina piſcis: qui fortaſſe noſtra eſt *Scadoua*. Eſt autem granum Tritici faſtigiatum in ſummo, communi lege naturæ. Faſtigiatur enim omne ſurrectum. Ratio in montibus aquæ defluxus pro agẽte: pro forma, grauitas: dilatatur enim. In arboribus alia ratio, eáque duplex in ramoſis. In ramos enim diducitur moles. In iunco vna tantùm cauſa cum cæteris omnibus communis: diſtantia ab alimento. An & alia præter has? nempe terreſtria magis inferiora. In animalibus alia lex. Craſſiora plenioráque ſuperiora: quia crura ad motum habilia eſſe oportuit: ſumma verò capaciora. In ſerpentibus poſtrema tenuiora, quò eſſent idonea magis ad tractum, neque morarentur cæteri motum corporis. Τὴν αἰτίαν ἐν τῇ φύσει. Ex ſitu partium à natura inſtitutarum venãdas eſſe cauſas. In Tritico duos eſſe mucrones: duos igitur exitus. In legumine vnum. Ligulam enim inter duas habent pulpas: quam ait videri agnatam, προσπεφυκός. Siquis tamen accuratiùs obſeruet (vt à nobis factũ eſt) animaduertet ex illius papillæ parte inferiore prodeuntem radicem, ex ſummo faſtigiolo ſcapũ. Hoc item in Peponibus, & Caſtaneis, Amygdalis, cæteriſque omnibus, quorum è pulpa vnica, vt Sardianis, vel gemina, vt Heracleoticis prominet roſtellum illud. Καὶ συνάπτουσι, qua thecis hæ-

A rent ſuis. Ἐξ ἀνάγκης. Neceſſariò ligulam habere illam, quia ſunt ἐναγγειόσπερμα. At neque neceſſariò eam habent, neque hac de cauſa quam profitetur. Non neceſſariò habere: liquet ex iis quæ non habent. Quale eſt Papaueris granum, Git, Flammulæ, Strobilorum, & eiuſmodi. Non habent autem vt hæreant, tum patet ex his iiſdem, tum quia Triticum item hæret: neque habet tamen. Sed contrà, cauum ibi eſt in quod induit ſeſe ſpicæ quaſi denticulus quidam. Sed habent ob nobiliorem finem. Illud enim eſt ſolum ſemẽ ac principium generationis: reliqua verò appendices potius quædam. Τρέφεσθαι γάρ. Quaſi vmbilicus quidam ſit, per illum ſuggere à matricibus ſiliquis alimentum. At in Coccalo (ſicuti dicebamus) nullus. Τὴν δὲ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Oſtendit eſſe non

B poſſe plures vno illo aditu: quia ſint συνεχῆ, & perpetuo tecta cortice, & obſeſſa lobo. Notabis & id non eſſe verum quod ait, κατὰ τὸ ἄκρον. Non enim phaſelo aut fabæ, ſed à dorſo. συνάπτουσιν, eſt participii caſus tertius. Δίθυρα. Quia geminas habent pulpas, at frumenta vnicam. Μίαν τινά, καὶ τὴν αὐτήν. αἰτίαν ſcilicet καὶ ἀρχήν. ἀμφοῖν, radicis & ſcapi. Περιεχόμενα. Hæc eſt addita cauſa priori illi συνεχῆ. Non enim ſatis erat illa. Nam etiam Triticum συνεχές. Quare ſiliquis ait obſeſſa eſſe. Hoc etiam nihil eſt. nam etiam frumentum eſt συνεχὲς, & vnum tantùm habet cauum. In mucrone verò ſuperiore væſtigium nullum. In quo cùm ſibi viam faciat natura ad ſtipulam exprimẽdam, poterit & ex altera Ciceris parte. Quocirca

C id quod nos afferebamus, tenendum eſt. Frumenti granum totum, idipſum eſſe & ſibi, & cauli, & radici, quod vmbilicus ille vel Ciceris, vel Amygdali, vel Peponis. In Cicere verò pulpas illas non eſſe ſemen ad propagationem, ſed pro fructu ad cibum: quemadmodum alia pericarpia quibus ſemina continentur. Τῶν δὲ σιτωδῶν. Scitiſſimam diſceptationem. Frumenta eſſe figura recta: quapropter in duos mucrones effudiſſe naturam partes duas ex vno interno principio explicatas.

Ἐχώρισε, ſcilicet forma ipſa. Dicebat enim τὸ δ' ἐστὶ τοιαῦτα, τῆς οὐσίας. Συνεχοῦς δέ τινος οὔσης. vnum principium materiale. Ideo dixit continuum, nempe à mucrone ad baſim. Ac propterea etiam addidit τινός. Nam principium formale neque continuum eſt neque diſsitum, ſed vnum in-

D diuiſibile. Ὥσπερ. ac ſi dixiſſet ὅσπερ. Διατείνουσι καὶ κατὰ τὴν ἐντομήν. Eſt in frumentorũ dorſo ſeſsilis ſectura quædam. Hanc vocat ἐντομὴν, quomodo animalia quædam dicuntur ἔντομα. Adeò igitur prudenter partiri exitus, hâc radicis, illac ſcapi, vt ne per fiſſuram quidem illam dignetur egreſsionem. Τοῦ μὲν οὖν. Hæc eſt capitis ſecunda pars. Hactenus expediuit differentias: nunc dat ſimilitudinem. Τὸ πλεῖστον. modeſtiſsimé. Nam & ſuprà & ſemper oſtendit, non eſſe in hominis poteſtate veras eruere cauſas. Velim dicat Auerrois, qui ab omnibus omnia ſcire cõtendit: quid agat in Tritici grano rima illa de qua nihil prodit. Quin è Palmulæ ſinu illo nihil item exit: hoc

hoc enim exploratum eſt à nobis: ſed ex puſillo atque perobſcuro vmbilicello qui in ventre eſt, vtrunque prouenit, tum radix tum ſtipes. Ἐκεῖνο δ' ὁμοίως. Ariſtotelica lege, poſtquam venatus eſt differentias, adiungit conuenientiam. Ea eſt, vtriſque produci radicem ex eadem parte, nẽpe quâ matrici hærent. Eſt enim vtrobique viæ apparatus ad alimentum. Quippe granum ſuggit à matrice per eam partem. Item cùm mutatur planta, ſuggit à terra planta per eandem. Πίπτει δὲ τῶν καρυωδῶν. Verba corrupta ſunt: ſenſus autem hic, Non eſſe hanc rationem in Glandibus & Nucibus. Abellina, & Amygdalum, & Glans, & Caſtanea, auerſa hæc omnia capiunt à matrice cibum. Mucro enim ille antrorſum. In Pomis autem ſemina ſuis mucronibus ſpectant peciolum.

Lego ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς, non autem καρπός. Et ὅθεν ὁ ἀθήρ, non autem ἀήρ. Et τὴν δὲ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, addita negatione. Item addita negatione, καὶ μὴ περιεχομένων. Non enim ambiuntur à glumo frumenta, ſicut à ſiliqua legumina. Vt ſuprà dicebat περιεχόμενα τῷ λοβῷ. Et τοῦ μὲν καλάμου, non autem βαλσάμου. Et τῶν καρπῶν δ' ἡ πρόσφυσις.

Theodorus καὶ γὰρ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ καυλὸς, cùm radix & caulis ita maneant. Verbum ineptum hîc & falſum. Non enim manent, ſed exeunt. Περιεχόμενα τῷ λοβῷ. vndique ambiantur. Deprauauit ambitioſo aduerbio veritatem. Non enim Piſa Cicérve columbinum ambiuntur vndique ſiliqua, ſicuti neque Fœnugræcum. ſed à lateribus inuicem ſtipant ſeſe. Et malè addidit aduerſatiuã. Imò verò additur pro cauſa. Διικνούσης, tranſcendente. malé. Non enim aſcendit, cùm demittit. tranſmittente. διήκειν, Pergere. permeante.

CAPVT X.

X. capitis argumentum. Explicantur cauſæ propter quas legumina celeriter, frumenta non celeriter enaſcantur.

THN δὲ ταχυβλαστίαν. Hæc (vti dicebamus) non bono conſilio diſiuncta ſunt à ſuperioribus: præſertim cùm in ſecunda Capitis parte ſcribat, quædam ab radicibus anno poſtero naſci. Quæ fuerant annectenda narrationibus Ægilopis, & aliorum. In priore parte duo perſequitur: primùm, cauſas celeris in leguminibus pullulationis: deinde in frumentaceo genere tarditatis. Quæſtio eſt de celeri leguminum germinatione. Cauſam refert ad anni tempus. Vere ſeri ſuprà dixit. Vernum tempus molliſſimum & fœcundiſsimum. Prior conditio eſt ſecundæ cauſa: ſiquidem mollitiam teporẽ intelligit & humorem. Ab humore mollities, à frigore duritia. Vtraque harum qualitas genitalis. Dixit γονιμωτέρα τῆς χειμερινῆς. poterat etiam γονιμωτάτη. Ἀλλ' ἀμφοῖν τούτοιν. Mira connexio ſententiarum. Primo loco quærit cauſam in leguminibus, cur celeriter exeant ſata. ait, tempus id efficere. Seruntur enim Vere. Ver fœcundiſsimũ:

A hoc ad eorum pertinet generationem: & molliſsimum, hoc ad generationis expeditionem. Hæc vbi dixit, auget anyliticam eruditionem. Tametſi alterum alterius cauſa eſt: tamen vtriuſque cauſa vna imbecillitas. Ea nanque adducti agricolæ ſerunt in tempore commodiore. Eadem imbecillitate prædita natura facilè patitur. Exeunt ergo. ἀμφοῖν τούτοιν: & quòd ſerantur Vere, & quòd celeriter exeant. Τάχα δὲ καὶ πολυκαρπίας. Alium effectum ad eandem reducit cauſam. Dixit autem τάχα, quia non videtur, imbecilla fœcundiora eſſe. Hoc tamen etiam ſuprà dicebat ſæpe, robuſtiores arbores minùs fœcundas. Cæterùm prudenter accipiendum eſt. Agreſtes enim robuſtiſsimæ, atque eædem fœcundiſsimæ. Legumina verò fœcunda, quia ſunt humiditate ſpirituoſa. πο-

B λυχούστερα. πολυφορώτερα. Καὶ μὴ καρπίζεσθαι. Item alium affectum. Non ſolùm non defraudare ſucco terram, ſed etiam nouam facere, νεὸν ποιεῖν. impinguare. Ac μὴ καρπίζεσθαι quidem, eſto ab imbecillitate. At lætius aruum efficere, quomodo cohæret cum imbecillitate tanquam cum cauſa? non eſt ſanè: idcirco dixit ἁπλῶς εἰπεῖν. ſanè παχέως εἰπεῖν. Imbecillitas eſt in prædicamento qualitatis: arui inſtauratio fit à ſubſtantia tum reponẽte tum diſponente. Sed beneficium illud prouenit ab ea concretione, qua ſunt fœcunda. Vt quod illis fructus cauſa eſt, cauſa ſit ab illis ipſi terræ ad ferendum fructum. καρπίζεσθαι, adverbum, carpere: vt Græcum Græca origine Latinum faciamus.

Πλὴν εἴ τι. Exceptio eſt in iis quorum eſt coriũ contumacius, vt Fabæ. Hanc eſſe cauſam propter quam ex eo cenſu celeritatis eximatur. Item alia,

C ſed non interna: contingens quidem illa & extranea. Si factam Fabæ ſementem ſubſecutæ fuerint pluuiæ, denſari ſoli ſuperficiem: atque ita (quod etiam cæteris omnibus euenire compertum eſt nobis) cohiberi ſemen. Poſt hanc differentiam, potuit & aliam adnectere. Non enim νεὸν efficere Fabam, ſcribit Columella: & Palladius aſſentitur. Negant enim meliorem eſſe ſegetẽ eo aruo, quod Fabam tulerit. ἐφυσήσῃ. Verbum quo alibi quoque vtitur. ſuperpluent. Ἐν δὲ τοῖς σιτηροῖς. Hæc eſt alia capitis pars, in qua frumentaceorum oſtendit naturam in duobus: vnum eſt, tarda maturatio: alterum, arui exuctio, quam appellat καρπισμόν. Duas deinde aſsignat cauſas cùm dicit, ἥτε πολυῤῥιζία, καὶ ἡ γλισχρότης. Eſtne vtraque vtriuſque cauſa? eſt vtique. Nam radicum robore fru-

D ctum defraudari ſuprà dixit: eſt autem dilatio fraudationis imago quaſi quædam. Item viſciditas ſucci, contumaciuſcula eſt ad excoquendum. Sic & περὶ καρπισμοῦ: ſatis liquet validas radices multũ ſibi requirere alimenti: validæ verò ſunt, ſi multæ. Item lentor ille ſucci multa fit interpolatione. Pinguia verò eſſe frumentacea ſatis oſtendit vſus fabrorum, qui ex farina gluten parant. Inde Philoſophus ex Empedocle, ὕδατι ἄλφιτα κολλήσας. Eadẽ penè verba in quarto De ratione victus in morbis acutis. Propterea doctiſsimi Arabes prohibent in pleuriticis vſum Triticei panis: coaleſce-

re nanque sputum, atque etiamnum magis hærere. Πολυῤῥιζία. In Æsopi fabula est: plures soles plus vrere. Et audiui puer olim, Florentinorū rempublicam esse multorum capitum tyrannidē. In arboribus tamen viscidi quidam fructus seriùs, alii temporiùs maturantur: Cerasa in aditu Æstatis: Vua in fine. Vt non temerè sit accipiendum quod ait, τὰ γλισχρὰ βραδέως ἐν τοῖς δένδρεσι πεπαίνεται. Et aquea Persica sunt, quæ serò: item Mala ipsa. Prunorum genera quoque partim talia, partim non: lento succo tamen omnia. Διὸ καὶ πυρεῖ. Quia dilutior in Hordeo succus: & laxior medulla. At Milium (quod est omnium fortasse frugum minimè lentum) serum maximè est.

Καὶ ὀλιγοχέστεροι. In leguminibus πολυχίαν ascribebat imbecillitati: sic nunc attribuit imbecilliori. B Καὶ ῥίζαι. Suprà dicebat πολυῤῥιζίαν: nunc βαθυῤῥιζίαν. Radix robusta est aut specie, vt Pino, Cupresso: aut quantitate, quæ diuiditur in crassum, longum, multiplex. Suprà quoque volebat ab arboribus plus suggi, quia radices profundiores. Οὐχ᾽ ὥσπερ. Contrà radix leguminibus, singularis, opponitur illi πολύῤῥιζα: & minus profunda: hoc est οὐχ᾽ ὥσπερ. Frumentis profunda, nō vt leguminibus: quibus scilicet non profunda.

Καὶ ἐπιπολῆς. Ratio quare minus profunda radix, quia sulco tenui suspenduntur non profundo. Et è conuerso ratio, cur ita serantur, quia radicem non quærunt profundam. Hæc & ad exortus faciunt celeritatem: parum enim sibi vindicant inferiorum: & ad eorum innocentiam: μὴ καρπίζεσθαι. C Alia quæ interponitur causa, denotat item celeritatem. γεωδέστερος ὁ καρπός. Terrestrior succus: minus ergo laboratus. A quo capias totius plantæ argumentum: vt ipsa quoque sit terrestrior. Alioqui non de exortu, sed de fructificatione diceretur. Tamen in terrestri humido tarditas haud parum obstat huic sententiæ. Hac enim de causa sunt ἀτέραμνα. Præterea videndum, quid sibi vox illa velit καθαρά. Fortasse purificata, id est diutius elaborata. Nam legumina Triticeis magis excrementosa. Etiam illud animaduertendum, quomodo minus suggant legumina: quæ tamen crassiora sunt & πολυχούστερα. Quapropter alia causa proponenda. Carpere terram magis frumenta quàm legumina: quia legumina terreum modò suggunt succum: at frumenta magis aereum & vitali propiorem. D Μανὴ ἡ σπορά. Hæc item ratio ad eadem. Minus terræ occupatur: minus ergo suggitur. Plus habent quod & vnde suppeditur: citius igitur. Tum autem solis tepores admittunt interualla. Πάντα γὰρ ταῦτα. Causas applicat ad ea omnia quæ suprà statuebat. τὸ ἦθος καρπου: quia dicebat πολυχούστερα. Ἐπεὶ ὧν γε πλείων. Hoc & veritati aduersatur: & contra dicit superioribus: & ad rem nihil facit. Quòd non faciat, satis liquet. Aut enumerat enim affectus leguminum, vnum illud πλῆθος. Aliud πρὸς κουφότητα τῆς γῆς: quia dixit νεὸν ποιεῖ. Tum hæc omnia iuuari aeris benignitate. Quid ad hæc fructus esse lignosiores earum plantarum, quibus radix & maior & profunda? A Quòd superioribus contradicat, quis non videt? Leguminum fructus aiebat terrestriores: radicem non profundam: Triticum γλισχρὸν καὶ καθαρόν, radicem multiplicem. Quod verò non conueniat rationi, docet Pinus & Cupressus: quarum minus sunt profundæ radices, fructus nihil penè aliud quàm lignum. Eryngii radix profundissima: Milii solis minimè: item plantæ illius cuius semen Lachrymas Iob vocant: vtrique fructus lapidea duritia. Ταχὺ δὲ ἐκκαρπίζεται. Hæc est quasi appendix corū quæ dicebat de populantibus terræ succum. Id quod persequitur in Ciceris priuata natura: propter quam eximendum sit è leguminum classe, quoad affectus illos. Nota locutionem οὐ δ᾽ ἐπὶ τῆς τυχούσης χώρας. Non vulgare solum B quærit. Ἄλογον δέ. Non solùm celeriter exire, sed etiam celerrimè perfici. Cuius rei causam robur assignat. Flatus hic Æsopici Satyri, à quo calidum & frigidum potest proficisci. Vbi libet, imbecillitatem affert pro causa celeritatis: vbi collibuerit, ad eandem expeditionem robur ipsum nomen suum profitetur. Non solùm autem καρπίζεται, sed etiam ἐκκαρπίζεται talia. Et quod plus est ταχύ. Verbum hoc Columella in secundo, vim terræ absumit. Δι᾽ ἣν δύναται τῶν τε ἄλλων κρατεῖν. Declarat roboris efficaciam duplicem, quod & alia possit superare, & sibi sufficere. Quę sunt illa alia? quicum luctatur Cicer? διαρκεῖν, sibi satis esse: sese promouere. πρὸς τοῦτο, ad hanc celeritatem. Declarat τὴν αὐτάρκειαν: quia paucis e- C geat ad alimentum. Neque egeat aquis, nisi ad primam modò germinationem. Quod reliquum est, seipsum nutriat. Εἰ μὴ ἄρα. Moderatur huic sententiæ. Extrinsecus enim fortassis ei afferri momenta virium à sale, quod admisceri dixit alibi ad irrigationem. Quamobrem suprà scribendum est τῶν ἀλλῶν, non autem τῶν ἄλλων. Vbi deprehendas mirum mortalem. Iam enim robustum dicebat adeò, vt etiam salis vim cōficere posset in suas rationes. Nunc à salis vi robustam deducit naturam illam. Φαίνεται δέ. Posuit priùs causam quàm effectum. Dixit enim καταξηραίνουσα. Quia sal tollit quod nimis est: operam minuit. hæç est causa quare conferat ad celeritatem. Infert postea euentum ipsum συνεργεῖν. Quare non est dicendū φαίνεται δέ, sed φαίνεται γοῦν. Est enim conclusio. D πῶς, quia est accessorium, καὶ προκαταρκτικόν.

Καὶ οἰκεῖον. Medius terminus syllogismi in minore propositione. Maior enim illa est, πᾶν τὸ οἰκεῖον συνεργεῖ τῇ γενέσει. Σημεῖον. A locis & ab euentu salis narrat vtilitatem. A locis, quia secundum mare lætius prouenit. Ab euentu, quod alibi quoque dictum est: diluta pluuiis salsugine corrūpi. Cæterùm id quoque aduertendum est. Nam dicebat bonum requirere solum: at hîc sabuleta Maritima nanque omnia strigosa. Εἰ μὴ ἄρα τῆς οὐσίας. Quæ possit erui causa hanc demum esse: salē scilicet. Quòd siquis minus assentiatur, id omne ad substantiam referēdum. Atque hîc quoque vides præter elementarias facultates, quid ab ipsius substantiæ proprietate profitetur, contra hosce Alexan-

dreos. Μόνα δ᾽ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. Hæc pars A partis est superioris, vbi de Ægilopis binis natalibus loquebatur. Repetit autē hîc, quia cum leguminibus cōparat. τῷ ὕστερον ἔτει. sicut & suprá. ἀποφύεται potiùs quā ἐκφύεται: quia est ἀπόφυσις à corpore iam constituto, quasi agnatio & παράφυσις. Καὶ αὐτοετεῖς δέ. Quin eodē quoq; anno, si ad farraginem sata sint, repullulant. Nēpe secta, collecto intus succo, qui porrò prodiisset. εἰς κουράν, ad sectionē. κείρω. Tondetur enim Hordeum ad farraginē. Παραβλαστάνοντος. Est enim quasi καρκινώσις, retracto succo, cui⁹ impedita promotio est. Quāobrem sibi aliunde atq; aliorsum viam facit. Αἴτιον. Ostendit quomodo fiat. quia de multiplici radice possunt multæ stipulæ prodire. Καὶ δύναμις. Vt radix sit subiectum, vis agens in ea. Τὰ χέδροπά. B Tribus causis excludit ab hoc affectu leguminạ, radicis simplicitate: quippe ab vno principio vnum. Lignositate: nēpe duritiem vbiq; dicit ineptam pullulationi. Superficiarium situm: nō enim haurire queunt è profundo in quo non sunt, ad opes nouas instituendas Hi tres affectus omnes radicis sunt. Ὡσαύτως δέ. Idem euentus: eadem causa coniuncta: remota verò contraria. Cùm segetes ab exercitu transeunte ita sunt conculcatæ vt nihil extet παραβλαστάνουσι. Ecce, affectus idem. Causa coniuncta eadem, succus coercitus. Remota, contraria superiori. Quia suprà tondebatur: ablatio hæc est: hîc conculcatur: duplicatio quædam hæc: reflectitur enim ac tanquam replicatur. Μηδὲν ἔτι δῆλον, vt ne væstigium quidem segetis appareat. Ἁπάντων δέ. Affectus illarum spicarū. Oportet eas esse paruas: ἅτε παλιμβλαστεῖς, quia o- C pera repetita. Sanè in Ægilope opera repetita, & ἐν τῇ κάρσει. At τὰ καταπατούμενα, à quibus nihil succi demptum est, videbantur habitiora esse debere. Dicendum, Pauito solo ægriùs educi succum. Sic suprà de Fabis, ἐφυβώση.

Lego τὴν αὐτὴν γὰρ ἣ παραπλησίαν, καὶ τοῦ διπλοῦν ἐκτελέσαι. Et ἐφυσήση, non autem ἐκφυσήσῃ. est enim ἐπιφύειν. Et ὀψιαίτεροι, non ὀψιέστεροι: aut ὀψιώτεροι: vtrunque enim dicitur. Et καὶ τὸ μὴ ὁμοίως. Et καὶ πρὸς ταχύτητα. Et ὧν γε πλείων, non ὧν τε. Et τυχούσης χώρας, non ὥρας. Et εἰς κουράν, non εἰς κέρσιν: ad tonsionem, ad secandum.

Theodorus, τὴν δὲ ταχυβλαστίαν τοῖς χεδροποῖς ἀποδοίη τις τὴν ὥραν. Celerē germinationē leguminibus tēporis ratione reddere possumus. Peregrinitas. Reddere germinationē, sicuti reddere causam D germinationis. Dixisset, acceptā referre tempori. Εὐπαθέστερον, celeriter affici, sentiréq; potest. Quare sensum de suo addiderit & attribuerit, nescio. Ἐδαφιζομένης τῆς γῆς, terra pauimētaretur. pauiretur, potius. Sicuti nō testamētamur, sed testamur. Vbi notandum, ἔδαφος poni ab hoc Autore pro quacunque arui superficie: & tamen verbum inde factum, pro densata sola. Καὶ νεὸν ποιεῖν. Theodorus omisit. Et tamen mox ad idem, καὶ μόνον οὐ ποιεῖ νέον. Καὶ τὸ μὴ ὁμοίως καρπίζεσθαι. Nos sic addidimus negationem. Malè Theodorus affirmatiuè legit. Non tamen verum est à leguminibus æquè A absumi atque à frumentis. Itaque sustulit idem ὁμοίως. Cæterùm ne sic quidem constare quit affirmatio. Distinguit enim his omnibus legumina à frumentis. at non distingueret, si esset affirmatiuè dictum. Τῶν ἀλῶν. Ita legimus nos. Theodorus vt vulgò circumfertur, τῶν ἄλλων, cætera superare. At est κρατεῖν: cuius significatum haud tam latè patet, quàm Latinum hoc. Supero Latinum, significat & vinco vi: vt leporem leo superauit: & excedo vel vi vel alia re. Græcum κρατῶ, solùm in prima significatione. in secunda nunquam. At Cicer non pugnat cum aliis leguminibus, vt ipsorum sit compos. Ξυλώδη, radice surculosa. malé. Primùm non sunt vlla in radice surculi: sed ab radice: quare poneret quod negat. Negat enim mox fruticare legumina. Deinde surculus non significat ξύλον. Tum non omnis surculus lignosus. Vbi desunt quædam in extremo capitis, Theodorus posuit hæc, restibilia tamen efficiunt. At restibilis ager is est, qui tulit segetem, ac rursus seritur. Sicuti Veruactum, quod Vere agitatum sit, quo tempore sit in aliis seges. At in aruo quod exercitus conculcauerit, nihil iterum seritur.

CAPVT XI.

XI. capitis argumentum. Cum frumentis legumina comparat, quoad cibum tum hominis tum pecudum. Deinde frumentacea quoque inter se: quæ leuiora, quæ concoctu difficiliora.

ΠΕΡΙ᾽ δὲ τῆς τῶν βρωμάτων. Postquā eduxit segetem, ciúsque varietatis librauit rationes quæ penderent ex forma, materia, fine generationis & fructificationis: nunc alium tractat C finē: nēpe quando nostri causa condita sunt à natura: nostri, inquam, simul & aliorum animalium. De quibus duobus finibus, satis suprá. Examinat itaque naturas easdem leguminum ac frumentorum: eásque comparat inter se. Hæc primo loco. In secunda parte comparat species frumentorum. In principio luculentissimam statim proponit quæstionem, quam postea soluet. Quæ semina minus diu sub terra continentur, ea videantur minus terrestris continere. Legumina minus diu sunt in aruo quā frumenta: minus ergo terrestria debere videri. At minus sunt nobis concoctu facilia. Ad hæc frumentum æquè deberet esse ventriculis omnibus concoctile, quantum natura fert. At non coquitur à iumentis: quin eius esu pereunt: nobis innoxium est. Quod contrà debuit, quo illis sunt D ventriculi robustiores. Quidni, quæ fœnum conficiāt? Hæ sunt dubitationes. Ne hoc quidē caput suo loco positum est: nam de florescendi tempore scribet mox. post quæ hæc tractāda erant. Quippe coctile affectio est à fine. Quin coctile esse ab igni, antecedit natura sua naturam coctionis, quæ fit in ventriculo multis de causis. Καίτοι ἐλάττω χρόνον. Rationis huius summa hęc. Quia parum diu sunt in terra, videntur expeditioris esse naturæ: itaque faciliùs item concoqui. At huc afferri queat argumentum quod suprà faciebat. Ægilopis granum diutiùs sub terra manere, ad annum

vſque alterũ: quia non ſatis in ſpica fuiſſet. Quod tẽpus in ſpica ſubtractum ſit, id repoſcere ſub terra ad germinationẽ. Sic legumina, quòd parum tẽporis exegerint in terra: quantum ibi deſideratum ſit, eius in ventriculis noſtris quærere penſationẽ.

Πρὸς κουφότητα διαφέρειν. Hîc διαφέρειν, eſt & differre & præſtare: conferre. Καὶ τῶν κριθῶν ὁμοίως. Quod magis eſt. Hordeũ enim leue. Quo ſi ſunt trimeſtria leuiora, ſanè ſunt leuiſsima. Horum exemplo confirmat opinionẽ de leguminũ leuitate.

Ἐλάττονος. In paruo tempore parum terræ poſſe conſequi. Τοῖς δὲ ἄλλοις ζώοις. Aliã excitat quęſtionẽ, comparando animalia cum animalibus, & cibos cum cibis. Χορτασθέντα, paſta. Καίτοι τὸ γεῶδες. Ratio contradictionis. Animalia cętera nobis robuſtiora, puta iumenta, pereunt Tritici pabulo: qui nobis pro cibo eſt minus robuſtis. Τὸ γεῶδες. Quantum habent terrei, id minimũ eſt. Quod aliis verbis ſuprà, γλισχρὰ καὶ καθαρά. Εὐκατέργαστα καὶ χαλεπώτατα, ſunt cõtraria. τῷ δὲ aduertatur ſuperlatiuum. Πρὸς δὲ ταύτας. Ad ſolutionẽ ſumit axioma, non omnibus omnia cõuenire: quippe de ſturno & cothurnice vulgata ſunt: veſcuntur enim iis quæ ſunt homini venena: cicutã dico & hyoſcyamum. Gallinæ veſcuntur ſcorpiis: anates domeſticæ buffonibus. Simias vidimus nulli araneo parcere. Feles lacertos vorare vidimus. De ceruo ac ſerpentibus ſcriptum eſt. Cannabino ſemine gallinæ fiunt fœcundiores: at hominis id abſumit geniturã. Idcirco dixit, καὶ εἴ τις ἄλλη παραπλησία. Probatur autem à Phyſico axioma illud à quo ſumit hîc. Oſtendit ille materias ſecundas eſſe aliis alias, idq; propter formas. Perennitatẽ rerum naturalium eſſe propter loci conuenientiã in omnibus: in rebus animatis etiã propter alimẽta. Alimenta eſſe corpora apta ad vnionẽ ſub forma corporis nutricati. Quare neceſſe eſt vt ſint diuerſa diuerſis: quia nulla ſpecies alii cuipiã ſimilis. Eſſet enim eadem. Nanq; ſubſtantiæ ſimilitudo eſt identitas. Propterea dixit πρόσφορα, vtilia. Et ſignato verbo ad alimenta, κατὰ τὰς τροφάς. Eſt enim προσφέρειν, paſcere oblatis cibis. Et ob eam cauſam, κατ' ἰδίας φύσεις. Quia ſua cuique forma eſt: ergo & materia: quamobrem etiam materiæ reparatio. Ὅπερ ἐν πολλοῖς. Præter rationes adducit exẽpla multa naturalia, eáq; nota receptáq; maximo cõſenſu. Ideo dixit πολλοῖς: & mox πλείστης ἀποφάσεως: plurimorũ aſſeueratione. Eſt enim probabile argumẽtum, quod aut ſapiẽtum aut ἐνδόξων, ideſt idoneorum cõſenſu circũfertur. Τῶν γνωρίμων. Etiã comperta dicit: atq; ita ſummouet omnẽ dubitationem. Exemplum quidem cerui manifeſtum. Quod verò ait ſcorpionum ictu ſerpẽtes interire, homines non item, falſum eſſe docet Galenus: & nobis etiam compertum eſt. Πολὺ μείζω. Quia in magna mole tardiùs it ad cor venenum: poteſt ergo in longo tractu confici. Καὶ ἰσχυρότερα. Quia multa magna corpora ignauæ naturæ ſunt. Ὑποκειμένου δ' οὖν. Applicat ad hypotheſim tractationẽ ſuam. Summa eſt, craſsioribus alimentis quædam vtiliùs victum parare. Quare iis legumina cõ-

A uenient magis. At ſi delicatiores exhibeãtur eſcę, præ nimia voluptate adeò differciri vt diſrumpãtur. Τοῦτο μὲν οὖν. Hanc rationem cùm laxiorem animaduerteret, appellauit eum mitiore nomine communem. Sanè etiam pauco Tritico mulam vidimus expiraſſe. Quãobrem priuatim cauſam aliam excogitat. Inflari enim. Ideo dixit, ἴδιον δ' ὅτι καὶ συμβαίνει. Mirum verò ſi Triticum inflet, legumina non inflent, quæ longè magis flatuoſa ſunt. Ergo id quærendum porrò, quare illis Triticum flatuoſum: homini verò legumina. Nota locutionem, τῶν ἄλλων χρωμένων: ſubdit αὐτοῖς. Sic ſemper Syri loquuntur eleganter. Etiã apud Cæſarẽ notauimus in Comment. item apud Xenophontem & alios: quæ digeſta ſunt à nobis in familiaribus exercitationibus. Alius dixiſſet, χρωμένοις ποιεῖ μᾶλλον ἁρμόττειν. B Τὸν δὲ ἀλλοτριώτερον. Articulus ille non adiungitur ſequenti nomini, ſed eſt vagus, & nota eſt ſubiecti: ἀλλοτριώτερον autem eſt prædicatum. Πλείω. Hoc reſpondet illi χορτασθέντα, ſaturata. Ἣν ἔχουσιν ἐχῖνον. Venter alter in ruminantibus. Omaſum. Verùm (vt dixi) etiam mula. Idcirco dixit οὐ πᾶσιν. Vbi etiam animaduertendum, cùm in ruminantibus id ſit ἐχῖνος, quod in auibus πρόλοβος: & aues adeò ſeſe frumento expleant vt ceſſent ab edendo: quarę non euentus idẽ? & tamen in auibus quoque ſic appellatur illa pars vt in ruminantibus. Φυσῶδες γάρ. Explicat rationem. Crudum frumentum flatuoſum: certè maceratum turget. Non minus autem legumina.

Ἔτι δὲ οὐχ ἥττον τὸ ἄχυρον. Tanto magis in ſpica.

Μέγα δέ. Quod & vulgò circumfertur ex Poeta, *adeò in teneris aſſueſcere multum eſt*. Sic in aphoriſ- C mo, imbecilliores multò meliùs facere quàm robuſtiores, ſi ſint aſſueti. Item in libris De ratione victus in morbis acutis, frequens & longa diſceptatio. Quare Galenus quoque in Commentariis de tuenda ſanitate prohibet à mala conſuetudine diſcedere, ſi non obſit. Τὰ γὰρ ξένα. Hæc ſententia ex ſupradicto aphoriſmo & altero compoſita eſt, in quo iubet nihil multum repentè mutare. Διαταράττει. vexant. Verbum Hippocrati vſitatum. Πλῆθος λαμβάνοντα. Reſpondet illis πλείω τροφήν: & eſt quaſi medius terminus ſyllogiſmi.

Οὐκ ἀλόγως. Antequã ſolueretur quæſtio, res ipſa abſurda videbatur: nunc iis cauſis explicatis, tollitur abſurditatis opinio. Abſurdũ verò videbatur, tã egregiã ſubſtãtiam qualis in Tritico eſt, & qua princeps animalium vitam trahit, non ſolùm non D conferre aliis animalibus, tũ robuſtis tũ ignobilioribus, ſed etiã patrare interitũ. Hoc valent illa verba δοκεῖ δὲ τῇ παραλλαγῇ. Hęc diuerſitas ac variatio faciebat vt videretur ἀλόγως ἔχειν. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. Hæc eſt altera capitis pars, quã decuit eſſe in primo loco. Nã leuitas & grauitas alimentorũ, eſt affect⁹ corporũ naturaliũ ſimplici relatione ad vniuerſum ambitũ totius generis animãtiũ, quatenus ipſę animãtes corpora ſunt op⁹ habẽtia reparatione quæ fit per cibũ. Hoc hîc tractatur. At quęſtio pręcedẽs ab hac pẽdet tractatione: nẽpe de cõſtituta iã leuitate diſceptat: eãq; refert ad

particularem comparationem. Suprà igitur cõparabat diuerſas ſpecies ad diuerſa, vt vocãt, obiecta. Nũc ipſas ſpecies cũ ipſiſmet cõparat, ſub eius affectus ratione, ſecundũ eius affectus cauſas. Leuitas affectus eſt: leuitatis cauſas inquirit. Duas aſsignat, nec nouas quidẽ, terrã & aerẽ. Hoc neq; vulgò ignotũ eſt. Sed nobilitauit ſequentibus explicationibus. Quoad terrã, leuẽ laudat ac tenuem. Quoad aerẽ, eum quẽ coquit ſol, recẽtem faciunt frequẽtes auræ. Flatus enim attenuãt: itẽ ſol. Terra nimio ſucco non repugnat. Contrariũ in contrariis. Opponit τὰ ψυχρὰ τοῖς ἀλλήλοις: τὰ ἔμβροχα τοῖς λεπτογείοις. Nõ adiũxit contrariũ τῷ ἀπνῷ: quia nõ diſputatur hîc exactè demõſtrationibus, ſed populari diſquiſitione: propterea ſæpe dicit ὡς τύπῳ, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰ ἀληθές, ὥς φασι, θετέον, ὑποθετέον, ληπτέον, ὑποληπτέον. Διὰ τὸ πλείω. Cauſa grauitatis ſignatiſsimis verbis. πλείω & ἰσχυροτέραν. Poteſt eſſe multa & facilis: addidit igitur cõtumaciã. Vbi notandũ βαρύτητα dici hîc: & βαρύτερα fortaſſe debere dici per initia capitis, vbi legimus βραδύτερα. Quod non mutabamus, quia grauitas in cibis eſt aliuſmodi quã grauitas ἁπλῶς. Grauitas in motu elementorũ eſt qua deſcẽdunt elemẽta. Grauitas in cibis eſt qua non citò, non facilè, non cõmodè cibi deſcendũt. Itaq; à medicis βραδύπορα nominantur. Πλείω τροφήν. Vbi plus materiæ, plus operę. ἰσχυροτέραν, quia robuſtius plus reſiſtit. & vbiq; ait τὸ ἀσθενὲς εὐπαθές. Διὰ τοῦτο. Propter ſolũ & cęlũ. Ὁ σικελικὸς ἰσχυρότερος. Atqui Sicilia & Δῆλος admodũ, nec min⁹ εὔπνους. Terra etiã (vt & olim Priſci loquebãtur) & nunc dicũt Vaſcones, fortis & pulla. Ἡ χώρα πίειρα. Etiã in prouerbio de craſsis, aer Bœoticus. Quod quidã (quaſi ad dryphacta latraret, vt ſibi acutiſsimus videbatur, πρὸς τὸν λόγον ἥττω, κρείττω) adortus impugnare, obiecit Pĩdarũ & Plutarchũ. At nobis ſilẽtibus amici riſere nebulonẽ. quaſi verò nõ in Scotia atq; Gotia excellentiſsima ingenia inueniãtur, atq; etiã humaniſsima: in Ægypto ac Syria nõ extiterint olim, atq; etiam nunc extent plurimi, tum Battali tũ Buſirides. Ὁ διαφερόντων. Repetit verbũ ſuperius: & ab effectu naturã intelligit, quã ſubdidit vt cauſam: ὑπερβάλλον τῇ βαρύτητι. Vbi cautiùs accipiẽda ſunt hęc. Nã plũbum ſiquis deuoret, non rũpetur: ſed à flatibus iumenta ſuprà rũpebantur. Itaq; ſic explicandũ eſt. Grauia hęc reſiſtere calore naturali. Naturã à vẽtriculo non amittere cibũ, niſi coctũ. Ergo ex caloris imbecillitate, ὡς πρὸς δύναμιν, vt in plethora loquitur Galenus, fiunt flatus. Ὁ δὲ ποντικός. Hęc hiſtoria contradicit θέσει. Dicebat, in frigidis & humidis graue naſci. At hîc eſſe Ponticũ leuiſsimũ, χειμῶνα τοῦ ψυχροῦ ἀέρος ὄντος. Quæ aduerſatiua alteri tãtũ ſeruit parti cũ ait, κουφότατος, καὶ σκληρότατος. nãq; à frigore duritia. Quin eę duę naturę ſimul vix conſtare poſſunt, dẽſitas & leuitas, in corpore terreo. Plures enim partes in denſo: plus ergo grauitatis. An hoc quoque aliqua luce illuſtrãdũ? Non eſſe hîc grauitatẽ põderis, ſed ad cõcoctionis difficultatẽ. Quapropter huc ea poſſis expedire, quæ Galenus apud Hippocr. de aquę leuitate. Ὅτι καὶ

A τῷ σπέρματι. ridiculã rationẽ. Ponticum frumentũ leue eſt, quia ſemina leuia. Nónne eſt idem ſemen quod frumẽtũ? Perinde ac ſi dicat: leue eſt, quia leue eſt. Aliæ duę cauſæ optimę. Nã ſi terra leuis, etiã quod terræ eſt. Suprà verò de niuiũ beneficio bis iã. Sic etiã in Scotia panis toto orbe terrarum excellentiſsimus. Atq; hęc à locis: tũ addit aliud argumẽtũ à ſpecie, quia ſcilicet talia ſint. Hæc appellat σπέρματα: propter quæ dicebat eſſe leue Põticũ, quaſi ſuæ ſit ſpeciei. Hoc cõfirmat exẽplo trimeſtriũ. At enimverò nõ propterea ſuperiorẽ diluat reprehẽſionẽ. Primũ, quia nõ eſt vel Siculum vel Ponticũ diuerſæ ab aliis ſpeciei, ſed accidẽtibus ſolis diſtans. Deinde, quod in Põtũ ex mitioribus locis allatũ primũ Triticũ in hoc ipſũ, quod B nunc eſt à cælo & à ſolo mutatũ fuit. Nõ ergo cõuenit comparatio. Trimeſtribus enim à Tritico ſeparata forma eſt. quẽadmodum ipſa quoq; trimeſtria Gallica differre ſcimus à Romanis ponderis diuerſitate, & in ipſis quoq; Galliæ partibus non eiuſdem eſſe vel ſucci vel ponderis eaſdẽ ſpecies, non ſolùm Tritici, ſed etiam omnium quæ è terra naſcuntur. Quin eodẽ agri tractu etiam patentibus campis hæc eſſe diſcrimina, vel bubulcis notum eſt. Non omittenda eſt Columellæ ſententia. Is nullum putat eſſe trimeſtre genus. Ea enim quæ ſic appellãtur, cum Tritico ſata nihilominus prouenire. Cõmentos agricolas eam ſationẽ pro ſubſidio: ſi quando malè ceſsiſſet ante Brumã. At enimuerò & Hordeum & Fabam ante Brumam ſeri fatemur: ſed etiam poſt Hyemem. Sunt ergo C trimeſtria, ſi tribus menſibus perficere poſſunt. Quin de Tritico ipſo quoq; vidẽdum. Satum à nobis in horto tulit. Cæterùm imbecillũ fuit, ac minima radice. Ante Brumã enim ſeritur, vt ſit firmius ac plus ferat. Omnino illud eſt in plantarum natura certiſsimum axioma. Quodcunque ſemẽ quocunque tempore terræ mandetur, certo anni tempore, niſi corrumpatur, exiturũ. Quin & Braſſica & Lactuca ſimul ipſo cum ſemine videmus erumpere, ſi ſerantur eo tempore quo vetulæ ſemẽ ferunt. Καὶ εἴπερ. Sicut olera breuiori tempore quàm trimeſtria perficiuntur. Οὐ πολὺ γάρ. Ratio celeritatis, operis facilitas: nempe ſuccum trahunt minus terreſtrem: ac propterea magis idoneum & minus contumacem ad perficiendum. Ἔοικε δὲ καὶ ὥρα. Idem quod ſuprà in leguminibus. Non diu ſub terra detineri, quia Vernis tẽporibus euocen- D tur. Repetita hæc omnia. Εἰς ὀργῶσαν. Quod in animalibus Latini dicunt catulire. Καὶ παραπλήσιον. Quum terra calet, ſi ei ſemina committantur, conſpirare ad fœturam: quemadmodum ſi in aquam calidam coniiciantur. Nunquam enim eo tempore ſata immatura duritia præueniri. Hoc enim μώλυσις ſignificat, importunam cruditatem, in libro De affectibus miſtorum.

Εἰ δὲ τῶν. Obiectio erat. Illa ſemina quæ parum ſub terra manentia citò exeunt, citò fructificant: at in Lemno inſula ſera ſunt. Quęritur cauſa. Hoc attribuit rurſus (vt ſuprà) naturæ ſemini. Quàm verò prudenter hoc faciat, intelligemus: ſi

constiterit nobis, naturam seminū esse eiusdē vbique speciei. Mutari autem accidente, vel interno, vt cùm in area, aut granario, aut nubilario, aut tabulato vitium fecerint: vel externo, vt cùm à terræ qualitatibus, annive tempestatibus mutantur. Quamobrē neutiquā huic sententiæ assentiamur. Nam si ex aliis terris in Lemnum eiusdē speciei semina transferantur: si non primo anno fiat idem, at sequentibus in illorum naturam abitura. A terra igitur illa petenda causa dilationis.

Lego βραχύτητι τοῦ χρόνου, non βραδύτητι. Deleo καὶ χαλεπώτατα μᾶλλον. Lego τὸ δ' ἀλλοτριωτέραν. Et ἔτι δ' οὐχ ἧττον τὸ ἄχυρον. Et ἐκ τῶν ἀδήλων, non autem ἁπλῶν. Et καταπλέοντος, non καὶ πλέοντος. Et τελειοῦνται τούτων, non τούτου. Et περὶ λῆμμον, non λιμόν.

Theodorus in principio capitis, vbi mutilus codex est, addidit hæc: ergo idipsum quod plus temporis fuerit. Τὸ γεῶδες. minimū terræ. Non expressit articulum in quo illa est efficacia. Id ipsum quod habent terrenum, minimum est. Τὴν δ' ἀλλοτριωτέραν. Theodorus τὸ τὴν, expressit sic, purus. quoniam suprà dicebat γλισχρὰ καὶ καθαρά. Laxiusculè tamen purus est: non quidem à terræ substantia, sed à copia. Φυσῶδες, conflat. Absolutè non ponitur, vt inflat. Οὐχ ἧττον τὸ ἄχυρον. Multo fastidiosior eius palea. pessimé: tantum abest vt fastidiosum sit animalibus Triticum: vt eius illecta dulcedine differciātur ad interitum vsque. Hoc enim hîc agitur. Neque ἄχυρον hîc palea: sed acus: vt aristæ sint & glumi, qui sunt in spica frumenti cōditoria. ἄχυρ: vnde & nostrum Latinum. Paleis verò nihil minus fastidiosum: quippe quæ & natura sua siccæ sint, & iucundè oleant recentes. Itaque malè rursus διαπερᾶσι, per idem expressit. Aliud omnino est cibum fastidire, & à cibo abhorrere. Omisit ἀδήλων. Et tamen in contrario mēbro diuisionis est ψυχρῶν. Itē in historia de aere Bœotico. Βαρύτερος μᾶλλον ὁ Βοιωτικός. Theodorus legit βραδύτερος: tantum abest vt ab eo sumamus occasionem mutandi per initia capitis, βραδύτερος in βαρύτερος, vti suprà monebamus. Vbi ipse vertebat difficiliora. Δυσκοιλία, sæpe à medicis appellata. Sed mox infelicius damnata iam à nobis illa voce ὑπερβάλλον βραδύτητι, præ nimio fastidio. Iam verò fastidium facit ipse. Nullum profectò animal fastidio saturatum rumpitur. imò auertitur ab sese explendo. Χρώμενοι, vegetantur. Longè admodū. Μόλωσιν, morositatem. Profectò neque id significat, neque habet è Latio quod reponat vllum. Cruditas est non naturalis, sed illata post exordia maturationis, frigorum violentia. Horatius inclusit potius, quàm expressit verbis illis, in contrario, *Oleam ne momorderit æstus*. Nam si frigus tantundē momordisset, facta esset duritia quæ nullius caloris superuentu potest amplius excoqui.

CAPVT XII.

XII. capitis argumentum. *Quamobrem diutius legumina floreant quàm frumentacea. Quare leguminibus haud simul cuncti prodeant flores, sed aliis alii succedant.*

THN δὲ ἄνθησιν. Cùm florere sit affectus naturalis ob speciem, esculentum esse sit affectus contrarius propagatum speciei, neque absimilis morti: corruptio nanque est: differri oportuit eo vsque dum tractaret in extremo libro frugum corruptiones. Nunc tamen hîc maluit inter alias comparationes hæc miscere. Duo nanque digerit hoc capite: primùm, quare floreant diutius legumina quàm frumenta: in secundo loco, cur non cunctos edant legumina simul flores, sed cunctabunda successione. Hūc posteriorem affectum sibi quoque Secale vindicare diximus. Quare illud quoque quod mox tanget, excutiendum: quomodo queant semina illa omnia eodem tēpore æquè matura esse: quin aliqua sint plus, alia minus excocta. Nam hoc videmus in Prunis, & Persicis, & aliis. Primi affectus causam dicit esse fructus substantiam: quia sunt in frumentis imbecilli. Hoc iam millies, imbecillia pati ac protrudi ab interna forma, quò impellat aer. At memineris de Secale: quòd si dicas esse robustius Tritico, respicito ad solum prius in quo seritur (leuius enim est) & quale Hordeo quoque curatur. Διὸ καὶ βρέχεσθαι. Vtriusque speciei persequitur affectum, frumenti debilitatem: quia nequeat humectari: intellige, sine pernicie δύναται: nanque verbum est hîc ἀντὶ τοῦ χρή. Sed hoc verbo vsus est, quasi dicat, nequeunt pati humectationem: leguminum robur, cùm dicit ζητεῖ. Vt etiam appetant, & finis huius appetitus, ὀνίναται. Et igitur appetitus is naturalis, si iuuātur.

Τάχα δὲ τοῦτό γε. Nequis obstrepat, negat se id affirmare à frumento respui, sed accidere: propterea quòd omnis planta gaudeat ad bonam habitudinem humectatione. Si sic intelligatur, erit τὸ ὅλον φυτὸν, pro eo quod est ὅλον γένος. πᾶν φυτόν. Quod tamen haud sine periculo dicitur, siquis percurrat species. Sed admittatur. At ibi tum nulla fuerit probatio roboris in flore leguminum, quando statuitur communis affectus plantis omnibus. Tamen hoc in Tritico negabat. Cæterùm quum de floribus loquatur, alio modo capiendum est. Non enim verum est, Triticum aquas nolle: sed Tritici florem. Eluitur enim atque decoquit. Flores autem leguminum velle. Et tunc τὸ κατὰ συμβεβηκός, significabit Tritici proprietatem. Vt sit ἴδιον, si præter naturam totius generis florescens non requirit aquas. Non igitur erit illa propositio per se. Nota verbum ἀτραφεῖ, passiuè. Ὁ δὲ καρπός. Ratio cur appetant aquas. Etiam Secale flores aquis amittere, dicunt nostri coloni. Itaque dixit τῶν σιτωδῶν, de omnibus. Δεῖται βοηθείας. Quia leguminum fructus materialiòr, & maxima ex parte grandior. Μάλιστα δέ. Faba duabus de causis, à substantia & à fine. Est eius species coniuncta raritati. Item fœcundissima. Ὁ δ' ἐρέβινθος. Hoc iam ter dixit. Ἀλλὰ περὶ μέν. Duas causas habere cum arboribus communes frumentum ad floris amissio-

amissionem, aut rubiginem, aut humectationem. Et addidit λίαν, quia roribus & rorulentis pluuiolis maximè iuuantur. Εὐλόγως δέ. Altera capitis pars, de successiua in leguminibus emissione florum: quam tamen cum multis aliis plantis habent communem. Ei rei pro causa dat aumenti copiā. Igitur neque multis editis fathiscere, neque simul omnem effundere posse. Ita partes expediuit continuationis: κύει, ἀνθεῖ, προσαύξεται. Διὸ τὰ μὲν αὖα καὶ τέλεια. Quia eorū perfectio est, cùm sicca sunt. χλωρὰ, ἐν τῷ γίνεσθαι. Καίπερ ἐγγυτάτω. Malè positam aduersatiuam. Ait, quæ vna sunt, tametsi sunt alimento propiora: tamē sunt αὖα. At, ô bone, αὖον hîc non est ab humoris defectu, sed à cessatione attractricis. Itaque addidisti τέλεια. Quare hîc τὸ καίπερ nihil facit. Imò causalem esse oportuit, non aduersantem coniunctionem. Expedita nanque sunt prius aliis: quia propius habuerunt ad manū, quò sibi facerent plurimúm. Τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἄκρων. Rectè designat loca: quippe in quibusdā plantis primi flores sunt ad cacumen. Sicuti non eadē ratio maturitatis in fructibus, secundùm partes Cucumis, & Pepo ad pediculum aut amari, aut minus suaues, ob terrestrem succum nimium qui semper subit. Contrà in vua, primores acini maturiores: quia propiores calorem naturalem. Ficus item secundum pediculum. Pyra non constāt. Quædam enim à petiolo incipiunt maturescere: quædam à flore. In illis quæ à pediculo (habemus autem nos in hoc suburbano vbi hæc scribimus) ratio est: quòd simul infertur tota fructus materia: non igitur alia succedente, meliùs coquitur quæ propinquior est autorem coctionis. In quibus verò priùs maturescunt extrema, causa est: quòd paulatim subit succus. Ideo vi solis fruitur is qui minus admiscetur recentis aduentu. Τοῦτο δ' οὐκ ἴδιον. Nam Citrus & Arbutus fructum fundunt κατὰ μέρος. Dicit ἀνθεῖ καὶ πονεῖ, sicut & suprà πεπονημένον succum. Verbum ad solatium agricolarum, labor. Cùm ad operam sese inuitarent, dicebant λάβωμεν. Iam fructum capiamus. Καὶ ἅμα τὴν βλάστησιν. Tametsi florem edunt, atque in florem fructū varia perfectione laborant: non propterea tamen cessant surgere à cacumine. Ita neq; inferiorū opera superiorum obest incrementis: neque ascendens succus secum aufert ab imis quantū debetur eis. Nota ἐπιρροὴν de fluxu ad partes superiores, vt & suprà monebamus. Καθάπερ γάρ. Communē tanquam riuum quempiā esse caulem ipsum: vnde hauriant æquè partes omnes. Dixit ὑποκείμενον, quasi fundamentum penoris. Sanè radicem aut in radice fontē intelligit: scapum verò alueum. Ἡ μὲν οὖν ἄνθησις. Concludit repetitis vocibus quæ erat in prima thesi ἀλόγως. Dicebat enim ἀλόγως δ' ἡ ἄνθησις. Sententia est, Non abesse ab ratione quódque diu floreant, quódque aquarū maleficio non afficiātur. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις. In aliis omnibus si cum eis frumenta comparentur, agnoscemus ipsa plurimùm pati cùm in eo sunt, vt flori subeat fructus. ἀπανθήσῃ, deflorescant. Dixit σχεδὸν, quia Siligo plus resistit. Secale diutissimè floret. Contrà Faba maximis læditur nocumentis: & tamen est legumen.

Lego τὸ σπῶδες ἀσθενὲς, non autem σπῶδες τὸ ἄνθος. Et τοῦτό γε κατά, non τε. Et ὁ δὲ καρπὸς δεῖται, non autem κενός. Verba illa, κεχώρισται γὰρ ἐκ τοῦ τῶν λοβῶν, καὶ διὰ τὴν ἀτροφίαν: vereor an sint integra. Nā hîc nihil facere manifestum est. Non enim causam dicunt quare floreant particulatim. Ait enim, propter bonam habitudinem à siliquis semina separari. Et τὸ ἐκτὸς, importunum hîc. Est enim ἀπό, non autem extrá.

Theodorus καὶ ζητεῖ, καὶ ὀνίναται. & quærant, & adepta benè succedant. Vides peregrinitatem. Succedit, enim est absolutū: vt accidit, quod falsò grāmatici vocant ἀπρόσωπον. Ὑποφέρει, sufferre. ad verbum. Sustinere, elegantissimé. Ἐρυσιβούμενα, ærugine infestantur. Alii rubiginem vocant. Πονεῖ, fructificant. Paraphrasis est. Ἀναφορά, relatio. Imò delatio: sicut semper: & ἀνατρέχει, subitio.

Ὀχετοῦ, inductu. Canali potius aut alueo. Ἐπιπονέστερα, enoxat. monstrum. vastant.

CAPVT XIII.

XIII. Capitis argumentum. *Quæritur quomodo etiam congeneres plantæ non conueniant in idem tempus fœtificandi. Assignatur causa formæ, deinde terræ atque aeri, siue qui sit regioni peculiaris, siue qui sequatur anni tempora.*

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ὁμογενῶν. Diuersa sunt genera frumentorum & leguminū. Propterea minus mirū videbatur quòd eorum esset non idem tēpus fructificandi: quia non idem genus. Quærebatur tantùm causa. Nunc etiam resoluit doctrinam ad species ipsas vsque. De quibus idem quærit. Proximum genus est tritici & trimestris: cur ergo non eadem natura? Nam eorum quædam prodeunt octauo post mense, alia tertio, nonnulla secūdo, celeriùs aliqua. Post aliquot interposita verba quasi decidit cum ipsa natura: ac demum concludit, hæc non esse species, sed genera subalterna; Videri verò species vltimas, propter faciei propinquitatem. Id exemplo canum. Haud enim æquè omnibus eandem esse προθυμίαν vterum gerendi. Postea verò acriùs excurrit atque adeò sanè, vt ex Populi axiomate illo, tot esse Vitium species, quot regiones: dicere audeat tanquā ex vero proposito, mutari species à regionibus. Tantùm illud addit, ei rei etiam aerem cōspirare. Cui nos, vt neutiquam assentimur: quod absurdū sit, mutari substantias ab accidentibus: ita ne continuò quidem aduersamur. Subest enim maxima subtilitas ex principiis Philosophiæ. Non quidem mutari substantias, sed accidentia ab accidentibus occulta vi cæli, cuius vultibus regionis facies subiecta est. Accidētia verò illa sunt certi gradus qualitatum in ipsis mistionibus. Mistiones autē ipsæ tales atque ita sunt in vnaquaque materia cuiusq; speciei, vt nulla sit alii penitus similis. Habent quasdam tamen affinitates. Iis itaque mutatis affectibus, non potest forma speciei quæ sibi illos habebat peculiares, consistere. Quamobrem

in eas qualitatum mistiones quæ introductę sunt, facilè subit alia forma, cui peculiaris est is apparatus. Duo ponentur exempla, vtrunque perspicuũ. Primum est, forma cineris imponitur ligno combusto. Ligni forma non amplius se continere potest in materia ligni, posteaquam ligni accidentia consumpta sunt. Alterum exemplum magis accedit ad hanc materiam. In fimi materia forma fimi est: abolitis propriis ei formæ accidentibus, alia succedũt, cũ quibus fimi forma nequit manere: & ingreditur muris, aut muscæ, aut scarabei, aut etiã plantæ forma cuiuspiam. Hæc est ratio mutationis, neq; ab hoc declarata, & omnino paucis nota. Tertium possumus addere, quãdo semen asini mutatur in equæ matrice, vt fiat mulus. Hæc agitatur in prima capitis parte. Posterior vna sententia cõtinetur. Admirandam esse naturæ legem: quòd seminis vis non mutetur à causis exteris ad plãtę generationem, quod ad motum attinet. Tamẽ suprà dicebat, exire citius legumina. Atque hęc quidem longi capitis periocha: nunc partes ipsas expediamus. Τίποτ' οὖν οὐκ ἴσοι. Fundamentum quæstionis est: quoniam ἴσαι οὐσίαι. Si est æqualis substantia, cur non & æqualia accidentia? Ἀλλ' οἱ μὲν. Bimestre quoddam agnoscit Triticum, aliud trimestre, sicut & Farra quædam. Quin hanc auget differentiam: quòd citra id quoque tempus exeunt nonnulla. Πλείων ἡ διαφορά. Sanè verò plurimùm distant ab iis quæ seruntur Bruma, χειμοσπόρους. Ὁμοίως δὲ. Innuit olera & legumina. Quanquam in iis non sunt eæ differentiæ. Idcirco subdit duo verba: vnum, μάλιστα: in frumẽtis potissimùm: alterum adhuc angustiore ambitu τάχα μόνων. In iis solis esse hanc varietatem. Καὶ τοῦτ' εὐλόγως. Non esse absque ratione in frumentis hanc diuersitatem: quia & possint frui Verni temporis beneficio, si Vere serantur: & bruma si serantur, brumam tolerare queant. At non queunt legumina propter imbecillitatem. Suprà tamen agnoscebat ἰσχυρόρριζα. Πλὴν εἴπομεν. Castigat audaciam propositionis. Excipit enim Eruum. Quin & de Faba satis constat. Columella negat vllum esse trimestre semen: sed esse ait succisiuam operam trimestrem sationem: si minus è sententia successerit ex Hyberna satione. Quapropter etiã Hordeum accipit vtriusque temporis conditiones. Quod si verum est, Triticum Februario satum prouenire: non iam est ad species confugiendum, sed sistendum iudicium in aeris facultatibus. Quamobrem ad hoc quoque se recipiet postea.

Ὥστε μὴ ὥρᾳ. Seritur eo tempore, ne importunè seratur. Ne à tempore deseratur. Ὅσα ἐλάττους. Hîc est corruptus codex: neque potest hęc pusillarum præscriptio spicarum vtrique sationi conuenire. Τοῦτο μὲν οὖν. Amplificat doctrinam. Idem enim etiam in arboribus euenire.

Αἴτιον. Vtrisque vnam esse causam, specierum diuersitatem. Non enim esse species vltimas, sed medias, quas vulgò dicimus subalternas. Satis verò patet id in exemplis. Vix enim Vitis species queat aliquis enumerare. Τὸ δ' ὄνομα κοινόν.

A Nomen commune. Non hîc intelligit ὁμωνυμίαν, sed sub nomine communi etiam generis communionem, quæ certis postea differentiis ad varias species astringatur. Ὥσπερ ἐν τοῖς ζώοις. Exemplum petit ab animalibus. Laconicæ nanque canes binos dies addunt aliarum prothesmię gerendo vtero. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος. Quid? Negat canis naturam illam communem tum Laconicis, tum aliis esse genus? imò verò est. Et potius dicendum, ἐκεῖνο γὰρ ξένος. Latet autem eius differentię vis humanum intellectum, quẽadmodũ & aliæ fortasse omnes. Nam quis notam habet naturam illã quæ communis est equo, tauro, asino, onagro? & illam quæ est in vulpe, cane, tigride, lupo, vua? Quin ex perdice & gallinaceo genere tertiũ enasci, **B** Aristoteles autor est. Ἔνια δ' αἰτία. Similis in plantis & in animalibus causa. Eam diductam in duo capita, relinquit iudiciis nostris discutiendã. Alterum caput est in elementaribus qualitatibus cùm dicit, εἴτε γὰρ θερμότης. Alterũ in occulta formę efficacia cùm dicit, εἴθ' ὅ, τί ποτε. Hoc addit, quia rectè suprà negabat calorem esse fœcunditatis autorem. At eadem sunt naturæ væstigia in generatione & modo generationis. Καὶ καθόλου. Rursus quasi ad alia transiturus colligit: idem tamen porrò tractat. Quæ Bruma seruntur, occupari eorum operam in radicibus. Vere sata citò surgere: quia subtus parum habeant quod agant. Cęterùm hoc non exhaurit quæstionem. Dicam enim, tales esse radices, quia sũt vel Verna vel Brumalia. At quærimus, quare in eodem ambitu naturæ non sit idẽ **C** tempus generationis. Hoc est, quare illa sunt trimestria, illa non. Ἐν τοῖς σπέρμασι. Etiã suprà nomen σπέρματος accipit pro tota natura, sanè laxè admodum. Sententiæ fundamentum est in multo, & non multo opere. At omnis actio est motus: omnis motus in tempore. Igitur in multo tempore multum operis. Operosum Triticũ: multis enim radicibus nititur: à multis radicibus multam fundit stipulam. Contrà omnia hæc in trimestribus. Hæc tamen haud leuiter sunt consideranda. Non enim quia multiradix & multicalamum est Triticum, multo eget tempore: sed quia multo est in terra tempore, multas fũdit radices: cogitur enim ab Hyeme, prohibetúrque ne exeat. Et trimestria si Bruma serantur, quod in Hordeo videmus, multas radices edent. Et meminerimus quod suprà dicebatur, etiam Triticum serotinum paucas e- **D** dere radices, in multam stipulam sese effundere.

Ἐνταῦθα [illegible]. Multas radices fundere, in quas statim expendat facultates suas. ἐνταῦθα, in radice multiplici. Nota ἐνταῦθα ἀποδιδοὺς, reddens vim suam acceptam, à forma scilicet: ἀποδιδόασιν, ἐντεῦθεν scilicet, id est ab radicibus. Πλῆθος καλάμου. Eleganter, non καλάμων quia iam πλῆθος explicauit numerum. Ῥᾷον γάρ. Axioma toties sumptum. Quod minoris sit operæ, breuiore tractu perfici: etenim in breuiore cursu propior meta. Διό. Quia magno opere perficitur, magnum opus edit Triticum. πολύχους, idem quod πολυφόρον. Καὶ βαρύς. Graue: quia plus trahit alimen-

alimenti: in maiori quanto magis pondus. at cuiusmodi quanto? non enim in aereo θολωτέρῳ. In terrestri scilicet, & minus puro. nam Hordeum magis aereum, & Farra ipsa. Notabis dissitã orationem: quod & alibi facit. ὁ μὲν πολύχους, de Tritico, vnum hoc. ὁ δὲ ὀλιγόχους καὶ κοῦφος, de trimestri duo hæc. ὁ δὲ βαρὺς, de Tritico, quod omiserat.

Ἀποδρομή. quod bis iam, ἀνατρέχει: sed hîc ἀπὸ, quia ab radice. Δι' ὀλιγότητα. Propter radicum paruitatem: à qua citò sese expediuerit virtus informatrix, atque ad stipulam fuerit conuersa. Κατὰ λόγον. Vt quantum temporis positum fuisset in radice operosiore, tantùm subtrahatur à minus operosa, & in stipulam transmittatur Θολωτέρων. Sic etiam suprà dicebat: quę diutius sub terra semina morarentur, fieri terrestriora. Μέγα δὲ. hoc iam sæpe dictum est. **B** multùm quoque tempus posse. Citò igitur verna prodire: quia calore foras euocentur. Ostendit autem ex eo quòd illa etiam, quæ sua natura πολύρριζα sunt, Vere serantur, non retinẽt sibi vim illam, qua multos edant calamos, propter properatam productionem. Tum autem, quia non habeant perfecta germinationis fundamenta, nequeant exercere potestatem suam in fructu ipso: sed spicam ferant tenuem, nec plenam admodum.

Ὁ δὲ [illegible]. Aliquis dicat: temporis esse vitium illud breuis: hybernæ sationis moram afferre talem fœcunditatem. Non est ita, inquit. nam trimestria si Bruma serantur, non ferunt frigoris incommoda. Hac sola propositione tota stabilitur sententia illa: affectum variè prodeundi pendere penitus à varietate specierum. Quippe necessariò deberi vernum tempus trimestribus propter imbecillitatem: non autem seruari quasi ad deficientis prouentus subsidia, quemadmodum Columella sentiebat. Ἄτοπον δὲ. Quoniam trimestria dicebat esse leuia, propterea quòd parum de terra suggant: adducit obiectionẽ in Ænesi Tritico: ibi enim citò perfici. Non dixit Triticum, sed οἱ βαρεῖς: quia grauitas erat causa tarditatis. Ἰσημερινούς. quæ verno seruntur æquinoctio. Συμβαίνει. quia exire & perfici sunt affectus. Λοιπὸν γάρ Quasi fessus de venatione hac causarum, redit ad signa potentiæ formarum. Atque hunc quoque locum simul cum aliis adducere potes aduersus eos qui negant Peripateticos ab occulta proprietate quicquam fieri. apud hunc Philosophum sæpe monuimus inueniri. Est autem asylum humanæ imbecillitatis, ac simile perfugium illi Periclis: εἰς τὰ δέοντα. Adeò verò nititur huic iudicio, vt etiam sesuum calculo probatum velit. ait enim, ὡς ὁρῶμεν. & addit μεγάλας. Magnorum esse parentem diuersitatum priuatam naturam hanc. Ænon autem Thraciæ ciuitas est. Καὶ πολυάχυρον. vna est ex differentiis, esse paleosum. Μὴ κατωφελῆ. Sensus apertus: causa, quare posuerit hîc, obscura. Nã quid ad rem: si minus confert humanis vtilitatibus palea? An vult dicere: cùm frumenta sint à natura instituta, vt sint homini pro cibo: tantum tamen

A vis occulta illa potest, vt etiam detorqueat ab hoc fine operam, atque absumat in paleam? Τῷ πρὸς ἡμᾶς, quod ad nos attinet. nam pecori non est ἀχρεῖον inutile. Cæterùm quia nobis quoque vsui est, cùm prodest pecori, quod nobis est vsui. Ac præterea seruit ad parietum merones, & ad alia: subdit καὶ κατὰ τροφήν: ad cibum, inquam. Coniunctio καὶ, est expositiua: vt -*Lauinaq; venit Littora*. Κατά γε τροφήν. Notabis, quod millies monuimus, ordinem inuersum. Prior enim est σῖτος & tempore & natura, quàm τροφή. Τάχα δὲ καὶ τὰ γένη. Difficilem illam sumit hac in parte prouinciam, de qua suprà dicebamus. Ob eam difficultatem in tam controuersa disceptatione profitetur modestiam suam, cùm dicit τάχα. nondum enim asseuerat. Sed multa deducta narratione statuit in me- **B** dium, quod quisque iudicet. Fortasse, inquit, ipsa genera variantur à regionibus: tantum abest vt negare debeamus, ipsa subuerti accidentia. Cæterùm adhuc attenuat sententiam, vt commodior videatur: cùm dicit, ἢ πάντα, ἢ ἔνια. Modò in vna manifestò reperiatur, satis est. quòd si ita sit, discussa fuerit quæstio. Quando facilis sit in vna specie specierum multiplicatio, propter variationem. Συνεξομοιοῦσι, assimilant sibi loca locatum. Quòd si species quoque mutantur: iam est plusquam assimilatio. vtrumque tamen complexus est. Cùm dixit πῶς, innuit accidentia: cuiusmodi color est. & quæ suprà dicebat, magnitudo, grauitas, figura. Designat autem substantiæ mutationem, cùm ait: ἢ διάφορα γένη. Et verbo vsus est efficaci, ποιοῦσι: vt **C** in ipsis sint primordia causæ effectricis. Ἢ καὶ πρὸς τὸ ἀχρήσιμον? Is est affectus consequens substantialem mutationem in quibusdam. Omnis enim mutatio est in contrarium contrarietate contradictoria: fit enim quod non erat. Hoc autẽ euenit, aut in melius aut in deterius: namque in æquale, non potest. fit enim aliud. at æqualitas est identitas quædam. Hæc autem mutatio in deterius, aut est secundum gradum: veluti cùm Zea mutatur in Auenam. vtrunque vtile: at Auena minus. Aut est extra omnem gradum: veluti cùm Triticum mutatur in Lolium. Lolium enim non solùm inutile, sed etiam noxium. idcirco dixit, πρὸς ἀχρήσιμον. Exemplum autem est pro parte inutilis, non pro toto. Thracium namque Triticum πολύλοπον, tametsi paleosum est, tamen habet medullam. **D** Nota, καὶ: fortasse enim significat saltem, non autem intensionem sententiæ præcedentis. vtrunque rectè potest. quasi dixerit: non solùm variant specificas differentias, verumetiam eo vsque deformant, vt etiam deiiciant de statu naturæ, quæ vsui esse queant homini. Πολύλοπος, multiglumus, idem quòd suprà πολυχίτων. ἐμβλαστῇ. Alius affectus: cuius causa hæc omnia narrantur hîc.

Διὰ γὰρ τοὺς χειμῶνας. Suprà dicebat dicebat de regione: hîc etiam inuoluit aerem pro causa: quia regio maxima ex parte talis, propterea quòd aer talis. vbi confundit causas manifestó. Multis esse munitum inuolucris: &, tardè proficere: vtrunque ait, διὰ τοὺς χειμῶνας, euenire. at hoc verum non

videtur. Serò quidem proficit, à frigoribus impeditum: hæc eſt cauſa efficiens. at frigora non efficiunt multiplices illas tunicas. Potiùs videtur eſſe ſub ratione finis: vt data ſint à natura tot operimenta, quibus ſeſe tueri poſſet à frigore. Καὶ διὰ ταῦτα. Oſtendit non eſſe accidens accidentaliter, ſed proprium manans ab ipſa ſpecie: quandoquidem etiam alibi ſatum retinet naturam illam, ſerò prodeundi. Vbi euenit complicatio ſentẽtiarum. Cùm enim probat hoc exemplo, Thraciæ terræ vi mutatam Tritici naturam: ſimul probat aliarũ terrarum vi non poſſe hanc Thraciam naturam immutari. Καὶ πάλιν. Nunc corroborat ſententiam quæ vim declarat regionis. Non ſolùm Thracium in aliis terris ſatum ſeruare tenorem ſerotinæ perfectionis: ſed etiam aliunde importatum in Thraciam idem pati. Γέγονε γάρ. Hoc toties iam dictum axioma non facit ad partẽ ſententiæ poſterioris, ſed prioris. conſuetudinem induiſſe aliam naturam. de terra loquebatur: nunc affert conſuetudinem. Quaſi non primo ſatu mutatum ſit, ſed multis ſucceſſionibus terræ moribus aſſuetum. Ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς αἰπυσυνάγκαις. alterum exemplum à duobus affectibus. Primus eſt, τὸ ἀχρεῖον, quod reſpondet illis duobus verbis: τὸ ἀχρήσιμον: & μὴ κατωφελῆ: ait enim, εἰ διαῤῥηγνύναι λεγόμενοι: frumenta, qui diſrumpunt veſcentes. alter affectus à magnitudine. Ait enim grana eſſe malogranatorum acinis paria. Talia ſunt grana Maiz Indici, atque etiam ſimilia figura: πυρῆσιν ἴσοι. Χώρας ἰδιότητι. Hoc enim hîc agit: vt ad agri referat proprietatem. Et addit φύσει: quia dicebat, ἔθος φύσις γέγονε. Intelligit hîc formam: qui dixit, ποιοῦσι γένη διάφορα. Καὶ οὐκ ἂν τηρεῖεν. Si transferantur in alias terras, nequeant illam ſeruare magnitudinem. Ecce, quemadmodum ſemper monui: in vtramuis partem trahant vel exempla vel argumenta, ea ſibi arripere hunc autorem. Suprà dicebat, tantas eſſe agri vires mutandis ſeminibus, vt Thracium Triticum etiam in aliis ſatum regionibus, natiua ſeruet primordia pertinaciæ ad tarditatem perfectionis. Nunc ait: manifeſtò attribui debere terrarum facultatibus eiuſmodi ſeminum diuerſitatem: quoniam in alios agros tranſlata nequeant illam ſeruare, ſed exuant atque abeant in communis naturæ leges. Οἱ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων. argumentum ab vniuerſali conſenſu gentium. tot eſſe vitium ſpecies, quot ſint regiones. Quin, inquit, non de vitibus ſolùm verum eſt, ſed etiam de aliis: modò cùm terræ facultatibus coniungat item aerem. Hoc etiam ſuprà innuere monebamus, vbi dicebat: in Thracia διὰ τοὺς χειμῶνας. Etenim ſi diſſentiat cælum, fruſtra ſit fundus. Quid enim faciat pulla terra, ſi nunquam pluat? quid imbres quamlibet tempeſtiui, ſabulo? Διὰ τοῦτο γάρ. Probat, cæli facies, atque officia conuenire oportere. Nam eadem ſemina eadem in terra iacta, id eſt in eodem terræ habitu, non æquè proficiunt, ſi non æquè fruantur cæli beneficio. Hæc ita nos amplificauimus: ipſe tamen de regione tãtùm diſceptat. Vt, ἀπὸ τῆς αὐτῆς, ſignificet ſemina: addit enim φυτευομένων, & μὴ φερούσης τῆς χώρας. Et duo dixit, ἀνωμαλίαι, ſcilicet in terra minus bona: ἀκαρπίαι, in terra non bona. ideò dixit ὅλως. Quia κακοκαρπία ἐστὶν ἀκαρπία τις: vt ſuprà dicebat. eſt enim pars τῆς ἀκαρπίας ἡ δυσκαρπία. Ita nos dicere ſoluti ſumus: Cæſaris genus nõ in Nerone deſiiſſe: ſed iampridem in Caligula defeciſſe. Ἐκ δυοῖν γάρ. A duabus cauſis, iiſque valẽtibus, ſiquid fiat: pro earum natura conſtituentur illius factæ rei differentiæ, atque ex differentiis totum ipſum. Τὸ ὅλον, hîc ſpeciem intelligit: eius enim partes ſunt materia & forma, genere & differentia deſignatæ. δύναμιν ἐχόντων. intelligit principia. Ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. Pro ſententiæ confirmatione apponit exemplum ab animalibus. Mas & fœmina, erunt illa δύο: χώρα καὶ τροφαὶ, erunt illa πλείονα. Vt ex equo & aſina, innus. qui ſic naſcatur in Hybernia, piſcibus aletur. Adeò vt addere auſus ſit: τὸ παρὰ φύσιν euadere κατὰ φύσιν. Vtinam poneret exemplum. Pones tu ex Libycis animalibus, quæ ſiti aſſueta non bibunt. vbi ex Præceptoris præceptis mollienda hæc ſententia eſt. ait enim eſſe φύσεως quaſdam παραβάσεις. Egreditur enim è ſua ſpecie tum equa, tum aſinus in mulo. Itaque dicuntur παρὰ φύσιν, non tamen ſunt. Quodcunque enim fit in natura, naturale eſt: quia non niſi naturaliter fit generatio, quæcunque, qualiſcunque, quocunque modo fiat. Duplex igitur naturæ vis & lex: altera vniuerſalis ex qua nihil vel quod eſt, vel quod fit, egreditur: altera ordinaria, quæ extra cancellos anguſtiores exit aliquando, atque in effuſiorem prolatat ambitum. Non erat in natura recta linea ſpeciei leo non iubatus: eſt in linea, vt ita dicam, laterali ex leæna & pardo: quia leoninæ legitimæ ſpeciei ſit affinis pardus. Dixit, χρονισθὲν: quia ἔθος fit in tempore ἦθος, ac natura tandem. Καὶ λάβῃ πλῆθος. neque deficiat. Ἀλλὰ μὲν τοῦτο. Tertiam ſe dixit, vniuerſali ratione rem hanc perſequi. Quum tamen ſemper intermiſcuerit hiſtorias atque diſceptationes particulares. Deinceps de ſolis ſeminibus verba facturum pollicetur. Et omnino prodeundi perficiendique celeritatem attribuit aeri, exemplo Ægyptiarum ſationum. Atque è væſtigio terram quoque adiungit. τὸ ὅλον, in ſumma: vt etiam Ægyptum comprehendat. Id quod etiam aſſignat agro Meli. vbi regionem dicit ἄτεφρον, & aerem Ægyptio ſimilem. Παραπλήσιος, ſcilicet Ægyptio: aut παραπλήσιος regioni, ἄτεφρος.

Τὸ γάρ. melius dixiſſet: τὸ οὖν. Vt ex ſupradictis eſſet concluſio, non autem ſimplex effatum poſt tot diſceptationes. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἔχει. Quia coniunxit animalia cum plantis ſub hac natura communi diuerſitatis: vtrorumque perpendit rationes. Ac in animalibus quidem agnoſcit principia horum affectuum, quæ ſatis

per ſe valeant eas efficere varietates: at ſemina etiam ab ipſius aeris pendere facultatibus. Ἐκεῖνα: ζῷα ſcilicet. κυριωτάτας, efficaciſſima principia, & quæ non egeant extraneis adiumentis, vt ſemina. ideò addit μᾶλλον. plus ab aere pendent quàm animalia. namque etiam animalia temporum ſentiunt affectus. Vere nati equi longè inculpatiores, quàm qui eduntur Autumno. Ratio dicta eſt in Problematis. Εἰ δὲ μή. Semper effugit Philoſophus obiectiones, vbi diluere operoſius eſt. Itaque aduerſus pertinaciter negantes, mutari ſubſtantias: Saltem, inquit, fiet in germinandi ratione variatio, & in ipſis momentis generationis. Hoc profectò negari non poteſt: quin aere molli ac blandò citiùs atque faciliùs euocentur in plantæ conformationem ſemina: tum autem plantæ conſtitutæ maturiùs fructificent. Si non γένος mutatur, at ſaltem γένεσις. ἰσοχρονεῖν, æquare tempora germinationis atque perfectionis. alibi ἰσοχρονίζειν, æquare tractum temporis. Διόπερ. Rectè concludit. qualis annus fuerit, tales affectus plantarum futuros, tum alios, tum vel moram, vel expeditionem & naſcendi & germinandi & fructificandi. ἀκολουθεῖ. quia cauſam ſequitur effectus. Ἔν τε τοῖς ἄλλοις, ſucco, magnitudine, ſinceritate. Σύμφωνον. Expedita tot ambagibus quæſtione, ſequitur appendix huic tractationi proximam illam. Quòd ſata ſemina vel ſerò vel maturè non exeunt, niſi ſtato tempore. Hoc primum eſt, quod faciat admirationem. admirationis cauſa, hæc. Terra eſt ſicut vterus in animali. At exit fœtus certo pòſt tẽpore, quàm eſt in matricem iactum ſemen. ratio eſt: quia calor vteri vniformis eſt, atque ſemini conſentiens. at terræ fœtus à cælo pendet. Quocirca pro temporis imperio iuſſa faciet in terra ſemen: cuius exortus à cæli ſtatu moderatur. Hoc verò adeò verum eſt: vt etiam flante Borea floreant Amygdali. Alterum quod admiramur, eſt: alieno tempore mandata terræ ſemina ſub terra diutius incorrupta ſeruari, quoad tempus appetat prodeundi. σύμφωνον. Quia diſceptatum eſt de varietate perfectionis in generibus: hoc, quod adiicitur hîc, conſiderat ſeminum conſtantiam ad exeundum. Eſt igitur ſimilitudo in contrarietate: iccirco dixit, τρόπον τινά. Μὴ κινεῖσθαι. valde ſtricta vox. nullo modo moueri. Quia neque corrumpuntur, neque mutantur in aliam ſpeciem (hoc enim euenire propter morem ſub terra, ſuprà dicebatur) neque in plantam exeunt conformata. Ideò auxit vim ſententiæ, quum dixit, μηδέν. Poſuit, πρότερον, abſolutè: quia ſubdit ἀλλὰ, pro eo quod eſt, ἤ. idem acſi diceret, πρὸ τῆς οἰκείας ὥρας. Excipienda tamen trimeſtria, atque alia multa quę Hyeme ſata, Hyeme prodeunt: Vere ſata, Vere. Itaque nimis præceps oratio illa, μηδὲν σπέρμα. Πολλῶν ὑδάτων. Hoc mouet admirationem: non euocari ſemina temporibus tepidis & humidis quæ ſunt principia vel generationis vel putrefactionis. Hoc etiam addidit: nequis putaret, frigore ac ſiccitate conſeruari. Ἐπεὶ τό γε μὴ διαβλαστάνειν. ſi corrumperentur: non eſſet mirandum. At miramur, quia tandem germinant, tum verò non germinant. Μὴ ἔχοντα οἰκείαν κρᾶσιν. Alieno tempore, cuius temperamentum eorum temperamento non reſpondeat. Αἴτιον δὲ τοῦτο. Dat cauſam conſeruationis, quum ait: ἐν τῇ τῶν περιεχόντων ἰσχύϊ: in robore corii, vel corticis, vel membranæ, vel tunicæ ambientis. Idem ſuprà pro cauſa arceſſebat in Ægilope, πολυχιτωνίαν. Quam etiam hîc ſtatuit atque adiungit duritiam ſub voce hac, ξυλώδη. Naturam tamen hanc ligneam cùm vult explicatam per ἀνθικὰ, duriuſculus eſt neque audiendus. Ἄλλας φυλακάς. intelligit munimenta quæ modò recenſebamus. Φυλακάς, præſidia. ἀνθικὰ, ſemina floralia, id eſt στεφανωματικὰ, quæ ſeruntur florum tantùm cauſa: vel quæ non diſtingũtur ab ipſis floribus, vt de Thymo dicebatur.

Lego ὅσα ἐλάττους. expunctis illis, μικρὸν ἁπαλῶν. Et ἐπὶ τῶν κυνῶν, non autem κοινῶν.

Et ὀλιγόρριζος καὶ ὀλιγοκάλαμος, non autem πολυκάλαμος. nam neque verum eſt, neque reſpondet ſententiæ. Et τελείωσιν ταχεῖαν, non τραχεῖαν. ſicuti mox, ἀποδρομὴ ταχεῖα, non τραχεῖα. Et ἰσημερινοὺς, non ἰσημέρους. Et κατὰ τὴν ἔκφυσιν, non ἔμφυσιν. Et κατωφελῆ, non κατωτελῆ. Et ὀψὲ διαβλαστάνει; expuncto δέ. Et ἐκεῖ σπειρόμενος non βεκεισπορούμενος. Et αἰπυσύγγαις. Et οὐκ ἂν τηρεῖεν, non autem οὐ κατηρεῖεν.

Theodorus, κοῦφος, facilè: ſicut & ſuprà: malo genio. Nam neque id ſignificat, neque hîc quicquam ſignificat. neque omnia leuia facilia: non enim pluma facilis, vel factu vel iactu. ſi dicas, facilis flecti: at non pumex. Sin facilis geſtari: at non aer, non ventus, non ingenium muliebre. denique nugatur ipſe: tum nos, qui diutius immoramur reprehenſioni huic, nugamur. ſic & βαρὺς, vt ſuprà, faſtidioſum. οὐ κατωφελῆ. incommoditatem: imò inutilitatem.

Καὶ πάλιν ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ σπειρόμενος, ὀψὲ βλαστάνει. Theodorus nihil horum. eius verba ſunt. Et quod maturè apud alios ſeritur, ſerò apud alios exit. Quid hoc eſt? ſi de Thracio intelligit, iam dixit: ſi de alio, falſum eſt. Quod enim maturè ſeritur, maturè exit. Μὴ φερούσης τῆς χώρας. Quum planta in alieno agro nequeat hoſpitari. mira κακοζηλία. neque hoc ſignificat. Sed quia terra non ſit ferax, planta non fert fructum. A terra namque dicit fieri tum ἀνωμαλίαν, tum ἀκαρπίαν. Τὸ παρὰ φύσιν ἐγένετο κατὰ φύσιν. Quod negaret natura, lege proueniat naturali.

quod erat præter naturæ leges euaſit naturale.

Εὐδιῶν. Hinc quoque moneri poterat vir optimus, τὸ εὔδιον, non ſemper ſignificare ſerenitatem. nam ſerena hyberna gelidiora ſunt.

Κρᾶσιν. complexum. Bis errat: & quòd barbaro vtitur: & quòd non exprimit. aliud eſt miſceri, aliud complecti. miſtio eſt affectus partium in ſe: complexio eſt affectus partium ab alio. Neceſſe enim eſt, eſſe aliquid præterea quod complectitur.

CAPVT XIIII.

XIIII. capitis argumentum. Quærit cauſas, quare Legumina coctilia ſint aut incoctilia. A ſolo & aere, frigore, calore. Vbi vitium conceperint in ſemine aut in ſulco. An legumina omnia hoc patiantur.

ὙΠΕΡ δὲ τῶν ἀτεραμώνων. Expedito altero naturæ fine in frugibus, qui ſcilicet erat, vt eſſent: quapropter & generationis, & vitæ & corruptionis, & morborum iniit rationem: nunc alterum tractat finem qui ſcilicet eſt, noſtri cauſa. Sunt enim propter hominis alimentum, aut pecorum eſcam, quæ hominis quoque ſpectant vſum. Quoniam verò non cruda, ſed cocta ſunt nobis vſui; de facilitate, difficultatéque coctionis ſcribit, atque vtriuſque cauſas eruit. Hæc conſideratio quum ſit multiplex, multas quoque partes huius capitis facit. Atque vtinam tam luculentè, tam lepido tractaret ordine ſemper omnia. Partes capitis principales tres ſunt. In prima proponit multas quæſtiones de coctilitate atque incoctilitate, quam τεραμνότητα atque ἀτεραμνότητα iam dixit alibi. In ſecunda declarat & vim vocis, & eſſentiam rei. quid ſit coctile, cuius ſit affectus. In tertia væſtigat cauſas: à ſolo, & cælo, eorúmque qualitatibus: quando, & in quibus, vel totis, vel partibus ſint affectus hi. Hæc in priore portione partis huius: poſtquam duo inſtituit: primùm duas excludit opiniones. Vna erat eorum qui ſolam Fabam & Lentem dicerent pati hoc. Altera eorum qui huiuſce rei cauſam referebant ad aratorum boum cornua: quorum occurſu dum iactantur ſemina, percuſſa obduruiſſent. Poſt hæc oſtendit ſimilitudinem quandam huiuſce incoctilitatis, quippe in Leguminibus ad ignem, & in Betæ ſeminibus ad enaſcendum. Nam quemadmodum in eodem agro, in eodem ſulco, in eadem ſiliqua ſunt quædam coctilia, quædam non: ſic in Betæ ſeminibus. Quædam prodire quadrageſimo die, quædam ſeriùs, quædam anno póſt. Huius tam nitidi capitis faciem hac compendioſa pictura expreſſam volui: quò inoffenſius per omnes partes excurrere poſſemus, nequid nobis in mora eſſet. Propoſitæ quæſtiones hæ ſunt. πῶς, πότε, quomodo, quando fiant coctilia vel incoctilia. Non enim adiectitia particula eſt ποτὲ, vt nobis, ſic pote: ſed tempus deſignat, vel in regione vel ab aere. Simul deſignat ἢ πάντα, ἢ ἔνια: vt ibi declaraturum ait: τὸ δὲ μόνα τῶν ὀσπρίων.

Συμβαίνει δὲ. Altera quæſtio particularis: quare in eodem agro alia aliter. Cauſa quæſtionis: τῆς αὐτῆς ἐργασίας τυγχάνον. Si eſt idem cultus vnus: non erit à cultu diuerſitas. Aliquis dicat: Non mirum: latè patet fundus: varium in eo ſolum. Icciro addit: καὶ τῶν συνεχῶν αὔλακος μόνον διειργούσης. ſolo ſulco diſtare. nota loquutionem: ſulco ſeparante ſemina. Καὶ τῶν σπερμάτων. Tertia quæſtio. Quomodo ex coctilibus eueniunt incoctilia, & viciſſim ex his illa. non igitur à ſemine fieri videtur. Κατὰ δὲ τὴν ἔκφυσιν. non poteſt, quin more ſuo turbet. Nam quum mox dicturus ſit, quid ἀτέραμνον: tamen hîc præceps anticipat: ἀτέραμον eſſe vitium in tarditate, naſcendi, creſcendi, germinandi, fructificandi. Nota loquutionem: τὸ ἀτεράμονος ἄν τι γενοσικός. alius diceret, τῶν ἀτεραμόνων. Sed dixit τὸ, quaſi naturam illam acquiſititiam.

Ὑπὲρ δὴ τούτων. Hæc eſt ſecunda pars in qua ſolutiones aggreditur. Εἴ τι συνάπτει πρὸς τὴν ἀπορίαν ταύτην. Siquid aliud affine eſt huic naturæ. Hoc dixit, innuens Betacei ſeminis ſimilitudinem, non ad coquendum ſed ad proueniendum. Πρῶτον λεκτέον. ſcilicet τὸ τί ὀνόματος: vt ſciamus quid rei ſit.

Περὶ τὴν πύρωσιν. τέραμον dicitur, quoad coctionem. πύρωσις, coctio, ſuſceptio operæ ignis. καὶ διάχυσιν. quoniam coctilia Legumina intumeſcunt. eſt igitur effuſio quædam. Diſtant enim partes magis humore ſubeunte: ſanè fit abſceſſus. Καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Ea eſt definitio ab efficiente, & effectu: nempe ab igni & diffuſione. quaſi ſit hoc genus ipſius definiti. Nunc addit quaſi formam à fine: ſcilicet teneritudinem ob eſcam. Τὸ μὲν γὰρ εὐδιάχυτον. quod laxari poteſt in coquendo, eſt τέραμον. & addit circunſtantias: ταχὺ ἀλλοιούμενον. huic opponit aduerſariam naturam tribus conditionibus: ἀδιάχυτον, ἀναλλοίωτον, βραδέως ἀλλοιούμενον: quod deſignat appoſita particula priuatiua, ἀτέραμον. nec fruſtrà dixit ἀναλλοίωτον. Sunt enim Legumina quædam quæ ouorum more, quo diutius coquuntur eo fiunt duriora. Scilicet quantum ineſt humoris aerei, conſumitur: tum aqueum terreſtre quod reliquum eſt, coit: vt albumen: tanto magis terreſtre in Leguminibus. Τοιοῦτο δ' ἑκάτερον. Breui gyro comprehendit vtriuſque declarationem. Et iam propinquam incipit expedire cauſam, duritiam ſcilicet ac mollitiem. Hæc ſunt maximè propinqua. reſiſtit enim durum. ſanè vetus hæc eſt duri definitio. mille autem recipit. Huius cauſæ cauſa: duritiei, denſitas, mollitiei, raritas: quia calor & humor huc queunt, illuc nequeunt ſubire.

bire. propterea dixit δέχοιτο θερμὸν, καὶ ὑγρότητα. Et applicauit, oſtendens eſſe hanc cauſam, quum dixit δι' ὧν ἡ διάχυσις. & de duro: ἀλλ' ἀποστέγει τῇ πυκνότητι, excludit denſitate.

Διῃρημένου δ' οὕτως. Hæc eſt tertia pars, in qua væſtigat harum cauſarum cauſas. Icciro dixit τίνας, quoad ſubſtantias cauſarum: & ποίας τινας, quoad circunſtantias. Exempli gratia: ab aere aut à terra: hæ ſunt ſubſtantiæ ab aeris calore ac frigore. Hæ ſunt conditiones, & ποιότητες. Nota loquutionem: παρὰ cum quarto caſu, τὸ ἔθος. ſic mox παρὰ τὴν τροφὴν, à cibo. Hoc etiam alibi notauimus ex Ariſtotele. nam vulgò vſitatiùs ſignificat, præter. Διότι παρὰ τὴν τροφήν. Statuit fundamentum, de quo toties ſuprá. Hæc omnia ab alimento procedere. Is eſt aditus totius inuæſtigationis: non tamen ſolus. Vt intelligamus: ταῦτα πάντα nihil aliud eſſe quàm ταῦτα δύο, coctilitatem & incoctilitatem: non tamen πάντως. Non enim à ſolo proueniunt nutrimẽto. Nam de terra confeſſum eſt: pro eius modo atque habitu modum eſſe teneritudinis aut cruditatis. de aere verò millies, δι' εὐτροφον, δυστροφῆ. At quum docet, etiam ab eodem aere aliud, quàm alimenti beneficium proficiſci, velut in arca vel granariis: aliunde ſanè aliud erit principium eiuſdem affectionis.

Τῷ ποιάν. Oſtendit quemadmodum in alimento ſita ſint momenta mutationis: quippe ſecundum quale, & quantum. hoc iam ſæpe dictum eſt. Tantum autem attribuit, quantum ab aliis accipit: nempe addit à locis conditiones. Μεθίστησι, effectum deſignat: mutat, transfert ex natura dura in teneram. Summa eſt: quæ ſunt in locis tepidis, ſtercoratis, tenuis glebæ, apricis. ἡλιόβολον, quod εὔηλον, alibi. Κούφην τὴν τροφὴν ἔχει. intellige ipſa ſemina. Ὥστε καὶ ἐξανιστάμενα. Nunc oſtendit effectionum opera, μανὰ καὶ μαλακά. quoniam τὸ ἀτέραμον erat ſpiſſum ac durum. Διὰ τοῦτο. exemplum petit è terra Lemnia. ibi eſſe coctilia: quia terra leuis. quare alimenta ſimilia: ergo & effectus. Adeò, vt etiam terram ipſam τεράμονα vocent aliqui, à facultate, qua τεράμονα facit Legumina. Sic apud medicos, ſanum corpus, ſana vrina, ſana cauſa. Ita hîc ex vſu communi, quaſi à prouerbio argumentum: Quoniam, inquit, τεράμονα Legumina dicunt, ἐν τεράμονι γῇ naſci. Καὶ τὰ ἐν αἰγύπτῳ. Hîc non à terra ſolùm, ſed ab aere quoque, cuius explicat officium & qualitates. Calor, inquit, autor τεραμότητος. Καὶ ὅλως τῇ πέψει. Quoniam metimur τεραμότητα aptitudine ad coquendum igni: videtur à calore aptitudinis ille apparatus in ſubſtantia. & dixit ὅλως: quia πέψις eſt genus, & genus eſt τὸ ὅλον ſuarum ſpecierum.

Διὸ καὶ τὰ κοπριζόμενα. anteuertunt ſtercorata: ergo calore fit. Τὰ μὲν οὖν. tranſit ad contrarium per contraria. ψυχρά: quia dicebat θερμόν. γλισχρά: Lenta, vt Argilla & Rubrica: quia dicebat λεπτογείοις.

κεραμία. figulina, tenax, viſcida. Ad idem exemplum adiungit eam quæ abundat humore nimio, tribus gradibus: λειμωνίαν, pratenſem, humidam: ἔφυδρον, aquis vdam: ἑλώδη, ſtagnantibus. ἔφυδρος, cui ſubſunt ſcatebræ, ὕφυδρος, vt alibi dicebamus. Neque viſcidus humor domatur: eſt enim plurimarum partium: neque multus: eſt enim plurimarum item partium.

Ἡ γὰρ δὴ πῆξις. hæc eſt minor propoſitio ſyllogiſmi. illa maior: omne inſpiſſans facit incoctilem. At humor nimius, copia ſua: humor viſcidus, quia non ſubit ſed obſidet: humor frigidus, quia cogit: inſpiſſant. Ἐν δὲ τοῖς ἑλώδεσι. In eorum graduum comparatione ponit vltimam paluſtrem: adeò vt ἀχρεῖα, nulli vſui humano faciat idonea Legumina. Ea propter hãc cauſam pecori abdicat, verbo ſanè odioſo, καταχρῶνται: addita etiam ratione, οὐκ ἐνδιδοῖ βρεχόμενα. vt ne macerata quidem obſequantur. Αἱ μὲν οὖν τῶν ἐδάφων. Tranſit ad aliam cauſam, nempe aerem: cui tamen adiungit etiam conditiones peregrinas, ſcilicet pluuias: quia ſunt alimenti partes. Aqua ſanè materia eſt: aer & materia & quaſi forma quædam, ſaltem formæ inſtrumentum, ob efficaciam qualitatum. imbribus igitur effici, vt ἀτεράμονα ſint. Eadem hîc proportio quæ in terra vda: præſertim ſi aeris acceſſit frigus. & addit μὴ πνευματική. Quoniam ſemper διάπνουν vult eſſe tum ſemen tum plantam; alioquin aut ſterilitatem aut cruditatem, aut aliuſmodi ſequi deprauationem. Omninò dicit: perinde eſſe, ſi inceſſatur imbribus, atque ſi natura ſua terra ſit aquoſa. Πῆξιν γάρ. Oſtendit effectiones: vt & ſuprà, πῆξιν, πύκνωσιν.

Διῃρημένων δὲ. Nunc ex his deducit ſolutionem ſecundæ quæſtionis. Si ex alimentis fit mutatio: alimenta mutantur à ſuperueniente materia: materia non ſemper eadem ſuperuenit: igitur idem ager aliàs tenera feret Legumina, aliàs non tenera. hoc eſt quod ait: μὴ ὁμοίως. Ἐκ Διός. alibi, οὐρανίας, ἐπομβρίας.

Καὶ τῶν διειργμένων. quod ſuprà dicebat: αὔλακος διειργούσης. Εἴπερ τοῦ μέν. Alia ratione diuerſa ab ea cauſa quæ ducebatur ab imbribus. Quoniam, inquit, huius ſeminis teneri aliud ſolum, aliud huius duri. Nam tametſi vnus ager eſt. vt ſuprà dicebat, quantitate συνεχής, qualitatibus tamen non eſt vnus. Quin etiam in eodem ſulco diuerſa erunt: quoniam in terris quibuſdam venæ quaſi quædam ſunt difformes.

Τοῦ μὲν, τοῦ δὲ. Quoniam cultrum ſecat partes diuerſas quæ cohærebant. Eos tractus à metallorum ſimilitudine ῥάβδους vocat. Vaſcones vittas: Itali ſtriges Latina voce, aut etiam Germanica. ſignatum verbum, διατέταται. ſtrictæ namque ſunt & productæ. παράλλη-

λας, vicinas æquali continuata productione.

Ε'ν τοῖς ἐργασίμοις: in aruis. sic Laborinus Campaniæ tractus.

Ὥστε τῶν αὐτῶν. subtilis explicatio. Quum dicebat: Veris impressionibus accipere leges aruum: quasi esset obiectio illa. Cur igitur in eodem agro aliter atque aliter? Respondet: Quanquam est eadem imbrium vis: non tamen est idem modus receptionis. Actiones enim non præstant pro agentis, sed pro patientis ratione. Itaque per se quidem communem imbrium affectum, proprius vt sit, efficiunt arui partes. Id sonant ea verba quæ sic digero: τὰ ἐργάσιμα ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι ποιεῖν διαφορὰς, καὶ τῶν κοινῶν ὄντων τῶν ἀπὸ τοῦ ἀέρος γινομένων.

Ὅτε δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ. Non solùm ligulas illas inter se differre, sed etiam portiunculas interdum aliquas vel pusilli loci. χωρίου, diminutiuum: & μικρόν τι. Vt minus mirum sit, si in iugero integro, aut nostrati *arepenne* sint virgati tractus illi. Etiam in gemmis & lapidibus habemus tum κέντρα tum χαλάζας.

Ὡσαύτως δέ. Ab aeris alia qualitate absque humore: nempe frigore, vel ἁπλῶς, vel cum vento: qui certa loca perculerit eiusdem agri, quædam non attigerit. Non procul est disceptatio ab illa de arboribus: nonnullas è satu steriles prouenire: alias degenerare: quia degeneratio sit sterilitas quædam. sic hîc, ἀτεραμότητα ἢ φθοράν τινα. Quemadmodum locis aliquibus, ac temporibus omnia seruantur incorrupta: quibusdam omnia corrumpuntur aliquando: in aliis partim seruantur, partim corrumpuntur. Ita sunt in aliquibus omnia coctilia: alibi incoctilia omnia. est & vbi partim talia, partim non. Τὰ μὲν παραλλάττειν. Variare, mutare naturam: vt ex integris fiant vel manca vel nihili.

Τὰ δ' ἐπιβαίνειν. è sulcis surgere. Melius inuertisset sic: τὰ μὲν ἐπιβαίνειν, τὰ δὲ παραλλάττειν: hoc enim verbum habet in se negationem. Καὶ εἴπερ ἐν αὐτοῖς. alia ratione acuit priores responsiones. Subesse etiam seminibus ipsis affectum quempiam dissimilem: non iniuria. quippe dispares sunt in siliqua situs atque magnitudines. Potest igitur subesse nescio quid, vnde procedat illa coquendo varietas. sed dixit more suo verecundè, καὶ εἴ τις. Quòd si verum sit: ea quæ fuerint imbecilliora, celeriùs sentiant integritatis suæ dispendium: vnde autem imbecillitas hæc, aut quæ? Quia, inquit, accepit in ipsis primordiis væstigia quasi quædam mutationis: quemadmodum peregrinus, quum sub aliis legibus mutare cogitur mores in aliena terra: si vegeti atque integri animi est, perstat in natura sua pristina: sin molliore initiatus est ab incunabulis habitu, facilè abit in nouos mores.

Διὸ καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καυλοῦ. Quis non videt, hæc superioribus continuanda, prauóque disiuncta iudicio? Ex his rationibus non iam tota persequitur, sed porrò partium quoque partes: quoniam ex eodem caule diuersis naturis prodeunt semina. ἐν τῷ αὐτῷ λοβῷ. Quoniam putare ac dicere posset aliquis ex terra prouenire diuersitates: ideò notabis, διό: non ex terra sed ex aere, qui potiùs in vnam siliquam aut vnam siliquæ partem, quàm in aliam, impegerit qualitates. In eadem verò siliqua vt sint illæ differentiæ, ratio alia quærenda est, ab alimenti fortasse vicinia. Τῆς δ' ἀσθενείας. Quia posuit imbecillitatem patiendi fundamentum, ostendit totius Fabacei generis imbecillitatem: vt eius partes tanto faciliùs imbecillæ credi queant. Totam Fabarum naturam esse debilem, argumentum illud: quòd Faba sui coloris non sit perpetuò compos, sed nigrescat.

Ὅτι δὲ πῆξις. Quia dixit à frigore fieri concretionem ac densitatem: nunc ostendit, à regionis frigiditate. Ad Philippos Macedoniæ nasci Fabas incoctiles: propterea quòd illa regio frigida sit: & addit σφόδρα.

Ἐὰν δ' ἐν τοῖς ἀχύροις. Nunc aliud iudicium: quo declaretur, à frigore fieri: quoniam à calore fiunt coctiles. Hoc etiam suprà stercorationis argumento: nunc alio. Si, inquit, in area relinquantur in valuulis iam æstu torrefactis, non mutantur, sed manent coctiles. Non loquitur de Fabis quæ oriuntur ad Philippos, sed de omnibus. & dat rationem. Ὅτε μὲν γάρ: tum quia teguntur siliqua: tum quia sese mutuò stipant: tum præterea quòd etiamnum, quo terra affecta est, calore muniuntur aduersus illam refrictionem, & quasi μόλωσιν. Hîc ὅτε μὲν, ὅτε δὲ, non designat tempus, sed clausularum coniunctionem: sicuti nostra, cum, tum.

Καὶ ἅμα τῆς γῆς. deest verbum, φέρονται. Sic enim haud amittunt quod habent, nec mutantur: & potiùs acquirunt illam toties decantatam πέψιν. sic è contrario: ὅταν μετέωροι λειφθῶσι. ablatæ ab area, positæque in tabulatis. Quare flatus subit & condensat: εἰσδύεται, καὶ πήγνυσι. Simul ostendit, eas id facilè pati posse propter imbecillitatem: quippe tum primùm exutas suis domiciliis. Hoc est quod aiebat: ἅμα δὲ ἀσθενέσταται τότε γίνονται. Ratio γυμνούμεναι, eiectæ de præsidio. Et πρῶτον: vt indicet mutationem non assuetarum aeris contactui: & γυμνούμεναι τῆς θερμότητος. Viduatæ calore illo areæ, quo aliqua ex parte coquebantur tunc, vt postea coctiles fierent. dixit ergo mutari. Hæc est minor propositio syllogismi: nunc inducit maiorem, quum dicit: αἱ δὲ μεγάλαι μεταβολαὶ μάλιστα κινοῦσι. Mutationes alterant: ergo magnæ mutationes multùm alterant. Conclusio, ergo multùm alterantur.

Καὶ ὥσπερ συνεστηκότων, & iam confirmatæ. nota vox, etiam in sacris libris, ætas stata sic vocatur. Si, inquit, vbi perfectæ fuerint, vannentur, nihil tum à ventis patiuntur: quia iam durius

durius corium præsidio est. Nota loquutionem μηδὲν πάσχειν, non autem, πάσχουσι. sic sæpe solet, quasi ex aliorum scribat opinione: aut subintelligat quid verbi. quare quod alibi reduximus ad indicatiuum, vt quod scriptum erat λαμβάνειν, esset λαμβάνει: qui nolet mutare, fortasse non malè fecerit. sic etiam Plinius aliquando.

Τὸ δὲ πλείω. Adhuc aliud iudicium de noxa illa à frigore. si diutius sub diuo relinquantur, contrahere vitium incoctilitatis. durescere enim è refrigeratione. Ἀκόλουθον δέ. Melius statuisset cum superioribus, vbi de solo humido loquebatur. ait enim, quod & suprà, post sationem si imbres incesserint: incoctiles euadere. Quare non est hîc ἀκόλουθον, nisi propter frigus, quod est in aquis. At enimuero etiam propter humidum nimium, suprà monebat. Λαβών. Nacta pluuia vsitatè dicimus deprehensum. Atque vt faceret consequens, dixit, ἀπέψυξεν. sicut flatus & serenitas, sic aqua. Οὐ πρὸς τὴν γένεσιν. Nascuntur quidem, sed infelicibus natalibus. Ἐν ἑτέροις δέ. Quia vis generatrix habet aliud subiectum, aliud habet aptitudo ad coquendum. τῆς δυνάμεως, ἀντὶ τοῦ τῶν δυνάμεων.

Καὶ δ' ἄλλα. A causa finali. quia si duæ facultates essent diuersæ, atque in diuersis partibus vnius corporis naturalis, quarum vtraque dirigeretur ad vnum finem, qui non nisi ab vtraque inferretur: posito fine, vtraque item necessariò poneretur. Τὸ, περὶ ἀβλαστές. Amplificat declarationem, & ostendit, in aliis etiam facultatibus idem contingere. Nanque etiam vis ipsa producendi ramos, & ferendi fructus, & augescendi (sic enim ordinem peruertit) diuersa est ab eo quod est, nasci, atque ab illo seiungi potest: quanto magis ab eo, quod est esse coctile? nimirum nascetur planta, quæ tamen neque crescet, neque ramificabitur: ac propterea nec vllum feret fructum. Ergo semen illud, ex quo orta est, eatenus valuit, vt produceret tantùm, non etiam vt fieret grandior, & ramosa, & fœcunda. sic, inquit, non est absurdum, ex coctilibus incoctilia nasci: & viciſſim ex his illa. hoc est quod dicebat, οὐκ ἄλογος ἡ τεραμότης: scilicet ἐξ ἀτεραμότητος. & repetit vsque ad fastidium adductam probationem: aruum, aquam, aerem, cogere posse in sua iura semen ipsum. vt leniret fastidium, figuratè posuit per interrogationem: τί κωλύει. Εἰ δὲ συμβαίνει. Narrat aliorum opinionem. incoctilia fieri, quando putamine duriore vestiuntur. Hoc significant illa: τὰ δὲ ἀτεράμονα περιτετύχθαι τῷ κελύφει. obtendi corticem. Quippe non videntur admittere calorem, quo perficiantur. coctilia verò ἐνδεδωκέναι: admisso calore proficere: quia remiserit natura in iis de illius corticis contumacia. Confusè tamen narrat, & subdubitando: εἰ συμβαίνει. neque subdit verbum conditionali. tum quæ subdit, obscurantur mutila breuitate.

Κατακεχασμωμένων. Cùm hiant siliquę, mutant coria colorem. Cùm hiant coria, etiam medullarum mutatur color. Sanè sententia perspicua, & quam alibi quoque accepimus ab eo, & quæ ad rem faciat: sed verba pessimè cohærent. vult coria. siliquas etiam nonnihil afferre momenti, siue ad resistendum frigori, vt euadant coctilia: siue ad arcendum calorem, vt incoctilia fiant. Nam vtroqueversum disputatum est. Καὶ τὰ ἐκλυτώτερα. Ratio planissima. quæ facilius à thecis absoluta sint in messe, coctiliora esse. Sunt siquidem absolutiora: quæ vox Latina, tum Græcam exprimit, tum comprehendit perfectionem.

Οὐθὲν ἄτοπον. Quia πίλησις est causa duritiei, spissationis, & ἀδρώσεως, corpulentiæ: quæ repugnet coctioni propter materiæ nimietatem: sicuti suprà dicebat de iis, quæ proueniunt in aquosis. Sed quid est πίλησις? an intelligit: vbi non sint à siliquis absoluta semina: eo complexu foueri eorum humorem, qui ἄδρωσιν faciat? nondum enim à calore naturali percocta sunt. Itaque illam obsessionem vocet πίλησιν.

Οὐθὲν δὲ τούτων. Hæc est minor propositio: conclusio. ergo ex illa peristasi fient ἀτεράμονα.

Μὴ ἀλλοιοῦσθαι. Nunc dat etiam signum cruditatis: si flatibus perfusa non mutent colorem. duritatis enim indicium hæc ἀπάθεια.

Θάτερον δὲ τοὐναντίον. Alterum, id est contrarium. scilicet si mutentur, signum est contrarii, id est teneritudinis.

Καὶ τὸ μὴ ἔκλυτα. At hoc iam signum non est, sed causa. si dum metuntur, adhuc hęreant siliquæ tanquam matrici: nemo dubitet, ea immatura esse conclusio: dura igitur. Quæ postea sit alterius syllogismi propositio minor. Maior autem illa, quæ sequitur: τὸ σκληρὸν οὐκ εὐδιάχυτον. coctile autem εὐδιάχυτον.

Ὅ γ' ἐπὶ τῆς ἅλω. Destruit aliam opinionem. Fieri vitium hoc dum in area sunt, putabant aliqui. non est, inquit, verisimile. Quippe solis vis dempserit de succo aliquid, ac fortasse de suauitate, ἧττον ἡδέα: si diutius insolentur, fieri strigosiora: ἀχυλότερα, exuctiora: cæterùm quantum de iis tollat, tantum addat facilitatis ad coctionem. οὐδὲν ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον. est enim à calore solis apparatus atque initiatio quædam: vt iam semicocta sint. restat tamen fundamentum dubitationis. Dicebat terrestria duriora. Terrestria videntur facta, quæ facta sunt ἀχυλώτερα. dicendum: vt in carnibus assis, ita in leguminibus insolatis, attenuatas partes crassiores: omnino verò fiunt laxiora: quocirca intrò potest humor inter coquendum penetrare. εὐεψητότερα. hæc est definitio τῶν τεραμόνων: facilitas ad coquendum.

Εἰ δ' ἄρα τοῦτ' ἀληθές. Si hoc verum est: non aduersatur iis quæ suprà dicebamus. Ea sunt: à sole discuti, quod cruditatem facit, atque impedit coctionem. Siccitatem autem

hanc non afferre duritiam, sicuti censebat de illa alia duritia, quæ proueniebat à condensatione. Quippe exiccatio hæc rarefacit potius.

Οὐ δ' εἰ παλαιούμενα. Alterum argumentum. Si vetustate non fiunt incoctilia, ne à sole quidem fient. Vtroque enim modo fit exhalatio atque exiccatio. Διὰ τοῦ περιέχοντος. Quoniam quod facit in area sol, facit in tractu temporis aer. exugit enim. Itaque dicebat: ὑπὸ τῆς διεκπνοῆς τοῦ θερμοῦ ἐξάγοντα τὸ ὑγρόν. calor exit: sursum enim mouetur natura sua. agit autẽ humidũ secũ, quia rarefacit humidum aqueum, qui aerescit. Hoc enim modo humor ignis pabulum est, quemadmodum suo loco declaratum est. Putrescerent enim, si relicto intus humore calor abiret, & cùm dicat de siccitate, abire humorem necesse est.

Εὔλογον δέ. Postquam eruit causas huiusce affectus: apponit alium affectum consequentem eandem naturam à qua pendet, coctile esse. is est, κόπτεσθαι. facilè perforari. vbi intelligamus vtrunque effectum ab vna manare forma, non autem alterum ab altero: non enim accidenti accidit accidens, sed vtrunque speciei. Pertunduntur autem quia rara: & quia sunt dulciora facilius in eis ingenerantur bestiolæ, quemadmodum à pituita in intestinis. Itaque illud, καὶ μᾶλλον ζωοποιεῖ, non est copula, sed causalis. Μεταβολὴ δέ. Ait perfectè matura celerius pati. Pulchra disceptatio in Philosophia: vtra paratiora sint ad corruptionem, affecta modò, an perfecta: vtrinque sunt pulcherrimæ rationes. Quod imperfectum est, nondum est formã consequutum, sed est in mutatione continua, neque vllum habet à forma præsidium: in eo enim est, vt exeat priorem, neque dum eam obtineat, in quam intendit. suprà etiam dum prodiret è semine planta, pati posse dicebat eam propter imbecillitatẽ. Et magnus Præceptor festiuè dicebat: quod generatur, esse quasi quod est, & non est. è contrario: quod iam perfectum est, consistere quidem, sed esse obnoxium cuiuis aduersario. Itaque putrefactio euenit maturis, non autem immaturis: propterea quòd eorum forma est materialis: quamobrem vbi materia perfecta est, procedit porrò ad corruptionem. dicendum: Fabam, cùm est immatura, nihil aliud quærere, quàm accidentia vlteriora: cùm verò perfecta est, non posse amplius perfici: quare necessariò deduci ad declinationem.

Καὶ ταῦτα μέν. Hactenus de causis: nunc, vti monebamus, excutit quæstionem: verúmne sit quod aliqui profitentur: sola ex leguminibus Fabam, Lentémque pati hoc. Ita methodus perfectissima. definiuit affectum tanquam generis, quippe leguminis. causas vestigauit. Adiunxit alios affectus eius comites, κόπτεσθαι, ζωογονεῖν. nunc declarat, in quo sit affectus ille. ita est absoluta scientia: cùm demonstratur affectus de subiecto per causas. Prius tamen disceptatum oportuit ampliore quæstione: ea est: an legumina sola hæc patiantur. quippe etiã Oryza, etiam Far. Quin omnes fructus aliquando μόλωσιν patiuntur. ea est, importuna cruditas, quæ neque sole postea in planta, neque extra plantam ignis vi domari potest. Expressit illam versibus, vt semper, diuinus poetarum phœnix: neque viscera quisquam aut vndis abolere potest, aut vincere flamma. De carnibus loquitur, quæ neque elixari, neque assari poterant. Profectò inter Pruna sæpe talia deprehendas: item Rapa, & Brassicam. In foliis enim huius fructus. Quod verò facit ad præsentẽ quæstionem, & Pisa, & Cicerculam, & Phaseolum vidimus. Itaque negat hæc sola pati: sed videri, propter eorum vsum frequentiorem: sanè legimus Ægyptiis exprobratam Lentem. & φακῖνοι dicuntur in Italia baiuli. & in vitis Philosoforum nihil aliud quàm Lentem videmus, & Lupinum. geminũ verò designat vsum, cùm dicit: οἱ μὲν ἀλήθοντες, οἱ δ' ὅλοις. Αὕτη δ' οὐ σμικρά. non parum interest. non enim è farina deprehendi potest quemadmodum ex fresis, aut integris. Ideò dixit, ἐπ' ἐκείνων, scilicet molitis. Εἰ λεπτυνόντες. Omisit more suo verbum, si comminueremus: non admodum constaret, vtrum essent incoctilia, nécne. Nota breuissimam loquutionem. alius dixisset: λεπτυνοῦσιν ἡμῖν. Εἰ δ' ἀτέραμον. Quia dixit, non constare: ostendit τὸ δυνατὸν, καὶ εὔλογον. & affert syllogismum, cuius medius terminus est imbecillitas: de qua, veluti de causa, toties iam. Adeò, vt ita de contrariis idem colligamus: quosdam fructus, quòd sint robusti esse incoctiles: cuiusmodi lignosos aiebat esse: alios, quia sint debiles, deprauatos. Ὃ δὲ λέγουσι πολλοί. Diruit opinionem, de qua Plutarchus in Symposiis: quæ semina in iactu habuissent obuia boum cornua, ex ea percussione, quasi corneam duritiam consequuta. Ideò κερασβόλα vocat. His obiicit offam lapideam. quid, inquit, in lapidem si impegerint? at non lapidescunt. lapis autem quouis cornu durior. tum alia ratio: κἂν μὴ προσκόψῃ: etiam si ad cornua non offenderint. Item alia. μὴ δὲ βουσὶν ἀροτριᾷ. velut in Belgio, equis arant, in Prouincia mulabus.

Ὅσα δέ. Hæc est postrema Capitis pars, in qua tractat Betacei seminis analogiam: eius variatio in prodeundo postquam satum est, respondet variationi leguminum in coquendo. ὁμογενῶν, quia suprà hoc ventilabat: esséntne sub vno genere, an sub multis.

Lego, ἢ διὰ τὸν ἀέρα, καὶ τὰς ἐπομβρίας. Et καὶ ἰλώδει, πάντα ἀτεράμονα. satis constat ex sequentibus sic legendum. Sæpe talis error hoc Capite committitur: sicut infrà: οὐ μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τεράμονες. non autem ibi, τεράμονα: hîc, ἀτεράμονες. non enim vitiantur. & infrà: οὐκ ἐκ τεραμόνων ἀτεράμονα: non autem, ἀτεραμόνων. quia vicissim vtrunque ex alterutro dicit euenire. quare mox è contrario, rursus euenire dicit τεραμότητα. Et infrà: γίνεσθαι ἀτεράμονα, non

non autem, τεράμονα. quia dicebant exiccari. Item lego, καὶ τῶν διηργμένων. non autem, διειργασμένων. quia suprà διεργούσης. Et κατασκληρυνόμενα. non autem, κατασκληρυνόμενος. Et Ὅταν κινηθῇ πρὸς τὴν γένεσιν: verbo ad hoc apud hunc authorem vsitatissimo. Non autem, καυθῇ. Ἐρρήγματα quid sint nescio: sensus est: hoc ipsum, quale quale sit, insolatum citius dissolui. Theodorus sustulit hæc omnia. nõ ausim reponere, ῥῆγμα. pannos madidos distentiores esse, adeò vt & sonitum faciant tenoris sui cõtumacia resistentes aeri. vbi siccati sunt, fieri molliores. Addo coniunctionem ibi, καὶ μᾶλλον ζωοποιεῖ.

Theodorus, ἀτεράμονα, vertit perdura. non expressit ineptitudinẽ coctionis: & prædura Latinè dicimus. Παρὰ τὴν τροφήν. Alimenti causa. non bene. quod tui causa est, propter te est, Tu finis es, qui id moues. At παρὰ τὴν τροφὴν, ab alimento, tanquam à causa, quæ efficit, & mouetur à fine. Efficit autem natura nostri causa, non autem alimenti, quod capit à terra semen. Τῇ πέψει. Digestioni. sic vtitur etiam Columella. Πῆξις. Congelatio. nimis durum hîc. concretio potius. Οὐκ ἐνδιδοῖ βρεχόμενα. Nihil remitti in aqua possunt. non expressit macerationem. & remittere potius de duritia dixerim, quàm remitti ipsa. ne macerata quidem proficiunt. Ῥάβδους διαπετάσθαι. Venas spatiari. pessimé. Spatiari, verbum motum significat. vittas produci.

Ἔστι γὰρ σφόδρα ψυχρόν. Flatus enim vehementer frigidus. addidit flatum Theodorus. Quod correximus, οὐ μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τεράμονες: Theodorus legit, vt vulgò scriptum est, ἀτεράμονες: malé. non enim fecerunt in sole vitium. Ὅταν δὲ μετέωρα, si exaltentur: sanè obscurè: præsertim cùm addit, subliméque capiantur. quid enim sit hoc? Et perperam legit, λειφθῶσι: at in nostris codicibus legitur, λειφθῶσι, relictæ: relinquãtur: in tabulatis scilicet. Κατέψυξεν, rigere vehementissimè facit. nimis atrociter. Si enim fuerit ille rigor, ac vehementissimus quidem, non solùm incoctilem faceret Fabam: sed omnino interficeret. Ὅταν κινηθῇ πρὸς τὴν γένεσιν. Ita emendauimus. Theodorus ita legit vt scriptum est, καυθῇ. cùm initia generationis vruntur. at hîc quid agit vstio? Τὰ μὲν τεράμονα ἐνδεδωκέναι. Putamen coctilium remittatur. valde absurdé. Καὶ κατακεχασμωμένων. Et altera oscitante: malé. nihil enim oscitat inanimum: sed hiat.

Περίστασις, obtentio. rectè declarauit quid esset. Τό τε μὴ ἀλλοιοῦσθαι κατὰ τὰ πνεόμενα. Neque immutari oris habitu posse. Profectò miram experientiam: si ore nostro afflata legumina tenerescant. Ἐκλυτώτερα, solutiora. non expressit. cùm amplius non hærent siliquis. Τὸ μὴ ἔκλυτα θερίζεσθαι. Minus quoque in messe resolui. quis hæc intelligat? metere, antequam à valuulis absoluantur: ita vt ne amplius hæreant. Et haud satis commodè, captator alioquin ambitiosæ varietatis, repetit verbum illud, resolui: vt interpretetur, ἀδιάχυτον. resolui haud facilè potest. facilè mollescat. Ἐρρήγματα. Vt verbum hoc effugeret, totam clausulam dissimulauit. Οὐ δ' εἰ παλαιούμενα γίνεται, μᾶλλον ἀτεράμονα. Negant hæc verba, fabas vetustiores esse, coctu difficiliores. quæ sententia verissima est. At Theodorus legit affirmatiuè: & addit de suo illa. Nec quicquam dissonat: si, cùm vetustescant, fiunt incoctibiliora. At hîc probat Philosophus: à sole tametsi exiccantur, tamen non inepta fieri coctioni. Quod confirmat vetustiorum proportione: quas ætas, vel vt accuratius dicam, in tractu temporis exuxit aer: non tamen efficit minus habiles ad cocturam. Κόπτεσθαι, corrumpi: malé. pertundi. Exprimẽda nanque est priuato verbo species corruptionis. Illa non cohærent auribus Latinis: si vteremur, non æque percipiamus. non semel impingit vir bonus ad hunc scopulum. Ὡς πολλάκις προσπίπτει τὰ σπέρματα. Cui sæpe semina occurrunt. Non satisfacit auribus Latinis. occurrit. potius seminibus lapis, si moueatur. ad quem offendunt semina.

CAPVT XV.

XV. capitis argumentum. Quæ non degenerent, & quare. quid iuuet, ne id contingat. quando legenda legumina. quæ quibus ventis aut pluuiis iuuentur.

Περὶ δὲ τοῦ ἰσχυρότερα. Postquam coctibilitatis affectum tractauit in leguminibus: nunc in omnibus frugibus disquirit quæ sint succulentiora: simul miscetorum rationem, quæ sata non degenerent: simul hás omnes versat in habitudine constitutas habilitates: simul docet, quibus id artibus comparetur, sed modicè, non ex instituto. Non enim agricola est: sed agricolæ statuit artis principia tantùm. Ergo posteaquam præcepit, maturè legumina colligenda: sistit opus, ac reiicit ad agricolam: atque inde secundam capitis huius auspicatur partem, in qua narrat, quid venti, quid imbres faciant: vnde vel Triticum vel Hordeum bene maléve afficiatur. Περὶ δέ τι. Hæc sunt quæ proponit capita. Satis ex his patet: nos tanquam diuersam à superioribus materiam, optimo consilio caput hoc ab illis separasse: capita sunt hæc: ἰσχυρότερα, ad durandum, aut ad generationem. Εὐχυλότερα, ad vsum hominis: εὐστομώτερα. is est finis τῆς εὐχυλίας. bonus enim succus, est τῶν πρός τι: primùm vt gustui commendetur: deinde vt porrò comparetur ad alendum. Ideò dixit: πρὸς τὴν σίτησιν. is est finis: illa ad finem. Vides orationis inæqualitatem. quibusdam enim apposuit contrarium suum: aliis non apposuit. Ait autem omnia hæc de locorum natura nancisci conditiones has. Intellige quod alibi dicebat accuratius, etiam aeris omnes facultates,

à sole, aquis, ventis. Deinde explicat effectiones harum causarum, quæ sunt illarum causæ conditionum. ξηρότερα, πυκνότερα, συνεκτικώτερα: ficciora, densiora, compactiora. quia ficca quædam & rara: densa quædam, sed non cohærēt partes pertinaciter: vt aqua nihil densius, nihil solubilius. Ideò addidit, τὸ συνεκτικὸν: qua voce nominarunt Stoici quartum genus spirituum: quo scilicet fit vnio rerum naturalium, & cohibitio. Nam primum est ζωτικὸν, secundum κινητικὸν, tertium νοητικόν. alii addunt τὸ φυσικὸν, cuius partem faciunt γεννητικὸν: nos hunc separamus, & eundem facimus cum informante, quem μορφωτικὸν appellamus. sed amplissimè in Commentario de spiritu apud Aristotelem. nunc ad rem. Τὰ ὀρεινὰ τῶν πεδινῶν. Quia intendit, à locis id præstari, comparat: cedere campestria montanis, hisce qualitatibus. tanto magis vinci vliginosa. apponit rationem. quia montana perflantur magis. Hoc & suprà. verbum vsitatissimum, εὐπνούστερα. & quod sequitur, millies iam. alimento modico fruuntur: quia minus vda loca. Εὐστομώτερα. Aliud caput: cuius causam facit aerem. coquendo enim saporem commendabilem: Dixit καθαρόν, κατ' ἐξοχὴν, pro optima tēperatura. quod docet, cùm ait: οὐ γὰρ πάντως. non enim vbi pinguissimus aer, ibi semina fideliora. sed abusus est denominatiuo: vt quod est seminis, attribuat aeri: εὐστομώτατος. veluti cùm dicimus, medicamen sanum. Πλεῖστος, hîc significat crassum aerem. in denso nanque partes multæ. ἀδρότατος, pinguissimus. Est enim crassus in pyrenæis, apænino, alpibus, cùm venti flant diuersi, atque ibi cogitur: cæterùm siccior est à septentrione, cauro, aquilone. At pinguis est ab aliis aduersis, austro, vulturno, africo. tenuis pinguis à fauonio. Nota loquutionem etiā præceptori familiarem. οὐ γὰρ πάντως, ὅταν πλεῖστος, καὶ ἀδρότατος γίνηται, καὶ εὐστομώτατος. Nam primum καὶ copulat τὸ ἀδρότατος. alterum non copulat, quia præcedit negatio: quod Latini, non continuò. Atque si dicat: ὅταν πλεῖστος, οὐ πάντως καὶ εὐστομώτατος. Ἑτέραν ἔχει διάθεσιν. Exprimit faciem illius vocis, καθαρόν. vt etiam τὸ πλεῖστον εἶναι, designauerit sub διάθεσιν. Δοκεῖ δέ. Quod & alibi sæpe. præter regionem multum efert ars, vt sarritio, σκάλσις. Ἐγγύτερα θερίζειν. Vt vnus modus sit in opera, σκάλλειν: alter in prudentia, ἐγγύτερα: maturè potius quàm nimis matura metere. ἐγγύτερα. propiora: scilicet sationi.

Ἐξαναλωθέντος. Declarat, quare maturanda messis. quia si differatur, nimis excoquuntur: tum succi minus habent, atque iccirco minus vtilia. sed odiosè dixit, παντὸς τοῦ ὑγροῦ. sic enim essent omnino nihili, atque etiam nihil: si penitus exhausta essent. Καὶ ἐλάττω. Consumpta nanque sunt.

Καὶ ὄσπρια. quin aliud vitatur damnum. exiccata dum leguntur, cadunt. hiant enim siliquæ. Iccirco ἐνχυλότερα, minus exucta. hoc ab ætate leguminum, ne cadant: Lupinis verò legēdis eadem cautio etiam ab ætate diei. manè enim legunt rorulentos. λήγοντος τοῦ ἀέρος. remissa aeris siccitate. Fortasse mendosus hîc codex est: taléque aliquid desideratur: λήγοντος νυκτερινοῦ καύματος, καὶ ἀέρος ὑγραινομένου. quippe si tangantur antè, quàm humescat aer, delabuntur. Καὶ ταῦτα μέν. Sicut suprà, sic & hîc: omittit, quæ intersint agricolationis. & transit ad ea quæ sua sunt, cùm ait: τὰ δὲ τῆς φύσεως. ea sunt quemadmodum ventis frigidis adipiscuntur legumina corpulentiam: calidis peius habent. Neglig ētius tamen distribuit. inquit. ἀδρύνει τὰ πνεύματα. omnium ventorum hîc vnum facit officium. subdit: τὸ βόρειον μᾶλλον. rectè. ab aquilonibus melius præstari. Quid tum postea? καὶ τἀναντία δὲ διαφθείρειν. ventos contrarios, id est calidos corrumpere. at venti calidi sunt. at venti omnes ἠδρυμον. Καὶ ὅσα δή. Item alia nocent, quæcunque decutiunt flores. ea sunt, vel venti, vel imbres πάρωροι, intempestiui. Nota loquutionem: ὅσα τοῖς ὕδασι καὶ πνεύμασιν ἀπόλλυται. postquam dixit, τἀναντία, de vētis: in eodem casu statim subdit, ὅσα, de leguminibus. Hoc detrimentum perspicua narratione deducit per Cicer, ad frumenta ipsa, cùm floreat, repetitis iam sententiis. Etiam cùm deflorescunt. flatibus enim cōflictari, medullámque defluere. Ideò dixit, ὑγρά: quia nondum sunt συνεστηκότα. Nota loquutionem πνά: atque si dicat, ποτέ. duo incommoda: nam si sint in ipso primo succo, διαπνεῖται. exugguntur, atque attenuata ventis euanescunt: sin paulò sunt adultiora, κόπτονται, tunduntur inter se. Κενουμένων δέ. Hîc maximus est scopulus. Vbi ventorum iactationis, atque mutuis pulsibus inanita fuerint: non eodem modo sequitur omnibus nocumētum. quippe Hordeo male est: Triticum iuuatur, si pluuiæ superuenerint. at ipsum Triticum si est vacuum medulla, quibus pluuiis reparabitur? Μᾶλλον γὰρ γυμνή. De hordeo dicit: de cuius imbecillitate etiam suprá. Καὶ σχεδόν. Adeò tenuis est habitudinis Hordeum: vt vel solo aeris halitu foueatur. Τὸν δὲ πλείονος. Respondet illi, ὀλίγης. vbi notanda vtriusque natura. frumentum multo indiget alimento: non multum trahit: multum potest concoquere: est enim validius: itaque & efficiens alimentum & finis conueniunt: contrá, Hordeum: multo opus habet: multum trahit: non multum potest conficere. Κατακρατεῖ. Conficit: quia est validum. non ergo lęditur à pluuiis. Οὐ πολλὴν δέχεται. Vult dicere, si multus incumbat humor, non totum illum haurire. ratio: διὰ πυκνότητα, totius scilicet substantiæ. alia, καὶ τοὺς χιτῶνας: prohibent enim tunicæ humoris transitum. Μανὴ γάρ. Causa contraria densitati, & contrarius effectus, πλείω τε ἕλκει. in laxa spatia facilius sese induit. Δι' ἀσθένειαν. Causa contraria superiori, cùm dicebat, ἰσχυρότερος. & effectus contrarius, οὐ καταπέπτει. suprà, συμπέπτει.

Καὶ ὑγρᾶς γενομένης. Aliud nocumentum: vt naturali debilitati accedat externa causa ad maiorem imbecillitatem. Vbi subiit humor, & cum succo naturali cōmistus fuit: tum humorem illum,

illum qui subiit, euocat: ac tum cum illo simul educitur succus proprius. vbi est animaduertendum. Nam si non educit sol proprium succum illum antè, quàm accesserit ex imbre humor: quomodo poterit ipsum educere postea maiorem factum atque auctum pluuiæ accessione? dici potest, humore nimio naturalem calorem debilitatum: atque iccirco non posse proprii succi thesaurum cohibere. Igitur hæ sunt offensæ: prima, cùm excussis floribus aut pluuia, aut vento vacui relinquuntur spicarum sinus: secunda, cùm inanibus ingruit pluuia: tertia, cùm sol occupauit: quarta, cùm incesserint venti: affligant enim, κόπτοντα. & addidit, μᾶλλον: quia additur nocumētum nocumento.

Lego εὐστομώτερα, ἢ κακοστομώτερα. sic & infrà, bis. Et εὐστομώτατα. Et πλεῖστα, καὶ ἀδρότατα.

Τὸν δὲ θέρμον. Monuimus, hîc aliquid deesse. Et ληφθῇ non, ληφθεῖ. Et μᾶλλον δὲ γυμνή, καὶ τὸ ὅλον ἀσθενής. non autem γυμνοί, vt scriptum fuit: neque γυμνός, vt putant emendasse. non enim de Tritico. Et ὅτι ἰσχυρὸς ὤν. expuncto, δέ. Et κενοῦται. κενουμένων δέ. non autem, καίνεται. Et χιτῶνας. non autem χειμῶνας,

Theodorus, συνεστηκότερα, constantiora, compositiora. Εὐπνούστερα. Spiratiora. nemo intelligat. Ἐς τροφὴν συμμετρότερα. In vegetando temperatiora. Vegetatiuam tamen ab altrice distinguunt Philosophi. Temperatura sua magis ad alendum accommodata. Ἐγγύτερα. Vegetiora. videtur ἐγχυλότερα legisse, sicut & mox, Nam ἐγγύτερα, paulo durius. videndum tamen, vtra sint vegetiora: eáne, quæ minus matura, an quę magis. per negationē contrarii cōmodius interpreteris: minus excocta. Τὰ δὲ τῆς φύσεως. Naturæ officio illa dari oportet. Potius dicerem: at ea, quæ ad naturam pertinent, explicemus.

Τὸ βόρειον μᾶλλον. Omisit μᾶλλον: & addidit, extenuare. Item addidit, tenella. Κενοῦται. Euanescunt. non ipsę euanescunt, sed flos, aut lac medullæ. & omisit, τοὺς χιτῶνας.

CAPVT XVI.

XVI. Capitis argumentum. Quare si frumentum expandatur, peius habeat: si cumuletur, melius.

Ἀπορεῖται δέ, διὰ τί. Deinceps post effectus illos à fine scrutatur eorum causas affectuum, qui consequuntur ipsam substantiam, in qua sunt internæ causæ essentiales, à quibus dependent, robur, duratio, magnitudo, imbecillitas ad morbos. quę sanè omnia præcedunt ea, quæ modò tractare desiit. Verùm & hoc voluit sibi licere, & eorum repetitionem, quæ pertinent ad rubiginem: vt videbimus capite sequenti. Nunc hęc agamus. Quærit: Triticum, si post messem expandatur quare peius habeat quàm si cumuletur aceruatim. Quod vt possit quærere, primùm supponit ita esse: deinde ostendit esse quæstione dignum, duas ob causas. prima est, quia non videtur debere posse amplius pati naturalem, ac sibi debitam nactum corporaturam, iccirco dicit, ἀδροῦ. altera: quia siccum iam est. Ideò dixit, ξηροῦ. quamobrem videtur, non debuisse amplius siccari: hoc enim damnum ostendit accipere propter expansionem. Cæterùm omnino breuitas orationis opus habuit hac explicatione: notabis locutionem, ἀδροῦ ὄντος, in secundo casu, quasi de eo non loquatur. & subdit, ἐκταθεὶς, & θερισθεὶς. Similem modum orationis apud Xenophontem, & aliis obseruatum reposuimus in libris familiarium exercitationum.

Ἔνιοι δὲ καὶ ῥαίνουσι. non suo loco verba hæc posita sunt. Pertinent enim ad solutionem quæstionis. Expansum enim ac fusum porro desiccatur magis: aceruatim cumulatum seipsam operit. Deinde subnecteret illa verba. Adeò verum est: vt etiam quidam aspersione instituant eam exustionis iniuriam vindicare. Ὥσπερ ξηροῦ. Non penitus siccum: sed ad eam metam, vt eiusmodi consequi possit appellationem. Τῷ μὲν ἀνυγραίνεται. Reddit vtriusque causam. expansum humectatum ab aere: superueniente verò sole cū illa humiditate, etiam propius abit succus. Hoc idem suprà dicebat in fine capitis. Ideò dixit, συνεξάγει. simul cum illa etiam τὴν οἰκείαν. quanquam non est necessarium humectari, vt magis exiccetur, quemadmodum monebamus ibi. hæc autem intelligenda sunt in area, non in horreo. in horreis enim cumulatum concalescit: quia non ventilatur. Ἰσχναίνει. Explicatio est illius, χείρων γίνεται. educto humido necesse est, exilius fieri. Συντεθῇ, componatur. est enim aceruus vnum per contactum. Συνικμάζεται, conuaporat. Ita exhalat, vt mutuò reciprocet vapor, atque in eo consīdat, non autem abeat. Quæret aliquis, quomodo igitur fit corpulentius, si nihil accedit extrinsecus, sed quod erat, inest? dicendū concalescere, ac quasi fermentari, & crescere. sic de theriaca Galenus, adeo vt etiam vasa dirumpantur. Sic etiam in fornace relictam calcem eatenus turgere vidimus, vt tectū ipsum tolleret. hic est ille calor, tum conceptus à sole, tum autor internus naturalis constitutionis, qui suas habet sedes in humido tenui, & dicitur spiritus. Cuius natura cùm sit mobilis, & ascensionis appetens, exoluitur à terrestri, atque abit, vbi liber est. confertim verò stipatus abire nequit, sed agitatus in se recurrit. attenuat ergo partes alias item crassiusculas, atque ita dilatatur totum corpus, dum (vt ita dicam) spirituatur. Hoc enim est Græcū πνευματοῦται. Itaque cùm syri aperiuntur, nequis prope ora ipsa sit: cautio est: repentino enim halitu intercipitur anima. sūt præterea duę rationes, quibus statuatur in cumulis. Prima est, vt expediant aeream: minus enim capit loci. altera: vt si (quod sæpe contingit) imbres ingruant, commodius arceantur. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο. Nequis putaret à sole fieri hoc: etiam in horreis idem scribit euenire: crescere nanque ita, vt ἐπίμετρον reddat. excedat mensuram, quæ fuerat cùm reponeretur.

χύδην, fuſim, non autem paſſim: ſed vt quicque fuſum fuerit. Ἐπίμετρον, ſuprapondium.

Δέχεται τὸν ἀτμόν. Vrbané. nam à quo recipit, ſi ipſummet amandat? ſed eſt, ἀναδέχεται, reciprocum. Quod verò ait λεπτὸν ὄντα: ratio eſt, quare ſubire queat. Sic etiam dicebat, παρεισδύεται. & ſanè via eadem redeundi, qua abierat vapor ille.

Εἰς βάθος. In foueas, vt magis creſcat. hoc non propterea fit: ſed ne ab aere corrumpatur. Vel εἰς βάθος: magnos faciunt cumulos. Tamen verbum καταβάλλουσι, plus ſeruit ſententiæ ſuperiori. deiiciunt. Διασημαίνει, indicio ſunt. Ex his omnibus capi qûit argumentum pro ea ſententia, quæ cumulorum in areis inſtitutorum red debat rationem. Καὶ ἔτι. Aliud argumentum. admiſtam terram eum conſeruare. ἄκοπον. ne laboret vitio vllo. vt etiam ſit, ἄκοπος. Ἀνοιδίσκουσι. Alia cauſa miſtionis. prima erat tuitio: altera hæc, magnificatio. fouet enim humiditate ſua. Καὶ ὅτι. Copula hîc vacat. ſed ita eſt. addunt terram, cuius humido fiant habitiora grana: poſſunt enim ab ipſa ſibi ſuggere alimentum illud, etiam ſine radice vlla. Ideò dixit: δι' αὑτῶν: per ſe ipſa, ſine radicis opera. Vbi tangit internũ principium attractricis facultatis, & ſanè ſemen eſt tota planta in compendio. Vbi quatuor ſunt animaduertenda. Primùm hoc. ſemina ſibi trahere alimentum etiam ſine radicibus. Quod & ſuprà innuebamus, cùm de Aegilopis ſemine loqueretur. Secundum: ſemina actu viuere: & actu intus eſſe formam, non quidem vt loquitur Ariſtoteles: actu eſſe, quod nulla eget externa ope ad functiones ſuas exercendas: ſed actu, quia non venit extrinſecus forma Tritici, vt ridiculè putant recentiores. actu intus eſt: quippe vis ipſa informatrix, quæ ſibi explicat, figuram, ſitum, numerum, magnitudinem. latet autem & ſenſum omnium, & iudicium imperitorum: quia non eſt in expreſſa materia. ipſa verò non vtitur inſtrumentis ad actiones ſuas perficiendas: Res ſanè diuina, ac Deo ſimillima, quam ſimillimam ſibi fecit primus opifex opificem. Tertium: quòd omne viuens alitur. Quartum malè poteſt intelligi, quomodo trahant alimentum ſemina ſic conferta, niſi ab ipſa terra commiſta, & ab aere interſito. Iccirco dicit: non ab re dictum eſſe: ab aere quoque, ac ventis ali poſſe: quod & ſuprà ſcriptum eſt.

Lego, ἐκπαθεὶς. non autem, ἔκφυσις. Et τῷ μὲν ἀνυγραίνεσθαι. non autem τό. ſic quidem humectari &, ἰσχαίνει. non ἰσχάνει. Et, δι' αὑτῶν ἕλκειν; aſpiraté. per ſe ipſa.

Theodorus, θωσμοὺς, metas. non poſſis ex Tritico metam facere. ſed ex eius ingenio ambitioſam orationem. Non quæuis figura cùm faſtigio & baſi, meta eſt. Sed quæ ſuper haud lata baſi altum exit in faſtigium. θωσμὸς hîc eſt σωρός.

Ἰσχαίνει, correximus nos. Theodorus legit, vt vulgò circunfertur, ἰσχάνει, comprimit. nihil tamen ad veritatem. non enim premit ſol, ſed educit, atque extenuat. Συνικμάζεται. vapor terræ ſubit. peſsimé. τὸ σωὶ, oſtendit eſſe inter ſemina vaporem illum commeantem. & malè vertit, πνευματώδης, animalis. non enim eſt animę quicquam, ſed ſpiritualis: quod tenuem ſignificet grani partem: quo modo dicitur, ἀτμίς.

CAPVT XVII.

XVII. Capitis argumentum. De rubiginis cauſis, déque vermiculatione repetita.

TὰΔὲ ἐρυσίβης. Hinc caput hoc abſcindere tam fuit neceſſarium, vt expungendum etiam cenſeamus: repetit enim omnia, quæ libro ſuperiore. addit paucula de Piſo. prima pars bipartita frumenta tractat, & legumina. agit altera de vermibus. Quare de ſuperioribus accepta loca potius conferenda, quàm declaranda. Quanquam, vt accuratius loquamur, non tam hîc repetuntur hæc, quaſi quæ dixerit: quàm in ſuum locum reſtituuntur, quippe quæ ſuprà alienum occuparint. De morbis enim diſceptandum eſt poſt vniuerſam cognitam naturã. Τὰ δὲ ἐρυσίβης. Circunloquutio: pro eo quod eſt, ἡ δ' ἐρυσίβη. τά: vt indicaret, affectum, cauſas, conditiones, quas vſitata voce dicunt Circũſtantias, de quibus hîc. Ita verò communia ſunt hæc tam leguminibus, quàm frumentis: vt magis tamen attingant frumenta quàm legumina: & inter ea, magis Triticũ atque Hordeum. ita gradus ſunt tres in hac communitate. dixit, οὐχ' ἧττον: quia etiam quæ ſuprà dixerat, erant his communia.

Διάτε τὸ γυμνότερα. Legumina enim tum pluribus, tum craſsioribus amiciuntur munimentis: quibus abſunt magis ab humore: quamobrem & à putrefactione. At rubigo, putrefactio quædam. Itaque par proportio & his & iis, quæ procul diſtant à foliis: quoniam in foliorum ſinubus inſidet humor. Quapropter ſubdit: frumentacea propius ſpicam habere folia. ſic ſuprà: immunia dicebat, ὧν ἡ στάχυς μᾶλλον ἀπήρτηται τῶν φύλλων.

Ὅθεν ἡ ἀπόχυσις. à quibus foliis effunditur humor. Ἐν ᾧ μένει καὶ ἡ ὑγρότης. Neſcio, quid hîc agat copula. Par ſententia, ſuprà: ἐν γὰρ τοῖς φύλλοις μᾶλλον ἐμμένει ἡ ὑγρότης. Ὥστε στάχυσι μᾶλλον ἅπτεται. ſuprà: ὥστε πλησίον μὲν ὄντες μᾶλλον ἅπτεται. Καὶ ἄτοπον, στάχυν ὀρθὸν εἶναι καὶ πυκνότερον. quia recta ſpica receptum in ſinus continet humorem: tum ſi ſpiſſa eſt, multum continet: ſi rara, parum. ideo dixit: διὸ καὶ ἐπικύπτειν συμφέρει, καὶ ἀπολύει τὸ συνεχὲς θᾶττον. hîc etiam, τὸ καὶ eſt cauſæ nota: expedit, vt nutet: ſic enim citius elabitur. ſuprà: τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ, καὶ μὴ ὀρθά. διὰ τοῦτο καὶ ἐπικύπτειν συμφέρει τῶν στάχυων, ὅπως ἀποῤῥέῃ τὸ ὕδωρ.

Ἡ δ' αὐτὴ δ' αἰτία καὶ τῇ λευκῇ κριθῇ. ſuprà: διὸ καὶ ἡ μὲν ἀχίλλαις κριθὴ, καὶ ἡ λευκὴ καὶ ἡ μέλαινα, ἐρυσιβώδης. Πρὸς τὰς ἄλλας. quod ſuprà dicebat: ἡ δ' ἑπτάκριθος ἀσφαλής. Ἅπαντα γὰρ ἔχει μάλιστα τῶν ἄλλων. ſuprà, vnum tantùm aſſignat. ὀρθοὶ γὰρ οἱ στάχυες. Καὶ διεκπίπτει ἡ ὑγρότης. ſuprà: καὶ ἀποπίπτει τὸ ὑγρόν.

Τῶν δ' ὀσπρίων. Nunc de leguminibus: imprimis de Faba, quæ multas habet cauſas. πολύφυλλος. Ideò multum excipit humorem. Item πυκνοστοιχεῖται. itaque non eſt perflabilis: hæret igitur humor, neque excutitur. Ideò ſuprà dicebat: διὰ γὰρ τὴν κίνησιν διασείεται. alia cauſa: quia plus trahat humoris. huius porrò cauſæ cauſa, raritas. Alia: quoniam fructus haud procul abeſt à terra. Proportio eadem cum eo, quod eſt, fructum eſſe propè folia. Itaque ſuprà: πόῤῥω δ' οὐχ' ὁμοίως.. Σήπεται γὰρ μάλιστα τὰ κάτω διὰ τὴν ἀπνοιαν. ſuprà: ἐν τοῖς κοίλοις καὶ ἀπνόοις.

Ἐρυσίβη δ' σῆψις τίς ἐστι τοῦ ἐφισταμένου ὑγροῦ. ſuprà: ἡ δ' ἐρυσίβη σαπρότης τίς. Διὸ πολὺ μὲν ὕοντος οὐ γίνεται. Hoc amplius dicit, quàm quæ ſuprà: ex largioribus imbribus rubiginem nõ prouenire: quia eluunt ſe ipſi. frequentius ex minutis pluuiis atque roribus. Propter hoc ſuprà dicebat: τὸ ὕδωρ, καὶ ἡ δρόσους. Ὁ ἥλιος ἐπιλάβηται, καὶ ἄπνοια, τότε σήπεται. ſuprà: ὁ ἥλιος εὐθὺς ἐπιγινόμενος οὐκ ἐποίησε σῆψιν: quia ibi ventorum ſuperuentu rores excuſſos ait: hîc de ventis, nihil. Διὸ καὶ ἐν τοῖς εὐπνόοις, καὶ μετεώροις, ἧττον. ἐν δὲ κοίλοις, καὶ δρεσοβόλοις, μᾶλλον. ſuprà: ἐν τοῖς κοίλοις, καὶ ἄπνοις. Καὶ πανσελήνοις δὲ μᾶλλον, ὅτι συνεργεῖ καὶ ἡ τῆς σελήνης θερμότης, καὶ ὅλως ὁ ἀὴρ ὑγρότερος. ſuprà: μάλιστα δὲ ἐρυσιβοῦται σῖτος ταῖς πανσελήνοις. διὸ καὶ τὴν σελήνην τῇ θερμότητι σήπειν τῆς νυκτός. Πάντων δ' ἐπικηρότατον ὁ πισός. Hac eadem voce ſuprà quoque vtitur: ἀσθενέστατα δὲ καὶ ἐπικηρότατα. habet autem Piſum cauſas partim cum aliis communes, vt πολυφυλλίαν: partim proprias, quæ tamen ad alias reducuntur: vt χαμαιζηλές: quod erat in Faba, πυκνοστοιχεῖσθαι. idem enim eſt, habere alium quempium vicinum, & ſibi ipſum frequentia ſua vicinum eſſe.

Καὶ ἐναυξής. Non in longum: (à terra nanque diſtaret:) ſed in latum. συμπληροῖ γὰρ τόπον. Nam tametſi rarum ſeritur: tamen ſeipſum frequentat.

Πρὸς δὲ τὰ ψύχη. Hic eſt affectus proprius ſeorſum à rubigine, ad explendam ſcientiam de natura Piſi. non tolerare hyemes: quia radice ſit infirma. Σκωληκοῦται δέ. Altera capitis pars de vermiculatione, quam nihilo ſecius in ſuperioribus quoque tractauit, idque alia ratione: quippe hîc ait, ſolùm Hordeũ ac Triticum vermibus eſſe obnoxium. At reclamat veritas, & repugnat ſuperioribus, vbi ait: σκώληκες ἐγγίνονται τοῖς ὤχροις, καὶ τοῖς λαθύροις, καὶ τοῖς πισοῖς. Sed tollit hanc controuerſiam aduerbium, μάλιστα. quanquam equidem puto, Fabam, ac Cicerculam plus à vermiculis, quàm Triticum pati. Ἀλλ' ὁ μέν. Hîc comparat eorum partes, quæ vermibus infeſtentur. Et cauſam aſsignat dulcedinem. ita quoque in homine lumbrici generantur ex dulci pituita. Sic Cicer corrumpitur ab illis, poſteaquam ab eo pluuiis elota fuerit ſalſugo.

Καθάπερ εἴρηται. Sanè iam bis. Ὁ δὲ σκώληξ. Suprà, illud tantùm dicebat: ὁ δὲ γινόμενος κατεσθίει. nunc etiam addit: vbi calami conſumpſerit medullam, inuadere in ipſam ſpicam, quoad vel totam deleat, vel alteram partem. Deeſt aliquid verborum: hæc tamen eſt ſententia.

Καθάπερ νοσήματος ἔχει χώραν. Neſcio quare ſententiam extenuarit aduerbio illo, καθάπερ. ſanè vermiculatio veriſsimus morbus eſt, atque etiam duplex: nempe & dyſcraſia, & ſolutio continui, quæ nequeat reparari. Nota loquutionem, ἔχει χώραν: habent locum inter morbos, vt cum illis recenſeri queant. Ὑπὲρ ὧν. Extenuat gloriam ſuam vir optimus, & noſtri ſæculi diſſimillimus, qui inuenta palca ſtatim exultamus aduerſus Triptolemum, atque etiam ipſam Cererem. at ipſe ait: quantum operę poſuerit in cauſis reddendis, eius ſe pœnitere.

Lego, τῇ λευκῇ κριθῇ πρὸς τὰς ἄλλας. Et διαυξές. non, διαξές. Et ὅταν ἡ ἄλμη. non, ἔστ' ἄν. Et deleo ἑπόμενα τὰ γλυκέα, quoad alius felicior aliquid reponat. Et περικλυσθῇ. non, περικαυθῇ. Et ἄχυρον ἴδιον. non, ἴδιον. Et σκώληξ γινόμενος. non, γινόμενος.

Theodorus, ἐρυσίβην. quare ſemper vertat æruginem, dubitabit, qui norit rubiginis colorem in ferro, & frugibus ab æris ſitu, qui eſt ærugo, valdè diuerſum: præſertim cùm Plinium dictatorem ſuum perpetuũ huiuſce vocis habere autorem. Ὅθεν ἡ ἀπόχυσις. Vnde frugem ſuam effundit. nouè ſané. & fortaſſe hîc ἀπόχυσις, non deſignat locum τῆς ἀποφύσεως, ſed effuſionem ipſam humoris. Spicam eſſe prope folii ſinum, vnde collecti fiat humoris effuſio. Ἀπολύει τὸ συνεχές. Quod continuum eſt, diſſoluit. his ex verbis intelliget aliquis à rubigine fieri continui ſolutionem. At non ita eſt. quin mutante ſpica, quod humoris inhæret, abſolui delabíque. neque Latinè dici poteſt hîc συνεχές, continuum. Poſuit enim pro eo, quod eſt, συνάπτον. Itaque Theodorus, qui profitetur, ſe cum Ariſtotele dicendo certare poſſe, non ſuſtinet hîc gloriam ſuam. Oportuit enim vocis cuiuſpiam commodioris vſu declinare ab illa duritie ſignificati. Λευκῇ κριθῇ. Theodorus omiſit λευκῇ. Et legit, καὶ τῶν χεδροπῶν ὅλως τὰ τοιαῦτα. Et ad ſummam legumina omnia eadem facilius abolentur. Neſcio quomodo iunxerit illa duo: omnia eadem: neque τοιαῦτα ſunt eadem, ſed ſimilia.

CAPVT XVIII.

XVIII. Capitis argumentum. Pro cauſa dat, quare quædam æſtate ſerantur, imbecillitatem.

ΠΕΡΙ' δὲ τῶν θερινῶν. Hæc potius ſuprà fuerãt ſtatuẽda, vbi de ſationum temporibus diſputabat. quęrit enim cur aliqua potius æſtate ſerantur. Duas aſsignat cauſas. vna eſt imbecillitas, igitur à tempore petunt opem: altera, quòd eorum natura propenſa eſt ad celerem perfectionem. Quamobrem cùm ſint æſtate colligenda, æſtate quoque ſerenda ſunt: alioqui frigoribus intempeſtiuis deprehenſa læderetur. Hoc poſtquam propoſuit: aggreditur probare à ſubſtantiæ concretione. ideo monet ſic:

ἡ δὲ φύσις, ποία τις ἂν εἴη, σκεπτέον. οὐ γὰρ γεώδης. non enim terrestris, vt leguminum. οὔτε πάντη κούφη. neque penitus leuis: puta vt hordei. declarat exemplo vnius eorum quæ suprà recensebat, Sesami: est enim pingue semen, atque opus habet coctionis. & addit, μονόρριζον. igitur hæ conditiones: prima, vt citò perfici velit: iccirco dicebat, ταχὺ τελεοῦν: sed nequeat propter duas: tum quia pingue est, ac propterea cunctabundum it ad maturitatem: tum quia est imbecillum, quippe radice vnica, opus habet adiumento, quod ab anni tempore suppeditur. Hæc est vnius propositarum partium explicatio. simul adiungit tractationẽ Milii, & Panici, sub vnius nomine vtranque naturam expediens. Quia dixit, Sesamon μονόρριζον: Milii radicem multiplicem docet, neque tamen ob id posse resistere frigori. Prætetea esse βαθύρριζον. quæ cùm esse deberent aduersus hyemem præsidia: tamen appetũt æstatis mollitiem, quia ad operosas radices vel creandas vel tuẽdas egeant extraneo calore. Καὶ πολυκάλαμος. Ergo cùm & deorsum intendat ad radices, & sursum nitatur ad stipitem natura, iuuanda est. Τῆς τροφῆς, καὶ τῆς δυνάμεως. vtrunque tetigit, & materiam, & formam. materia eget facultate immutante: facultas eget facultate opitulante. quærendum ergo subsidium. Τὸ γὰρ σήσαμον. Etsi habent Sesama radicem profundam, tamen ea singularis est. Itaque non moratur naturæ operam, quin sese expedire nequeat ad superiora cõficienda. Ἀλλ' ἀντίκειται. Dicat aliquis. quid ergo petitur ab æstiuo calore? respondet: pinguedinem multum exigere operæ. Πάντα πολύκαρπα. Alia causa quam perinde atque in transcursu indicat potius quàm tradit. Multum hæc ferre fructum. multum ergo succi, multúmque facultatis postulare. De Irione proposuit per initia capitis: at hîc ne verbum quidem. Quamobrem ad aliorum naturam fuerit referendum.

Lego, καὶ τὸ ταχὺ τελεοῦν, expuncto, τό.

Theodorus, οὐ γὰρ γεώδης. Neque enim terram sapit. ambitio importuna. de concretione loquitur, non de sapore. sic minus prudentes: κούφη, leuior. Deponendi sunt cincinni orationis in foro, atque ibi relinquendi à Philosopho. leuitas hîc non comparatur. videretur hîc negare: leuius esse Sesamum legumine. Χρονιώτερον. Diuturnius. pessimé. significat enim hîc lentitudinem.

Βαθύρριζον. Stirpe alta. tametsi stirps radicem significat: tamen etiam tota planta ea voce designatur. igitur ab ea ambiguitate abstinendum fuit. Atque hîc absoluendum caput: alia nanque materia subit.

CAPVT XIX

XIX. Capitis argumentum. Quamobrem parua semina multum ferant fructum.

ἘΠΕΙ' δὲ ὅλως εἴπομεν. Quemadmodum suprà repetebat, quæ de rubigine dixerat: ita nũc, quæ dicebat in secundo de plantarum fœcunditate, quæ parua ferunt semi-

A na, repetit. Ibi nanque agnoscebat τὰ ἐλάττω πολυχουστερα, καὶ τὰ ἐλάχιστα μάλιστα. Et enumerabat ea quæ hîc recenset: Milium, Sesamum, Irionem, Cuminũ, Papauer. sic hîc: τὰ μικρόκαρπα πολυκαρπότερα: & mox, πολυχούστατα: quod ibi, μάλιστα. & addit hîc Lentem: sicut ibi μήκωνα, quem superiori capite vocabat, ἔλυμον. & ibi λαχανηρά, quæ hîc λαχανώδη. quæ verò dicit ἐναγγειόσπερμα, hoc eodem nomine suprà quoque appellauit. Tum causam hîc infert, quam & ibi. agit autem προβληματικῶς, ex instituto diuini præceptoris: τί ἡ αἰτία; modestiam declarat: quasi consilium petat ita potius, εἴη ἄν, quàm ἐστί. quia versatur intra ambitum disquisitionis: vt sese, quoquouersum ratio suaserit, adhortetur. Et reddit causam disceptando. Πότερον, ὅτι τὰ μικρὰ ῥᾷον ποιεῖται. Sic suprà: B ὅτι τὰ μικρὰ ῥᾷον ἐπιτελεῖ. addit autem explicationem ibi: ἐν δὲ τῷ ῥᾳδίῳ τὸ πλῆθος. Item adiungit ei causas alias haud ignobiles, quas hîc cùm prætermittat, non oportuit repetitam narrationem hanc quasi ex commentario. Sed apponit exemplum animalium pusillorum, quorum fœtus numerosi sint: eorum potissimùm quæ oua pariunt aut vermes, cuiusmodi vespæ vel formicæ.

Ἢ αὕτη ἔξωθεν. Rectè omittit causam hanc perinde atque externam: non enim manat à principiis intimis. Nam esse paruum aut magnum, non est essentia. At essentia est causa efficiens formationis. Quæritur ergo quæ quantáve est vis in semine Papaueris: vt seipsam sufficere queat ad tot efformationes. Sanè vt accuratius agamus, C animalia quædam maiora pariunt plura quàm alia minora: vt sus plura, quàm ouis. Ἀλλ' ἤ τινα οἰκειοτέραν. Magis propria quærẽda ratio. οἰκεῖον, alibi diximus: apud Peripateticos esse, quod intersit eius essẽtię, cuius est οἰκεῖον, quasi finis quidã, aut ad finẽ necessariũ. Metaphora sumpta ab iis quæ domi nascuntur. Τῇ δὲ διαφέρει. Ostendit necessitatem huius alterius disquisitionis. non esse simile hoc, quod adduxit ab animalibus. Oua nanque foris ab aere perfici: at semina hæc in ipsis plantis concipiunt interna principia & educationis, & perfectionis. Leuiter nimis tamen agit hoc. Oua enim à seminibus hac in re nihilo differunt, sed illo tantùm: quòd ex maris & fœmellæ coniunctione conflata sunt oua: quorum sexum D principia loco & subiecto fuerant separata: in plantis vtriusque sexus facultas confusa est ad seminis generationem. At semen tota ipsa planta est in potentia: nihilosecius ouum animal est in potẽtia totum. æquè ouum affert secum sua principia interna ad animalis conformationem, atque semen plantæ. vnde explicetur matricis fotu animal, terræ fotu planta. Τῇ δέ. hoc differt. quo? hoc quod dicet, ἐκτρέφει. Τὸ περιέχον. Aeris epitheton: quod transtulit vsus ad nomen fixum. hîc tamen accipi debet pro quouis calore. Quæstio haud valde subtiliter excussa est. atque hinc caput abscidimus: aliam enim transit ad materiam.

Lego, πλείονος δεῖ: non autem, ἀεί.

Theodo-

Theodorus τὸ περιέχον, ex vsu vulgari ad aerem astrinxit. ab aere, inquit, circunfuso: malè: rarissimè ab aere videmus oua perfici, sæpe etiam corrumpi. sed à calore, qui concipitur incubatu.

CAPVT XX.

XX. Capitis argumentũ. Quæ, & quare aptiora sunt ad diutius seruandum. & de pestibus quorundem seminum.

ΠΡΟ'Σ δὲ θησαυρισμόν. Post seminis explicatam naturam fit electio: inde satio. declaratur tempestiuitas, & causæ hinc plantæ generatio: postea morbi, & alia impedimenta. Inde messis: tum repositio, quam & hîc & alibi vocat θησαυρόν. de qua seruandi ratione, atque facultate, quę dixit ibi, repetit hîc. Post hęc de pestibus, quæ repositas corrumpunt fruges, B dicendum fuit. Cæterùm nõ semel ordinem perturbauit. hîc ergo accerset ea, quę reposita diu durant. causas multas affert: à materia, πολυχιτωνίαν. (hæc vocat Columella dura voce, vestitissima) à communibus qualitatibus, ξηρότητα. à peculiaribus, λιπαρότητα, πυκνότητα, δριμύτητα. In secunda parte docet contrarii causas: quare corrumpantur. sic & suprà, de plantis. Cicer abluta salsugine vitiari, concepta dulcedine. Lupinum robustum esse propter amaritudinem. iccirco dixit: τὸ μὲν πολυχίτωνα. intelligit de Milio. Τὰ δ' ὅτι λιπαρά. Vt Sesamum. rancescit tamẽ celeriter. Lini quoque semen iis adiiciendum, & Rapi, & eiusmodi. Resistit autem pingue putredini: propterea quòd aspellit ab se humidum alienum. Ὁ δὲ θέρμος. C Variat iucundè membrorum diuisionem. Duo iam membra fecit à qualitatibus, sicca, & oleosa. Nunc sic debebat: τὰ δ' ὅτι πικρὰ, καὶ δριμέα. sed intulit subiecta, quæ essent talia, scilicet Lupinum, quod est amarũ, & Cicer, quod est salsum. Ipse tamen δριμὺ vocat hîc. Διατηροῦσι δ' αὐτοὶ τὸ ἀπαθές. Elegantissima circumloquutio incorruptibilitatis. Siccitas quidem, quoniam est priuatio materiæ putrefactionis. Oleositas: quia propter partium pertinacem cohæsionem arcet humoris ingressum alieni. Amaritudo: propterea quòd est contraria validissima viuificationis. Salsedo: quæ & hæc præstet, & siccitatem. Quamobrem etiam frumentacea quædam vbi corrumpuntur, tamen animal non gignunt. καὶ γὰρ ταῦτα ἄζωα. nouo modo significandi, ἄζωον, non quòd vita, sed quòd animalibus careat. τὸ ἀπαθές, quod & suprà & infrà, τὸ ἄκοπον. D Ἢ ὅσα δὴ τῇ ξηρότητι. Repetit. Συμβαίνει γάρ. Haud equidem facilè percipio, quid sibi velit. an ita voluit? sicca, & acria resistere: alioqui si dulcia sunt, facilè coire cum externis noxarum causis. Vt permistio fiat aeris corrumpentis cum succo interiore, qui vel dulcis, vel insipidus est. si sit acer, aut amarus, & respui, & respuere. sic infrà, τὴν ἀμιξίαν dicit in Milio causam conseruationis. Σκεπόμενον δέ. Nõdum de vermibus vlla mentio: tamen eos designat circumloquutione, cùm dicit σκεπόμενον: quod intus tegitur. Ἰδίαν τινά. Quod

A & in tertio dicebat, & nos adducebamus ex Aristotele: quod è seminis parte nascitur, ei quãtũ est reliquum, pro cibo esse. Sic ipse suprà: ὁ δὲ ζωόμενος εὐθὺς κατεσθίει. πέφυκε γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἡ γένεσις, καὶ ἡ τροφή. Οἷον. Curguliones hîc vocat, κίας, in Hordeo, ac Tritico: in Faba μίδας. est & in Tritico alia forma sine rostro, quod est peculiari curgulioni. Κοινὸν πλειόνων. Prudenter cauit, ne diceret omnibus omnino vnam esse causam: sed dixit, plurium. Non enim conueniunt in vna forma omnia. & sanè tres ordines agnoscit subiectorum, fructuum, plantarum, lignorum. Διαφόρους ποιεῖ. Non supinè sunt hæc consideranda. Melius enim verba sunt interpretanda, quàm eorũ designat sonus. Ait: diuersas esse formas ὡς ἐξ ἑτέρας ὕλης. & materia non variat formam, sed à B forma variatur materia. Differunt enim à leonis membris membra cerui, quia formæ differunt. Voluit intelligere. non introduci formam, nisi in materiam sibi destinatam. Iccirco fit apparatus in ipsa aptitudine. quod autem dicit, δένδρεσι, accipiendum & omne plantarum genus, & omnem plantæ partem, folia scapos, radices.

Theodorus, διατηροῦσι τὸ ἀπαθές. seruare impune possunt. immune potius dixerim. Non conuenit hîc aduerbium illud, Ἀφάκη. Lenticula. imò, Vitia.

CAPVT XXI.

XXI. capitis argumentum. Tritico puluerem afferre putrefactionem. quæ fruges incorruptæ durent. quare pertusum Triticum, si perfundatur calida, germinet: putrefactum non germinet.

C Ὁ ΔΕ' κονιορτώδης σῖτος. Sequitur superiorem tractationem alia materia: alia nanque specie, & affectu speciei. Nam de repositione, atque duratione, eiúsque causis dicebat: tum de vitiis à bestiolis. Nũc in Tritico priuatim agnoscit à puluere detrimentum. Puluerulentum enim putrescere. atqui contra fieri debere videbatur: siccus enim puluis: ab humore putredo. Ait puluerem esse calidũ. Hęc est altera causa putrefactionis, calor extraneus: quippe efficiens, humor autem, materialis. Ceterùm quod addit, quasi causam caliditatis siccitatẽ, minus satisfacit: ait enim, ἅτε ξηρὸς ὤν. mira verba. Nam neque siccitas efficit calorem, neque putrefactionem. An ita voluit D vt non quasi causam, sed tanquam signum adduceret? est enim siccitas caloris effectus. an verò necessario? nequaquam: fit enim à frigore quoque. & puluis cùm terra sit, ac propter portiuncularũ exiguitatem minus admistus aliis elementis: videatur potius frigidus. Quare aliud exquirendũ, quemadmodum faciebamus in Vitiũ pulueratione. intus obsideri calorem atque διαπνοήν. omne suffocatum feruet intus, atque putrescit. Nam propter minimas partes facillimè stipatur in ipsa cohæsione. Καὶ ὁ ἐν τοῖς κονιατοῖς. Trullissationem Græci κονίασιν vocant: quoniam minutissimã ac dilutissimam inducent materiam, ad pulueris modum scilicet redactam. Ex affinitate nominis,

& ex effectus similitudine cõiungit narrationem. quemadmodum ex admistione puluꝛis putrescunt frumenta: sic inclusa horreis opere tectorio læuigatis. Alia tamen causa est. parietes cùm calorem susceperint, diutius retinere: quare & reddere. Vult igitur, parietes quasi, vt loquũtur Philosophi, à Tritico actuari: tum eum calorem esse reciprocum, & acceptum referri. Sanè non abest à ratione: ipsissior enim crusta est in superficie. cęmenta: & lateres, vtraque propter co mimissuras, hi etiam concretione sua laxiores. Verùm alia quoque causa: calx enim calida multùm, & arena non parum. Οὐ πᾶν ἀναδέξηται. Non agnoscit caloris causas, quas nos adduximus; in materia trullissationis: sed à Tritico proficisci: stipatum enim concalescere frumentum: id quod designant verba illa, ἀθρόος: & κατὰ βάθος, cumulatum: sic suprà, εἰς βάθος καταβάλλουσι. Θᾶσσον δέ. Alia pars cõparationis. Hordeum celerius quàm Triticum pertundi: quia minus solidum, & minus vestitum.

Τάχιστα δέ. Celerrimè Fabam: in Thessalia præsertim. perspicua narratio. Καὶ ἀναπαλαιοῦται. Adeò esse incorruptibilem Tarentinam, vt etiam pertusa repleatur, atque redintegretur. Hoc ait esse dispiciendum. σκεπτέον. primùm, an verùm sit: deinde, quæ sit causa. Si verum est: tam habet in semine principia accretionis, quàm in planta, quæ illo ex semine formata sit. Multum igitur obtinet spiritũ, ac valentium quidẽ. Huius naturæ nonnihil indicii dant flatus, qui insunt in ea plurimi. Tum quę procreare queat ex se animalia, seipsam augere cur non queat? propior enim materia est.

Ἀνόσως. Sine vitio & corruptione. sic dicimus morbo laborare. Οὐ μὴν οὐδ' αἰγίλωψ. Tres causas incorruptis assignat: ἀεμέα, quo comprehendit, & acre, & salsum, & amarum, non malè: at effundit etiã ad pingue. Altera causa, πολυχωνία, in Ægilope. Tertiam silet in Lolio. cæterùm in Lolio est latens acrimonia. Vide Plinium quid recitet de balneatoribus. in Ægilope verò non est ea causa. Intus enim vitium incipit: nempe Auenam vetulam si videas, plenam putes, quia integro corio est: vbi tractes, cassam inueneris: nec nisi acus est, aut glumus. Τὸ δ' ὅλον. Astringit ἀναλυπκῶς ad causam causarum, quam esse ait siccitatem. Exemplum apponit Cachryos. Τὰ δ' ἀμιξία. Alia causa. quorum cõcretio pura est, minus admittere nocumentorum impressiones. Hìc quæ sit Alicæ puritas hæc, nondum potui diuinare.

Τὰ δὲ δυνάμει. Hem quoties præter elementares qualitates adumbrat naturalem nescio quam potestatem. Nam si facultates has intelligit qualitates: non oportuit membrum à primo seiungere, in quo siccitatem profitebatur. Τὰ δ' ὡς πολύ. Friuolam rationem esse hanc, ostendimus in Ægilope. & Fabæ corium crassissimũ. Ἅμα δέ. vt ὄχος tres simul habeat causas tuitionis, coriũ, colorẽ, siccitatem. Calor enim naturalis prohibet externum, ac tuetur fines suos. Τῷ δ' ὑγρῷ. Remedium docet hìc ad Tritici cõseruationem: sunt enim agriculturæ fundamenta. Οἱ δὲ ἀφεψήσαντες. His causis expeditis, affert vulgò iactata quæstionem. Cur Triticum pertusum, si calida perfundatur, germinat: putridum, non germinat. Παλαιός. Quia vetustius admodum tale est. Εὐφύσιμος. Vt ne satio frustretur, explorant, & periclitantur an aptum sit φῦσαι. Καίτοι ἡ σῆψις ἀπὸ θέρμου. Videbatur putridum debere nasci: sic enim cohærent: σῆψις ἀπὸ θέρμου: φύσις ἀπὸ θέρμου. tamen ex duabus affirmatiuis in secunda figura nihil sequitur. non enim conuertitur, vt sit: πᾶν θέρμον φύει. ideò dicit Διαφέρει ἡ τεφρωτική, ἢ ἡ γόνιμος θερμότης: ὡσπύτου δὲ ἢ ὑγρότης. Καὶ ἀνυγρότητα. Mutauit modum dicendi: alius dixisset, ἢ ἀνυγρότητος. Συμμετείαν. Tametsi aquæ calor, & humiditas Tritico. sint extranea: tamen eã nacta sunt temperationem, quæ proportionem habent cum calore genitali. Ἄλλον ἐχ' ὡς αἱ ὠοταί. Confirmat sententiam dissimilitudinis tam caloris, quàm humiditatis: siquidem tum ab hac, tũ ab illo fit sanitas, & ægritudo. at cõtrarias contrarias habẽt causas. Θερμὸν δ' ἐπιχέουσι. suprà dicebat affundere aquã, vt explorarent an reliquum satum esset prouenturum. Hìc totam sementẽ opus habere dicit aquis illis: quia vetulum semen alieni caloris accessione roboretur. Οὐ πως μὴ κατὰ παχῆ. ratio rationis. Tuetur ipsum à gelu. addit καθάπερ: quia σῆψις est liquidorum tantùm. in seminibus tamen etiam alibi vsus est verbo hoc. Διὰ τὸ ἄθλιον. verbum ἀποθλοῶ significat hìc extare. Καὶ ψυχῷ. Si non multùm sit vitiatum, etiam non perfusum calida nascitur. Συμβαίνει δέ. Vtriusque vitii designat eandem causam, calorem alienum. Ita sese leuissimè expediuit. ratio tamen est accurata hæc. Putrefactum quidem totum periit, éstque sub alienæ formæ potestate: quod pertusum est, materiæ solius amisit portionem: at vis remansit in residuo genitalis.

Lego, κονιατοῖς, ἢ ἀκονιάτοις. Et ὁ κονιορτὸς θερμός. Et ἐπὶ ἢ ἀθρόος. non autem, ἐπί. Et τὰ δὲ κυμῶν. non autem, τά μέν. Et τῷ δὲ σίτῳ. non, ἀσίτῳ.

Theodorus, κονίαμα. illimentum calcis. non sola calx est in trullissatione. Ἀθρόος. Vniuersum. confertũ potius. Κόπτεται. Tũditur. pertunditur potius: nequis putet esse πλῶσιν. Θερμοδεής. addit de suo: perit: malè: non enim nascereturꝛ at nascitur. Sic mox, κοπέντα, contusum: maiore flagitio. foueam dixit repleri. at tusa Faba est fresa: quî nascatur ea? Δεμέα. More suo, acerbi: ridiculé. Τῷ δὲ σίτῳ κοπέντι. Spontè contuso. quare addidit aduerbium, equidem ignoro. Ὑδατος θερμοῦ, aqua feruenti. At vretur. non erit illa ξυμμετεία. Συμμετείαν ἔχει. Conuenit, ac modicè applicatur. Non de quantitate disceptat Philosophus, sed de temperatione. Διαζωπύρουσι, pullulum ostendere potest. Vide hominis ingenium.

V

IVLII CAESARIS SCALIGERI IN QVINTVM DE causis plantarum Theophrasti, Commentarij.

CAPVT I.

I. *capitis argumentum. De causis extraordinariæ fructificationis. multa variaque de ficuum fructificatione.*

Ὧν Ἐν τοῖς δένδροις, ἢ φυτοῖς. Antequam caput hoc explicemus, more nostro subiicienda est sub oculis (σύνοψιν vocant Græci) tota libri materia, nec minus ordo ipse. Hactenus ait se tractasse, quæ pertinerent ad naturam quandam ordinariam. nunc in his profitetur ea se scripturum, quibus cognoscatur in plãtis aliquid, quod communibus legibus neutiquam comprehendatur. Id cùm esse possit, vel à natura, vel ab arte: priorem partem explicat primis septem capitibus: artis vim duobus sequentibus. Ipsa verò natura illa, quoniam est aut in totis generibus plantarum, aut in plantarum partibus, puta fructibus: de plantarum officio primùm statuet, puta de fructificatione: deinde de partium affectibus, veluti de eorum locis, vnde prodeant, de coloribus, de tempore natalium: quemadmodum vbi quęrit, an verum sit, Vitem quendam fructum tulisse, frondem non tulisse. Post hæc de affectu plantæ simili post mortem, nempe quòd è lignis cæsis prodeant germina: videtur enim præter naturæ leges. inde quod de fructu considerabat, quibus è locis prodiret: item facit in totis plantis. Tametsi terra videatur esse plantarum generis origo: tamen aliquas è plantis, non è terra nasci. Ab his superiori nõ absimilem aggreditur tractionem. in ligno docebat esse germinandi facultatem: nunc arborem collapsam restitui deintegro posse. Est enim in vtroque euentu naturæ quæpiam instauratio. hæc in primæ partis portione prima. In secunda portione, quod artis interest, declarat: nempe quibus modis fructuum mutentur partes: veluti si fiat, vt vua sine gigartis, Punicum sine ligno ferat acinos. Item fructuum colores quemadmodum mutentur: ac præterea præcepta comparandæ insignioris fructibus magnitudinis. His expeditis aggreditur secundam libri partem, in qua narrat plantarum morbos. Quamobrem in duas secabit portiones. scilicet morbi quidam habent principia interna: vt vermiculatio: quidam externa, cáque duplicia: quippe vel à cælo, vel à casu. à cælo, vt sideratio, rubigo: adhæc noxiarum vicinia plantarum: cælum enim agit in solum, atque ipsum facit vt eas ferat. à casu: veluti si vulneretur arbor, aut à capra mordeatur. Verùm in hac parte paulò negligentius versatur. cùm enim Sisymbrii mutatio in Mentã morbus quidam sit: si mutantur accidentia sola: si speciem amittat, etiam sit interitus: minus accurate fecit, cùm de ea scripsit antè, quàm hæc tractare instituꝛeret. Simul inconsultò, inter morbos alios, & eos qui casu contingunt, interposuit caput, quod est vicesimum, de plantarum interitu. at interitus morborum terminus est. Non igitur post eius narrationem morbi fuerant describẽdi. cuius incuriæ similis illa quoque: cùm post morbos plantarum, morbos enumerat seminum. Nã tametsi semine planta nobilior videtur: tamen cũ vtrunque sit vtriusque principium suo modo, nec facilè discuti queat, vtrum alterum debeat antecedere: tamen in hisce libris semen planta prius est: sic enim tractationes has inchoauit, vt præponeret è semine plantarum generationem. Atque hęc de summa totius libri: deinceps caput ipsum primum expediamus. Ὧν ἐν τοῖς δένδροις ἢ φυτοῖς. quæ naturæ legibus constituuntur in plantis vel per seipsa, vel artibus adiuta, hactenus. Nunc de iis quæ aut verò præter leges illas prodeant, aut prodire videntur. ex hac autem occasione per variã ac diuersam Ficuum naturã diuagatur, earum ostendens genera plura, nec minus varias, ac præter aliarum arborum mores, fœtificationes. Antè verò quàm hæc aggrediatur, introducit quasi in scenam fururi propositi rationem, quæ oratio quasi procœmii vice sit. Post hæc docet cuiusmodi sint cæ præductiones, quæ sunt, aut esse videntur, vel οὐ κατὰ φύσιν, vel ἄσκησιν. his denique constitutis molitur causarum explicationem. Primam

causam agnoscit in natura fertilium arborum, & humidarum. Secundam statuit in principiis notionis essentialibus. Tertiam externam in temporum reiicit facilitatem. Quæ quia videatur accipi pro causa posse, propter quam pręcurrant in ficu præcoces fici legitimos ficos: hinc eam nactus occasionem per omnem illam excurrit ficuum naturam, quæ videatur ab aliis arboribus diuersa, quoad generationem. Ea expedita narratione, causas explicare instituit. Ab his inducit etiam in vitibus exemplum proximæ similitudinis. Maximam verò causam anticipationum fructibus ferendis ex aeris pendere teporibus.

Τῶν ἐν τοῖς δένδρεσι. Ostendit quid egerit, quid prætereà faciundum. Τὰ μὲν αὐτόματα, in prioribus libris explicauit. Τὰ δ' ἐκ παρασκευῆς, in hisce posterioribus, ab arte & cultu.

Ἑκάτερα δ' αὐτῶν. Commune vtrisque ἴδιον ex communi principio essentiali: Vnum enim est vtrisque. Ostendimus ex antiquorum sententia, cultu mites factas arbores, ab aliis non differre generis eiusdem agrestibus, nisi accidentibus, puta magnitudine, succo, pulchritudine. ratio validissima. Arbor eadem numero, quæ prius agrestis fuerat, facta mitis est. Non ergo mutauit substantiam. Haud igitur mirum est: si affectus is de quo dicturus est, communis sit tam mitibus quàm agrestibus. est autem affectus huiusmodi. Aliorsum euadere naturæ opus, atque ordinaria lex, & quasi popularis postulare videatur. Quamobrem neutri parti euenire debuisse. quippe in iis quæ spontè nascuntur, natura dux est, quæ est illa πρόνοια Stoicorum. Ea cur erret? nónne ipsa rerum magistra est? nónne fecit materiam vniuersam? formas cunctas? quid pote est eam impedire? non enim aliam naturam habet aduersariam: vna sanè est. Quocirca rectè diuinus Præceptor dixit: quæcunque in natura sunt, esse naturalia, etiam ea quæ monstra videntur nobis. Quippe sunt extra ordinem, at non sunt extra naturam. Iccirco (sicuti dicebamus alibi) vocat eas παρεκβάσεις, quasi excursiones, atque egresiones. Hæ fuerint causę quibus videbatur, non posse contingere errores in natura à natura. Tanto minus in altera parte, scilicet in studio directo ab industria & ratione, quæ dicitur ars. Propterea quòd in naturæ principiis ita fundatum est: vt illius benefacta secundiora facere, lapsus subleuare possit, atque corrigere. Eadem causa tamen, qua deprauantur αὐτόματα, etiam infestatur ars. horum verò artificialium lapsus mitiore vocat appellatione. Nempe egresiones illas ab ordinariis operibus naturę παρὰ φύσιν, voce profectò non parum odiosa: hæc autem artis σφάλματα, nominat περιττά, non inscito verbo, sed admodum efficaci. Nam quemadmodum ars est accessio quædam ad naturalia: sic euentus quoque ab arte, περιττός, quasi superfluus aut abundans. Sic in ficu, tum præcoces, tum grossi, sunt περιττοί: quo- A niam ἐκ περιουσίας: quasi supersit legitimo penso materia hæc. Alioqui tum hic autor, tum ipse à quo mutuatus est, Præceptor, τὸ περιττὸν, omne rarum in natura, & quod palàm sub communem generis ambitum non recipiatur. Τῶν γὰρ αὐτομάτων. Exequitur primam partem: & ostendit, in plantis euenire τὰ παρὰ φύσιν, sicut & in animalibus. Vt non solùm his duobus plantarum fastigiis, scilicet τοῖς αὐτομάτοις, καὶ τοῖς ἐκ θεραπείας, sed etiam ipsis animalibus commune sit τὸ ἴδιον illud. Quare necesse est, vnam quoque esse quampiam in summo illo ambitu naturam communem, essentiam dico, nullo nobis nomine designatam. nullum enim accidens sine propria substantia subiecta, quam sui causam habet primam & adæquatam. Quænam est igitur? corpus productile B ex semine. vt his rebus, brutis scilicet, plantarum naturæ, atque eius historię addatur hæc, quasi anima quædam exquisitæ subtilitatis. Explicat autem τὸ ἴδιον illud tribus capitibus. duo sunt ab internis causis, vnum ab externis. Internæ differentiæ tres: duæ ab opere: vt si non ferant germen ordinarium: vt si non ferant fructum conuenientem speciei. hæc opera duo. Vna differentia à locis: vt si non ea parte ferant, qua opus est. Externa causa est à tempore: vt si alieno ferant: aut priuentur. Cùm hæc distribuit: addidit more suo prudenter, ἤτι τοιοῦτον ἕτερον: ne reprehenderetur, siquis alia comperisset: exempli gratia, magnitudinem in fructu, aut figuram: est enim οἰκεῖος καρπὸς, ἀλλ' οὐκ οἰκείως. Veluti cùm in Vasconia C Pyrum vidimus superioribus annis tam bellè humanam faciem repræsentans: vt pro humano capite allatum sit à pastoribus ad eius loci Regulum. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα παρὰ φύσιν. Præter naturę ordinem, ac legem vsitatam. Τῶν δ' ἐκ τέχνης. Altera pars de artificiali. suprà dixit, παρασκευῆς, hæc τέχνης. quoniam ars est idea operis: ars est habitus: παρασκευή, opera antecedens: θεραπεία, opus sequens. & dixit, ἐκ, ἀντὶ τοῦ ὅθεν. quoniam ars pertinet ad causam efficientem. Sulcus enim non materialis in animo agricolæ, mouet agricolæ manum ad sulcum materialem faciendum. At τὸ ἐκ sæpe materiam designat: Latini exprimunt per, ex. veteres etiam per, de: vt est apud Catonem. Aliquando nota est termini vnde fit motus, id est priuationis ad formam, vt D cùm dicimus, ex non musico fieri musicum: & à forma ad priuationem: vt ex homine cadauer. hęc latius in libris de causis. Diuidit autem in duo etiam partem hanc. nam superiorem in φύσιν, & παρὰ φύσιν. sic hìc. artis opus aut iuuat naturam ad plura: vt bene, vt copiosè fructificet, inquit ipse. adde tu: suo tempore, suis ex partibus, sua magnitudine, suo succo, & eiusmodi. Aut acquirit præter naturę ordinem quippiam peculiare & rarum. hoc est quod dicebat, ἰδιότητα, καὶ περιττόν. sed addit articulum, τὸ περιττόν: vt certam denotet proprietatem, non

autem

autem quamlibet. Et dat exemplum: ποιῆσαι τὸν βότρυν ἀγίγαρτον: vt vuæ sint absque vinaceis. Ἢ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Alia proprietas, ex eodem palmite racemos ferre nigros & albos. sic in libris γεωπονίας habes: plurima veluti facere: vti Ficus altera ex semisse nigra sit, ex altero alba. Nos in eodem racemo vidimus albos & nigros acinos. iccirco dixit πλείω γὰρ ὅτι. Dixit autem artem συνεργοῦν τῇ φύσει: communē ponere operā cum ipsa natura: magna artis commendatione. Non enim quicquam facit ars sed natura, aut ablatione, aut adiunctione. Veluti cùm aufert à sarmento medullam: aut cùm inserit. Nam cùm alterat, addit similiter aut tollit. Quemadmodum vbi macerantur lacte, aut mulso semina: vel vbi affunditur vrina radicibus. Περὶ μὲν οὖν. Hìc est διάβασις à superioribus, ad ea quæ dicturus est. In prioribus libris exequutus est τὰ κατὰ φύσιν: in posterioribus, τὰ ἀπὸ τέχνης. Nunc de alia vtriusque parte diuisionis: quippe τῶν παρὰ φύσιν, καὶ τῶν περιττῶν. Πρὸς τὸ περιττὸν ἥκει. Veniunt ad raritatem, in censum rariorum. Verbo motum significante vsus est: quia ex ordine suo artis vi egrediuntur: Ἢ ὄντων, ἢ δοκούντων. Prudentissimè addit ἢ δοκούντων: non enim extra naturam sunt quæ sunt in mundo. Siquidem natura Dei potestas est in secūdis causis, quibus ipse certas cōstituit præscriptiones: sed videntur esse pręter naturam quia non sequuntur ordinem popularem. Καὶ γὰρ τούτων. Nequis putaret fortuitò fieri: profitetur horū esse causas. Alioqui non pertinerent ad præsens institutum quod causas perscrutatur. Ergo si habent causas, sunt ipsa quoque naturalia. Propter hoc dicebat: videri quidem, sed non esse naturalia.

Πάρωρα, à tempore. vt hoc anno, diebus Halcyoniis talis ac tandiu spirauit Eurus, vt in hortis nostris haberemus tū Pruna maioris Oliuæ magnitudine. Μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν. Alterum caput à partibus. Κατὰ χειμῶνα. si in bruma Ver sit. signata vox ὑποφαίνοντες. si Ver sese in Bruma ostentarit. Ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. exemplum à partibus. sicut de animalibus. in pede capræ cornu. vidimus in palato dentem. Πρὸς δὲ ταῦτα. incipit causas expedire. πρὸς: quia finis est is huiusce inquisitionis. λαβεῖν: eleganter infinitiuus sine verbo χρὴ aut δεῖ. Πολυκάρποις. non est causa sed signum. Vt cùm fœcundam speciem quampiam viderimus, putemus hoc ei περιττὸν euenire posse. Non est, inquam, causa πολυκαρπία, sed effectus à causa procedēs. quæ sit etiam causa τοῦ περιττοῦ. eam simul statuit, cùm dicit, καὶ ὑγροῖς. succulentę namque arbores fœcundæ. Τοῖς εἰρημένοις. Vnam tamen solam nominauit, quam Viti adiunxit, sicut & hìc. Suprà ῥόα καὶ ἄμπελος. hìc ἀμπέλοις καὶ τοῖς εἰρημένοις. Ἅπαντα γάρ. Ecce humiditas pro causa: πολυκαρπία, pro effectu. Ταῦτα. scilicet περιττότοκα. Θᾶττον. Prima causa erat à totius speciei concretione: quia ὑγρά. secunda est: quia facultates habēt generādi non solùm ordinarię partes vnde consueuerunt prodire fructus, sed etiā aliæ quoque. Et dixit ἀρχὰς: quoniā omne principium est compēdium effectus sui. Ramus igitur aut cau- A dex, vnde præter morem fructus exit, est quodāmodo fructus. Ξηρῷ δὲ οὐδενί. Nam sanè quī conueniat inter siccum & superfluum. Nam sicco non potest conuenire cum eius contrario, quod est humidum: quanto minus cum eo quod ipsum excedit humidum. hoc enim est περιττόν. Ἢ κλῶνες. non semper ab radicibus alimentum summitti. Sed in ramis quoque vigere tum succum, tum succi mutatricem vim genitalem. exemplo id probat paxillorum quæ panguntur, non ex ipsis vt fiant arbores, sed ad fulturas Vitiū. Quin salignas virgas abiectas, ac ne defixas quidē vidimus germinare. quin ingentem populi truncum longo pòst tempore. Multa verò aggerit vocabula, quibus ramos significet, κλῶνες, πτόρθοι, ἀκρέμονες, quæ B omnes appellationes omnibus omnino sunt communes, si ἔτυμον inspicias: sin ad vsum respicias, certas sibi habent in quibusdam: quippe Oleę ramus Græcis θαλλία, vnde nostra Talea, quum seritur: dum est in arbore, Termes dicitur: hoc vberius quàm Græci: sicut in Vite κλῆμα: at nos sarmentum, & pampinum, & sagittam, & palmitem, & malleolū, & flagellum. Deficimus in Palma, quia planta est peregrina, Spatham vocant illi: in Ficu etiam tametsi tam frequens nobis est, quàm Gręciæ: κράδη vocatur illi: nos nihil nisi ficulneam, communi idea, quemadmodum Larignam, Abiegnam. ἔτυμα verò sunt, κλῶνες, παρὰ τὸ κλᾶν: qui flexiles, πτόρθοι: quia non recti, ὅτι πεπλώκασιν ἀπὸ τῆς ὀρθότητος. ἀκρέμονες, ὡς ἐν ἄκροις μένοντες. C Iccirco vocauit ἐσχατεύοντα, summas partes.

Τῆς ἐλαίας ξύλα. Ligni nomen, vbi partes enumerantur, etiam in arbore viuente: vbi seorsum ponitur, vel truncum, vel trunci partem, vel ramum etiam cum cortice significat, vt hìc.

Χάρακας, ridicas, fulturas, palos, pedamenta. vallum etiam militare. atque hæc est secunda hypothesis à partibus. Τρίτον δέ. tertia causa, temporis mollities. Ἢ νοτίων. Causa est & efficiens & materialis auster τῆς μαλακίας. succum ab aeris teporibus euocari. Succum, inquam, vel qui eorsum fuerit euocatus, & quem genitalis facultas spontè adegerit καθ' αὑτήν, nullo adiuta cæli momento: vel qui fuerit eius pars, vnde priores fructus conditi fuerant, atque ibi relictus. Duo ponit participia, ἠθροισμένης, D congregatum succum, vel ab interna potestate, vel ab externo tępore. Λειπομένης, qui sit quasi reliquiæ succi, cuius ex parte concreatus fuerit prior fructus. Ὅτε δὲ τοῦτο. iam manus admouet propiùs ipsi rei. Tria Ficuum genera fert Ficus. Vnum valde tempori præcocem, quem iccirco vocarunt Græci πρόδρομον, quasi præcursorem. Atque is quidem edendo est; *Bolas* vocant Veneti, nos *Flerones*: Columella communi voce, priorem fructum, Plinius præcoces. Aliud genus eorum est, quod postea prodit, cuius duæ sunt species: vna quæ maturatur, Ficum dicimus, Græci σῦκον: altera semper cruda est, & priùs cadit quàm absoluatur: eos vocat Plinius aborsus. Aliud nomen apud nos grossi dicuntur.

Græci,quia referunt indomita natura sua Caprifici fructum, eadem qua illum donarunt appellatione: ὀλωύθους dicunt. an idem sit ἐρινὸν, mox videbimus. Cæterùm iidem si scalpantur aliquando maturescunt admisso sole. Quemadmodum è legitimis non pauci manent crudi, neque perficiuntur præuenti frigoribus. Tanta verò fuit apud antiquos commendatione arbor hæc, vt & secundum locum habuerit à Vite: & eius partes omnes peculiaribus sint nominibus designatæ. Vt κράδη, κέγχραμις: tum fructus siccus, ἰσχάδες. & ipsæ species, Caricæ, Coctana, Mariscæ, alia. Item cùm auiculç tam vuis quàm Ficubus pinguescant, maiorem in Fico statuerunt indicaturam: σύκαλις enim dicta est. Hanc recentiores falsò putant esse quancunq; Autumnalem auiculam ob pinguetudinem expetitam: certa enim species est, corpore grandiusculo quàm Luscinia, oblõgo, colore misto ex rauo, cinereo, pallido. *Pellafigam* Vascones vocant. Sed de hac in historiis quæ hîc scripsimus: propterea quòd magno in periculo vitæ versamur, ob inauditum sæuitiam pestilentiæ. Ea si nos intercipiat ab Historiarum editione: saltem hoc hîc extabit, contra morem scribendi nostrũ: quibus materias commiscere religio est. Ὅτε δὲ τοῦτο. Tametsi tota hæc oratio cõtinuatur: tamen hîc oritur tertia Capitis huius pars. Nam posito exemplo de Ficu, eam nactus occasionem deducit historiam porró. Vbi non segni iudicio agnoscẽdum est de illa diuisione: cùm dicebat τὰ παρὰ φύσιν esse ἐν αὐτομάτοις: τὸ περιττὸν esse ab arte. at Prodromi neutro modo censebũtur. Si enim essent præter naturam, non euenirent magna ex parte, aut non semper: at eueniunt. Non sunt item περιττοί: quia non sunt ab arte. Ἀφ' ἧς. A qua fructus prodiit, non ex qua: quia materia ex qua factus est, fructus abest: reliquiæ remanserũt. Ὑπολειπομένης γάρ. Incipit historia de Ficu. rectè ὑπό: quia subest intus. Et πλείονος: quia conuenit, ex multa fieri τὸ περιττόν: & τοιαύτης: quia certa ex materia fit fructus. Namque in omnibus arboribus multæ materiei reliquias subsistere par est: at nõ omnis idoneæ. Ὅταν ἀὴρ ἐπιγένηται. Nam si frigore cohiberetur atque obtunderetur, non erumperet. Vult igitur, ei aerem adiumento esse. Ponit autẽ tres conditiones: quarũ vna manifestò necessaria est, caliditas. Tribus namque officiis opus est: vt corticem rarefaciat: vt humorẽ coquat: vt euocet. Altera est humiditas. Vtilis potiùs hæc quàm necessaria: satis enim materiæ intus. Tertia est illa toties inculcata, μαλακότης. Etiã vulgò dicimus anni catastasin mollẽ. qualitas est consequẽs duas superiores. quid enim mollius humore? Actiuè autem calor mollis in humido: facit enĩ fusilẽ. contrà cogit frigus & indurat. Eiusmodi aeris, quod toties dictum, auster author est. Iccirco dicebat χειμώνων μαλακῶν ἢ νοτίων. vbi τὸ ἢ, est τὸ ἤγουν, διηγηματικόν: quasi dicat, μαλακὸν ἀπὸ νότου. Ὅτε δὲ τοῦτο. De materia dixit, de forma, de causis à qualitatibus: nunc de partibus vnde prodeãt fructus. Quippe duo hæc proponebantur τὸ πάρωρον, intempestiuum, & τὸ μέρος

A ἀλλότριον, locum alienũ ab ordinario. Ἐκ τούτου τοῦ μέρους. Est conclusio ex superioribus. Nẽpe si fructus è succo fiunt: fiunt ea in parte vbi succus fuerit. est autem succi pars, vbi totus succus fuit. Igitur quemadmodum ex vna parte succi præcedentis anni fructus prodiit, sic ex altera reliqua ab aeris teporibus euocata fient alii fructus ante tẽpus. Igitur quoad partem arboris, in qua nascuntur, naturales sunt: quoad tempus prodeundi, non naturales. Ὅθεν καὶ οἱ πρόδρομοι. Ex ea parte enascuntur οἱ πάρωροι, vt ipse vocat: vt nos dicere audemus, οἱ πρόωροι: qua ex parte etiã πρόδρομοι. Quorum natura ordinaria est eo nasci tẽpore, ex principiis plãtæ genitalibus: tametsi eorum ortus magnam sibi partẽ vindicat aeris etiam tepor. Hoc B est quod aiebat: τάχα δὲ καὶ οἱ πρόδρομοι διὰ τὴν μαλακότητα. Dixit τάχα: quia Prodromi genitalibus principiis concreantur, internis, non extrariis fortuitis, vt πάρωροι. Iccirco πέττονται, maturitatẽ consequuntur: quòd τοῖς παρώροις grossis non contingit. Εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτο. Quòd siquis non recipit hoc pro causa in grossis: ἀλλά τ' ἀλλά γε πάντα: at, inquit, illa περιττὰ hac constitui ratione, negare nemo potest. Tum repetit causas illas sic: ἤτοι γινομένων ὑπολειμμάτων: quod suprà dicebat ὑπολειπομένης. Ἢ καθ' αὑτὰ συνισταμένων, aut vi plantæ noua generatione constitutis. diligẽtiùs hîc quàm suprá. Quia suprà disiunctas ponebat causas: hîc disiunctim positas coniungit, cùm addit ἢ ἀμφοῖν. C Nota γινομένων ὑπολειμμάτων: quia hîc τὸ γινομένων, nõ significat generationẽ humoris. Hoc enim est in secundo mẽbro diuisionis: sed ex toto humore, partim factos fructus, partim factas reliquias. idẽ est quod ὄντων. Οὐκ ἄλογον δ' οὐδετέρως. locupletat iudiciũ, fieri posse vt horũ neutrum causa sit. Vt neque à reliquiis veteribus, neque à noua cõstitutione succi fiat id, sed ab arboris natura, quæ talis sit, vt etiã sua opera stata nouis operib⁹ præuenire possit. hoc est quod dicebat προβολάς, prodiga. προβολάδας dicimus pecudes quæ abortiũtur. Vult tamen etiam à tẽpore adiutari: idque tum qualitatibus ἰδίαις: tũ quãtitate, πλείω χρόνον: in multo nãq; plus facultatis. notabis verbũ προϋπάρχει. Τὸ ὑπὸ significat prĩcipiũ: τὸ πρὸ, designat vim ad illã anticipationem. Φύσις. rectè: φύονται γὰρ οἱ καρποί. Cùm D declarat, cuiusmodi: ὑγρὰ materia hæc est. Non quæuis tamen, sed τις, apta est & idonea: προβολὰς, forma. A forma nãq; actio: τὸ προβάλλειν actio est. Τοῦ χρώματος. Nunc ostendit illorum τὸ παρὰ φύσιν, aliud cõsequẽs. Nam alieno tẽpore prouenire, erat vnũ παρὰ φύσιν: quare sequitur imperfectio. Itaq; μόλωπας patiũtur. colore quidẽ maturi videtur: cõcretio verò immatura est. hoc erat, quod diceret φαντασία, id est τὸ φαίνεσθαι. Apud medicorum scholas etiam duplex est concoctio, vna in colore, altera in substantia: sic enim loquuntur.

Auxit imperfectionem, cùm dixit οὐδαμῶς. Omnino igitur à naturalium censu disiuncta sunt, si nullo modo coqui possunt. Οἱ δ' ὄλυνθοι, Quia dixerat eadem ex parte τὸ περιττὸν moliri naturam, qua & Prodromos: & Prodromos maturescere.

τοὺς

τοὺς δὲ περιττοὺς nequaquã: digerit hanc obiectionẽ duobus modis. Primus est, ne grossos quidẽ perfectam adipisci maturitatem, sed μέχρι τινός: idque fauore temporis. hoc est, συνεργούσης τῆς ὥρας. Et dixit ἤδη: quia non fauebat anni tempus τοῖς περιττοῖς, sed noua tãtùm qualitas peregrina. Alter modus est: quoniam grossi sunt κατὰ φύσιν, sed quadam tenus. hoc est quod dicebat πῶς. & declarabit hoc seminaturale. Quia tametsi non sunt inter ordinarios maioris partis: tamen ipsi quoque statis proueniunt temporibus. ideò dixit τὴν αὐτὴν ὥραν, & τεταγμένην. quòd Terentius dicit, statim. Habent sua tempora legitima, atque, vt loquuntur Philosophi, προθεσμίαν: sicut & alii Ficus ab ipsis differentes, qui ex iis arboribus veniunt, quæ biferæ sunt. dixit ἔτοι γε: τό γε, Latinè at. Ἀλλ' ἐπὶ B τοσοῦτον. Postquam narrauit differentias τῶν περιττῶν, τῶν παρώρων, & τῶν ὀλύνθων: nunc naturæ communionem statuit omnibus. Humorem illum qui intus seruatus est, prẹstò esse. Hoc sibi vult, ἐπὶ τοσοῦτον: hoc nomine, hac præscriptione. Ὅτι παραπλησία τις αἰτία: similis causa, non eadem penitus.

Διὸ καὶ ὄπισθε, ex eodem humore nasci: quia etiam ex eadem parte, nempe secundum frondes, non autem suprà, vt legitimi Ficus. Vbi etiam capias argumentum ad eam refellendam opinionẽ, quæ dicebat data folia pro tuitione fructuum.

Ἀλλ' αἱ μὲν φύουσι. non discedit à seipso. Sæpe iam dixit, præproperam vel germinationem vel fructificationem prouenire non semper ab arboris robore, sed sæpe ab imbecillitate, cæli calore foras euocante succum. Sic etiam nunc C apponit hanc imbecillitatem, tanquam causam proportionis huius. & lectis verbis vsus est: ἐπιλαμβάνειν. non possunt erumpentis humoris impetum cohibere. Altera vox: γινομένης ἐκεῖσε: eò sese inferentis. Motus tractum designat participium temporis præsentis. Ὅλως δέ. adiungit & aliam causam à natura generis. Hanc suprà quoque innuebat illis verbis: προϋπάρχει γὰρ ἡ τοῦ δένδρου φύσις. est autem φύσις, εἶδος. Nota loquutionem: deest enim γένος. nam quid esset illud τὸ πολυειδές; Et dixit τι: quia suo quodam modo diuersificatur genus in species: non vt Pruna quæ vniusmodi sunt, nec nisi succo, figura, magnitudine, colore, tempore differũt: sed quia sunt species quinque, quarũ quædã multiplicem fructũ ferunt, quædam non, quædã esculẽtum, quędã non, quędã penitus, quędam quodammodo. Αἱ μὲν γάρ. Nunc enumerat diuersitates παρὰ τὸ ἔχειν, καὶ μή. partitionis summa hæc. Quædam ferunt Ficus tantùm: quædam grossos tantùm: quædam vtrumque. quædam etiam Prodromos, quædam non. Deinde variat fructum: vt quarundam grossi etiam sint esculenti. item variat officium. Quia nonnullæ constanter tales sint: aliquæ non, sed mutent: mutent autem, vel quia non ferant, aliàs non ferant: vel quia nunc ferant esculentum, aliàs non. Notat etiam à calore fructuum differentias, & à loco natalium. Quosdam supra folium, quosdam post, quosdam subtus nasci. hæc est σύνοψις implicatæ

A huius recensionis. Ὀλυνθοφόροι. tres differentię. Non ferunt nisi grossos: ferunt albos: ferunt esculentos. Ἕτεραι. quatuor differentiæ. Ferunt Ficus: ferunt grossos: ferunt nigros: ferunt grossos tũ esculẽtos, tũ non esculentos. Ac sanè suapte natura esculenti non sunt, sed fiunt vtiles, quoniam nascuntur in ipsis culices. Suprà de his satis, & in secundo Historiarum. Τῶν δὲ φερουσῶν. Differentia variationis in ferendo, duplex: vel non ferunt aliquando, vel non bonos ferunt. Hoc autem est non ferre: quia carent vtroque fine: ergo etiam forma. Finis autem duplex, vt suprà dicebamus: ad propagationem speciei, & ad vsum hominis. Φέρουσι δέ. Duplex differentia situs: secundum frondes, & infrá. Tertia differentia: B ἐκ τῶν παχέων σφόδρα: ex ramis valde crassis.

Συμβαίνει δέ. Duæ differentiæ, quarum vna maximè insignis: quippe nonnihil est quod maturantur quidam: sed multum est quod maturantur seriores. atqui decuit, priores priùs maturari. huius rei causam decuit ab eo explicari. Ratio est: quia constituti sunt ex elaboratiore succo. Altera differentia in eo est, quòd non simul omnes eduntur. Περὶ τῶν ἐρινῶν. Hîc alio vocabulo vtitur. sunt autem ἐρινοὶ iidem qui & ὄλυνθοι. Gignuntur ergo priùs Prodromi, deinde grossi, tum Ficus. Ἐγγύτεροι. Prima differentia erat à tempore: quia nonnulli prius, nonnulli posterius: altera differẽtia à situ. Quia priores sub folio multum, κατωτέρω πολύ. posteriores autem propius frondem & Ficum. Tertia differentia: priores, priùs cadunt. C Τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα. historia posita causas væstigat.

Τὸ μὴ πάσας φέρειν. Causa priuationis in quibusdam est, quia sicciores. Perstat in sententia quæ à materiæ copia fructus statuebat. Et addit ἰσχύν: sic suprà, vtrumque: γονίμου δυνάμεως καὶ ὑγρότητος: ἐπίτασις autem est effectus δυνάμεως.

Ἐκ γὰρ τῆς ὑπολείπου τροφῆς. quod & suprà, ὑπολειπομένης. sic ibi συνισταμένων, hîc σύστασις.

Μὴ πάσαις. Dicat aliquis: Si succus erat ibi, quare non conformatus est in fructum, sicut & alia eius pars? Quia, inquit, nimium traxit: totum coquere non potuit. Τὸ δὲ μὴ ἐνδελεχές. Causa eorum quæ non continuant modum quotannis fructificationis. quia non æquales sunt earum affectus. Et sanè ita est, vt in D Oleis, quæ tertio quoque anno minus ferunt. Effœtescunt enim, & minus tum attrahunt tum excoquunt.

Χεῖρον θεραπευθεῖσαι, minus culta. Vt tria statuat principia fœcunditatis: vnum internum in duobus, nempe succo & vi. Duo extrà: vnum naturale, aerem: vnum ab industria, cultum. Pro horum modo, ferre aut non ferre, aut minus ferre aut minus bene. Οὐδ' ὑπόλειμμα. Si minus colitur, minus valet. si minus valet, minus trahit. si minus trahit, minus habet. si minus habet, nihil reliqui fit post fructus generationem, sed absumptum est in ea totum. Ἐκεῖνο δέ. Si colatur & faueat

aer: tunc quæ ſolita fuerit intermittere fructificationem, non intermittet. Tantum poteſt ergo cultus vt addat ad naturæ opus. Quin id quoque contingit, ſi cultu deficiatur: vt prodromos edāt, legitimos non edant: conſumpto ſcilicet in prioribus ſucco. Μὴ δυνάσθαι. quia dicebat, ἰσχὺν & δύναμιν. Notabis πλῆθος: copiam. facetè: ſi non multùm accepit, non multùm poteſt reddere. ideò ſubdit ἀποδῶναι. Τὸ ὕστερον. quia eſt ex reliquiis. Τοῦτο δ᾽ ὅτι. Prodromis ſuccus fuit apparatus atque elaboratus: iccirco nati. præreptus ergo eſt legitimis. quamobrem nouus his fuit comparandus. at non eſt. at non ſatis temporis. hoc eſt quod dicebat δεύτερον & ἐκ κενῆς. Ἀλλὰ μὴν. ſcilicet οὐκ ἔστιν ἄλογον: vt qui groſſi ſunt in ſuperiori parte, plus matureſcant: qui prodeunt ex craſſioribus brachiis, minus. Ratio: quoniam & materia, τροφή, & forma formæve inſtrumentum ἡ θερμότης, prætervehitur illos, quaſi non idoneis locis incubantes, & ſurſum euecta ſubſidio venit ſuperioribus. Καὶ ὅλως ἡ τοῦ δένδρου. omnino arboris natura eſt aſcendere. quare non mirum eſt ſi deſtituantur inferiora. Ὁρμὴ eſt hîc formæ facultas: quoniam ſubiungit, ἅμα συναναφερομένου τοῦ θερμοῦ. Calor qualitas eſt in ſubiecto, quæ & ſuapte natura ſurſum fertur, & euehere ſecum poteſt id in quo eſt, vt patet in exhalationibus. Ἡ ὑπόληψις. Opinionem de ſe facit ea natura tanquam de cauſa.

Διὸ καὶ αἱ κατὰ μέρος. amplificat doctrinam. Hæc eadem cauſa eſt, quòd quibuſdam flores non eduntur ſimul. Quia pro ſe primùm ſatagit arbor ad aſcenſionem: deinde propagationē ſpeciei meditatur in ſemine: quod vt producat, florum inſtituit generationem. Hoc eſt quod dicebat καρποτοκίαι τῶν ἀνθῶν: quia germinatio primo fit opere, ſecundo flos, tertio fructus. καρποτοκίαι. quia fructus eſſe videtur floris fœtus. Ὕστερον, ὑστερίζεται ἡ τῶν ἀνθῶν φορὰ ὑπὸ τῆς βλαστήσεως. Præuertit florificationem germinatio: quia tendit ad germinationem arbor, quaſi ad ſui partem. fructùs autem non eſt pars, ſed opus. Παραπλήσιον. Poſtrema capitis pars, in qua ſimilem quoque Vitium oſtendit naturam in eo quòd anticipent aliquando germinationem. Sed hoc differre, quòd Ficus non eodem ſemper è loco: Vitis ex eodem ſemper. Ὁποῖα δέ. Quærat aliquis: ſi maturè germinant. an celeriùs proficiant in cæteris, quàm quæ non prægerminant? Id, inquit, ex temporis pendet rationibus. Prout ille fouerit, aut aduerſatus fuerit, cætera omnia conſequuntur: accretio, floris, fructus productio ac perfectio. Μέχρις οὗ ἄν. Non ſolùm ἀποκτίκτει, ſed etiam προάγει: & edit, & edita perducit ad legitimum tempus, quoad aer inæqualem inchoatæ præſtiterit temperiem. alioquin ad frigus conuerſo tepore, οὐ προάγει.

Lego ἐν ἀμπέλῳ, non autem ἀμέλει. Et ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς. addita præpoſitione. Et κράδας καὶ θαλλίας, non autem κλάδους καὶ ἐλαίας. Et ὅτε δὲ τοῦτο συμβαίνει, non autem ὅτι. Et ἢ κατ᾽ αὐτὸ συνισταμένων, ἢ ἀμφοῖν. Et ὥρας, non χώρας. Fatali in hiſce libris errore, vt alterum pro altero ponatur. Et καὶ ὁ τῶν διαφόρων συκῶν, non autem διαφόρων. Et λεγομένων, non λεγόμενος. Et ἡ τροφὴ γὰρ ἅμα, non τροφή. Et τὸ δὲ μὴ ἐνδελεχές.

Theodorus, ἔχει διαίρεσιν, digerere poſſumus. Digerere, non eſt diuidere, ſed diuiſa diſtribuere. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα παρὰ φύσιν. Hæc omnia natura penitus negat. vides cincinnos Theodori. duo errores. non enim verum eſt, naturam negare: permittit enim ſe ſuo iure tantùm ordinario circunduci: tanto minus conuenit aduerbium, penitus. Si enim penitus negare, nulla in mundi parte, nullo tempore illorum quippiam eueniret. Τὸ μὲν ἐπὶ συνεργοῦν, fauent. malé. Nam ſpectatores, verbi gratia, fauebant aurigarum factionibus, ἀλλ᾽ οὐ συνεργάζοντες. melius, communicant operam. Τὸ περιττόν. operoſam naturam. potiùs excellentem. excedunt enim. naturæ non eſt operoſum groſſos fundere.

Ἀμέλει καὶ τοῖς εἰρημένοις. qualia prædicta quoque pateſcunt. peregrina loquutio. nemo dixerit, leo fortis pateſcit. & diſſimulauit, τὸ ἀμέλει.

Δεύτερον δὲ πρὸς τὰς βλαστήσεις, ſecundum ad generationem ſubiacent. neque ipſe intelligat, ſi reuiuiſcat. Vult dicere: ſecundum facit ad intelligendas intempeſtiuas productiones: quòd habeant in ſeipſis aliqua principia germinandi.

Πτόρθοι, ſcapi. at ſcapi non ſunt ἐξατεύοντες θαλλία. thalia. termitem potuit dicere. Χάρακας, vallum. Sanè vel ſignificat aliquando: ſed non hîc. ἀλλ᾽ ἀφῃρημένα: ſed à parēte deciſa tantummodo germinant. quare aduerbium addiderit equidē neſcio. Ὁ καρπὸς ἀνίεται. fructus poſteri. malè addidit, equidem neſcio. Ὁ καρπὸς ἀνίεται. fructus poſteri. malè addidit. nam poſteri fructus ſunt ipſi legitimi Ficus. De groſſis hîc loquitur, qui ficos præueniunt. non ſunt ergo poſteri. Quòd ſi dicat eſſe præcocibus poſteriores: at etiam legitimi Fici tales ſunt: quos non rectè quis ex hac oratione intelligeret, ex eadem prodire parte, qua & præcoces: quod falſum eſt.

Καθ᾽ αὑτά. ex integro. nemo intelligat. ſed per ſe, non autem per ſucci reliquias. Ὄπισθεν τῶν φύλλων, ab auerſis foliis. peſſimè. præpoſitio, ab, locum denotat. At non naſcuntur à foliis, ſed ſub: atque etiam, vt mox dicet, κατωτέρω. pone folium. Ἐπιμένειν. differre. verbum ambiguum. ſuſtinere. cohibere humoris impetum. Ὀλύνθους, maluit Caprificus quàm groſſos dicere. Ἀβρώτους. inguſtabiles: malé. guſtabiles ſunt, eſculenti non ſunt. aliud βρῶσις, aliud γεῦσις. Αἱ δ᾽ οὐ φέρουσι. quæ quam minimé. malé. contradiceret enim ſibi. Nam que ait: prodromos ferre Laconicam, & Vmbilicalbā (ſic enim vertere poſſumus, λευκομφάλιον) item alias multas. Quónam igitur modo ſubderet: quæ quàm minimè ſcilicet ferunt. ſed eſt alia diuiſionis pars huic contraria, ſic: aliæ verò non ferunt. Τῶν δὲ φερουσῶν οὐ συνεχής. Nec earum quæ gignunt, differentia continuó.

imò

imò. differentia eſt. quia non eſt συνεχὴς φορά.

Συμβαίνει δ᾽ ἐνίους καὶ ἐκπέττειν τινὰς τῶν ὕστερον, euenit, vt aliqui ex iis qui poſteriores prodiere, matureſcant. at Theodorus ipſas arbores dicit poſteriores: ſic enim vertit. Euenit, vt aliquæ poſteriores quoque nonnullas præcoques valeant maturare. Τὸ μὴ ἐνδελεχὲς αὐτῶν τούτων. accidit his ipſis intercapedo. Sanè videndum, an ſatis cōmoda vox hæc ſit hoc loco. Μὴ λαβοῦσα τὸ πλῆθος. quòd ſi copioſè nihil hauſerit. vide quid faciat ambitio in oratione. Quid enim eſt hîc (nihil) vbi dicere oportuit (non)? Ἀποδῶσι καὶ τὸ ὕστερον. Nihil eſt quod etiam anno ſequente proferre nequeat. ambitio in loquutione. negligētia in expreſſione verbi ἀποδῶσι. Certè quia dixerat λαβοῦσα: dixit, reddet. Ὥσπερ ἐκ κενῆς. tanquam denuó. Legit ergo καινῆς: quaſi ex noua materia. neque diſplicet. vtroque modo tolerari poteſt.

Lege in codice Theodori, fœcundo illo, atque germinatore, non autem fœdo.

CAPVT II.

I I. Capitis argumentum. Cur ex aliis partibus, quàm ex ordinariis edantur fructus. Minus mirandum in Ficu naſci groſſos. Quare non matureſcant, ſi non ſcalpantur, aut Oleo perungantur. Harum proportio, & earum quæ ab imo florent.

Τὰς μὲν οὖν παρέργους. Nemo neſcit propoſitis partibus, eas ſuo quanque capite exequendas. Iccirco hinc auſpicandum eſſe caput nouum. Suprà dicebat: naſci fructum alieno tempore. Hoc erat caput vnum, quod abſoluit tractatione ſuperiore, cum exemplis Ficuū & Vitis. Alterum erat: non ordinatis atque legitimis partibus edere fructum. hoc hîc perſequendum. ita tranſitus eſt figura illis verbis. Hactenus de illo dictum: in his de hoc dicendum. Sic tertio loco dicebat: aliquādo non ferre legitimū fructū, ſed alienum. hoc ſequenti capite digeret. In præſenti dat cauſam quare non è ſolito loco prodeūt fructus. hoc in prima parte. In ſecunda oſtendit, non eodem æquè modo in omnibus mirandum eſſe. minore miraculo in Ficubus fieri. In tertia parte cauſam reddit quare non maturēt, niſi ſcalpti aut Oleo delibuti. In quarta agnoſcit affinitatem in ſimilitudine, & huius maturationis, & eorum quæ particulatim ab imo florent. Οὐ πόρρω ταύτης. Cauſas, quibus arbores edant fructus non ex ſuis locis, ait eſſe à ſuperioribus non alienas. Ita docilem facit auditorem: quum quaſi demit curam futuri laboris ad intelligendum. Item facit attentum: vt doceatur de ſimilitudine rei diſſimilis. Aliud enim eſt tempus, de quo ſuprà: aliud locus, de quo nunc. Simul docet nos diuinam methodum Peripateticorum: qui rebus naturalibus inueſtigatis, ſtatuūt fines ipſis, earúmque cum aliis vel communiones vel differētias agnoſcunt. Cuius diligentiæ is eſt finis: vt ex gradibus entium cognoſcatur ordinis vnitas in vniuerſo: quo ex ordine intelligitur, quemadmodū pendeant à primo principio: per quarum cōſtitutiones ad ipſum vſque vltimum aſcēdamus: quæ pars prior eſt beatitudinis, in illius notione ſita: vt alteram porrò conſequamur, quæ in eius cultu, atque amore poſita eſt. Sed ad rem. nota loquutionem: οὐ πόρρω ταύτης. dicimus etiam πόρρω τούτων.

Ὅταν ἀθροισμός. oſtēdit cauſæ propinquitatem. in illis intempeſtiua fiebat eruptio, cùm facta fuiſſet humoris collectio ſub tempore. Hîc fit alienis è locis eruptio, quum facta fuerit humoris collectio in illis locis. Ac mox quidem, quam hîc non nominat, nominabit ἐμβολήν. Solum nominat τὴν γόνιμον δύναμιν, ſicut & ſuprá. ſed ea δύναμις eſt in duplici ſubiecto. In arboris parte illa, vt agentis: in humore, vt patientis. Ἡ ἀρχὴ τῆς τροφῆς ὁμοιουμένη τῷ ὑποκειμένῳ. haud contemnenda difficultas. Quid eſt ἀρχὴ τροφῆς? quid eſt ὑποκείμενον? Alimēti principiū dicit naturā in ſucco aptā ad illā tranſmutationē. ad eā tranſmutationē qua poſtea & dicatur, & ſit alimētū. Τὸ ὑποκείμενον autē eſt ſuccus in arbore iam proprius, & ipſæ arboris partes. Quare ſuccus ille iam proprius, at præſtò eſt ad formationem fructus è legitimis partibus exituri: ſic hic nouellus atque aduentitius aſſimilatur illi. Quamobrem effert ſeſe iis ex partibus quæ non ſunt ordinariæ naturæ lege ad fructificationem deſtinatæ: propterea quòd in illis collectus eſt. Καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. Scilicet ordinariis, atque ad edendum fructum conſtitutis. Ἡ δὲ σύστασις. multa prudentia. Non ſolùm dicit cauſam, ſed etiam facilitatem. non repugnare rationi collectionem illam. Naturę lege fieri: vt ibi conſiſtat humor, quando adeptus eſt naturam quandam ſimilem tēperamento partis illius. Vult dicere, nihil eſſe contrarium, à quo de loco illo talis ſuccus appellatur: propterea quòd inter illum & ſedem quam occupauit, inita eſt iam ſocietas ex affinitate naturæ. Hoc dixit quia voces illæ, σύστασις, & ἀθροισμὸς temporis tractum deſignant.

Ἀλλ᾽ ἀλογώτερα, inquit: ſi in animalis corpore partes quædam alieniſſimos humores ad ſe confluentes patiuntur reſidere & colligi, & in diſſimiles alias partes tranſmutari. Quanto commodiùs in arboribus fiet, vt fiant partes quædam naturales: puta ficus? at non ſuo loco, inquies. at eo loco, inquām, collecta materia eſt. At in animalibus cornua viſa ſunt ad pectus, & in crure capræ, tum in articulis pedum cornea duritia multis hominibus. Ἢ τοιοῦτο ἕτερον: vt digitus in cubito, dens in palato, oculus in tempore in infanti noſtræ viciniæ. Ὅσῳ μᾶλλον. Cauſa, quare minore negotio fiat mutatio loci fructibus in planta, quàm partis cuiuſpiā in animali. quoniam plantarum partes ſunt inter ſe magis ſimiles. Quaſi dicat parum differre loca illa, τὸ πρόσθεν τοῦ θηρίου ἀπὸ τοῦ ὄπισθε. Sic ita ſeſe expedit, vt impeditum relinquat eum Philoſophum, qui de animalibus ſcribit. Namque ſi faciliùs fit in planta: difficiliùs in animali: difficiliùs in animali reddetur cauſa. Vbi tamen aduertendum eſt: non eſſe eādem omnibus rationem. Nam membrorū

ſitus mutatus in animalibus, habet cauſam in ſeminis vi, & à matrice. At agnaſcentia membra, vt dẽs & cornua, fluxionem tantùm habent materiæ ad eam partẽ. quocirca hæc accuratiùs diſtinguẽda ſunt. Ἐὰν δὲ δὴ. Alteram adducit agnationem, quã docet fieri faciliore opere naturæ: & quæ ordinariæ generationi propior ſit. Veluti cùm cuipiã germinationi acceſſerit germinis additamẽtũ, aut fructus fructui, aut floris flori. hæc tria nãque vidimus. Primùm, vbi ramus videbitur expletus, & tamẽ rurſus aliquid ab latere pullulat. Exẽplo declarat alienum locũ illum: Interdũ, inquit, è ſtipite prodibit ramulus. hoc videmus in vite frequenter. Cauſa eſt ſucci copia, qui totus in ſuperiores palmites abſumi nequit. Fit etiam frequenter ob eandem cauſam in ſylua cędua. Amputatis enim brachiis omnibus arbori cremiali, plus humoris ſubit quàm quãtum expediri queat ad loca ſuperiora. de fructibus tranſlatitium eſt. Prunis enim agnaſcũtur Prunella quędã, quaſi gemella. in floribus id rariùs euenit. Tamen & aliàs ſerò anni tempore, vnam: & hoc anno multas habuimus in hoc rure, vbi hæc ſcribebamus. Roſas cum agnatis Roſellis in medio cirrorũ, qui crocei ſũt. Cauſa fuit, annus humidiſſimus & Auſtrinus. hoc intellexit, cùm dicebat προσβλαστήματα. Κλῆμα ἐκ τοῦ στελέχους. Tam parum mirabile eſt: vt ex eius frequentia Romani vinitores ei palmiti nomen fecerint: Pampinarium enim vocant: vbi etiam reſecem interdum faciebãt. Minuit admirationem: quòd caudex & rami non differunt, niſi materiæ craſſitudine propter ætatem. Ἰσχύσαντα δέ. Potuiſſet aliquis dicere: non mirum eſſe quòd oriatur: ſed eſſe mirum quòd fructum ferat. Non eſt, inquit. non poſuit rationem. idem eiuſdem naturæ commeatus eſt. Et edito ramo ex parte noua, atque via facta vi, faciliùs per illas iam inſtitutas laxitates ſubierit ad fructum ſuccus. Ἀλλ' ὅταν. Sed remotius à ratione: cùm ex brachiis craſſioribus, aut ex caudice fructus emicat illico: id quod ait in Punica euenire. Αἱ δὲ τοιαῦται. Hæc eſt ſecunda capitis pars: vbi mutatio ſitus in Ficis, quaſi legitimã tolerari poſſe, dicit. quoniã locus non ſit alienus poſterior à priore. vterque enim eſt ad folium. Ὅπῃ τὴν μέν. rationem reddit, Non potuiſſe ob imbecillitatem, aliam aggerere materiam ad priorem. quare quod reliquum fuit, ſubſiſtit. ἐπιβλάστησιν intelligit alium fructum, vt & alibi, ſubeuntẽ. Ἰσχυροτέραν. quam partem fluxus plus potuit occupare: in eam incubuit atque ibi reſiſtit. Ὀψιαιτέρας. vrbané. Interea, inquit, dum eſt in mora Prodromorum generatio, humor ille ne otioſus fieret inutilis, diſtributus eſt à natura. Ideò dixit ἐπένειμε: quaſi auctarium. τὸ ἐπὶ. ἐξέπεμψε. quia intus ſine fruſtrabatur. at illa quod optimum eſt, ſemper intendit. τὸ ἐπὶ, eſt nota τῶν περιττῶν. Φαίνεται δέ. Addit aliam rationem haud longè ab optima demõſtratione. propoſitionum ſumma hęc, Quod in ſpecie quapiam naturale eſt & ordinarium, id in alia generis eiuſdẽ ſpecie euenire, tranſlatitium eſt. Ratio ſita eſt in communione generis inter ipſas ſpecies, vnde ipſæ inter ſe ſint affines. concluſio ex hiſtoria, ſunt in Ficuum genere ſpecies quædam, quas iccirco vocant ὀπισθοκαρπίους: qui retrò pòſt frondem fructum ferunt. Si hoc in illis eſt à natura ſitum & ſtatum: poteſt ex principiis quæ ſunt in communi genere, deduci ſimilis euentus in aliam quoque ſpeciem. ſic potuit homo naſci cum capite vitulino. ſed de his accuratiſſimè in libris de ſemine genitali. Τῇ δέ. hac parte. ſic enim paſſim, quod nobis, tum. τῇ μὲν, τῇ δέ. Καὶ τοῖς μὴ πεφυκόσι. intelligit in ſpecie ordinariam propenſionem. Nam ſi non eſſet πεφυκυῖα Ficus illa ὀπισθοκαρπεῖν: nunquam id faceret. Vt nunquam loquetur mugil: nunquam videbit talpa: nunquam ingredietur oſtrea. Nũquam enim adipiſcetur illam διάθεσιν, ſi non ſit πεφυκυῖα ad illam διάθεσιν ſuſcipiendã. Tum ſi eſt πεφυκυῖα ad eum affectum conſequendum. erit etiam πεφυκυῖα ad effectum porrò perficiendum. effectus autem eſt fructus productio. Etenim cui, & quando, & vbi, & quomodo poteſt aliquid contingere: poteſt eidem contingere etiam cauſa illius rei quæ ei contingit. Alioqui ſi non eueniet cauſa, non eueniet effectus. at non eueniet cauſa, niſi natura duce: eueniet igitur affectus eadem natura duce. Hoc autem eſt, πεφυκέναι: ex quo etiam effectus. hîc autem eſt ὀπισθοκαρπεῖν. Quemadmodum igitur διατίθεται, ὀπισθοκαρπογονεῖ. Non enim fortuita naturalis vlla generatio. Eſt enim etiam monſtrum ſub vniuerſalis naturæ legibus. Ἐπὶ καὶ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. vrget arctiùs. Etiam extra genus ipſum Ficuum, eſt in aliis arboribus natura cum Ficubus communis: illa ſcilicet ferendis fructibus ex craſſioribus ramis. nempe talem eſſe Ægyptiam Sycomorum. Hæc non eſt demonſtratio, ſicut erat ſuperior ex proximo genere, ſed ex remotiore. Habet tamen analogiam & affinitatem cum Sycomoro Ficus.

Εὔτονος. Ratio, qua poſſit è parte duriore. quia vegeta & fœcunda. cuius rei adducit argumentum illud: Si dematur fructus, eundem in locum ſubire alium. Mirum verò, ἐκ τῶν αὐτῶν, ſi ex eodem loco. Læſam enim partem illam eſſe, par eſt. Sed quæramus. quod peragere quit rem difficiliorem, faciliùs rem peragere poterit faciliorem: Si fructus è caudice Sycomori prorumpit: cur non etiam è ramis? An violentior ſuccus ille non attollitur, ſed hæret in imis: & attrahendi retinendíque vis maior eſt in maiori, peculiari natura quadam? itaque ſtipes intercipit ſubeuntem. Οὐ πεπαίνει δὲ καλῶς. Hoc & ſuprà dictum eſt, & pridem in Hiſtoriis, & mox infrá. Iccirco dicebat, πρὸς καρποτοκίαν eſſe vegetam. quoniam πρὸς τὸ πέττειν οὐκ ἔστιν εὔτονος. Et eſt alia Capitis pars, qua repetit cauſam, quare non niſi ſcalpti matureſcant.

Ἔοικε δέ. Poſtrema Capitis pars quæ facit ad ſuperiora. Oſtendit enim, partibus aliis alias eſſe poteſtates: id quod in iis plantis patet, quæ ab imo incipiẽtes florẽt particulatĩ. Vbi propoſitio eſt cum Sycomoro, cui fructus ſunt in parte inferiore. Quia vis ibi maior, ſibi vindicãs quod obuium fit. Inferioribus expletis, quod ſupereſt accipiunt ſuperiores. Ideo dixit προσαύξεται. Κατὰ μέρος. Vſitata loquutio: & ἀνὰ μέρος, particulatim. Columella etiam ἐπιρρηματικῶς, partibus.

Τὴν δὲ τῆς τροφῆς. Iam trita & liquida hæc. Καταμερίζεται εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν. Partiuntur in ſuam naturam. φύσιν hîc intelligit & partes & partium effectiones. καὶ δύναμιν. Hîc intelligit officia partium. Nam ſanè non diſtribuit in facultatem, ſed in partes quarum vis augeatur poſtea: ſcilicet aucta ſubſtantia, quia plantæ anima eſt materialis, & diuiditur ad ſectionem quantitatis. Fit igitur hîc interna ſucci mutatio, cùm aſſimilatur ſucco naturali & paret facultati: à qua paratur ad duo: nempe ad germinationem & fructificationem. Itaque dixit pro germinatione illa, καὶ τούτων ὁμοίως, &c. Alia verò ſequentia ad fructificationem. Nã, inquit, vlteriori coctione adipiſcitur formam frõdium & ramorum. Quòd ſi in partem inciderit validiorem, etiam fit vtilis ad fructus efformandos. Hoc ſibi volunt illa εἰ δ' εἰς ἰσχυρὸν, ἤδη καρπογονεῖ, iam euadit habilis atque idoneus ad fructũ. Id quod illi alteri non potuit euenire propter imperfectionem. Imperfectus autem fuit propter humorem nimium. Ob id dixit, ἐκεῖνο δὲ οὔπω δύναται, διὰ τὴν ὑγρότητα, καὶ τὴν ἀτέλειαν. Cauſam præpoſuit effectui.

Lego ἡ δὲ σύστασις οὐκ ἄλογος, non ἀνάλογος. Ἰσχύσαντα δὲ καρπολογῆσαι legitur: legendum aut καρποτοκῆσαι, vt ſæpe antehac: aut καρπογονῆσαι, vt bis mox. Et περιαλειφθέντων, non περιλειφθέντων. Et ἐπάνω προσαύξεται, non προσαύξεται. Sic etiam προσβλάστημα, non προβλάστημα. Et εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν. aſpiratè ob reciprocationem. Et καρπογονεῖ, non καρπογονοῦν.

Theodorus addidit illa omnia: mox germẽ exoritur: illis ἀθροισμὸς εἰς ταῦτα γένεται τῆς γονίμου δυνάμεως. Εἰ τοιαύτην τινὰ κατὰ μόριον ἔλαβε κρᾶσιν. Vbi quiſpiam eiuſmodi habitus conditus fuerit. Peregrina loquutio, conditus habitus. Omiſit κατὰ μόριον. Malè interpretatus eſt τινὰ, quiſquam. Quiſpiam potiùs. Omiſit τοιαύτην, verba neceſſaria. Quia infrà quoque dixit, partes pro ſua quaque natura & poteſtate, aduenientem ſuccum ſibi aſſimilare. Igitur κατὰ μόριον. & τοιαύτην, vt notaret adeptionem qualitatis. & malè ἔλαβε, conditus. imò accepit. Quoniam mutatur à parte & facultate, atque illud ſuſcipit temperamentum. Et non benè κρᾶσιν, habitum: diuerſa nanque ſunt. Neque illa tum tranſmutatio habitus eſt, ſed temperatio: & (vt dicam more Cõſultorum) ambulatoria, atque apparatus ad habitum, quem ſuſcipit à forma germinis aut fructus. Αἱ διαλλαγαὶ τῶν τόπων. Cùm diſcrimen committitur loci. Neque intelligebantur à me Latina, neque explicant. Simpliciſſimè, quum fit locorum commutatio. Diſcrimen eſt διαφορὰ, non διαλλαγή. Τὴν μὲν ἐπιβλάστησιν ἀσθενῆ. quòd aggregatio imbecilla. peſſimé. Imò validiſſima. ſed ita voluit, vt docebamus. Humoris affluxum eam in partem eſſe validum: idcirco formari ex ea fructum poſſe, reſidẽte quidem ibi materia, quæ non defertur ſurſum ad germinationem: quia ἐπιβλάστησις imbecilla eſt. Ὥστ' ὀψιαιτέρας γινομένης τῶν προδρόμων, ἐπένειμέ τε, καὶ ἐξέπεμψε. Itaque humoris collectu iſto ſeriore Pomis præcoquibus arbor digeſſit atque exarat. Fortaſſe exeruit legendum eſt. Simpliciſſimè ſic. Quare dilata præcocis fructus generatione, his impartita eſt arbor atque eduxit, aut emiſit. Τῶν ὁμογενῶν, aſſociatis. peſſimé. Laxauit habenas currui Ciceroniano: cuius bigæ illæ erãt: generis ſocietate coniunctis. Ὁμοίας διαθέσεως γινομένης. Vbi ſimilis condita fuerit habitudo. Nullo modo accuratus Philoſophus τὴν διάθεσιν dixerit habitudinem. At ſuum illud Condita, rurſus occinit. Eſt enim διάθεσις affectio τὴν ἕξιν, tanto magis τὴν ἕξιν antecedens. Illa verba non ſunt in codicibus Græcis noſtris, ſiqua fertilis ac valida. Τὸ τελεούμενον ἀνθεῖ, quódque aſſiduè perficitur, floreſcere incipit. Omnino non cohærent. Simpliciſſimè: dum perficitur, floret. Omnino ſanè aduerbium illud ſuperſtitioſum. Illa omnia omiſit Theodorus, καὶ τούτων ὁμοίως μὲν εἰς τὴν βλάστησιν φέρεται τὸ τῆς τροφῆς, quod alimento ſupereſt, abire in germinationem. Quod validius atque elaboratius ſit, in fructum efformari. Et illa omnia addidit, antè augeſcit corroboratúrque, quàm aliquid pariat.

CAPVT III.

Tertii capitis argumentum. Fructus colores mutant. De Vite fuliginoſa. Punicarum tranſmutatio. In tempore maiore fieri, quàm ſit annua mutatio. De Lolio repetit & frumento. Horum omnium cauſæ.

TAΣ δὲ μεταβολὰς τῶν καρπῶν. Tertiam (quę reſtabat) aggreditur partem, quæ præter naturæ ordinẽ fierent in plantis. Ea erant circa fructuum mutationem. Recitat in vite Capnia cauſam, qua facilè mutentur colores per viciſſitudines, albus ſcilicet ac niger. Quia ſuapte natura medio inter hæc colore ſit, nempe fuliginoſo. An hæc illa Vitis eſt quam veteres Heluolã nominabant? Etiam de Punicarum mutatione refert hiſtoriam diligentiùs: tum veſtigat cauſas: à radice, ab aere. Illud poſt hæc pro axiomate, in temporis tractu fieri hæc: ſed latere nos. In poſtrema parte, de Lolii frumentíque viciſſitudinariis tranſmutationibus. Quam narrationem cur repetat cauſam reddit, atque ait rem confeſſam adducere ad faciendam de propoſita natura fidem. ſcilicet mutari fructus in arboribus. Τὰ δὲ μεταβάλλει. Duas tangit mutationes, coloris & ſaporis. Et iam ſuprà de Populo. De coloribus, propter Vitem Capniam. De ſapore, propter Punicam: de quo non ſemel iam. Cæterùm dubitabat ipſe verúmne eſſet de colore hoc. Itaque dixit καθάπερ φασί. Deinde moderatur cauſas admirationis cùm loco videtur attribuere: dicit enim ἐνιαχοῦ. Miſcet

tamen etiam tempus, ὅτε μὲν, ὅτε δέ. Tempus intelligo non tractum ipsius motus, sed qualitates sub tempore. Tempus enim non esse causam actiuam, satis alibi demonstrauimus. At hîc actiuas designat causas. Simul autem passiuam adiungit. Cùm enim Capniæ color sit purpuræ dilutæ, quẽ Heluolum dicimus, facilè ex eo medio naturæ opus diducitur ad extrema. Nempe quæ causa est vt sit colorata, ea causa cùm à loci temporísque viribus intenditur, intenditur item color ad nigredinem vsque. Sic fuscæ facies in sole fiunt atriores. contrà quæ causa facit vt color is dilutior fit, si à loco & anni qualitatibus euadit efficacior, detrahit sanè de tantillo eiusmodi ad albedinem vsque: sicuti fuscæ facies in vmbra remittunt aliquid de fuligine. Est autem flexus Atticus κάπνεως, vt ἀνδρόγεως. Duos autem declarat modos, vt quandoque omnes acini in tota Vite sint, aliàs nõ omnes. Causa est humoris maior minórve copia.

Διὸ καὶ οὐδ' οἱ μάντεις. Ostendit etiam in hominum opinione positam huius mutationis rationem. Superstitio nanque ex aduerso pugnat cum causis naturalibus. Illico enim si quid præter morem legésque communes euenit, ad deorum iram referunt. Ait itaque tam explicatam esse mutationis huius rationem, vt etiam vulgò recepta sit. Id adeò vt ne vates quidem quippiam ex eo momenti suspicentur ad futuri coniecturas. Cæterùm ridiculi sint arioli, magis etiam ridendi qui eis fidem habeant, si ex racemi colore fortunas metiantur. Vidimus enim in Vua nigerrima candidissimos acinos. Quin arte quoque fieri posse, docent libri γεωπονίας. Explicat autẽ causam quare vates eiusmodi conuersiones non habeant portentorum loco. τὸ εἰωθὸς οὐ τέρας. Monstrum enim est, quod præter ordinem fit naturæ. Sic enim in quarto De generatione animalium scripsit Aristoteles. At τὸ εἰωθὸς non est extra ordinem. Consuetudo nanque lex est. Αἴτιον δέ. Hinc est initium secundæ partis, in qua causas digerit. Ac primùm quidem non tam causam, quàm occasionem siue concausam ipsam facilitatem. Medius enim color inter extrema duo non est causa susceptionis extremorum. Ipse tamen vocat αἴτιον. Voluit dicere, principia esse duo in vno confusa. inter ea vbi conuenerit, consistere. Vbi suam vtrumuis sibi seorsum vindicet potestatem: illud quod validius fuerit, superare ita vt suum efficiat colorem, qui cùm esset medius, erat (vt ipse vocat) καπνώδης, fuliginosus: vnde & nomen. Ἑτερόχροοι. Alterius coloris, quàm medii, non tamen puri vel candoris vel nigredinis. Ita fluctuat: nec assentiri videtur huic opinioni. Idcirco vocat eam μικρὰν παραλλαγήν: quasi non coloris species à specie diuersa, sed speciei non mutatæ gradus quispiam proprius additus, aut contrarius demptus esse videatur. Ideo quasi negabundus verbum apponit odiosum δοκεῖ: quia etiam dixerat ἀποκλίναντες: vt fiant affines candoris aut nigredinis, non autem ὄντως, ac re vera tales. Αἰτία δ' ἡ τροφή. Tandem apponit causam huiusce promotionis. Fuscũ esse, si nigrũ & album spectes, alterius esse videtur initium, alterius finis. Non erit ergo mutatio, sed progressio atque perfectio vtriusque in eo medio inchoati. Cuius euentus causam statuit in alimento tanquã in agente, & in Vite tanquam in patiente. Itaque dixit ἀμπέλου διάθεσιν: rectè. Non enim aliæ mutantur, quia non afficiuntur: neque ipsa semper, quia non semper afficitur. Afficitur ergo non à loco, quà locus est. Nihil enim aliud locus est, quàm vacuum corpore plenum. Non à loco quatenus is aut ille ager est: semper enim solum idem. sed à loco, vt afficitur cæli impressionibus. Ob id dixit τροφή, vt explicaret quod dicebat, ἐνιαχοῦ & ὅτε. Dicat aliquis, Quomodo mutat alimentum? Nónne mutatur alimentum, & fit corpus? Sanè mutatur substantia. In omni enim nutritione fit generatio: tamen qualitatum vis manet. Ergo si pluuia multa incesserit absque calore, diluetur color. Si præualebit siccitas in æstu, discoquetur ad nigriorem fuscedinem. Sic ex alimento colores in pecore mutantur. Vnde & Xanthi fluuii nomẽ. Ita capitis pediculi atriores, quàm qui sunt in cætero corpore propter succi colorem. Et in cane candido pulices minus fului. Denique capilli Æthiopum atque Germanorum de hac re statuent. Vitis verò διάθεσις apposita est necessariò: propterea quòd actio non recipitur, quanta fieri quit ab agente, sed pro captu subiecti patientis. Nam Vitibus verè nigris non fuerit eiusmodi propensio ab illam mutationem in eo solo, & ab eo nutrimento. Τοῦτο μὲν οὖν. Concludit. Tam esse hoc posse, vt ne mirandum quidem sit. Nota loquutionem. συγχωρεῖται τῷ μὴ θαυμαστῷ. Conceditur atque admittitur etiam sine admiratione. Alius dixisset, συγχωρεῖται ὡς μὴ θαυμαστόν. Assentitur naturæ quę est extra miraculi censum. Ita resoluitur oratio hęc, χωρεῖ σὺν τῷ μὴ θαυμαστῷ. Procedit inter ea quę non sunt mirabilia. Τὸ δ' ἐπὶ τῶν ῥοῶν. Trãsit ad aliam partem, nempe ad historiam Punicæ mali, omissa Ficu: cuius naturam cum hac communem communi quoque causæ alligabit. Diuidit autem sic historiam. Aut fructum mutari solum (nam in superioribus hoc demum dicebat, ex acribus fieri dulces) aut arborem totam. Et ait, nostratibus (siquidem totæ mutantur) idem contingere, quod & Cilicibus & Ægyptiis. Hoc quoque suprà dixit. Omnino semper eleuat opinionem difficultatis, & ostendit proximè Naturã esse. Duas eodem modo causas dat: ait enim πάθος καὶ δύναμις: populariter admodum. Nam quis ambigit in omni effectu esse agens & patiens? Sed doce sodes, quid sit vtrunque. Neque facienda fuerat illa distinctio, εἰ μὲν ὅλων, & εἰ δὲ μὴ ὅλου. Nam etiamsi non tota mutetur arbor: at id fit nihilosecius per πάθος, quam dicebat ἀμπέλου διάθεσιν: & per δύναμιν, quam vocabat τροφήν. Nam (vti dicebamus) alimentum tametsi patitur in transmutatione, tamen transmutatum agit, afferendo secũ pristinas qualitates. Accuratiùs animaduertas minus accuratam loquutionem, εἰ δὲ μὴ ὅλον. ἀλλά ποτε τοῦτο συνέβη. Aduersatiua nota ἀλλά, non directò ad-

aduersatur. Nempe τὸ ποτὲ, non aduersatur τῷ ὅλον: sed τῷ ἀεί. Τὴν αἰτίαν ἀπολογητέον. Nota verbi vsum. Vt τὸ ἀπολογεῖν non semper sit in defensione positum, sed in cuiusuis causæ dictione. ἀπὸ λόγου τὴν αἰτίαν δοτέον. Ὡς ἐκ τοιαύτης γενομένη, καὶ κρατηθεῖσα, ὅ, τι ἂν ἐθίσῃ. Declarat πάθος, κρατηθεῖσα, superata. Declarat effectum, γενομένη. Declarat ἕξιν, ὅτι ἂν ἐθίσῃ. Eo sumpto habitu ex assuetudine producet, vt semel cœpit, porrò fructus. Sic habemus partitionis membra duo: in vno totius arboris, in altero fructus tantùm mutationem.

Εἰ δ' ἀνωμάλους ἤνεγκε. Nunc aggreditur tertium. Quoties fructus pars mutatur. Sicut in secundo membro fructus erat pars totius arboris. Ideo dixit ἀνωμάλους. Huius inæqualitatis assignat ab radice causam. Sed cautè, vt semper solet, καὶ εἴ τι μέρος ἄλλο κύριον. Tum siqua pars alia potens sit, & trahere talem succum & reddere. Hoc dixit animalium exemplo, quorum alimoniæ mutatio nõ tota fit in ventriculo, sed in iecore colorem accipit, quem postea mutat alibi. Non enim omnia membra rubra. Adeò prudenter ac doctè diuinus vir agit hic. Multi nanque sunt in floribus atque fructibus colores, odores, sapores, qui nulli sunt in radicibus: velut in Rosa, Intubo, Asaro, Peponibus. Quoniam verò plantarum partes valde sunt inter se similes: idcirco non discussit cuiusmodi pars esset illa quæ iecoris vicem gereret: sed in ancipiti ac vago dixit εἴ τι. Mirandum verò quãobrem non retulit ad animalium pilos, pennas, squammas: quorum varietas non solùm sequitur species, ita vt à nobis per ea distinguantur: sed etiam mutatur in indiuiduis. Mutatur verò in sobole, vt non referat parentes. Mutatur per ætatem etiam in equo bis. Alius color pullo per menses aliquot: alius pòst, ad caniciem vsque: qui affectus multis communis animalibus & mutat præcedentes, & alios excludit colores: vltimus enim est Caponẽ habuimus insigni magnitudine, ac propterea certum conuiuam. Is cùm ater fuisset totus, anno quarto tam factus fuit candidus, quàm erant alii quibus nulla pluma nigra fuerat. Quin equorum armenta in pratis habent colorem aliquanto remissiorem. Si fœno alantur, obscuriores fiũt: quòd si auena largiore saturentur, saturatur & color. Causæ dictæ sunt in quaestionibus.

Ἅμα δὲ καὶ τὸν ἀέρα. Etiam suo instituto addit aerem, multum enim attribuit aeri semper & vbique. In Scythica ora quæ ad Oceanum iacet Arcticum, animalia esse omnia candida, scripsimus in exotericis. In Æthiopia vltima candidi sunt elephanti. Et aura maritima flauos accolas fieri, docet Theophrastus in libro De coloribus. Operæ verò huius distributionem in varias plantæ partes etiam declarat Præceptor in secundo De partibus, καὶ τὰ ζῷα πάντα καὶ τὰ φυτά, κἂν εἰ μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ταύτην (intelligit τῆς τροφῆς πέψιν καὶ μεταβολήν) ἀναγκαῖον ἔχειν ἀρχὴν θερμοῦ φυσικήν, καὶ ταύτην πλείοσι μορίοις ἐνυπάρχουσιν. ὥσπερ αἱ ἐργασίαι τῆς τροφῆς πλειόνων εἰσὶ μορίων. Δόξειε δ' ἄν. Occurrit sententiæ quam quis afferre poterat. Ea est, Ab radicis diuersitate varios colores prouenire. Vt si ab radice nigra, nigri omnes acini: ergo acini quidam ab radicis parte quadam. Occurrit autem sic. Ex altera parte quarundum radices arborũ mutilas esse, aut alio quo modo deteriores. At fructus nihilosecius varios esse: propterea quòd in qualibet radicis parte vis illa confusa sit. Quam tamen adducit obiectionem, ea nõ tam tollit hanc sententiam, quàm fouere videtur. Nam quia non æquè vbique validæ radices, ne illarum quidem actiones. Ταῖς ῥίζαις ἡ αἰτία. Non separatim huic aut illi parti, sed toti radici: neque soli, sed & aliis partibus, quarum officium est acceptum ab radice in qua est prima, vt loquitur Aristoteles, λειτουργία. acceptum succum porrò concoquere atque colorare. Ideo dixit κύριον μόριον: pars quæ sit domina priorum functionum. Quemadmodum κύριαι δόξαι Epicuri, non ratæ, vt vulgò interpretantur, sed quasi quæ in cæteras omnes imperium haberent. Neque enim huiusce vocis ambitus ibi Latino vllo verbo capi quit. Nota τοιαύτην τὴν τροφήν. quia de qualitate sermo est. Nota λαβεῖν καὶ ἀποδοῦναι quia transmutationes hæ sunt partim ob alendum arborum arborísque partes: ideo λαβεῖν. partim ob fructus, idcirco ἀποδοῦναι. Ὁ δὲ καρπὸς ὁμοίως. Minor propositio syllogismi. Repetitur verbum ἀπὸ κοινοῦ ἔχει. Id est in tota Vite omnes acini inter se similes, aut nigredine aut albedine. at radicis partes dissimiles. Itaque huic naturę seruit argumentum, vbi totus racemus, omnésque itidem mutati sunt. At non seruit ei in qua pars tantùm variata est. ὁμοίως aduerbium opponitur illis, ἐκ τοῦ χεῖρον θάτερον. Sicut τὸ ἀναμεμιγμένως opponitur τῷ μερίζεσθαι. Nõ enim partiri vult, sed mistam esse vim. Itaque dixit πανταχῆ: at in radice non est illud vniuersum, quia pars altera vel desit penitus tota, vel eius portio.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως. Adhuc vrget, atque ostendit nõn esse efficaciam obiectionis. Tametsi radicis pars deest, tamen ab ea quæ non deest, totum ipsum suppeditatur ad succum. Id erat, ἡ τροφὴ πᾶσι. deest ὅμως. Non tamen hoc obscurat obiectionẽ. Dicent enim ex illarum defectu prouenire mutationem quæ omnibus partibus communicetur. πᾶσιν, scilicet βότρυσι. Ἐὰν δὲ πανταχόθεν. Quòd si radix integra sit, atque ex eius partibus æquè subeat alimentum, æquè item dispensabitur. quare non fiet variatio. Ecce, videtur hîc intelligere de acinorum varietate in eadem. Dispensabitur autem æqualiter, quia meatus recti sunt. Propterea dixit, εὐθυπορούντων τῶν πόρων. Et τὸ καθ' αὐτὴν ἑκάστη. Suam quisque racemus partem attributam ab suo latere vindicabit, quare non variabuntur. Quòd si variantur: ergo non secundùm rationis æqualitatem suam quisque trahet portionẽ. Hoc est οὐ κατὰ λόγον: vt possent obiicere aduersarii. Dixit ideo ὡς ἄν τις φθάσειεν. At non apparet ratio difformitatis attractionis. Non ergo est ab radicis partibus separatim. Hanc partem satis obscuram ac plus satis implicitam sic explanauimus. Nota loquutionem. εὐθυπορούντων τῶν πόρων. Meantibus

meatibus, vt δυλείαν δουλεύειν, paſsiuè: actiuè autẽ apud Lucillium, equitem equitare. Dixit πώς, qui neutiquam mathematicè & exactè recti ſunt.

Οὐ κατὰ λόγον. Si radix æquè vtrinque ſubeſt, & ſibi pars quæque trahit: non tamen æquè coloratur: non erit ab radice mutatio, ſed ab inæquali tractione. οὐ κατὰ λόγον, non pro rata. Ratum enim & ratio idem. hęc autem λόγος: à re ſcilicet. Quod enim eſt, res eſt & ratum eſt. Res autem à pecore quæ opes erant antiquorum, ῥῆς, & ῥὴν, & ῥήνη. Notabit fœmininum genus, καθ' αὑτὴν ἐχούσῃ, vt ad radicem referatur. Articulus autem τὸ, πρὸς τὰ μέρη, vel radicis, vel ſucci, vel ſuperiorum. Omnino ſuo more nos angit. Nota verba. Prius dixit πανταχοῦ, in loco: quia locis ipſis præſentem ſuccum deſignabat. Nunc πανταχόθεν, quia ſucci motum denotat per meatus ab radice. Et notabis modum loquendi, ἐκλείπουσί τινες ἀπὸ τῶν δένδρων: abſolutè poſito verbo cum præpoſitione, ac ſecundo caſu. Aliàs tranſitiuè ponitur, vt ἐκλείπουσιν αἱ ῥίζαι τὰ δένδρα. Ἐνίαις γὰρ συμβαίνει. Inſtat etiamnum ab radicis partibus ſeparatis non prouenire, ſed ab attrahente atque immutante vi. Argumentum eſt. Euenit arboribus aliquando vt radicibus integris atque inoffenſis, ipſæ ex dimidio ſui tantùm viuãt: ex altero ſemiſſe mortuæ ſint. Auget etiam rationis huius vim cùm addit, procedente tempore etiam redintegraſcere: partẹmque emortuam procidere ſubeunte viua, atque ita inſtaurari atque reſtitui. Vis igitur alibi quàm ab radice. Ἀναπληροῦσθαί πως τὸ ὅλον. Replere totum, ſcilicet parte quæ deerat ſummiſſo ſupplemento. Dixit πώς, non quia non ſit verus modus repletionis, ſed quia nouus. Ἐμπεριλαμβάνοντα, occupata atque incluſa parte ſana, atque ab ea mortuis partibus diſcluſis, quæ idcirco cadunt, quia non naturales: nõ naturales, quia ſiccæ. διὰ τὸ αὖον. Caſus cauſa, ariditas. Non enim erat vnum naturale, quia non ſub vna forma, ſed ſub vna dimenſione mathematica. Atque vna quidem quantitas vulgò videtur, non tamen eſt. Aliud enim eſt vnam eſſe dimenſionem: hoc enim abſtrahit intellectus à materia: aliud, vnam eſſe quantitatem. Quantitas nanque in materia eſt: at non vna materia viuentis, & nõ viuentis: non enim eſt vna forma viuentis & non viuentis. At materia eſt hoc tale propter formã. Ergo hęc propter hanc. Hoc verò fit in omnibus membris animalium, dentibus, cornibus, vnguibus, carne ipſa, protrudente parte ſana non ſanam. Quotidie verò videmus ἐμπεριλαμβάνεσθαι inſitionum cicatrices, quarum aliquãdo ne veſtigia quidem manent vlla. Et alibi diximus Fabros noſtros cùm arborem ad tignum ſecarent, ſerram offendiſſe ad robuſtum admodum clauum ferreum, qui penè in medio Quercus illius erat. Hanc autem de radice tractationem in ſuperioribus quoque vſurpauit. Εἰ δέ τις. Nunc à ramis potius accipit quàm à radice conditionem. Nam ſi alterius generis ſurculi inſerantur, & ſuum quiſque fructum ferat: non erit ab radice petenda cauſa. Cæterùm quia ſurculi ſunt actu diuerſi: ſui verò A cuiuſque arboris rami fructum producentes, ſunt actu ſimiles: ac propterea ratio minimè procedere videtur: ſolita modeſtia temperauit argumentum verbis illis, εἰ δέ τις καὶ αὐτὴ πίστις. Si quod afferemus, fidei quid facit? εἴη δ' ἂν καὶ ταύτῃ χρῆσθαι: qui voluerit accipere pro efficaci probatione: licet. Dicit autem dubitando: quia mox fieri poſſe negat. Ἐκ τῶν συντιθεμένων. Ex compoſitis: ſcilicet per inſitionem. Ὅτι μία μὲν ἡ ἄμπελος, vna fit Vitis. Vbi etiam videmus miſceri ſubſtantias, ſicut aſini & equæ in mulo, contra vulgatam opinionem. Ὡς οὐ μιγνυμένης. Sicut & ſuprà ἀναμιγνυμένης. Sic etiam εὐθυπορούσης: vt ſuprà εὐθυπορουμένων. Τοῦτο μὲν ἥκιστα. Negat hoc vnquam eueniſſe: quare nihil afferre momenti ad B probationem. Cuius ſententiæ pars vtraque falſa eſt. Quis enim non vidit in vna arbore vel quaternas inter ſe diuerſas inſitiones? Aut quis non videt, non ex radice, ſed ex ramis procedere variationem? Acceptum igitur ab radice ſuccum virtute ramorum immutari. Nota loquutionem, ἥκιστα πίστιν ἔχον. Habere fidem: paſsiuè. Nam vſitatè dicimus, fidem habeo huic rei. Αἱ δ' ἄλλαι μεταβολαί. Hîc alia Capitis pars, in qua tanquam ſuperiacto iam fundamento cauſarum ædificat aliarum cauſas mutationum: à ſucco ſcilicet. Ac ſunt admodum perſpicua. Εἴτε χρώμασιν. Quia color in Vua. Εἴτε χυλοῖς: ſapor in Punica mutabatur. εἴτ' ἄλλῳ τινί. Referre potes ad odorem, atque etiam magnitudinem. Ἀλλοιοῦσι καὶ μεθίασι. Aut mutant in aliam ſpeciem qualitatis: C aut relictam qualitatem efficiunt remiſsiorem. Hoc dicit, quia ex acido quod dulce fit in Punico mutatur in aliam: in Capnia color medius remittitur ad album, aut intenditur ad nigrum. Vtrunque eſt μεθιστάναι illud: μεθίεσθαι. Vtriuſque, ſicut & alibi appellat ἔκστασιν. Egreſsio eſt illius à tota ſpecie, huius à gradu. Has autem mutationes eſſe vel in melius vel in peius: quæ enim è ſemine proueniunt, euenire deteriora: quę ex inſitione prodeũt, euadunt præſtantiora. Item à natura: cùm Lolium in Triticum, in Lolium Triticum abit. Proinde dixit, ὁτὲ μὲν κρατούμεναι, ὁτὲ δὲ κρατοῦσαι. Πλὴν ἐνταῦθα. ſcilicet in iis quæ à ſemine proueniunt. Id quod ſuprà quoque dicebat. De arboribus tantùm intelligendum: & fortaſſe verum non eſt. Perſicos enim ac Prunos excellentes habemus ex ſemine. Nam in aliis quis ferat? Si enim verum D eſſet, iam Triticum haberemus nullum. Præterea ſi Lolii Triticíque mutua eſt viciſsitudo, non erit in peius ſemper. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐξειργασμένων. Similitudo ſeruatur, nec perit adhibito ſtudio ac diligentia. Ἐξειργασμένων, cauſam deſignat, cultum ipſum: ἡμερωμένων, effectum, cicurationem. An verò etiam in agreſtibus æquè falſum? Si enim è ſemine quod delabitur oriuntur arbores parentibus deteriores: iam ipſa nemora omnia tot poſt ſecula degeneraſſent. Quòd ſi de arboribus iiſque ſolis Vitibus intelligit, præter id quod obiecimus, hoc quoque adiungendum eſt, enatæ è miti ſemine arbori ſi cultus adhibeatur, neutiquam degene-

degeneraturam. Nempe etiam è montibus in hortos Aſparagi tranſlati olitorum opera cicurantur. Et ratio eſt vniuerſalis. Si locis certis incerto ſeminio veniunt arbores ab æquiuocis principiis: eæque non degeneres, vt Quercus, Ilex, Suber, aliæ: quare non prouenient æquè feliciter è principiis propinquioribus? Sunt enim ſeminum naturæ perfectis arboribus affiniores, quàm remota illa ſeminia occulta, æquiuoca, in ſinu terræ. Actu enim iam quiddam ſemen eſt, & ſecunda potentia: illa verò longinqua. Ἁπλῶς δ' ὥσπερ ἐλέχθη. Illi ſemper hæret opinioni, non eſſe veram ſed vmbratilem mutationem. Ideo dixit μικρὰν μεταβολήν. Tamen hanc temperat audaciam tertię addita conditione, ſic ὅπου μὴ ἡ χώρα μεταβάλλει. Tandẽ igitur omnes reſoluit cauſas ad terræ vim, quemadmodum ſuprà deducebat ad alimentum. à terra nanque alimentum. Hoc dixit, quia negare non poterat (quas ſuprà narrabat) in Ægypto atque Cilicia mutationes. At in terra noſtra non aſſentitur. Id quod eget attentiore conſideratione. Nam ſi terrarum facies omnes cæli vultibus conſtitutæ, tales conſeruantur, talibus obſequuntur: quamobrem ſiquo tempore cæli proportio ſiderúmque conuentus euenerit: non item in agris noſtris eiuſmodi queat euenire mutatio? Non enim terra, quà terra eſt, mutat: ſed quatenus hæc. At hæc eſt non fortuitò, ſed à fato. Fatum autem, vis cæleſtis in rebus naturalibus: quæ multis modis variiſque momentis admirabili nouitate creat quæ antea nunquam viſa ſunt. Τὰ δὲ τοιαῦτα. Declarat aliud apoteleſma, quo affectum infert huiuſce mutationis. Longo fieri tempore, non autẽ ἐπέτεια. Alibi ſignificat anniuerſaria: hîc ſimpliciter anni tractum. Vt intelligamus particulatim qualitates introduci. Nihil enim repentinum vel patitur vel molitur natura. Per media nanque fit motus ad extrema: vt eſt in ſecundo de generatione, in ſexto Phyſicorum, in libro De affectibus miſtorum. Fit ſanè & actio & reſiſtentia.

Ὥσπερ οὐδὲ τὰ ἡμερούμενα. Nam in iis quoque mutatio eſt. Cultu ſcilicet miteſcunt, atque leges accipiunt temporis ſpatio. Quemadmodum ea etiam quæ efferuntur, neglecta ſcilicet, paulatim amittunt illud naturæ beneficium quod ex humana induſtria compararant. Ideo dixit καὶ ἀγριούμενα. Μέγα δ' οὖν. Repetitio cum epilogo, tres ſimul coniungens cauſas, χώραν, θεραπείαν, τροφήν.

Θεραπεῖαι ῥιζῶν. Quoniam ab radicibus alimentum. Dixit τινές: quoniam ſuus cuiuſque partis cultus eſt. Rami putantur: truncus muſco liberatur: cortex finditur: radix ablaqueatur, mutilatur, raditur, cuneo clauóve figitur. Εἰ μή τις. Omnino & multas cauſas, & multum temporis ad hanc requiri mutationem. Videtur ex antiquis ſenſiſſe quiſpiam, euenire id paruo tempore: adeò inſtat hîc Philoſophus. Addit enim, quòd ſi non multo fiat tempore: ne multam eſſe quidem illam. Tum autem latere nos tempus illud. An verò motus omnis ſenſu percipiatur, an momenta quædã ſenſum prætereant non percepta (vt ſentit Philo- A ſophus in libro De ſenſu & ſenſili) non eſt hîc locus, niſi ineptis. Alimentum affert materiam. Tres ſunt efficientes cauſæ: vna extima, cultus: vna interna, qualitas, eáque in duobus, in alimento & in terra. Ac præter haſce calor: vnus externus in aere, ſique ab ſole: duo interni: alter peregrinus, à terra, quaſi à matrice: alter in planta. Ἐπὶ ἔνιγε τοῖς ἐπετείοις. Summa eius ſententiæ vbique eſt, aut nullam eſſe mutationem penitus, aut non ſubſtantialem, ſed accidentium tantúm. Itaque & bis alibi aut negat, aut ſic moderatur: & hîc mox ne de Lolio quidem liberè aſſentitur: ſed dubitanter audet illa dicere, εἴπερ ἄρα συμβαίνει. Quamobrem cũ ei mutatio τῶν ἐπετείων obiici poſſet: prius negauit in iis tam paruo ſpatio, tam inſignem poſſe contingere mutationem, cùm dicebat καὶ οὐκ ἐπέτεια. Et B nunc occurrit, aſtque non conuenire comparationem. Ideo dixit οὐδ' ὁμοίως. Ratio diſsimilitudinis: in epeteis, facilitas ex imbecillitate: in arboribus, difficultas ex robore. Proinde dixit οὐ θαυμαστόν. Quare? quia οὐκ ἄλογον. Ad quæ duo item ſubinfert. Nam quod ſæpe contingit, non facit admirationem. Et quod habet cauſam, non eſt ἄλογον. Ideo ſubdit τὴν αἰτίαν. Sed quia ipſe non aſſeuerat, duas appoſuit appendices odioſas: vna eſt in verbo οἴεσθαι: altera in aduerbio πως. Vt neque ſit certa cauſa quæ ſita ſit in opinione, οἴεσθαι: neque integra, quæ ſit πως, non autem ἁπλῶς. Αἴτε ἐπομβρίαι. Cauſa mutationis Tritici in Lolium: de quo alibi planiſsimé. Εἰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν αἰρῶν. Quia mutationes epeteorum non videbantur abſurdæ propter imbecillitatem, quæ erat cauſa vt Triticũ à Lolii graſſatione pateretur: quomodo (dicat aliquis) hæc valebit ratio in illa reciprocatione, C qua Lolium ad Triticum retrò deſciſcit? Non eſt difficilis reſponſio: tametſi nullam ponit hîc, ſed ſolùm ait θαυμαστότερον. Ratio ergo eſt, vtrique natura quædam communis, ſub qua differentiæ ſitæ pendent à ſuis quæque cauſis. Eę cauſæ igitur quum ita inter ſe affectæ fuerint vt alterutra vincat, ex illius victoria ſequetur effectus. Planiùs declaretur. Lolium ſi eſt Tritico validius imbrium tempore, ſqualloris tempore imbecillius erit. Vincebat ibi: vincetur hîc. Μεθισταμένων ἄρα. Concluſio videtur propter notam ἄρα. Et tamen eſt propoſitio concluſionem antecedens. Eſt enim concluſio, in mutatione plantæ. Propoſitio, in mutatione cauſarum, quas nominat ἀέρα καὶ τροφήν.

Ἀλλὰ ταῦτα. Excuſatio in accuſatione. Ait e- D nim, de his plus ſatis. Sanè omnia penè repetita. Nota actiuum participium in quarto caſu, συμπεριλαμβάνοντα. Non enim referri quit ad verbum εἴρηται. Præpoſitio ἐπὶ, ſignificat tractum prolixitatis.

Lego εἴπνες ἐκ λάκων, non autem ἀείπνες εἰ. Et οὐδ' ἕτερον, non οὐδέτερον. Et κρατυνθεῖσα ὅ, τι, non κρατυνθείσῃ ὅτι. Et φύσειεν, non φθάσειεν. quanquam hoc quoque tolerabile: ſed illud vſitatius. Et συμβαίνει καὶ ζῆν, non ζῇ. Et ἐμπεριλαμβάνοντα, non ἐκπεριλαμβάνοντα. Et αὐτὴ πίστις, non αὕτη. Et ἑκάτερον τῶν μερῶν, non ἑκατέρων. Dixiſſet enim ἐξ

ἑκατέρων aut ἑκατέροις. Et χρώμασι, non κρέμμασιν. A Vbi etiam inscitè liquida geminata est.

Theodorus ὀξεῖς, acutos. Hoc sonat Latinis vox: vt apud Iureconsultos & agricultorum libros œconomicos, vinum acuere: quod alibi, acescere: & ὄξυ, acetum. Barbari tamen nostri hoc Ponticum dicunt. Acre autem, acutum. Καπνέων, Vitem, Fumidam interpretatur. Heluolam ab antiquis dictam puto. Fuscam etiam vertere potuit: hoc enim est φώσκον, frequens Hippocrati verbum. Τοὺς μὲν λευκοὺς ἐνίοτε, τοὺς δὲ μέλανας. Alias omnes candidas nigrásve promiscué. Malè addidit promiscué. sunt enim separatim omnes vel candidi vel nigri acini: at in ipsa Capnia sunt promiscui colores duo hi. Συγχωρεῖται τῷ μὴ θαυμαστῷ, concedi facilè potest. B Non implet orationis efficaciam. Quam culpam sustinere oportet multis in locis interpretes recentiores. Acceptum enim sensum adumbrant sæpius, non illustrant: neglecta verborum designatione: cuius tamen haud negligens autor ipse fuerit illius sententiæ. Malè igitur omisit causam τῆς συγχωρήσεως, καὶ τῆς συμφάσεως. Est autem in illis sita verbis, τῷ μὴ θαυμαστῷ. Quia non sit admirabile, admittendum esse. Ἀπολογητέον, imputanda causa: transferenda. Theodorus omisit illa omnia, ὡς ἐκ τοιαύτης φυομένη, καὶ κρατηθεῖσα ὅ, τι ἂν ἐθίσῃ. Ἀνωμάλως, enormiter. Norma Latinis est, quod Græcis γνώμων: dimensiones additæ duobus Quadrati lateribus, quibus prioris spatii quantitas augeatur, non mutata figura. Id etiam triangulo apponi potest. Eius proportionis vicem quoque gerat circulus maior minorem circumscribens. Vox autem Latina hæc refert etiam nunc Græca væstigia. quasi C γνώειμα. Sic etiam notum, dicimus Græcum γνωστόν. Ratio vocis est, quia regula est angulorum rectorum: quæ idcirco Squadra dicitur. Non igitur ἀνώμαλον, enorme significat. Nanque ὁμαλότης ne in ipsa quidem norma est. Non enim æquabilitas est in duabus lineis: quia punctum commune est semper inter diuersa, sicut quies inter duos motus. At motus qui ad alium motum per quietem mediam adiungitur, neutiquam est ὁμαλός. Dicet aliquis, hæc morosa esse, atque etiam propiora calumniæ. His ita respondemus, nostras commentationes auersas ab ignauia vulgi quærere sibi aures studiosas veritatis. sanè, Enorme significat quod egreditur è legibus rationis. At hîc ratio est euentus huius, atque adeò talis, vt ne admiratione quidem dignam putet Philosophus. D

Μέρος κύριον, pars principalis: rectissimé.

Ἢ καὶ ἀναδιδῶσι τὴν τροφήν. Theodorus addidit, vel variè coxerit. Αὐξανόμενα δέ. Hoc omisit Theodorus, & transmutauit in Demum, & ἐμπεριλαμβανόμενα, recreatis: neque rectè, neque fideliter. Obductis. ἀνάληψις, recreatio est: nempe resumptio corporis ex alimento. At hîc, partium subeuntium complexu obiri. Συμπιεζομένων κλημάτων, Palmitum compactio. malè expressit Græcum. Sed insitionis modum ostendit habere necessitudinis proportionem cum iis quæ panguntur in terra. Εὐθυπορούσης τῆς τροφῆς, recto tramite fluatur. Monstrosum verbum. Et addidit assiduè: temerè admodum. Non enim est necessarium. Καθάπερ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν σπερμάτων φυομένοις. Quemadmodum etiam in frugibus euenit. Pessimè tam amplam à Philosopho acceptam naturam suo arbitratu tam arcto gyro coercuit. Nã etiam olera suprà mutari dicebamus, Rapã, Brassicam, Mentam, ac præterea Linum ipsum. Ἔχει τὴν ὁμοίωσιν. Similitudo animaduertitur. ἔχειν, naturæ est: animaduertere nostra interest. Animaduertimus, quia est. Est, quia habet. Cincinni sunt hi. Ὅπου μὴ ἡ χώρα μεταβάλλει, vbi nihil ager mutatus est. Non bona fide. Imò vbi non mutauit. Nanque ager mutari queat, nec mutare: quippe vbi non sit διάθεσις, quam dicebat in planta. Itaque consultò actiuum posuit Philosophus: temere neglexit Theodorus. Quin in Cilicia & Ægypto mutat ager, nihil mutatus ipse. Καὶ οὐκ ἐπέτεια, nec annus sufficit vnus: optimè & commodissimé. Τὰ ὁμολογούμενα, quæ latissimè patent. Quæ omnium consensu recepta sunt.

CAPVT IIII.

Quarti capitis argumentum. Non esse verum, Vitem fructum tulisse aliquando, frondes non tulisse. De Olea, similia.

TO δ' ἐνεγκεῖν ἄμπελον. Tribus expeditis (quas proposuerat) partibus, quartam addit præter illas inter ea quæ videntur non naturaliter euenire. Veluti cùm persuasum fuit, visam cum fructu Vitem sine frondibus. C Ita prosequutus est suprà, τὸ ἀλλόκοτον, καὶ τὸ ἄλλως, καὶ τὸ ἀλλοῖον, ἀπὸ τοῦ ἔχειν: nunc autem ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν. Non proposuit autem inter cæteras partes partem hãc: quia non putat veram. Quare & vt falsam arguit: & agricolarum suspitionem interpretatur. Ait ergo, protulisse folia quæ fuerint imbecilla, atque idcirco delapsa sint. Miram verò apponit causam imbecillitatis: quippe fructus copiam. Nam quẽadmodum in frequentia fructus folia sunt infrequentiora, ita etiam debiliora. Casui ergo obnoxia. Id Oleæ probat exemplo, itémque Amygdali: in quibus si crebri fructus proferantur, proinde subducto succo, & paucæ, & paruæ, & debiles frondes oriantur. Tum probat inductione. Vbi D sera vindemia est, racemos in Vite seruari prolapsis foliis. Id quotãnis videtur in Vineis Circumrhenanis. Hoc quoque deprehendi in Ficu. Hoc etiam in genere quodam Prunorum colore viridi, sapore suauissimo, figura ascauli: vnde vulgò *cornamusa* nominantur. Ὡς μὲν ὅλως εἰπεῖν. Vel quòd nullam penitus frondem tulerit: vel quod tã paucas, vt pro nullis haberentur. Ideo subdit, ὡς δὲ μικρός. Οὐ πιθανόν. Non dixit, οὐκ ἀληθές: modesté. Ὡς ἐνταῦθα. scilicet ad fructus. Et multam & validam dicit esse materiam: nam si pauca sit, euenire potest ne frondes ferat. Sin imbecilla, aut vtroque versum subeat aut neutrorsum. Ob id

id apposuit vtrunque. Ὅταν ἀναγκασθῶσιν. Omni- A no est vt in aphorismo. Multa vrina fluente aut sudore, demi de aliis excrementis. Sic Philosophus in secundo de partibus, naturam partiri tum operam, tum materiam maxima ex parte. Oratoriam deinde molitur asseuerationem quum ait, διὰ τὸ πλῆθος οὐδὲ φαίνεται τὰ φύλλα. Ob fructus frequentiam atque obiectum, visum intercipi, quominus folia cernantur. Si verbum illud φαίνεται capiatur in suo simplici significatu, indigna Philosopho sententia est. Quare, vt & suprà non semel faciebat, pro eo quod est extare aut exire, posuit. Καὶ ἄλλα μικρά. Quasi velit dicere καὶ ἄλλως. Et alioqui si edantur frondes, tum pusillas esse ita vt pro nullis haberi queant: tum imbecil- B lia, vt prolabantur, ac propterea relinquant in arbore speciem nuditatis. Repetita ratio, quam statim præ se ferebat in fronte quæstionis.

Τῆς φύσεως ἐνταῦθα ὁρμηκυίας. Aduerbium hîc fructum designat, sicut & suprá. ὡς ἐνταῦθα πλείονος καὶ σφοδροτέρας ὁρμῆς γινομένης. Vbi est ὁρμή, sicut hîc ὡρμηκυίας. Vbi vides, sicut & alibi apud hunc & apud omnes, quã temere atque agresti animo Thucydidem taxet Halicarnassensis: quòd aduerbia ponat ad nominum vices gerendas. Ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἀνθεῖν. Vitis cùm serò floret, serò fructificat, serò maturat fructus. Cadunt igitur interea frondes. Laxiuscula loquutio, ἐν τῷ ἀνθεῖν: ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸ ἀνθεῖν. Non enim dum floret ὀψίζει, sed antequam floreat. Nota verbum ὀψίζω. Item duo nomina peculiaria, θρῖα, pro foliis Ficuum: & οἴναρα, pro foliis Vitis. Nota etiam breuita- C tem, τῶν θρίων, scilicet ἀντί. Etiam notabis aduerbium similitudinis ὥσπερ, non eodem modo. Hîc enim ὥσπερ καὶ ἡ συκῆ τῶν θρίων: rectè. Refert enim affectum Ficus ad affectum Vitis propter similitudinem: vtrique enim cadunt folia. At priore loco vbi dicit, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἀνθεῖν ἡ ἄμπελος: ad quid refert? Nam sanè de Vite hîc & agit & agebat. Dicendum, de Vite quidem agi, non tamen eodem modo. Et ὥσπερ non referre τὴν ἄμπελον, sed euentus similitudinem ab alia causa. In quæstionis solutione causa erat à vi naturæ quæ à foliis ad fructum se conuertebat. Hîc causa est ab opera serotina. Vtrobique euentus idem, defectus aut lapsus foliorum. Ἰσχυρότεροι γάρ. Causam dicit quare delapsis foliis remanent fructus. Quia, inquit, firmiores. Quæ ratio? D διὰ τὸν μίσχον. Propter pediculum siue peciolum. Duplex autem causa est firmitatis: vna in robore ipsius pediculi, quod est vel à crassitie vel à rigiditate, vel à lentitudine propter neruos ac materiam viscidam: altera est in cohæsione. Ideo dixit καὶ τὴν προσάρτησιν. Tertia causa externa est: idcirco minutius dixit οἱ δέ: quasi dicat ἐνίοτε δέ. Quidam, inquit, frigore durati compactíque sunt. Causæ verò sunt omnino ab se inuicem seiunctæ. Potest enim peciolus robustus esse, nec tamen hærebit robusté. Veluti si valentissimus vir super ponte putrido sit aut cliuo glaciato. Τῶν μὲν γὰρ φύλλων. Si folia sicciora sunt, facilius hauritur à frigore quantillum habeat succi. Cadent itaque, propterea quòd humor glutinum est partium terrestrium: vt est in secundo περὶ μορίων. At fructus succum nequit exugere frigus, propter copiam. Densat igitur. Ideo dicit: Τῶν δὲ καρπῶν. In fructibus humor superest multus violentiæ frigoris. Hæc prima ratio, διὰ τὸ πλῆθος. altera, καὶ τὸ μᾶλλον ἔχειν θερμότητα. Non iungitur τὸ μᾶλλον cum θερμότητα. diceret enim θερμότητος. sed iungitur cum ἔχειν. Alia loquutio, τοῦτο μέν. Subticet præpositionem διὰ τοῦτο. Παραπλήσιον. Auget Historiam alia Historia. Simili euentu abire frondes Oleæ, deinde fructum prodire. Sanè rem adducere non potuit similiorem: si prius abiece- B rit frondes Olea: postea verò fructus tulerit. Obserua loquendi modum, ὑπακούουσι τοῦ ψύχους: in secundo casu. In superioribus, ὑπακούει τῷ ἀέρι, in tertio: vt nos, dicto audientem esse. Πεπανθεὶς γάρ. Ostendit fructus in permanendo pertinaciam. Nonnisi maturus, inquit, cadit: ante id tempus, nequaquam: idcirco ῥαβδίζουσι: perticis decutiunt. Legunt enim ad olei maiorem commendationem antequam penitus maturescant. Verbum hoc etiam suprà vidimus. Græci non habent vocem qua nostram exprimant perticam, à pertingendo, virgam longiorem: *latam* Vascones vocant. Μᾶλλον ἰσχύει καὶ προσήρτηται. Expressit voces superiores illas, ἰσχυρότεροι, & προσάρτησιν.

Lego μίσχον, non σμίχον, sicut & suprà, & in C Historiis.

Theodorus ὡς μὲν ὅλως εἰπεῖν: si ex toto dixeris. Id est, si neges omnino nulla tulisse folia.

Ὅταν ἅπαξ γίνωνται, cùm constiterint. Omisit ἅπαξ, in quo sententiæ tamen est efficacia quædam. Διὰ τὸν μίσχον, ex soliditate pecioli. Malè addidit soliditatem. Non enim ea sola causa est, sed & crassities & viscíditas, & neruorum rigor: quæ omnia esse possunt absque soliditate.

Προσάρτησιν, retinaculi: minus bené. Retinaculum est substantia: προσάρτησις, relatio aut habitus. Aliud est cohum, aliud cohæsio. προσάρτησις est fructus ad arborem: retinaculum est arboris ad fructum. Quæ siquis dixerit, à me morosiùs exagitari: sciat is hanc obiectionem esse calumniæ propiorem quàm animaduersiones nostras. Ne- D que iniquiore animo interpretetur diligentiam, quæ à se omnia, quoad fieri potest, exactè præstari debere contendit.

CAPVT V.

Quinti Capitis argumentum. Quòd ligna quædam germinant naturaliter. De arborum Ilithyia.

TAῦΤΑ μὲν οὖν καὶ ὅσα ἄλλα. Quia suggerebantur alia quæ viderentur exire naturæ leges, sicut & hoc de quo verba faciebat: vt cætera persequatur, interponit verba παραβάσεως. Hæc & alia eiusmodi causas

A.

habere peculiares, non autem pro monstris accipienda: sicuti ne ea quidem quæ sequuntur: quorum primum est, recisa ligna & abiecta, repostáve germinasse. Id quod erat contrarium superiori: ac propterea certo capite disiungendum: quemadmodum fecimus nos meliore consilio quàm Theodorus. Τὰ μὲν ἐξ αὑτῶν, τὰ δ' ἐκ περιέχοντος. Duas causas naturales: internam vnam: vt quando dixit Sycomorum suapte natura βλαστικήν: Ficum, πολυειδῆ. Alteram externam ab aere, veluti cùm suprà dicebat μαλακὸν, & dudum ὀψίσῃ. Ab aere nanque fit sæpe, Vinea vt serò floreat: aliquando ab arte, nempe quum serò putatur, aut importunè ablaqueatur. Ἐπεὶ καὶ τὰ αὐτόματα. Hoc est huius Capitis argumentum, ad quod transit. Dixit αὐτόματα, spontè: quia destituta sunt terræ fotu atque principiis manifestis: non enim humo sunt infixa. Καθάπερ τὰ ἐλάϊνα. Hoc quoque suprà dixit. Διαβλαστάνοντα. Non solùm βλαστάνοντα. Quasi suo naturali impetu succum foras trudentia. Εὔζωα. Quasi recisa viuunt nihilominus. Neque solùm viuunt, sed germinandi quoque pollent facultate. Ideo addit καὶ βλαστικά, vt & sibi viuant & germinibus. Propterea dixit οὐκ ἄλογον: quia φύσει. At monstra omnia præter rationem. Natura enim est consulta res & ratio. Addit causam quam & in superioribus, cùm ait: Διὰ πυκνότητα, καὶ ἔγχυμον. Habent succum internum. Habent ergo materiam, & habent densitatem. At in densitate obseruantur duo: vnum est, succi copia. Densum enim, cuius partes plures in minore ambitu. Alterum est, multum facultatis ad continendum succum, simul ad resistendum aeris resolutioni.

Καὶ ὅταν ἔξωθεν. Respondent illis hæc, τὰ δ' ἐκ τοῦ περιέχοντος. Quum verò dixit ἔγχυμον, quare humorem potius requisiuit quàm calorem? Non negat quod subiicuit: sed humorem externum τὴν ἰκμάδα postulat ad mollitiem, quæ multum iuuat (vt in primo dicebatur) eruptionem germinum. Et humor internus libentiùs infunditur foras ad extimum, cuius similis est. Ideo dixit ἔξωθεν: quia ἰκμὰς illius subit ab aere in lignum mota. Propterea dixit λάβῃ, tanquam principium germinationis. Et dixit τινά. nempe & in quali quæ non putrefaciat: & in quanto quæ non obstipet: sicut obstipat Alni ligna aqua, sub qua mersa sunt. Prohibet enim exitum propriæ humiditatis. itaque non putrefiunt.

Ταχὺ δίδωσι. Non vacat aduerbium. Nanque & illam propensionem designat τοῦ βλαστικοῦ: & operæprecium est vt expediant celeriter germinationem. Alioqui diuturniora vitæ principia non possent intus absque radice conseruari: tanto minus generandi facultates. Κατορθούμενα, καὶ ἐν ὑγρῷ τόπῳ. Hoc consentit supradictis quũ dicebat τοὺς χάρακας βλαστάνειν. Ideo κατορθούμενα, erecta. Atque (vt agricolarum verbo vtar) scitissimo, statuta. Nam statumina dicuntur apud eos ridicæ, pali, pedamenta. Igitur (si non displicet) dices statuminata. Theodorus legit κατορωρυγμένα, malè, si obruta sunt: non enim germinabunt. Si id capiat ἀντὶ τοῦ πηγνύμενα. rectè. Cæterùm non id significat. Infoditur Oleæ quoque talea non tota vt sit obruta, sed vt extet aliquid. Καὶ ἐν ὑγρῷ. Respondet illis ἰκμάδα λάβῃ. Πλὴν εἴ τι χρόνον. Vult dicere, si plantata sint, etiam multo pòst tempore germinare. Hoc videmus in Salicum genere. Item in loco humido si sint. Quòd in alio si sint loco, illa quoque germinant nihilominus, modò recèns de matrice recisa sint. Proinde dixit ὕστερον μικρῷ. Ἅμα δὲ τῇ ὥρᾳ. Adiungit aeris beneficium ex anni tempore. ὑπόγυιον, quod præstò est: verbum vsitatum Præceptori, Plutarcho, Demostheni, aliis: sumptum ab agricolis: quemadmodũ dicimus περὶ ποδῶν, πρόχειρον, πρόσφατον: sic quod esset sub aratro, iam paratum esse. γύης enim aratri pars, Latinis dentale. Τούτῳ δ' ὁμοιότερον. Consimiles horum naturas & Scillæ dicit esse. Quãdoquidẽ Scilla germinet etiam reposta. Quin & alia bulbacea & legumina. Id adeò plus vt artis requiratur ad prohibendum ne germinent, quã faciant admirationis quòd germinant. Est enim lentus intus humor qui non resoluitur, & vim habet retinendi caloris naturalis, à quo deinde διοικεῖται succus ille. Habet tamẽ natura hæc exempla longè efficaciora, sumpta è Semperuiuis, quæ etiam sine radice tum viuunt diu, tum germinant frondes & flores, tum pariunt sibi similes in specie soboles. Subtilius autem dixisset, Τοῦτο δ' ὁμοιότερον τοῦ ἐπὶ τῆς σκίλλης, quàm τούτῳ δ' ὁμοιότερόν τι καὶ ἐπὶ τῆς σκίλλης. Quia naturæ legibus apertis propior est Squillæ germinatio quàm ligni. Referenda igitur hæc ad illam. Nobilius enim aut notius est semper finis comparationis. Sanè est in Squilla (radix enim est) manifesta natura: in ligno naturæ proportio ad germinandum. Ὡσαύτως δέ. Altera Capitis pars. In superiore tractabat vniuocam germinationem: quippe ex Oleæ ligno frondes Oleæ: at in hac æquiuocam, nempe ex ligno pilam. De hac etiam in Historiis, vbi scribit Ilithyiam appellatam, quasi dixeris, parturitionem. Contingere verò Abiegnis potissimùm lignis. Rationem reddit: nequis perinde atque prodigium interpretetur. Ἀνειμένου γε ὄντος. Molli aere ac remisso. Metaphora à funium laxata contentione. Ἢ ἐνυπάρχουσα ὑγρότης. Hoc respondet illi ἔγχυμον, & illis ἐκ τοῦ περιέχοντος. Duæ igitur causæ: vna interna patiens, materia: vna externa agens, tepor aeris. Tertiam addit huius comitem, extimam humiditatem, quæ illi internæ foras à teporibus euocatæ occurrit, atque ita vna cum illa fit vt concrescat in tumorem, creétque pregnãtis arboris speciem. Ideo dixit ἡ ἔξωθεν, quæ respondet illi ἐνυπάρχουσα. Et προσαπτομένου, quæ respondet illi συρρυεῖσα. Ἐπάγη. Verbum scitissimum. Quoniam tumor is non est naturalis: ideo congelatum succum dicit. Nam sanè non est gelu compactum: siquidem ex aere molli

molli: mollities autem à tepore. Itaque mox etiam, ποτίου καὶ ὑγροῦ ἀέρος. Vt ex his non fit πάγος. Adde, quòd pila illa nõ dissoluitur à calore. Quin etiam solis vi durescit porrò magis. Καὶ οὐ πάντα. Similis, inquit, in statuis ligneis cùm sudant ratio: quoties adblanditur eis Austrina tempestas tempore suo suáque humiditate. Haud tamen omnia: sed quibus modò tenuis succus inest. Dat exempla Cedri, Cupressi, Oleæ: ex iis enim fiebant statuæ: quòd minus sit ea materies obnoxia corruptioni. τὰ ξόανα, statuæ, à stringendo & poliendo, ξύειν: vnde & delubra dicit Seruius appellata: quia delibrarentur. Quin etiam è crassioribus animaduertimus, vt Populo & Salice. Quanquam Populus tenue quid habet in crasso: vnde lentor & odor. At Salix omnino terream continet aquam. Hæc ita Philosophus. Cùm tamen & marmorea templorum signa, & ænea viderimus appendentibus guttis sudantium præbere speciem: & ea ligna vetustate succum omnem omiserint eum qui intus fuerat: equidem arbitror aerem tepidum illis adhærescentem, nactum superficiei frigus aliquod, cogi quasi in lachrymas. Nam illorum oculis tale quiddam stillãs, pro lachrymis, me puero, quondam receptum, atque inter ostenta vulgò relatum fuit.

Lego τὰ μὲν ἐξ αὑτῶν, aspiratè: perpetua penè inscitia librariorum: vbi non antecessit consonans quæ potuerit aspirari, vt καθ' αὑτά, ἐφ' αὑτοῦ, ὑφ' αὑτῶν: tunc enim admoniti ab aspirata consonante legem seruarunt reciprocationis. Ex se, non ex ipsis. Lego ὑπογύου, non ὑπογύου. Et καὶ ὅσα ἰδίᾳ τῶν ξοάνων, non autem δεῖ. Verbum apud Præceptorem in Problematis.

Theodorus βλαστικά, prona ad germen fundendum. Propensa ad germinationem. Nouè nimis dicerentur germinacia, vt mordacia, viuacia. Τὸ ἔγχυμον, humiditatis. Omisit, internæ: vocem alioqui necessariam. Τῶν ἐκβλαστανόντων, quæ suspensa germen emittunt. Etiam non suspensa, sed in ipsis tabulatis. Quare malè suo arbitratu circumscripsit sententiæ libertatem. Ἀέρος ἀνειμένου, aere eblandito. Imò Theodoro eblandiente atque lasciuiente. remisso. modificato.

Σφαιροειδὲς, rotundum. Etiam circulus est rotundus: at non est σφαιροειδής. Globus Latinè, & pila, σφαῖρα. Ἐν οἷς δὲ λεπτή, in quibus aliquid pinguedinis est. Non bona fide. Aliud γλίσχρον: aliud tenue. Σημεῖα, prodigia. Non omne σημεῖον prodigium est iis qui Latinis purè loquuntur. Prodigium est σημεῖον tetra significans: quod aruspicum prudentia disciplináque expiatur. Dictum quòd porrò agatur, id est auerruncetur. Vt, exempli gratia, si ancilla mea bicipitem pariat fœtum, portendit enim duos heros in mea familia. At non fuit prodigium quod Tarquinio regnum designauit. Ostentum igitur est σημεῖον, genus ad vtrunque. Τέρατα verò, prodigia: vnde & teror noster. Monstrum quoque à mouendo tantùm, sicuti σημεῖον à designando. Vnde & Iunonis cognomen.

CAPVT VI.

Sexti capitis argumentum. Naturæ opus esse, quod è plantis enascantur plantæ. A casu fieri nonnunquam, delato semine aliunde. Etiam à putredine prouenire.

ὍΣΑ δ' ἄλλα συμβαίνει. Alium prosequitur euentum, haud tamen absimilẽ superioribus. Enascitur aliquid ex aliquo præter morẽ & peculiari forma. Similis hæc Historia priori: quatenus nascitur viuens in viuẽte. Alia differentia, quando nascitur alienum ex arbore nõ congenere, velut in Platano Laurus. Duæ hîc causæ. nempe aut à putredine, vt in Quercu muscus. Hîc natura simplex. Aut concurrente casu. veluti si ex arbore vicina deciderit in cauum, aut in rimam semen: quemadmodum si subiectæ Platano inseratur à vento Lauri bacca. Sanè in sinum Salicis delata fuit à pica Iuglans. Est nobis in suburbano Salicetum sub Vineis continenti muro septis, ac proinde infrequenti. Quamobrem furtiuas Glandes vt in ea condant loca, gracculis ac picis facilè persuadetur à solitudine. Itaque tot Quercus è Salicibus exortas videmus, quot ibi Salices qua cæsæ fuerant, putruerunt. Ὅσα δ' ἄλλα. Cùm dicit esse alia, satis monet hinc alius Capitis initium esse faciendum. συμβαίνει, quoad rem. προφέρεται, quatenus est in opinione hominum. Τῶν τοιούτων. Ostendit esse aliqua ratione similia, ac propterea in horum classe statuenda. Ἢ ἁπλῶς περὶ τὰς ἐμβλαστήσεις. Non est alia pars diuisionis, sed explanatio in summa quid sit illud τοῦτο: ait innasci quasdam in quibusdam. Ideo dixit ἁπλῶς, nequis id Lauro tantùm euenisse putet. Simpliciter: quasi dicat, in sũma. Ἐκλανθανούσης ἀρχῆς. Duas causas quasi complicatas statu[redacted] manifestum: puta, si non est innatæ arboris in illa[redacted] arborem delapsum semen: suspicandum est subesse putredinem quampiam, aut omnino aliquam alterationem. Sub vnius causæ ambitu coniunxit latentis principii nomine duo hæc, quæ tamen inter se longè sunt diuersissima. Nã putredo secum defert alienam materiam: alteratio materiam inuentã parat nouis qualitatibus ad arboris futuræ formam. Idcirco addit ἄλλως τε καὶ πολὺ διεστώσης. Permultum enim distat à Platano Laurus, vt multis opus habeat interpolationibus. Quo in loco vides nostram de Visco sententiã hac fulciri sententia. Sola nanque alteratione produci posse plantas in plãtis, ex subsistẽtis plantæ cõmunibus principiis, quæ symbola vocãt sapientes. Sic in Lentisci atque aliorum folliculis culices innasci dicebamus alibi, non ex putredine, sed ex principiis quibusdã alteratis, vt hîc ait πολὺ διεστωμένων. Sic è Thymbra Epithymum sine semine, sine putredine. Itaque ait. Οὐκ ἄλογον. Non ab re. Nascitur enim pulex inter canis pilos ex humore succido. At pediculus in homine sano, atque è cute erumpẽs, vbi nulla putrefactio, sed è rore purissimo qui mẽbro supererat. Neque est maior ratio, vt præuia sit

putredo huiuſcemodi generationis, quaſi principium quoddam, quàm in terra vnde naſcitur herba ſine ſemine. Nam quemadmodum non eſt neceſſe putreſieri ſemen, vt ex eo planta generetur: ita neque ſeminis proportio, quæ eſt in principiis terræ. Sic & Apuas è maris ſpuma nihilo magis habere putredinem pro parente, quàm ſal habet ipſum mare. Non enim in ſpuma ſalſa putredo eſt. Sed admiſta pluuia, multóque aere in ſpuma concepto, cæli vis ſeſe induit atque fœcundat interna. Propterea tum obſcuriſsimis, tum apud profanũ vulgus maximè impiis ambagibus profitebatur Trimegiſtus, eſſe deum marem ſimul ac fœminã. Hæc præclara: ſed obturbat Philoſophus deinceps: ait enim. Καὶ ἔμβρυον. Tum concipiat arbor ſemine recepto: ſed ita demum ſi intus habeat terreum putre quiddam. Quaſi verò terram, cui mandantur ſemina, neceſſe ſit, ſi concipiat, putreſieri. Nihil infelicius hoc iudicio. Nam quẽadmodum alieniſsimarum ſurculi in alienigenam impacti coaleſcunt, atque tum dant, tum accipiunt mutuas naturę leges ad fœturam ſine putrefactione: ſic omnino fit & hîc. Ἀλλ' ἡ τοιαύτη. Collatio communis naturæ in his & in Viſco. ſcilicet ſemine delato. Nos tamen oſtendebamus, ibi ſemen inſidere non poſſe: quia cortex ſit læuiſsimꝰ, quia vento ramus agitatus: quia hybernis imbribus eluatur. Et ibi nihil terrei, nulla rima, vt ad muſcum & polypodium, nulla radix. Cortex firmiſsimus. Vnio viſci & arboris adeò vna, vt ramo nulli vlla firmior. Quare arboris cornuum proportionem ſuô loco dicebamus. Et hîc cũ ait per diſiunctionem, ἢ ἀλλοίωσιν, ſeorſum fieri à putrefactione, dedit nobis arma quibus aduerſus ipſum tueremur veritatem. Ἢ ὡς διὰ πλείονος. Alia hiſtoria longè admirabilior: nempe in æreo tripode platanos. [redacted]. Voluit in tripode terræ nonnihil extitiſſe, in quam fuerit delatum ſemen. Sic ex ara Palmea. Sed hoc mirum minus: illa in ara ſi frequens non fuit ſacrificium. Sanguis enim hoſtiarum craſsior & pinguior: & cinis materiam ſuppeditare quit: neque abeſt fotus à reliquiis caloris. Quod ſi non diu vacauit à ſacrificio: non poteſt. Non enim paruo eget tempore ad efformationẽ. Pii viri qui non negant dæmonas, & eorum reſponſa meminerunt ex Hiſtoriis, vafráſque fallacias ad irretiendos animos hominum falſa religione, dicent, aliunde illam in aram illámque in tripodem tranſlatas arbores, quaſi plantaria. Διὰ πλείονος. Sanè maius eſt inter Platanum ac Tripodem naturæ interuallum, quã Laurus & Platani. Suprà igitur πολὺ διεστώσης. ita hîc διὰ πλείονος διϊστάσεως. Τῇ ἐκ τῆς γῆς. Vides breuitatem: nempe τῇ σήψει, ἢ ἀλλοιώσει. Ὥσπερ ἐκ τῶν τοίχων. Demonſtrat non poſſe ſine terreo fundo ſemen adoleſcere, plantarum exemplo quę in muris oriuntur. Sic è commiſſuris laterũ cæmentorúmque videmus exire Parietariam, vbi ſordium quippiam ſit coagmẽtatum. Idcirco in parietinis crebrior, quia putres magis. Idem intellige de lutea, & leone, & violis, & caprifico, lichene, veneris vmbilico, aliis. Dixit λιθίνων: quia ex luteis parietibus, & craticeis atque integerrinis, & ſubliciis merone farctis, non eſt mirũ: terra nanque ibi manifeſta: è quibus Lolium murinum frequentiſsimum. συῤῥοή, vox vſitatiſsima huic Autori ad collectum humorem declarandum, ob materiam generationis: ἐπιῤῥοή, ad humorem aduentitium, ob materiam alimenti. Ἀλλὰ μὴν τοιαῦτα. Ecce quemadmodum adhuc iactatur incertus iudicii: quaſi fateri coactus etiam ſine ſemine, ſine putrefactione gigni. Diſtinguit enim manifeſtè hîc τὸ αὐτομάτως, quaſi caſum diuerſum à principiis naturalibus cognitis nobis atque apertis: & ab eo quod per putrefactionem conſtituitur, cùm dicit ἅμα τῇ σήψει. De Lauro quæ ſequuntur, plana omnia.

Lego ἄλογον, non ἄλογον. Et τῇ τῶν ἰξίων, non ἰξυῶν.

Theodorus ἢ διὰ πλείονος: quanquam eſt longior: imò longius.

CAPVT VII.

Septimi Capitis argumentum. Arbores aliquas corruiſſe aut erutas fuiſſe, ac poſtea reſtitutas.

EἸ ΔΕ ΠΟΤΕ δένδρον ἐκπεσόν. Abſoluet ſimul cum hoc Capite totam hãc τῶν παρὰ φύσιν tractationẽ. Quæ caſu quopiam collapſa fuerit arbor, qua naturæ machina de integro reſurgat ac reſtituatur. Nanque hoc & Platano & Salici contigiſſe, ſcripſit etiam in Hiſtoriis. Ait impulſam venti vi corruiſſe: contrario vento ſublatam. Admodũ perſpicua delectat nos oratione, quæ non indiget interpretis opera. Ἐκπεσόν. E ſuo loco, non ex alto: ἐκ. Scitiſsimè diſputat ſuper hac præpoſitione Cicero, in oratione pro. Ὑπὸ χειμῶνος. Vt eximat miraculi ſuſpicionem. Nam ſi abſque tempeſtate auulſa eſſet, id verò pro miraculo haberetur. Καὶ τὸ μὲν ἐκ ἀφῃρέθη. Communis euentus vtrique caſus. Nunc narrat differentias. Nam è Salice nihil fuit amputatum, niſi quantum ramorum præfractum fuerat in ea prolapſione. At Platani brachia reciſa omnia: & quod maius eſt, etiam nonnihil è trunco dẽptum ſecuribus. Hoc eſt καί τι παρεπελεκήθη. τὸ παρὰ, prętera inſuper. Alibi πελεκίζω: hîc πελεκέω. Nota loquutionem deſignantẽ portionem. δίδω μοί σοι τῶδε. non totum. Sic τῆς πλατάνου ἀφῃρέθη. Et tamẽ duos quartos caſus huic verbo attribuunt Attici, ἀφαιρέομαι σε τόδε. Τὴν δ' αἰτίαν. Perpendit iudicio reſtitutionis cauſis. Nã Platano quòd fuiſſent ablati rami, docet faciliorem fuiſſe reſurgendi poteſtatẽ, quia pondere leuata ſit: Salici, quia non fuerint abſciſſi rami ab eis prohibitam, ne penitus proſterneretur: quinetiam eorum nixu ad ſeſe tollendum iterum, adiutam: poſtremò eoſdem maiorẽ vim venti concepiſſe, vt quaſi velo impellerentur ad priſtinam conſtitutionem. Atque hæc quidem ſuper erectione. Addamus aliquid more noſtro. Ecce vtraque iam erecta eſt: vtra verò commodioribus fruetur principiis ad reliquum vitæ pro-

prorogandum? An oberit Platano mutilatio: Salicem iuuabit integritas? non. Quæ arbores agricolarum opera transferuntur: eæ præciſis brachiis, ſi adultæ iam fuerint, pangere cautio eſt. Conſeruatur enim minore ambitu commodius calor naturalis. Αἰτίαν ὑπελάμβανον. τὸ ὑπὸ, ſignificat occultum quid: vnde etiam ὑπόληψις, quæ cum opinione ſæpe coniungitur à Philoſopho. Ἀνίστασθαι πάλιν ὅλην. Quid tum poſtea? Quia enim eius pondere in contrarium librata eſt, tum ne procumberet penitus, tum vt τῇ ἀντιταλαντεύσει reſtitueretur. Διὰ τὸ ἐμπίπτειν τοῖς ἀκρεμόσι. Quaſi in velum flatus incubuerit. Ῥοπὴν ἐποίησεν. Adepta eſt pars quæ iacebat, impetum venti atque librationem. Cúmque eſſet corpus continuum: ſicut ad ruinam traxit imam partem vertex: ſic poſtea verticem traxit ima pars ad erectionem. κατασπᾶσαν. Neutrum eſt: ſcilicet τὸ μέρος. Διὰ τὴν περικοπήν. Leuitas profuit ex amputatione. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα. Excuſat ſe. Non enim pertinent ad eam naturam quæ eſt in plantis internum principium vel ad vitam vel ad functiones. Sunt ſanè fortuita, cauſáſque peregrinas habent. Quare ad alia tranſeundum.

Lego ἤδη πάλιν αὐτόματον ἀνέστη. Omnino deeſt verbum maximè neceſſarium. Et ἐν Φιλίπποις μὲν ἰτέα, ἐν Ἀντάνδρῳ δὲ πλάτανος. ſic enim in Hiſtoriis. Et καί τι. Aliquid abſciſſum ſecuri: non autem καί τοι. Quanquam hæc lectio non eſt aſpernanda: perinde ac ſi dicat, atque inſuper.

Theodorus πάλιν αὐτόματον ἀνέστη. Reſtibilis ſpontè facta eſt. Feſtiuam ſanè audaciam. Reſtituta eſt. Factum iterum vt ſtaret. Omnino Latinè, reſtituta eſt. Παρεπελεκήθη, circumdolata. Videtur legiſſe περιεπελεκήθη. Non tamen verum eſt, circumdolatam: ſed amputatam. Dolare aliud eſt quàm ſecare: aufertur enim dolando cortex, atque etiam è corpore ipſo, quantum eſt inutile ad opus quod paratur. Itaque interdum quadrantur, aliàs rotundantur, nonnũquam alia quoque imponitur forma ex ablatione. Ὑπελάμβανον τὴν αἰτίαν. Theodorus rectè legit ὑπελάμβανον. Cauſam, inquit, eſſe putarunt. Si in ſingulari legatur: is erit ſenſus, τὸ δένδρον τὴν αἰτίαν ἐσχηκέναι, ὅτι ὑπελήφθη. Acceperunt cauſam à vento reſurgendi. Κινήσαντος, promouerit. Hîc oblitus fuit principiorum Latinitatis. Promouere, eſt prorſum mouere quod iam motum eſt, atque in eam quidem partem in quam motum eſt. At ventus ille οὐ προσεκίνησεν, ἀλλ' ἀντεκίνησεν. retruſit. Ῥοπὴν ἐποίησεν ἐγκείμενον τὸ μέρος, καὶ κατασπᾶσαν ὤρθωσεν. Theodorus attribuit totum opus attractionis vento: & omiſit eam (quam dicebamus) librationem. Hæc enim eſt ῥοπὴ, vt in trutina. Aſsignat autem huic effectui cauſæ portionem trunco, propter onus terræ quam traxerat, & qua etiamnum premebatur. Ἐκινήθη ὁμοίως. permota pariter eſt. imò dimota. Neque pariter: non enim ſimul, ſed ſimiliter. Καὶ ἀνάσπασιν εἶχε τῆς γῆς, terræque euulſum non minus habebat. Videtur feciſſe Euulſum, ſubſtantiuum. Quid ad ſententiæ fidem faciant illa duo Non minus, equidem ignoro.

CAPVT VIII.

Octaui Capitis argumentum. Quomodo fiat vt Vua naſcatur abſque vinaceis. Quomodo Vitis eadem candidas nigráſque ferat Vuas. Quomodo poma diuerſa ferat Punica. De arborum neceſsitudinibus.

EΠΟ'ΜΕΝΑ δέ πως. Hactenus eam tractauit partem, qua docet eorum cauſas quæ præter naturæ leges videntur in plantis euenire: id quod primo loco propoſitum fuerat. Nunc ea proſequitur quæ περιττὰ ex arte dicebantur. Et eſt altera libri pars. Arabes Philoſophorum ſubtiliſsimi ſua monumenta partiuntur in libros pro materiarum ſummis faſtigiis: libros digerunt in portiones, quas tractatus vocant: quibus multa diuerſa quodammodo alio modo ſimilia continentur. Propter eam affinitatem vno ambitu concludunt: propter diuerſitatem diducunt in particulas minutiores, quæ Capita dicuntur. Græci veteres omnes confuſi, quaſi venantes, non tanquam perfuncti venatione, væſtigant quod docere inſtituunt: non oſtendunt inueſtigata. Etiam ipſa natura ſua diſtincta Capita ſæpe conturbant, aliqua diſtracti ſimilitudine. Quemadmodum & contingit aliquando diuino Præceptori, & hîc Autor non ſemel alibi committit, nec minus ſequenti faciet Capite, vt videbimus. Hoc interea Capite declarat exemplum quod initio libri propoſuerat, de Vua agigarta, quaſi dicas illigna. Lignum enim vocat Plinius vinaceum. Item de Vuarum diuerſis in eadem Vite coloribus: ſicuti de variis in eadem malo Punica pomorum ſpeciebus. Cauſam quum explicauit, & artis modum, oſtendit fundatam eſſe in naturæ principiis: idque repetita hiſtoria τῆς ἀναδενδράδος.

Ἑπόμενον δέ πως. Conſequens ſuperiora. Quia ſecundo loco propoſitum fuerat de iis quæ περιττὰ dicuntur ab arte proficiſci. Vbi animaduertendum, hîc τὸ περιττὸν eſſe, ſicut apud Præceptorem in prima ſectione ὑπερβολή. Ibi enim exceſſum intelligit, quancunque aberrationem atque egreſsionem à medio: ita vt etiam pro defectu capiatur exceſſus neceſſariò. Ita hoc loco: quum aliàs τὸ περιττὸν ſignificet abundans atque ſuperfluum: hoc exemplo τῶν ἀγιγάρτων, denotat defectum. Vt περιττὸν non ſit exuberans in partibus, ſed in ordine naturæ. Exit enim communes eius leges tranſlatitias. Φανερωτέρας. Sanè ſunt in iſtis manifeſtiores: quia videmus ipſas cauſas, quarũ noſmetipſi miniſtri ſumus. Quamobrẽ certiſsimæ conferi queunt demonſtrationes. In quibus nihil aliud quærendũ ſupereſt quã modus cohæſionis cauſę cũ effectu. At in naturalibus non ſolùm affinitas hæc latet nos ſæpe, verum etiam ignoratur ipſa cauſa. Ἐξαιροῦντες τὴν

μήτραν. Mirum ſanè, ſi medulla cor eſt. Et mirum, ſi à laxiore parte, qualis medulla eſt, denſiſsima pars, cuiuſmodi lignum. Et mirum, quando in ipſis inſitionibus ſi læſa ſit medulla, totam operam fruſtra eſſe, quod vulgò pro certo habetur, verum eſt. Quanto magis ſi tota eximatur. Id quod cùm à nobis curatum fuit, non ſolùm operam, ſed etiam Vitem ipſam perdidimus. Acutè queat aliquis afferre pro ſimili affectu nerui naturam. Is enim ſi totus incidatur, non conuellitur: aliqua ex parte læſus, conuellitur. Verùm haud ſimilis ratio eſt. Non enim motum habet medulla quo ſe retrahat ad principia ſua, ſi malè affecta ſit. Ὅταν συνέχοντες. Rationem dicturus artis, qua fit vt eadem Vitis candidas ferat & nigras Vuas, vtitur verbo parum commodo, συνθλῶσι. Quoties palmitis dimidium contunderint. Noſtrates agricolæ noxam ex contuſione dicunt afferri. Cædi volunt ac radi, læuatóque vulnere, æquata coniungi labra labris. Participium verò συνέχοντες, quid hìc agat, equidem ignoro. Voluit dicere συζεύγνυντες. Duo ſarmenta diuerſi coloris Vuas ferentia contundunt ab latere, deinde coniungunt qua parte hiant, quáque communicari ſuccus poteſt. Mihi videtur aperiri ferro longè commodiùs licere. Πλὴν τοῦ κάτω. Haud totum ſarmentum contundunt, ſed integram relinquunt inferiorem partem: qua ſcilicet ſubire ſuccus poſsit.

Σύμφυτοι γάρ. Ab Autore aut à Librario repoſcendum verbum γίνεται. Cæterùm quia σύμφυτοι generis eſt maſculini, neque reſpondet generi neutro τῶν κλημάτων: mendum exiſtimo: ſubſtituerímque verbum συμφύεται. Deinde ſubdit axioma periculoſiſsimum, σύμφυτον γὰρ ἅπαν τὸ ζῶν τῷ ζῶντι. Quis enim mentis compos audeat animum traducere cum tali commeatu per omnia viuentia? Nam neque animal cum animali, neque animal cum planta, neque cum planta planta omnis. Neque ſi addideris quæ ſequuntur verba pro antipharmaco, ὅταν ἀφελκωθῇ. Nam quod ait μάλιστα ὁμογενὲς, concludit etiam diuerſa genera. Si potiſſimùm congeneres naturæ: ergo etiam alienigenæ. Omnino hìc tres Philoſophiæ aſſeclæ deſiderantur, diligentia, ſimplicitas, veritas. ἑκάτερος δὲ καθ' αὑτόν. Ecce iterum ſub genere maſculino. Tamen dixit κλήματα. διέισιν, tranſmittit, tranſitiuè: aliàs abſolutè, tranſmeat. Μὴ ἐπιμιγνυμένως. non promiſcuè. Id eſt ſeorſum, in ſuo quicque racemo. At quod dicebat, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ τὰς τοιαύτας, τὰς δὲ τοιαύτας. Omnino hìc hæret cauſa, nec procedit. Nam ſi nigra Vitis ad nigros trahet ſuccum, in eundem racemum quando quóve modo ſeorſum trahet album? Ὥσπερ καὶ οἱ ποταμοί. Pulcherrima parabola: ſicuti Melas & Cephiſus, quorum aquæ tametſi concurrentes, tamen ſuum vtraque colorem ſeruat. Sic Hypanis & Boryſthenes, ſi alterius craſsitiem, alterius ſpectes tenuitatem. Ἑκάτερος. Quemadmodum ſuprà dicebat, ἑκάτερος καθ' αὑτόν: ita hìc ἑκάτερος εἰς τὸν αὑτοῦ πόρον. Neque miſcentur vbi concurrerint, hoc eſt ἐνταῦθα δ' οὐδὲν συμβάλλουσι. Scilicet in alueo non confunduntur: quem ita communem habent, vt & iuncti procedant, & diſiuncti ſuum vterque ius tueatur. Id ſignificat παρ' ἀλλήλας: vterque ſecundum alterum. Ταυτὸ δέ. Tertia hiſtoria Punicarum, quæ huic ſimilis eſt atque etiam eadem. Similis ob eam diuerſitatem: quando varios item fructus Punica fert: eadem (quoniam neque confunduntur ſucci) & ſuo quiſque ductu ſeſe expedit. Ῥοαὶ ἢ μῆλα. Neſcio quare ſpecie poſita genus ſubdiſtinxerit, niſi & Punicarum & aliarum Malorum naturam agnouerit communem. Ideo dixit in ſummo genere, ταυτὸ δένδρον. quaſi ſit ῥοαὶ, ἢ καὶ ἄλλα μῆλα. Τῇ σφύρᾳ. Suprà dicebat συνθλῶσι: hìc μαλάξωσι. Malleo caſtigant virgarum duritiam, vt hiatibus laxati corticis admittatur ſuccus ad vnionem. Σχεδὸν δέ. Hiſtoriam dilatat ad maiores arbores, ne quis putet in Punica ſola fieri. Tamen cùm Malorum fecerit mentionem, maiorum quoque genera complexum fuiſſe neceſſe eſt. Addit autem euentus facilitatem cognoſci magis in agreſtibus, vt in Ficu. Non adiunxit rationem. Apponenda eſt à nobis ex ſuperiorum librorum fundamentis. Sunt enim agreſtes robuſtiores: & in ſolo idoneo, non ab arte fortuitò, ſed naturæ principiis conuenientibus deſtinato. Περιπλακεῖσαι. Potius προσπλακεῖσαι aut συμπλακεῖσαι: niſi dictum velit προσπεπλεγμένη καὶ συμπεριδεδεμένη. Καὶ τούτων. Sanè hìc ea tractat quæ perficiantur arte: quod vt oſtendat, in naturæ fundamentis eſſe conſtitutum, apponit earum arborũ hiſtoriam, quæ ſimul initæ ſocietatis occultu viuunt neceſsitudine, ita vt ſi altera tollatur, altera pereat. Hoc & ſuprà dixit. Eò verò tendit: poſſe, quorum applicantur ſucci, in vnam coaleſcere arborem, longè quidem minore negotio quàm ſi diſtent. At diſtantes vna quodammodo arbor ſunt. Quæ tametſi & ſpecie diſtant & loco, atque earum quædam etiam nocent, vt Edera: tamen adeò fit vtriuſque naturæ communis natura vna, vt alterius interitus alteri afferat interitum. Ad efficaciam probationis pertinent illa, non eſſe ὁμογενῆ, ſed ὁμοβλαστῆ: neque σύμφυτα, ſed σύντροφα tantùm. Ideo minus placet quod dicebat, ὅταν λάβῃ τοιαύτην σύμφυσιν: non enim ſunt σύμφυτα, ſed σύμβια. Συμπλακῇ καὶ δέξηται. Si ſemel admittant mutuos complexus. Hoc ideo dixit, quia vult eſſe προσφιλῆ, id eſt ἀλληλόφιλα. Nam quædam non admittuntur, vt hoſpites: ſed inuadunt, vt tyranni: quales Ederæ. Itaque ſubtilius Grammatici. Aiunt enim lupum φιλεῖν oues, at non κήδεσθαι αὐτῶν. Amat ita Quercum Edera: cæterùm eius commoda non curat, ſed ſua. Illæ verò aliæ tum amant, tum amantur viciſsim. Περιφυόμενα, circumadnata. καὶ ἐμφυόμενα: non ſolùm προσφυόμενα. quia ſeſe ſuis radicibus in arborem induit Edera. Seſe inſinuantia. Αὐαίνεται γὰρ θάτερον. Sanè diſpar ſocietas, quoties alter alterius pingueſcit ſucco. Πολυφορεῖν μὲν οὖν. Epilogus in quo familiariſsimo exemplo inſitionis demõſtrat quantũ cauſarum profeſſus eſt: quoties pluribus ac diuerſis ſurculis arbor eadem oneratur.

deſideramus ſubtiliorem reſolutionem. Quippe ab imo vtraque arbor tam Vitis quàm Punicæ integra eſt: ad medium inde coaluit. Inde vtriuſq; pars iterum abſcedit ab altera: & ſibi facit. Quid mirum, ſuum quenque ſuccum trahere: quando ſurculus inſitus etiam alienum trahẽs ſuccum nihiloſecius tranſmutat in ſuum? Ratio eſt in principiis vitalibus quæ inſunt in anima. At anima tota eſt in qualibet parte: quod & in fine capitis ſequentis declarabitur aduerſus Hippocratem pro Ariſtotele. Quòd ſi coniunctis illis ita palmitibus, ſuprà σύμφυσιν illam factam recidatur: vnius tantùm modi fructum feret ea quæ ſuperſtes erit pars: ac ſuum quidem. Quo ex loco videmus, radices non eſſe principium ſpeciei ad formam, ſed indiuidui ad vitam, ob alimenti miniſterium. Ideo non ſatiſfaciunt quæ ſequuntur. Ἀρχὰς γὰρ ποιήσει φύσις πλείους ἀπὸ μιᾶς οὐσίας. Qui multis inſeruit ſurculis vnam arborem, multa fecit principia, multáſque naturas ab vna ſubſtantia. hoc autem verum non eſt. obturbat enim præpoſitio illa, ἀπό. nempe non ab vna ſubſtantia ſed à multis in vna. illud eiuſdem notæ quoque eſt. Ἐκεῖνο δὲ ἐξ ἀρχῶν πλειόνων μίαν οὐσίαν τῇ φύσει. Qui duas Punicas in vnũ coniunxerunt, fecere pluribus ex principiis vnam ſubſtantiam in natura. Nihilo enim magis vna fit ſubſtantia ex pluribus, ex duabus coalitis inter ſe Punicis, quàm in duobus coalitis cum matrice ſurculis. Oratio Philoſophi rotũda & ſubtilis: ſed propiùs perpẽdenti nõ ſatiſfacit.

Lego πλὴν τοῦ κάτω μέρους, deleto articulo τὴν. Et συμφύεται, non σύμφυτοι. Et εἰς τὸν αὑτοῦ πόρον, aſpiratè, non αὐτοῦ. Et ῥάβδους, non ῥόδους: Et καὶ διὰ τὴν ἀφέλκωσιν, non ἢ διά. Et καθ' αὑτὸ, nõ κατ' αὐτό. Nihil intereſt, vtrum legas ἐκεῖνο, an ἐκεῖνος.

Theodorus, περισκελῆς: paratu operoſo. Quemadmodum dicebamus, operoſum eſt, difficile, quódque multum exigit operæ, ac laborioſum. At, quid operoſum in Punicarum cõiunctione? παρασκευή, ſimpliciter apparatum ſignificat. Συνθλῶσιν ἑκατέρου τὸ ἥμισυ. Theodorus addidit partem ſuperiorem: quia dicit πλὴν τοῦ κάτω μέρους. Συμφύεται. compages vna coagmentatur. non eſt compages ſed cognatio. compages eſt cohærentia beneficio fixionis. at hìc eſt natura. Sic mox σύμφυτον, ſociabile. peſſimé. dum ambitioſè vult variare: ſanè ſeriò variat, ſed infeliciter: nempe auertit à puro ſignificato. nam ſocius eſt à ſequendo, vt ſecus. qui ſecundum me eſt, non eſt idem mecum. ad σύμφυτον idem eſt. Ἀφελκωθῇ, colluxata. At luxatio eſt dimotio ex loco naturali, παρὰ τὸ λύειν: luo, luxo: ſicuti veho, vexo. Præterea verbum id nõ ſignificat vulnus, ſed vulneris finem, propter prępoſitionem ἀπό: ſicuti debellare & depugnare, apud Iureconſultos obduxerint cicatricem. ſic mox διὰ τὴν ἀφέλκωσιν: διὰ τὸ οὔλωσιν. Ἐνταῦθα δ' οὐδὲν συμβάλλουσιν. in his tamen nec inuicem alimenta iunguntur. Poſuit aduerſatiuam, tamen pro diſiunctiua δέ, & aduerbium, nec ambitioſé. Ἵνα συμφύωσι. addidit de ſuo: vt parte contuſa faciliùs cohæreant. imò coaleſcant. Τῆς συμφύσεως. complexum, coagmentationémque gerunt. Verbũ ineptum, Gerunt. Sed neque complexus eſt σύμφυσις (hoc enim eſt συμπλέκεσθαι) quod ſanè antecedit. Coagmentatio verò etiam remotius, quaſi coaceruatio. Hę labes afferuntur Philoſophiæ à loquendi religione. Τὸ στέλεχος, molem. Longè & ab interpretis fide, quã ſemper pręſtare debet, & à paraphraſtæ ſedulitate, quam ſæpe profitetur. Προσφιλῆ. mutuò deiunguntur amore. Sicuti de amore non eodem modo ſignificat, quo deſtruere: neque quo dilaudare: ſed quæ præpoſitio ponitur in orationis ſerie: vt amo te de hac fidicina. At hìc deiungere, non ſequitur ſimilem Etymologiam. deiungere, potiùs eſt vt abiungere. Μὴ ὁμογενῶν, verſigenera. opinor, ſicuti verſicolor. fortaſſe rectè. Mihi tamen videtur non omnis nouatio neceſſaria. Verè verſicolor erit in pauone pluma colli, quoniam colorem mutat ſua verſione. Sic pãni quidam ſerici, quos iccirco vulgus *Cambiantes*, fluxionis origine Græca vocat. Ἀναδενδράδος. de Vite Fico nupta. laſciuè. Latinè fortaſſe dicere queas, Scandulam. Περιφυόμενα, καὶ ἐμφυόμενα. ſuo complexu atque irreptatu. irreptione, mollius. adhęſione, fidelius.

CAPVT IX.

IX. capitis argumentum. Fructuum, radicúmque magnitudo quibus artibus paretur: item apii criſpitudo. Item ſemina quomodo fiant grandiora.

Τὰ δὲ τῶν καρπῶν μεγέθη. Non eſt dubium lectis iudiciis, hinc eſſe in noua materia nouum caput exordiendum. tractat enim magnitudines arte comparatas. Ideò Caput vnum deinceps erit, non multa, quot fecit Theodorus. multas habet partes tamen, ſed confuſas. primo loco fructuum magnitudo. ſecundo radicum, tertio item fructuum. quarto obturbat, ac de figura loquitur, quippe apii criſpitudine. quinto radicum repetit magnitudinem. ſexto ars inſtituitur ad bonam plantarum habitudinem. ſeptimo ſeminum magnitudo. octauo ſeminum mutatio certo mangonum commento. Huius ergo farraginis confuſas partes nõ licuit ſeparare: propterea quòd omiſſas denuò repetit aliis temerè inſertis. Τὰ δὲ τῶν καρπῶν. Cytini vbi formati ſunt, eos in pertuſam tranſmittunt ollam, deorſum abſque noxa deflexo ramo, atque terra obruunt. Ii tum creſcunt in mirã magnitudinẽ: quando neque aer, neque ſol exugit ipſos. hæc prima ratio. Altera: etiã à terra nonnihil ſuppeditatur humoris: vnde fiat acceſſio magnitudinis ex alimẽto. Quòd autẽ potiùs à terra fiat accretio illa quã ex alimento ab arbore ſubminiſtrato, reddit optimam rationem. Non enim acinos euadere maiores quàm aliis quæ nulla terra obruta adoleſcunt: ſed eis craſſius corium fieri.

Κατάγωσι τοὺς ἀκρέμονας: deduxerint, inflexos scilicet. Τὸ ἀφαιρούμενον. Hoc est contrariũ Latino illi, voluenda dies: vbi est futurum pro præsenti. hîc præsens pro futuro. τὸ ἀφαιρούμενον: quod auferretur. Et sanè sensus proportio constat. nempe sic: quod in aliis terra non obrutis aufertur. Πάρεργον οὖσαν. intempestiuum alimentum. Non quòd sit extra tempus anni, sed quòd in paruo tempore multum fit. præproperum in anni tempestatibus τὸ πάρεργον. Ὁ μὲν κόκκος. sic etiam Callimachus κόκκον dixit, τὴν πυρῆνα. Sed Theophrastus internum grani lignum πυρῆνα vocat. Εἰς ἐκεῖνον, scilicet, κόκκον. Ἔοικε γάρ. optima ratio. Non deduci alimentum superfluum ab arbore ad eam magnitudinem. quia si deduceretur: eius æquè particeps fieret acinus.

Οἰκεῖος χυλός. quia illa νοτὶς à terra non est οἰκεία, sed ἀλλόκοτος. Πάντων γίνεσθαι omnibus æquali iustitia distribuendus. ergo & acino. at nõ excrescit. non igitur accipit. proinde ne cortex quidem ab arbore. quamobrem reliquum est, vt à terra capiat. Καὶ πεπαίνεσθαι. occurrit. dicat aliquis. It quidem succus atque partitur, sed non coquitur: iccirco non crescit. At, inquit, par naturæ studium in mittendo & in coquendo. Et sanè haud videtur attractio fieri ad grana illa: tum quia faciliùs, & suapte natura magis ascendit succus: tum quia terra obruta nimio circumueniuntur humido. Præterea quæ ratio crementi, quum vindicantur à populantis iniuria caloris: eadem est & segnitiei ad alendum. Non enim iuuantur ab aere aut sole. Cortex autem terrestre quiddã quum sit, terræ iuuatur affinitate. Et sanè quod à terra procedit, melius cõuenit cũ cortice: quia non videtur à natura, nisi tanquã tegumentũ institutum. Bruta ergo pars hæc. sed & crassitie sua cortex obstat, quominus à terræ humore augeatur acinus: non enim transmittitur. Et vectigal intercipit sibi vafer ille atriensis, heri sobole demenso suo defraudata. Iccirco dicit. τὰ μῆλα χείρω καὶ ἀχυλότερα. sapor dilutior ac deterior. Ὡς ἀλλοτριώτερον. Non penitus à natura cortex alienus, sed acinorum comparatione. Naturæ finis, vti dicebamus, duplex: vnus propter speciem, alter propter hominis vsum. Cortex autem propter fructum, non propter corticem fructus.

Ἡ δ' ὁλκή. Nunc in explicatione attractionis illius corii, more suo ponit exemplum de radicibus. Qua ex occasione transit ad apparatum earum magnitudinis. Radicum autẽ vnam nominat Arum: de qua etiam suprá. Ὁμοίως δέ. Iam hinc transitum parat ad Olerum radices, atque artem tangit. quippe eas crescere, foliis desuper ablatis. quemadmodum de Rhaphano suprà dicebatur.

Ὅταν μάλιστα. Hyeme. cùm maximè vigent (succus enim tunc à frigore subtus cohibetur) detrahunt folia: tum desuper succretam inspergũt terram, vt quasi tectorio aquas arceant. quo fiet, vt æstate radices euadãt grandissimæ. Κατασάττοντες. Vt opus sit minutissima scrobe, quia plus densatur ex partiũ vniformitate. Sic aqua densissima,

A propter cohæsionem. at in glebas inęquales subit & aer & aqua. Sic fusores setaceo suam incernũt cribro σάττειν, incernere. Theodorus, aggerere. idem quod etiam κατασάττοντες. Τοῦ δὲ σελίνου. Satis patet: quàm ineptè diuulsum sit caput hoc à superioribus. Est enim materia eadem, eadem ars. Apii radicem vbi mira capere volunt incremẽta: circumfodiunt radicum tenus. In id vacuum Aristoteles Panicum poni iubet, hîc Theophrastus Hordeum suffrictum. Hoc enim est καχρύλλιον, diminutiuum τοῦ κάχρυος, quod Hordeũ significat antiquissima voce: quod docet Pollux, & Suidas ex Aristophane: tum vsurpat Nicander more suo, veterum aucupator vocabulorũ. Hesychius καχρύδιον, alio flexu diminutiuo tamen. fri-

B ctũ autem curans, ne enascatur. sic enim succũ auferunt. Ἀλλ' οὐ διδόασιν. hoc quoque dixit in libris superioribus. Μειζομένης. faceta loquutio. Namque si partiatur succus, distribuetur in radices & in frondes. erit ergo minor accretio. Quid igitur est, μειζομένης; Sic ea parte succi, quæ foliis debebatur, radicibus attributa.

Ὅσα μὲν οὖν. Duplicem modum notat incrementi in duplici natura. Nam quæ radices sibi similes ex se progignunt radiculas alias: eæ tum sic obrutæ multas gignent: vt Allium, Cępe, Bulbus, Semperuiua. At quæ singulares sunt, earum excrescit magnitudo: ita hîc continua, hîc discreta quãtitas. Κατ' οὐ διαπέμπουσα. Non transmittitur

C ad frondes succus, quia prohibetur cohibetúrque obiectu inspersæ terræ. Τοῦ δὲ μὴ συμβαίνειν. occurrit obiectioni. Quare non putrescit? Quia sicuti suprà dicebat, τὸ ὕδωρ ἀποστέγειν: sic hîc, ἡ ἐπίσαξις τῆς γῆς ἀποστέγουσα τὸ ὕδωρ. & addit καὶ ὅλως πᾶν τὸ ἀλλότριον. Quia putredo etiam fit à calore alieno apud Aristotelem, non ab humore solo.

Τοῖς δὲ σελίνοις. καχρύλλιον dicit hîc esse calidũ & densum: at Hordeum, neque calidum est, & rarũ. Quin Panici raritate iuuari dicit Aristoteles in supradicta sectione. An igitur est κάχρυς Dioscoride ex Libanotide? calidus enim est is. Quid autem sit quæve Libanotis illa, à nullo dum autore declaratum est. Συναφέλκει. ostendit emolumentum à densitate. Attrahit, inquit alimentũ. ergo defraudat partes superiores. Vbi animad-

D uertendum est, cùm duo attribuit, calorem ac densitatem: duásque subiungit effectiones, attrahendi & retinendi: sanè suum vtrique facultati opus distribuere licuisset æquo iure: nisi iuris huius æquitatem intempestiua voce ipsemet obturbasset. Nam calori meritò fuisset attractio assignata, retensio densitati. at ipse ait, τῇ πυκνότητι συνανέλκει τὴν τροφήν. Cæterùm densi non est attrahere, sed rari: densum enim neque causam habet attractionis, nempe non eget materia, neque occasionẽ: meatus enim minꝰ habet cõmodos, quibus recipiat. notabis verborum responsum. οὐ διαδιδόασιν εἰς τὸ ἄνω. sic suprà: οὐ διαπέμπουσα εἰς τὸ ἄνω. Καὶ ἅμα. alia vtilitas à calore. Quum enim nullum fiat augmentum sine generatione, nulla generatio sine mutatione substantiæ,
nulla

nulla mutatio sine concoctione: nulla concoctio sine calore: vbi calor inerit, videtur id agere: tum ad eam actionem cætera sequi omnia ad augmentum vsque. Ergo quum ibi sit materia attracta, & retenta: ac præterea formæ instrumentum calor ad coquendum, sequetur incrementum.

Παραπλήσια δέ. Aggerit aliam historiam Cucumerum & Cucurbitarum, quarum magnitudini etiam adiungit teneritudinem. vbi non est aspernandum iudicium. Videntur enim esse debere duriores, nempe crudiores: quando tecti minus coquantur tum ab aere tum à sole. Ὁ δ' ἥλιος. quasi dicat ὁ γὰρ ἥλιος. Tecti Cucumeres non minuuntur: quia non tanguntur à sole. nam sol exiccat, item venti: verrunt enim. Καὶ τοὺς ὄγκους. hîc indulsit ingenii atque linguæ amœnitati.

Ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων. hoc quoque suprà dixit. Frequentes arbores minus exuggi: quoniam obiectu mutuo peregrinas arceant impressiones. Ὡσαύτως δέ. Sicuti suprà in ollis: sic in aliis cauis hoc loco: quorum est νάρθηξ, ferula, & κάπηρ, capis, vas oblongum fictile: quale videmus in antiquis Põtificum numismatis. Inde namque Latinum nostrum: sicut capere κάπτος fossa, & κάπτομαι excipio: quare etiam comedere significauit. vnde nos quoque cibum capere.

Ἡ μὲν γὰρ τροφή. Tertiò inculcat: alimentum non absumi ὑπὸ τοῦ περιέχοντος. Ponit augmẽti modũ in longum scilicet: nam in latera crescere prohibent ferulæ, vasisve parietes. Μηδ' ἀντιπίπτειν. neque occurrere. In ipso tractu longitudinis, vacua nacti spatia occupant. nam ferulæ latera ab lateribus ἀντιπίπτει. nota verbi κατάχρησιν. Nam radix quæ demittitur in longum, sanè dicatur πίπτειν aliquo modo. At siquid subtus prohibet descensionem, quomodo cadere dicetur quod cadenti alioquin occurrit? est itaq; ἀντίον τοῦ πίπτοντος, ἀλλ' οὐ πίπτον. Ὁμοία δ' αἰτία. alius affectus: alia ars: similis causa. Affectus suprà erat teneritudo, & augmentum: hîc est ætatis primæ conseruatio. Ita dico, vt diu virides seruentur in planta. Id fit: si, cùm adoleuerint; in puteum prope quem sati fuerint, demittantur, atque puteus operiatur. hoc etiã Aristoteles in sectione. Ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. quartò hîc eadem causa repetita. Est igitur (vti dicebat) ὁμοία. Ἅμα δέ. Hoc & suprà de corio Mali Punici: ἅμα τὴν ἐκ τῆς γῆς ἕλκειν νοτίδα. Οἷον θάλλοντά τε παρέχει. Non solùm non permittit exiccari, sed etiam præstat ipsum τὸ θάλλον: seruant ipsam viriditatem. Τροφὴν δὲ λαμβάνοντα. Suprà dicebat: radicem non putrefieri, quia terra obtegeretur, & ab imbrium aliarúmque noxarum arceantur iniuria. nunc occurrit, simili quæstioni. Quare non putrescunt, tanto humore, tam alieno? Quia constãtibus radicibus victũ sibi æquè trahunt, atque si foris essent. Hoc eò demum tendit vt intelligamus διοίκησιν, id est rectionem ipsius caloris naturalis non deserere officium suum. quin si cultus adhibeatur: etiam diu diu tales durant. Hoc est quod dicebat: ἔμβιοι δὲ γίνονται καὶ θεραπευόμεναι πλείω χρόνον. Hoc non so-

A lùm dicit de iis sed etiam de toto genere: vt ostenderet plantam esse viuacem. Quare etiam in puteo conditis alimentum subministrari posse. Ideò subdit historiam de eorum viuacitate. Simul pręcepta dat, quibus parari queat, vt præcoces habeantur. Διὸ καὶ ἄν τις. Siquis sarmentum præciderit secundùm soli superficiem, postquam fructum tulerit, atque terram succretam, superiniectámque pauierit: rursus ab radicibus iisdem sequenti anno ferre: eósque valde præproperos anteuertere vulgato atque ordinario prouentui aliorum, qui verno satu prodituri sunt. causam deinde dicit hanc. Ὅτι προϋπάρχει. Permisit tibi ius intelligendi multa sub articulo illo, τὸ τῶν ῥιζῶν: nempe δύναμιν, ἀφυΐαν, alia. Verbo autem

B nullo vti potuit efficaciore, quàm vsus est, cùm dixit, προϋπάρχει. Nam præpositio, πρό, designat tempus: τὸ ὑπό, locum: τὸ ἄρχειν, radicis vim. quia radix est (vti dicebamus) indiuidui principium. Ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ πνεύματος. Hisce verbis ostendit Historiarum similitudines: sic enim dicebat: ὁ δ' ἥλιος καὶ τὰ πνεύματα ἀναξηραίνει. Ὅτι δ' ἡ πρόσαξις, alia causa. Ait iniectæ illius terræ dẽsationem facere ad germinationis celeritatem. argumentum sumit ab euentu, qui item arte procuratur. In canistris Hyeme satum Cucumerem rigant aqua. si sol exerat sese: eò inferunt ad apricum: alio tempore prope ignem statuunt. Vbi sationis tempus aduenit: ipsis cum canistris terræ mandant. Ita longè pręuenit horum fructus alios.

C Quod ibi faciebat ἐπίσαξις per accidens, hîc facit verus calor per se. Notabis loquendi modum frequẽtissimum Præceptori. ὅτι δέ, & σημεῖον δέ. hoc enim secundo loco vacat τὸ δέ. Τῷ δὲ σχήματι. hîc alia materia. omissa magnitudine de figuræ agit mutatione. Hîc Theodorus superioris instituti sequutus rationem debebat alterius Capitis initium facere. Nobis non licuit, qui tractatæ iam materiæ repetitionem expectamus. Quam cùm autoris interfuerit perpetuare cum priori, nec fecerit: nos saltem Capitis continuatione supplebimus. Τῷ δὲ σχήματι. Crispari Apium sub terra coercitum, quoniam non habeat quò se diffundat. Itaque captare atque implere vacua, atque ita induere formam, qualia fuerint ipsa loca, in quæ penetrarit: siue sint cedentes distãtésve terræ par-

D tes, siue vasa circumposita. Cohiberi autem subtus pauito solo desuper, vt toties dictum est. Sanè sic potuit historias duas commodiùs in vnius redigere faciem, si produxisset orationem hunc ad modum: Non solùm magnitudines adipisci plantarũ radices sed etiam figuras nouas: quemadmodum de Cucumerum scribebat proceritate. Orationis tractus simplex, suauis, perspicuus: verba ipsa iam cognita. Οὖλον. qua voce præceptor item vtitur sectione. Crispum significat illi etiam alibi: veluti cùm dicit, ἡ οὐλότης βλαισότης.

Φέρεται πρὸς τὸ ἐφελκόμενον. Intellige de eo quod terra conditum est: attrahit enim terra, non de eo quod vasis circumscribitur: non enim trahunt latera vasorum. Τὸ εὔοσμον. τὸ ῥᾷον εἰς

τὸ προβαίνειν. Vbi enim non eſt corpus ſolidum, procedit eo quod augetur. Nihil enim, vt loquebatur, ἀντιπίπτει ἀντικειμένως. facetè dixit, οἷ ὀχετεία τις. ſicut alueorum caua προοδοποιεῖται, vt Ariſtotelis vtar verbo, fluxibus aquarum: ita vacua ſpatia foliorum promotionibus: quæ fiunt ab interna auctrice poteſtate. Συμβαίνει δέ. Multis in locis hanc obſeruauimus huius Philoſophi diligẽtiam: vt vbi vbi ſeſe res dat & occaſio, communes oſtendat plantarum naturas cum animalibus. Ita hîc: animalibus hoc etiam euenire. Nos mulierculas vidimus, quę catellos puſillos capſulis includerent ad incrementa prohibenda. Nam præterquã quòd ex agitatione creſcit calor naturalis: id habet cum multis animalibus commune canis, vt à ſomno pandiculetur. At hoc in ætate prima multam facit membrorum extenſionem. deinde dat in hac communione differentias. ſiquidem figurã non mutant animalia. Μεμορφωμένα γὰρ εὐθύς. Suam ſtatim figuram obtinent ſpecialẽ. Itaque magnitudine tantùm variant. Plantæ verò præter magnitudinis mutationes, etiam figuræ leges accipiunt nouas. acutiùs explicandum. In plantis magnitudines vt augeantur: curari in animalibus quibuſdam, vt augeãtur, velut equis, bobus, canibus venaticis: in quibuſdam vt minuantur, velut in catellis, quorum finis vſus nullus, ſed delitiæ ac voluptas. Quinetiam in animalibus figurę procurantur: veluti cùm catellorũ naſo corrigias aptant cum nodo aut globo, quò ſimi fiant.

Διὸ καὶ τὸ σέλινον. Si ſcrobe facta palo adacto, fit, vt vacuum illud impleat radix: fiet etiam, vt ſi qua figuræ ſpecies ipſo ſit in vacuo, radicis partibus ſubeuntibus communicetur. Nota, μικρότητα καὶ μέγεθος, ad omnes dimenſiones: quia ſtatim ad longitudinis ſolius exceſſum, βραχύτητα καὶ μῆκος. Et paulo infrà de radicibus, vtrumque, πάχος καὶ μῆκος. Aliquando igitur μέγεθος ſignificat quancunque magnitudinem, id eſt extenſionem ipſam: aliquando grandiorem magnitudinem, quæ ſita eſt in relatione, aut in qua relatio ſita eſt: veluti cũ vſitatè dicunt, λαβεῖν μέγεθος, id eſt creſcere.

Ὅμοιον δὲ τρόπον. Quaſi rem aggrediatur nouam, dicit ὅμοιον: vt radicũ augmentum huic comparet: minus prudenter ſané. An non idem eſt, τὸ τὴν ῥίζαν πληροῦν ὅλον τὸν τόπον, quod hîc relinqui: & ἡ τῶν ῥιζῶν αὔξησις: quod hîc apponit? Itaque & ipſe ludit nos, qui dicit ὅμοιον & τρόπον τινά: & cùm veriſſime ſit, ταυτό: & malè conſuluit nobis Theodorus, qui caput inchoauit. Ἐν τοῖς ἡμερώμασιν. alia culpa. quaſi non ſit ἡμέρωμα, τὸ σέλινον οὕτω σπείρεσθαι, καὶ οὕτω θεραπεύεσθαι. Ποιεῖ δέ. Aliud præceptum, quo communicatur cum radicibus etiam germinum magnitudo. In Lenteolo plura ſemina colligata mandari terræ iubet. id in Porro & Apio potiſſimùm fieri. Illa omnia coaleſcere in naturam vnam. Huius ſimile dixit in Hiſtoriis de Palmarum ſatu. Tribus ex oſſibus ſimul compoſitis tres erumpere Palmellas, quę vna poſtea Palma fiat ſpecie viſenda. Quæ res eſt minimè contemnenda: quando ex plurium animarũ

A conuentione, vna conflari anima videatur. Cæterùm iſta hîc ſemina ſi linteum perrumpere queant, maiorem faciant admirationẽ quàm illa coaleſcentia. Priùs enim putreſcant, aut ſemina, aut è ſeminibus ortæ plantæ quàm linum. Ἔνια δέ. Hæc eſt alia pars, in qua captat ars, non locum, vt in ſuperioribus, ſed tempus. Siquis, inquit, ſtatim ex theca eductum Rapi ſemen terræ mandarit: enaſcitur latius Rapũ. Ἀπὸ τῆς ἅλω. loquendi modus etiam ſuprà. id eſt quàm recentiſſimum.

Τοῦτο δ' ὅτι. Cauſa propterea quòd admodum radicatur. permultũ igitur occupat. Tamẽ contrà videtur: difficilius eſſe deſcendere quàm diffundi ac dilatari omnibus quidem radicibus. Sanè faciliùs aperitur terra ad ſuperficiẽ, quippe minus dura. B itaque aſſignata cauſa non explet animum. Sed priuatim dicendum: quamobrem ex nouello ſemine planius vel oblongius è vetulo naſcatur. Nã & creſcente Luna ſi ſeratur, oblongius fit: decreſcente, globoſius. quæ ratio eſt ſuperiori contraria rationi. Namque recentia ſemina humidiora: decreſcente Luna minus humida omnia, quæcunque ſub Luna ſunt. dicendum, cauſam omnino eſſe humiditatem. Quæ namque Rapa oblonga, ſtrigoſiora & acriora, ſicut & Cepe. Creſcente autem luna, Rapum ſatum fit oblongiùs: quia educitur foras ad ſcapum ſuccus. Defraudata ergo radix minus obtinet naturę ſuæ. at eius naturæ intereſt globoſam eſſe. Ὅσα δ' ἐν σχοίνῳ. Suprà cõmendabat agricolæ curã à loco & à tẽpore: nunc à vicinia & affinitate. de qua etiam pridem ad vi- C tam Anadendrados & Ficus. de Scilla etiam ſuprá. Ratio. ſuccus eius vitalis: ipſa viuax & fœcunda. Cauſa: lentorem habet, qui neque facilè putreſcat, neq; temere reſoluatur. Adhæc, calorem qui diu ſeruetur, multùm agat. itaque etiam repoſta germinat. ipſa ergo ſibi terra eſt. Lentiſci verò hiſtoria vt cumulat repetitam de Squilla narrationem: ita nos excitat ad doctorum hominum non ineruditam diſquiſitionem. Aiunt enim ex Ariſtophane σχῖνον Scillam dictam ab antiquis, Déque ea ſcriptum ab Arato, non de Lentiſco: tametſi ex Cicerone Plinius ſic agnouerit. Non enim Lentiſcum ter florere, ſed Scillam ex Theophraſto. Quòd ſi ita eſt, quum etiam in Lentiſco quemadmodum quicquam ſeri queat, videndum ſit: & vbique in Theophraſti codicibus σχοίνῳ, non D autem σχίνῳ ſcriptum ſit: iſtiipſi qui hæc mouent, viderint an contendere liceat eis, verba illa ἢ ἐν σκίλλῃ, eſſe quaſi additum gloſſema. eſſet enim idem, ἐν σχίνῳ quòd ἐν σκίλλῃ. Καθάπερ ἐμφυτεία. Declarat cauſam vtilitatis ab inſitionis ſimilitudine. nam ſicuti ſurculus ab arbore ſuſcipit vigorem, ei ſpeciem affert: ſic à Squilla vim excipit ſemen, ipſum ſuam ſibi ſeruat ſpeciem. Φυτεύεται. Quæ de Rutę ſemine in Ficu ſata ſcripſit ſuprà, iterum hîc ponit & apponit modum. Inter lignum & corticem ſtatuitur ac terra operitur. quare in Lentiſco idem quoque fuerit modus.

Παρεμπηγνύμενον. Repetita in verbo præpoſitione, quę alioqui ſeorſum poſita fuerat. vt, *Adeon'* ad eum?

ad eum? Συμβαίνει. euenit, vt ἅμα τῇ τροφῇ, ſimul cum alimento quod à terra haurit, ſibi vindicet etiam ſuccum Ficus illius, ſanè εὔκαιρον, opportunum. Afferre namque ſuccum illum ſecum calorem quendam auxiliarium, cum iis commodis quæ à temporis qualitatibus expeti poſſent. ideò dixit, βοήθειαν. addit exemplum cineris. Ὥσπερ καὶ τὴν τέφραν. quia cinis calidus. in ſuperioribus idem. Ad Cinarę prouentum atque tuitionem aduerſus Hyemis iniurias, circumfoſſæ cineres illos apponimus, qui detrahitur ex alueo lixiuii. Subdit deinde cauſas duas finales ex duabus cineris qualitatibus, calore ac ſalſugine: vt calore foueatur, ſalſugine arceantur beſtiolæ, quæ innatæ vaſtant Rutam: De cineris ſale in Problematis & Meteoris. Ἔχει γάρ τινα. non malè addit ὁμοίαν.

Μέγεθος γάρ. Hoc eodem curſu repetit fructuum magnitudinem ſub ſpecie ſeminum. de Lẽte hîc primúm. Dicit γὰρ, non propter Lentem: à Ruta namque diuerſa eſt: ſed quia de calore loquebatur. Ita Lentem creſcere, ſi in bubulo ſtercore ſeratur inuoluta. eius id fit caloris beneficio.

Συντρέχει. metaphora ab amicis qui eunt ſubſidio. vnde & βοήθεια, vox militaris. etiam Latini ſic loquuntur. & medicorũ vox συνδρομή. Concurrit cum ſtercoris calore ſeminis calor & ſiccitas. Τῶν δ' ἐρεβίνθων. Secundò loca de Cicere, ſi cum Siliqua ſerantur, atque adeò madefacti ſiue macerati, βρεχθέντες. Ἔλαττον γάρ. Duæ vtilitates comparãtes illam magnitudinem. prima: minus putreſcunt: Arcetur enim terræ noxa humidioris obiectu ſiliquarum. altera: plus adeſt alimenti. ſanè ex theca ipſa putrefacta. Itaque aruum tenue Leguminibus quibuſdam proſerunt aratores, quibus adultis iterato ſulco Triticum ſerunt. id quod etiam ſub Alpibus fieri vidimus.

Πρώϊοι δέ. deeſt verbum: prodeunt: Exeunt præmaturè, atque ante illa quæ ſine ſiliqua fuerint ſata. Καὶ ταῦτα μέν. Epilogus harum partium: in quo aſſerit, quod & in libri limine dicebat: τῶν παρὰ φύσιν, ἢ ὄντων, ἢ δοκούντων: videri quidem, at non eſſe præter naturam. Nam ſi ſponte veniunt, in legibus naturæ ſunt: ſin etiam arte: nihil ars præter naturam, ſed addere naturę poteſt, quod nihilominus eliciat hauriátque ex naturæ principiis.

Οἷον ἐπὶ τίφης. Si circa Secale & Speltam ſiue Alicam Triticum obſeratur: tum Secale tum Alica fiet habitior. Ὥσπερ. Ex alio affectu docet artis functiones in naturæ principiis eſſe conſtitutas. Nam fuſio quidem non eſt opus naturæ: at fodere natura ſi poſſet, foderet. Eſt igitur à natura: ac ſanè habet nonnihil proportionis. Nempe in laxiore ſolo plantæ lætiores: in denſo ſæpe ſtrangulantur. Hoc ita modificandum: propterea quòd gaudet aliquæ proculcari. Quemadmodũ in Politicis demonſtratũ eſt: ingenio ſeruili naſci quoſdam, & ad ſeruitutem. Ita & plantæ quædam neglectæ vigent, atque ipſius contẽptus contemptrices ſunt. Proinde laxitas illa foſſionis exemplar eſt. Itaque terram leuem commendat vbique Theophraſtus. Igitur foſſio tota artis eſt, tametſi

A habet principia naturalia. At nunc oſtẽdit, artem ipſam etiam principiis vti naturalibus, tanquam vel inſtrumentis, vel, vt rectiùs dicam, formis. nãque nitro ſemina, quod & ſuprà dicebamus, præmacerare, eſt naturæ addere naturam. Sequitur affectus naturalis ex arte ipſa, nempe τεραμότης, coctilitas. Ἢ ἐν μέλιτι. alio modo alia qualitas. hæc etiam ſuprá. Πέφυκε γάρ. Omnium reſolutio propoſitionum ad hoc effatum: naſci omnia talia qualia ſerantur. Σπείρεται δέ. minor demonſtrationis propoſitio. Seritur alteratum & mutatum. Μεταβεβληκός. quod in aliam quaſi tranſierit familiam. Vſus actiuè, ſicut nos μίσως, mutat, pro, mutatur. Ἐν ἀμφοῖν δέ πως. Haud ſanè liquet quid ſit illud (vtrumque) an eſt τεραμό- B της καὶ γλυκύτης; Ἢ ἐν ἅπασι, vel in omnibus. mira metamorphoſis. intellige de accidentibus tantúm. Dat exemplum frumentaceorum: à quibus ſi teneras ademeris ariſtas, non ſubmittunt alias. Itaque ſi ſæpius idem feceris: efficies tandem, vt ſine ariſta poſtea naſcantur. Neque hanc naturæ docilitatem ignorauit admirabilis Hippocrates: qui ſcripſit in libro De aere & aquis: quas acceperit leges à conſuetudine natura, tandem in eas abire. Sic Genuenſes, cùm à Mauris progenitoribus accepiſſent olim morem, vt infantibus recèns natis tempora comprimerentur: nunc abſq; vllo compreſſu, Therſitico & capite & animo naſcuntur. Οὐκ ἀδυνατεῖ. Carptis ariſtis, haud C propterea vis carpitur generandi: ſed integra manet, illo duntaxat habitu mutato. Παθητικώτερα. obedientior. paratior ad agricolæ obſequia. Τῷ τῷ ποιῷ. Qualitatem mutat: nempe figuram, & quantitatem: minor enim fit amiſſis ariſtis. Quæ quia diſſitæ ſunt: eam quantitatem non appellauit μέγεθος, ſed πλῆθος. An verò ſunt hæc illa duo, de quibus dicebat, ἐν ἀμφοῖν; nam ſuprà interpretabamur, coctilitatem & dulcedinẽ. Ligures Taurini etiã nunc, *Bladum* tonſum vocant. Σημαίνει. Infercit toties iam dictam hiſtoriam de Vite agigarta, ſeu mauis, auinacea.

Καὶ πίστιν. Hoc eſt quod alibi monebamus pro Hippocratis ſententia facere: qui putauit ab omnibus partibus rei generantis deduci ſemen. Nempe ſi talibus partibus carentia ſemina, id- D que arte factum, talibus partibus carentia gignunt ſemina. Sed addit ἴσως: quia diuinus Præceptor aduerſus hanc opinionem diſputat, in ſecundo De generatione animalium. Iccirco non reſpondet obiectioni: ſed refert ad ea quæ dicta ſunt ibi. Eſſe partem primariam, κύριον vbique vocat & Ariſtoteles & Galenus, quæ poteſtate cõtineat partes omnes, vnde partes in actum educãtur: cor in perfectis, in aliis ἀνάλογον. etenim mutili homines gignunt integros. Eſt enim argumẽtum hoc, Herculea claua, atque etiam ſagittæ. quæſtio tamen præſens adhuc negotium facit. Concedimus illius principii vim vniuerſalem, atque à mancis animalibus non manca generari: at quare carptum ac tonſum Triticum, idq; arte factum, non redintegrat naturã ſuam? Quia toties ablatis partibus

oblæsum tandem illud principium est.

Lego κατάγωσι, deducant, non κατεάγωσι, frangant. Et τό, τι γὰρ νέον non τότε. Et ἀκμάσωσι, non ἐκμάξωσι. Et καὶ χεύλλιον περιβάλλοντες, non καὶ χεύλιον περιλαμβάνοντες. Vtroque modo legi potest, οὐδ' ἥλιος, & ὅδ' ἥλιος. Et ἐν ἀγγείοις τιθέμενοι: vbi est asteriscus: sicut suprà, ἐν χύτραις. Est autem vel ferula, vel tubus, vel canalis, vel scrobes, non minus ἀγγεῖον naturæ quàm vena & arteria Hippocrati. Lego ἄρειν, non ἀρεῖν. Et θερμοτηνόμενοι, non θερμοπνόμεναι. de Cucumeribus, non de Cucurbitis. Quia subdit, γίνονται πάλιν ἐκ τῶν ῥιζῶν σίκυοι. Et σχίνῳ, non σχοίνῳ. Et ἐν βολιτῷ: φυτεύηται σπέρμα, non ἐμβολιτῷ: & deleto εἰς.

Et περιπατουμένοις, non περιπλαττομένοις. πάσσειν, spargere. Et διηλλαγμένον, non διαλλοιώμενον: quia παρακείμενος. Ἐν ἀμφοῖν δ' ἴσως, ἢ ἐν ἅπασι συμβαίνει. Theodorus non habet ἢ: & dicit: in omnibus illa mutari. Et exponit: qualitatem: vt est in Græco: sed addit de suo: quãtitatem: quod non est in Græco.

Theodorus, κατάγωσι flexu sequaci deductos in terram: κακοζήλως. Κωλύει ἀποστέγουσα. coercendo vtique seruat. Non seruat quod detrahitur, sed quod detraheretur. Ἡ τροφὴ καὶ ἐπίδοσις. nutrimentum profectúsque vnde alitur atque augetur. Καταπάττοντες τὴν γῆν. terra aggerata. σάττειν, cribrare: etiam ex Aristotele. Θαυμαστοὶ τῷ πάχει. mira crassitudine distẽduntur: malè conuenit hîc verbum hoc. Μεριζομένης δὲ πλεῖον ἢ αὔξησις. Quòd si diuidas: plus incrementi sequatur, necesse est. imò minus. Si enim distrahatur alimentum: distrahetur etiam incremẽtum. quin auferũtur folia, ne diuidatur. Sed hîc μερίζεσθαι, significat radici attribuere, quod alteri parti, nempe foliis, debebatur. Τὰ παραβλαστικά. quæ ab imis germen emittere possunt. non bene: Nam quædam pullulant ab imo: verùm ex eadem radice, nullis prognatis radicibus, sed radicis brachiata promotione, quę brachia serò tandem radiculas emittunt: veluti Pyrus. Sed hîc illas intelligit plãtas, quarum radicibus agnascuntur aliæ: vt serpentariis & bulbaceis. Τοῦ δὲ μὴ συμβαίνειν φθορὰν καὶ σῆψιν. Causa: vt nulla putrefactio, nulla corruptio accederet. Neque verbum hoc hîc rectè ponitur: neque cõiunctio, neque tempus. causa cur non accidat. Καπήρσι. tubo fictili. vase, vti dicebamus. Ἀγγείοις. Theodorus omisit: quia corruptus erat codex. Περιϋπάρχει, adest. satis frigidè. magna namque significatio: vti declarabamus. Ἐφελκόμενον καὶ διοδοῦν. Fertur ad id quod aduocet, libertatémque permeandi concedit. trahitur quà meandi facultas datur.

Ἐν τοῖς ἡμερώμασιν. in mitigandis arboribus. imò in mitigatis siue mitibus. Ἡμέρωμα, hoc flexu significat, quòd lanitium & pullitium Latinis. Scenicis multus vsus, Æschylo & Euripidæ, πύργωμα, σκήνωμα eadem analogia, cùm dicimus ὑλήματα. Εὐοδοῦσι. cùm transire liberè possunt. non trãseunt. Non enim transmittunt spatium, sed occupant & sistuntur. Nactæ spatium, in quod se queunt diffundere. Scriptum legitur, seruerit: puto vitio librarii. Γίνεται μία φύσις. natura vna consistit. imò fit, consit, conficitur. Pessimè distorsit tractum temporis ad vnionem. Παρὰ τὸν φλοιὸν παραπηγνύμενον. cortici infixa. pessimè. inter corticem & lignum. secundum corticem, quà ligno committitur. Ἅμα τῇ τροφῇ. super alimoniam. simul cum alimento. Συντρέχει. iuuat. cõcurrit. Πέφυκε τοιοῦτο καὶ γεννᾶν. Tale quoque progeneret, aptum est. barbara oratio. Παθητικωτέρα γινομένη. atq; affici opportunius relinquatur. Verbi lenocinium deformat sentẽtiæ faciem matronalem. Non enim relinquitur semen, sed seruatur. & habilior facta ad patiendum. Vel sic: ac tandem quasi spoliata, fit vt facilius pati possit. id est, omissa priore facie leges alias accipiat ab arte, quibus carere queat aristis. Τὸ πλῆθος οὐκ ἔχει τῶν ἀχύρων. Nec eãdem multitudinem paleæ retinet. nemo dixerit paleæ multitudinem. Itaque ne Philosophus quidem dixit: sed ἄχυρον, hîc aristam significat. Aristarum ergo potuit dicere multitudinem, sicuti πλῆθος Theophrastus. Ἥπερ εἴρηται. quam de animalibus diximus. Non ipse dixit: neque se dixisse dicit: sed Aristoteles disputatio est.

CAPVT X.

X. capitis argumentum. De Sisymbrii in Mentam, Ocymi in Serpyllum, albæ Populi in nigrã, animalium mutationibus repetita.

Ἡ δὲ τοῦ σισυμβρίου. Longè aptius hunc ad mòdum digessisset. Quæ contingunt artis apparatibus mutationes: eæ fiunt, aut in substãtia, aut in quantitate, aut in qualitate. Quãtitas duplex, continua & discreta. qualitas in colore, sapore, figura. In substantia mutatio, vel totius speciei, vt in Mẽtem Sisymbrii, Albarę in Populũ: hoc fit à natura sola: ab arte verò, vt insitione: vel partium: ídq; vel cùm auferuntur, vt spina Corrudæ, Gigartum vuæ, lignum Punicæ, arista alicæ. Quantitas cõtinua: vt cùm Rhaphanus augetur. Discreta, cùm Bulbis noui Bulbi adgenerãtur: sunt enim παραβλαστικοί. Qualitas in sapore: vt acida Punica in dulcia. Figura: vt in Apii crispitudine: depositione aristarũ in Secale. coloris, vt in Populo. Coctilitas autẽ erit qualitas à duritia, fortasse in relatione, à partiũ cohærẽtia. Nam ad relationem illud quoque reducitur: rectè in Squilla, Ficu, Lentisco prouenire. Est enim vicinia: vnde qualitas bonitatis aut pulchritudinis. hæc hunc ad modum instituisset. Hactenus ergo de artis officiis atque euentis: deinceps ab eius priuatione quid proueniat. ita vniuersam hanc explelerit naturam. Omnis enim natura, & omnis casus, atque euẽtus est, vel ab habitu, vel à priuatione. Repetit autem quæ iam dixit de Sisymbrio, ac Populo: quæ coli desitæ mutentur: illud in Mentam, hæc alba in nigram. Huius autem mutatio etiam spõtè fit. ab ætate verò dicit euenire. quare nõ erit δι' ἀργίαν. Ἡ δὲ τοῦ σισυμβρίου. mutatio scilicet. ἐναντία: contraria superioribus, Quare? propterea

pterea quòd illa fiebant ἐκ παρασκευῆς: hoc, διὰ τὴν ἀργίαν. Συμβαίνει γάρ. causa mutationis propinqua. propior est, τρέπειν κάτω τὴν τροφήν. Maior syllogismi propositio est: quæ non coluntur, magis radicari. Ratio: quia circumfossa terra cedit succo subeunti: & is ab aere atque sole facilius euocatur. de radicis luxuria dixit alibi quoque: vbi etiam verbum ὑβρίζειν, vsurpabat. Neglectus autem non est immediata causa radicationis: quia est priuatio: sicut absentia Palinuri causa iactationis: sed est causa priuatiua causæ positiuæ: quæ est: non euocari succum ad superiores plantæ partes, rarefacta terra. odiosè tamen dixit, δύναμιν πᾶσαν. Non enim viuerent superiora: si deorsum decumberet alimentum omne. sed sola potestas ea quæ σισυμβριοποιεῖ. Ἀσθενέστερον. sic & suprà. Nõ mutari speciem sed vim: quia Menta dilutius spiret. Nunc apertius causam dicit imbecillitatis: quia vis auertitur ad radices. dicat aliquis acutus. Ergo iuuabuntur radices validiore succo, quamobrem & odore. haud ita est. Non enim succus ille propter radices, sed ob frondes. ita responderit acutior acuto. dixit εἴωθεν, vt eleuet (hoc vbique intendit) substantificæ mutationis opinionem. ne sit necessarium, sed eueniat aliquando. Cùm dixit: ἀποτρέπειν vim: quare non dixit etiam, conuerti saporem & odorem, sed ait ἀποβάλλειν; Quia neque sibi retinet in foliis, neque recuperat in radice.

Ὥσπερ ἀμφοτέρων, Vt formæ similitudo communis sit tum substantiæ: nempe foliis, βλάστης: tũ accidenti, scilicet odori. tamẽ cùm dixit βλάστης: in sequenti propositione pro ea voce reponit aliam, non significantem subiectum, vt facit hæc: sed in subiecto accidens: ea est acrimonia: propterea dixit: τῆς καὶ δριμύτητος ἀφαιρεθείσης. Ea, inquit, sublata euirescit odor: vt Poetico, sed scito verbo lasciuiamus: ἀδυνατεῖ. vires amisit, non totas sed gradum. Ideò dixit ἀνειμένη, & μαλακή. addit τις: quæ est gradus nota. & posuit οὖσα, ἀντὶ τοῦ γινομένου. Sed intellexit suum τὸ τι: quia natura talis est in Menta. Caue tamen putes: ab illo accidente fieri accidens hoc. neque est, neque esse quit. hoc declaratum est in prima Philosophia. Nulli accidenti accidens vllum accidit, sed vtrumque substantiæ. Προσεμφερὴς τῇ μίνθῃ. dicendum fuit, τῇ τῆς μίνθης. Odor Sisymbrii degenerantis non fit similis ipsi Mentæ, sed odori qui in Menta est.

Διὸ καὶ μεταφυτεύειν. Nunc ponit habitum ab arte proficiscentem: cuius defectu contingit illa remissio perfectionis. Translatione cáque frequenti, ne id eueniat, curandum. causam n on dedit. Ea tamen esse videtur: quòd radices fiunt imbecilliores. Τὸ δ' ὤκιμον. historiam similem de Ocymo. Artis defectus erat suprà, quòd non transferebatur de solo in solum: hîc est non transferẽdo de loco in locum, pensilibus hortis scilicet. Eius natura est admodũ siticulosa: quocirca facilè patitur à sole, nisi perpetuò rigetur. Igitur è pelui aquam panno aduoluto deducimus perpetua stillatione. Τὸ φύλλον. Serpillescit: sed reducta folii magnitudine ad ambitum minuitur. Vt & hîc iudicet: quantitatem mutari, non substantiam: item qualitatem, cùm dixit odorem acui siccitate. siccius autem fieri calore populante. Intellige certam siccitatem: namque nimia tolli, disputatum est in sequenti libro. Iccirco etiam dixit, πολλάκις, non autem semper. Ἐλάττων γὰρ ἡ τροφή. maior propositio. Causa: quia detergitur à calore multo plus satis humoris.

Δεῖ δέ. positis exemplis ponit conclusionem: Non esse τελέας, id est substantiales mutationes, sed inchoatas, & in qualitatibus tantùm: quoniam sunt inter se species similes. Et dixit τελέας: quia alterationes sunt præparationes: generatio verò est earum finis. melius dixisset δεῖ δὴ quàm δέ.

Ἡ δὲ λεύκη. tertia historia similis. Cùm fit anus alba Populus, fit siccior: itaque & folio strictiore, colore fusco magis, superficie minus læui. idem videtur in omnibus arborum corticibus. Finduntur ob siccitatem, quia nequeunt dilatari: fusciores atque scabriores fiunt. Ἐλάττονι τροφῇ. Quia tempus non est causa, vt iactatur vulgò: quantitatis enim actio nulla. Ideo postquam dixit, ἀπογηράσκουσιν, addit καὶ ἐλάττονι τροφῇ χρωμένη. At hoc est contrarium naturæ albæ Populi, cuius erat folium εὐτροφώτερον. Dixit autem τὸ ὅλον: quia εὐτροφία causa est, & latitudinis, & nitoris, quæ illo est in folio. iccirco nitor in equo & gallina pinguibus. Ratio: quoniam superficies æqualior est: quia plenior & distenta magis. squallor autem in sicco: quia humidi est implere.

Καὶ ἔτι ἄλλο. Vbique consulit securitati suæ, ne sit obnoxius reprehensioni. hoc etiam Præceptor facit. Allegant enim nos ad alia, siqua sunt aut addunt: σκεπτέον. Intelligere potes, oras minus crispas, mollitudinem, diuturniorem in arbore foliorum sedem. Τὸ δ' ὅλον. More suo perspecta re, qua de agitur in alia natura, communicatáque similitudine suas asseuerat disputationes. Itaque in animantibus cùm videantur similes mutationes quę longè sunt perfectiora: non erit mirum si in plantis quoque contingat. quatuor dicit: primũm: τὸ σύνεγγυς. quod proximum. Quia mundus est vnus ordine ac specierum affini cohæsione: alioqui daretur vacuum in substantia, maiore sanè lapsu quàm in quantitate. Secundum: τὸ ὅμοιον: vt interpretetur τὸ σύνεγγυς. quęnam hęc affinitas? similitudo. Addit πως: quia semper & vbique negat perfectam mutationem. tertium: μεταβάλλειν: iam declaratum est quartum: τὸ ὁρμᾶν. vt ostendat, non esse παρὰ φύσιν ὄντως. Nam si sunt ad hanc propensa mutationem: sunt autem quia πολλάκις, vt dicebat suprà: iam id fuerit à natura. Τοιαύτας τινάς. Ecce, τις, πως, εἴωθε, πολλάκις, οὐ τελέας: eodem tendunt omnia: vt intelligamus partem mutari nõ essentiam. partẽ hîc accipio partium affectus. Fluctuat tamen, & ait: etiam in substantia mutari species animalium: vt Papilionis, Chrysalidis, Erucæ: de quibus & ipse suprà, & Præceptor in Historiis. Πλὴν ἐπὶ τῶν ψυχῶν. Vult explicare quare dixerit τινάς. Quasi

πυῶν: quia in alio genere nullo inueniuntur. Inuenitur tamen in vermiculorum generibus, ex quibus alia fiunt animalia, vt de Muscis quibusdam diximus alibi. Sed Aristoteles negauit, absolutas eas esse species, nihilo magis quàm oua ipsa. Sic è Gyrinis efformantur potiùs ranæ, quàm generantur. ideò statim explicat: τῶν δὲ τελειωμένων: Vbi iam perfecta sunt: consistit natura, neque procedit. tanto minus ea mutantur quæ statim perfecta sunt. Διὰ τὰς ἐπιτηδείους ὥρας. innuit pennas & voces auium. Καὶ τῶν ὅλων σωμάτων. Non est verum, aues toto corpore mutari. nam mutare pennas, quid id tandem est? quid etiam mutare vocem? mutat etiam per ætatem homo vocem. ideò dicit, δοκεῖν ἑτέρους. Sanè Luscinia tam à Verno suo cantu diuersum canit sub Autumnum, vt nulla ratione persuaderi possit agrestibus, eandem esse auem. non ergo licuit ei dicere, τῶν ὅλων. Non enim verum est: omnem corporis mutari partem. notabis omnino. Cùm dicat ταῦτα μὲν φυσικῶς: quomodo queat quæ sequuntur disiungere per notam, δέ. τὸ κατὰ φύσιν. τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς λεγόμενα μᾶλλον κατὰ φύσιν. si hæc sunt naturalia, etiam illa.

Lego τὸ ἐν ἀλλήλῳ κείμενον πολλάκις ἀφερπυλλοῦται. Et μεταβάλλειν, καὶ ὁρμᾶν. Et τοῦτο γὰρ πλὴν ἐπὶ τῶν ψυχῶν οὐδενὶ συμβαίνῃ.

Theodorus, ἀσθενέστερον εἴωθε γίνεσθαι. Debilior pars superna consistit. angit casta iudicia Theodori κακοζηλία. nam neque verè neque fideliter, non enim consistit, est, γίνεσθαι. neque quod fit, consistit. neque consistere, & esse debiliorem, vir acutus intelliget. Suprà enim haud semel τὸ καθεστηκὸς posuit pro valente. Πολλάκις ἀφερπυλλοῦται. omisit πολλάκις, non bono consilio. Si enim absit id aduerbium: videri possit semper id euenire. at non semper euenit, item ambigua oratio, & fortasse barbara: folio minus prominere. Ὁμοιότητάς τινας ἔχουσαι. aliquid similitudinis faciãt. non contemnenda cõsideratio. Vtrum mutationes faciant similitudines, an habeant & acquirant. hoc dicit Philosophus: illud Theodorus. Sanè similitudo sequitur mutationem, & eius quasi finis est, aut finem comitans. Finis enim est noua forma, nouúmve accidens, super quibus fundatur similitudo. itaque feliciter hîc desciuit Theodorus. Ceterùm vt hoc optimè: ita illud nimis ambitiosè, οὐχ ὡς τελέας, non vt omnino speciem exprimant alienam. Speciosa verba & polita, sed neutiquam declarant, quod subest doctrinę. Id verò est quod dicebamus in Cõmentario: Nempe duorum modorum sunt mutationes: aut præparantes, quæ antecedunt perfectionẽ aut finales. Præparãtes sunt, vt alterationes in qualitatibus: Finales sunt, vt in transubstantiationibus: in quibus natura quiescit tandẽ. Ideò dixit: mutationes hasce inchoatas esse in similitudine tantùm, non autem absolutas.

Εὐτροφώτερον. succo lætiore. dura translatio. habitudine lætiore. Διὰ τὰς ἐπιτηδείους ὥρας. quas anni tẽpora faciant. toties diximus: apud veros Philosophos tẽpus nihil vel agere vel facere, Itaque τὸ διά, non est nota causæ efficientis, sed tractus temporis communi vsurpatione: vnde & verbum, διετίζειν, perennare.

CAPVT XI.

XI. capitis argumentum. Restare in postrema consideratione morborum cognitionem. Quomodo morbi partim sint præter naturam, partim secundum naturam. Morborum principia vel interna esse, vel extrinsecus euenire.

ἈΚΟΛΟΥΘΑ δὲ πῶς. Hæc est huius quinti libri secunda pars principalis: quæ quã ob causam sit huc dilata, dicẽdũ est. Primis quatuor libris ea tractauit, quæ plantis cõtingunt secundùm naturam, idque bifariam: quippe tum earum commoda, quę spontè proueniunt: tum illarum, quibus adiicit ars aliquid vtilitatis. Quoniam verò res sunt plãtæ materiales: propter eam imperfectionem, obiicitur aliquid aliquando saragenti naturæ, quo eius opus impediatur ante quàm finem suũ, in quẽ rite intendit, adipisci queat. Veluti fluuio datus impetus ob aquæ grauitatem ad descendendum. At motus is naturalis multis modis impediri, tardari, minus auferri potest. idq; vel à natura ipsa vel ab arte. Arte nãque tum aggeribus, tum excipulis piscinarum aquæ ipsæ vel cohibentur vel torquentur, vel suspenduntur. Natura verò ipsa, terrarum, rupiúmve obiectu tum retardat, tum reflectit. Quum verò in glaciem vertit aquas, omnino motu priuat. Ita in plantæ generatione, atque etiam in omni re generabili, aut aufertur apparatus totus, quare & finis ipse quoque subducitur: quemadmodum nec vbique generatur aurum. Aut vitiatur tantùm: ídque duobus modis. Aut enim auertitur à tota specie in aliam speciem. Veluti sato à nobis Apio nata est Alliaria. Aut quum manet species, accidentia mutantur: vt succus, figura, magnitudo. Iccirco post institutam naturalium causarum indagationem, vt tota contemplatio compleretur: quærendum fuit de caussis horum impedimentorum. Quum autem duo sint rerum tempora generabilium: vnum, dum fiunt: alterum, postquam facta sunt: de iis quæ dum fiunt, contingunt, in huius priore libri parte dixit: ídque duplici consideratione: quia duplex erat natura: vna spontè, qua parte scrutabatur, τὰ παρὰ φύσιν ἢ ὄντα, ἢ δοκοῦντα: altera ab arte, qua vęstigabat τὰ περιττά, id est additamenta. In hac secunda vult agere de iis quæ iam consistentibus eueniunt præter naturam, quæ vitia aut morbos appellamus. Diuidit autẽ tractationem hãc in duas partes: in prima tractat morbos, in secunda etiam interitum: περὶ δὲ φθορᾶς, vt videbimus ibi. In hac autem tractatione superiores adumbrat diuisiones: erant enim τῶν αὐτομάτων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. Sic etiam hîc: morborum principia, partim intus esse, ergo naturalia: partim extrinsecus, igitur alia. Dico alia non determinata designatione: quia bifariam constant: aut enim

aut enim à naturalibus causis, vt ab aere, aut ab arte: non arte vera, sed vitiosa: vt à peruersa, præpostera, nimia, nimis parua, fossione, putatione, stercoratione, aliis. Quas pàrtes etiam vrbanè auget illa valde ambigua sententia: ὥς γε ἔνιαι καὶ ἀπὸ δαίμονος συμβαίνουσι, καθάπερ ἡ χαλαζοκοπία. Quasi aliud sit dæmon grandiuifer, aliud aer ac ventus & gelu, & aliæ in natura noxæ. Sed danda sunt multa vetustati: veterum enim sapientia factum est, vt nos eorum sententias perpendere possimus. Ἀκόλουθα δὲ πῶς. Duo dicit: & postremo loco hæc consideranda, & superioribus annectenda. Ac quemadmodum consequantur, satis declaratum est. Quòd autem postremo loco sint statuenda, ratio persuadet duabus de causis. Primùm, quia sunt præter naturam: deinde quia iam perfectis contingunt. ideo vocauit ἐσχάτην θεωρίαν. Diuiditur autem in summas duas explicationes. In prima recenset plantarum morbos: in secunda fructuum. Περὶ νοσημάτων καὶ φθορᾶς. In duo partitur: in morbos & interitum. quia morbus est ad mortem via. Itaque maiores nostri duarum vocum vnum fecerunt principium: μόρος, mors: morbus, μόρος βίου: sicuti scriptum est in originibus. Ἀμφοτέρων δέ. Quemadmodum dicebamus, ingenii sui diuina opulentia superiores adumbrat partes. Superiora erant partim naturalia, quia secundùm naturam vniuersalem, sicuti dicebamus ex diuino Pręceptore: partim præter naturam, quia non ordinaria. Ita & hîc morbos, & interitum partim à natura esse: partim non esse. Quippe intereunt & plantæ & animalia: & omnia generata corrumpuntur, propterea quòd sunt corruptibilia. At is affectus naturalis est: fundatur enim in contrariis, ex quibus naturalibus constant naturaliter. morbi verò nihilominus. Sunt autem præter naturam indiuidui: quia corrumpunt ipsum, non speciem. Est autem naturæ contrarium, non esse: quando natura est autor existentiæ. hæc hunc ad modum explicat. Φθορὰ μὲν οὖν εὐθύς, interitus repentini. quare addidit εὐθύς; vt doceret, esse internum principium. non tamen erat necessarium. Primùm, si τὸ εὐθὺς significat temporis indiuisibile momentum in Vitis priuatione: omnis interitus, omnis formæ corruptio talis est, sicut & generatio. Sin excludere voluit externas causas, exempli gratia, incisionem: at senectus est morbus naturalis, qui longo tractu vehit nos ad illud vltimum, quod semper habemus præ oculis, & tamen stultè nimis tanquam rem expectamus repentinam. Αἱ μὲν οὕτως: id est παρὰ φύσιν: αἱ δ' ἐκείνως: id est κατὰ φύσιν. vt excisa arbore, aut consumpta vetustate. Νόσοι δέ. De morbis, non à causis statuit, τὸ κατὰ φύσιν, καὶ τὸ παρά: sed à reipsa. Quia sunt, inquit, ἐκβάσεις egressio quędam, scilicet ex ambitu naturæ: erunt præter naturam. quia sæpe contingunt, erunt secundùm naturam. quia dixit ὅλως: addidit δόξαιεν. & duo dixit ἐκβάσεις, excitus: & σύγχυσις, confusio. Quia in omni mensura temperationis est ordo graduum, ita vt huic hoc præponderet. Id vbi confusum est: perit ratio mediocritatis, in qua sanitas sita est, aut quæ ipsa est sanitas: ne nunc turbemus mutauit: primùm, τῇ μὲν: secundo loco, τῇ δέ. Et posuit duo, εἰωθέναι πολλάκις. Διαιροῦντες. Nunc tangit aliam rationem naturæ, & non naturæ: quia σύγχυσις erat internarum rerum naturalium. At τὰ βίαια πάθη, quæ foris eueniunt, non sunt eis naturalia. Iccirco dixit διαιροῦντες, separantes extrinsecus accidentia. Βίαια vocauit: quia Philosophi violentum dicunt, quodcunque præter naturam est. hæc est pars qua ostendit esse παρὰ φύσιν. In illa verò ostendit non esse: vt ab aeris impressionibus. Tametsi sunt extima, tamen habent cum internis affinitatem. Quamobrem vastant temperaturam: quæ est vna pars sanitatis. Alia verò, vt τραύματα, vulnera: & πληγαί, percussiones, dissipant continuitatem: quæ est altera sanitatis pars. Quare aut statim ægrescunt, mediæ causæ interuentu, aut subsequente dyscrasia. Stultus enim fuit ille, qui putauit amputato capite, non sequi mortem illico, nisi dyscrasia comitetur. Coniunxit orationis seriem affini verborum flexu: πάθη, παθημάτων. Καίτοι βία γε. quia vulnera dicebat, βίαια πάθη. Frigus, inquit, etiam nimium βίαιον est. & addit πως. Quia violenta hæc sunt in gradu, non autem tota specie, vt vulnus. Aeris enim frigus idem est specie, cum interno plantæ frigore: gradu distat. at dolabræ cum planta nihil. nihil igitur eius quoque opus, sectio. Οὔτ' ἴδιον, auget doctrinam. Is, inquit, affectus ita tractatur hîc quasi plantarum proprium, vt etiam sit animalibus commune.

Οὔτε διάφορον. Neque diuersum à nostra quæstione. Id est, neque ita proprium animalium, vt etiam plantis non conueniat. ita delet obiectiones. Τῶν δὲ νόσων ἀρχαί. Non est pars Capitis diuersa, sed explicatio superiorum: ne nos fallat coniunctio, δέ. τῶν γάρ, aut τῶν μὲν οὖν: longè commodiùs. Nam quum dixit: καὶ ἡ φθορά: non est separata diuisio, sed bifariam duplex, sic: tam morbi quàm interitus, causas habent aut internas aut externas: & sunt tam totius quàm partium. Exempli gratia, ægrotat Quercus tota frigore: interit tota. Aliàs expositus Aquiloni ramos gelabitur, aut Bryon aut germen, vnde aut parum aut vitiosum feret fructum. Interibit autem vel ramus arefactus, vel succus ob fructum: vt videatur arbor corrupta mortuáve quæ nihil tulerit. Sicut dictum est alibi: terram mortuam priscis appellatam, que nihil ferret.

Ἀπ' αὐτῶν μέν. Exequitur partes. Internum morbi principium ait esse pabuli quantitatem, vel nimiam, vel citra modum: aut externam qualitatem ab aeris vi. Ac quemadmodum suprà quoque fecit, diuidit in hæc, & fortuita, vt plagas. vbi notanda diligentia. Namque alimẽ-

tum etiam extrinſecus venit: & acri ſuprà non ſemel aſcripſit τρόφιμον facultatem. Sed dicendum: illa extranea, ſcilicet elementa, quæ miſto aduentitia ſunt ad alimentum, facta iam ſunt οἰκεῖα: ventus autem & calor, nũquam. Obiectio. Quas hîc adnumerat ἐπιχύσεις, eæ niſi ſubeant, non corrumpunt. Et id fuerit, τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς, de quo dicebat. reſponderi poſſe videtur hunc ad modum. Aliud eſſe iam alimentum, ídque nimium: aliud humorem etiam alium præter illum quo ſata putreſcunt, aut ſuccus aboletur. Ideo mox dicet: εἰ δὲ καὶ ἔνδεια καὶ ὑπερβολὴ τῶν ἔξωθεν, ὥς τινές φασιν, οὐδὲν διαφέρει. An ergo hinc craſſè ſic abibimus: neque putabimus eſſe interna principia morborum, etiam ſine externi ſucci acceſſione? ſunt veró. Nam in ipſa inedia ſpiritus inflammãtur: tandem verò etiã fit corruptio ſine putrefactione. Aut etiam putreſcunt humores defecti calore naturali: cui naturalis humoris ſubtracta fuerint fundamẽta. hoc quidem in animalibus. an verò id etiam in plantis? habere arbitror ſuam illas quoque proportionem: viuunt enim; ſed ſolis cognitam ſapientibus.

Ἢ εἰς ἡ τομή. Foſſoris error, qui vulnus influxerit: id quod perſæpe contingit. Διὰ καθάρσεως. mutauit caſum. dicebat enim, σκαπάνην.

Ἢ ἐξαλλαγῆς. Cùm haud ob purgandam arborem, ſed cùm alia forma eſſe volumus. mutatur enim facies. Veluti cùm biſtipes planta, cæſo altero ſtipite, reducimus ad ſimplicitatem. is alius finis eſt atque putationis. Ἀπὸ τοῦ δαίμονος. Sanè ludit nos: vt aliquid ſit id quod Fortunam dicimus: aliquid, inquam, τῶν ὄντων. Quod negauit diuinus Pręceptor tum alibi, tum in ſeptimo Eudemiorum. Id enim quod eſt τύχη ἐν τοῖς κατὰ τὴν αἵρεσιν, eſt δαίμων in iis quæ carent deliberatione.

Πάντα δὲ ἰσχύει. Opulentam explicat doctrinam perſequens affectus cauſarum. Aeris vim eandem, non eandem eſſe omnibus, ſed imbecillioribus infeſtiorem. Sententia popularis: plus poſſum in eum qui minus poteſt. Sententiæ ſumma: plus noceri nouellis, plus item germinaturientibus: plus etiam exhauſtis ſucco poſt fructificationem. Minor illa eſt ſyllogiſmi propoſitio: eſſe illa eo tempore imbecilliora. Ἐξηραμμένων. non penitus exiccatis poſt abſolutos fructus: hoc enim ſignificat καρποτοκία: non autem ſimplicem inchoati fructus expreſſionem, ſed exhauſtis.

Τότε γάρ. Id vbique ſtatuunt omnes Philoſophi: id ſæpe monet Hippocrates: id ſuprà vidimus: mutationes debilitare naturã omnem eam, in qua fiunt. Ratio: quia natura aliò diſtracta, ibi diſtinetur. Διὸ καὶ τὰ ἄγρια. Neſcio quibus gradibus deducit è ſuperioribus hoc quod ait. Icirco plus agreſtia laborare antequam germinent quàm ſub ipſa germinatione. Neſcio, inquã, cauſam quare aſtrinxerit hoc incommodo ſolas agreſtes. Nam ex ea quam adiungit, ratione tanto magis mitia: cùm ait, κρατεῖται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς. In ſuperioribus enim profeſſus eſt, agreſtia cuncta robuſtiora. Οἱ δ᾽ ὥριοι. hoc & ſuprà ſæpe. hoc videatur cuipiam hîc vacare. in morborum tractatione, quid mea, ſi iuuant tempeſtiuæ plantas Hyemes? dicendum. In exquiſita ſcientia opus eſſe habitu firmò, à cauſis conuertibilibus conſtituto. Sed diuinus Pręceptor haud ſatis eſſe dixit hoc. Quin tenendum etiam, concluſionis contradictoriam falſam eſſe. ſic enim amoueri omnem dubitationem. Quocirca diſcipulus hic, vt ſemper, iiſdem inſiſtit væſtigiis. Non ſolùm docet contraria conſtitutionibus plantarum naturalibus, quibus morbi contingant: ſed etiam deſignat quæ ſint vtilia ad illorum morborum arcendas acceſſiones. Ἐμποιεῖν. τὸ ἐν, ſignificat interna foueri principia. Ἰσχὺν: cauſa, media inter extremam procatarcticam & effectum. Cauſa eſt efficiens: nempe animæ pars, corroborato inſtrumento, id eſt calore. Καὶ βλάστησιν. effectus hic eſt. Τῇ πιλώσει, καὶ πυκνώσει. Duæ cauſæ mediæ; nam ſunt effectus à cauſa procatarctica, & ſunt cauſæ roboris. Priorem poſuit poſterius: quod & alibi nos indicauimus. Præceptoris enim more, vtitur analytica methodo. Nam denſatio eſt compoſitio partium, vt fiant propiores: ſtipatio eſt effectus: quia ſuccus ex ea partium cohæſione compingitur. Ordo cauſarum eſt: frigus, denſatio, compactio, calor innatus, vis animæ. effectus: proſpera, larga, proba germinatio.

Ταῦτα μὲν οὖν ἀμφοῖν κοινά. ſcilicet agreſtium & mitium.

Theodorus, ἀμφοτέρων δὲ μετέχοντα. quæ ratio euentus ancipitis eſt. Non enim euenit ambiguè, ſed certò altrinſecus. Et omiſit illud aduerbium, ἀεὶ δὲ, quod ſuprà ventilabamus. Ἔκβασις. diſceſſus: egreſſio, meliús. Οὐδὲ διαφέρει. neque refert ad eam rem. Duo lapſus: primus in Latinitate. alter ſanè intereſt præſentis operæ, hoc hîc referre. Quia tametſi eſt commune animalibus: tamen eſt etiam commune plantis. Οὕτως ἴδιον ἐπὶ τῶν φυτῶν, ὥστε καὶ τοῖς ζώοις κοινὸν εἶναι. οὕτως δὲ τοῖς ζώοις κοινὸν, ὥστε μὴ ἀλλότριον εἶναι τοῖς ἐνταῦθα πραγματευομένοις. nam διάφορον hîc ſignificat, alienum.

Τῶν δὲ νόσων ἀρχαί. morborum initia. Vide quid faciat ſuperficie tenus Ariſtotelicos libros deguſtare, & Latinæ linguæ fundamenta ignorare. Initii vox ſatis prodit & originem, & vim & vſum. Significat enim principium motus, quem init mobile. Ita ſanè ἀρχὴ eſt initium aliquando: id eſt prima illa vel portio, vel momentum cuiuſque rei. Et eſt ὁμογενὴς καὶ ὁμοειδὴς cum reipſa. Itaque morbi dicunt initium medici τὴν εἰσβολήν. ſic calefactionis initium calor eſt. at non ſemper. Ἀρχὴ enim in quinto Metaphyſices, eſt etiam τὸ ὅθεν: quod aliquando eſt idem ſpecie cum effectu, exiſtentia ſemper differt: vt Cæſar eſt ἀρχὴ Catonis filii, equus equi. Interdum tota ſpecie diſtat, vt Chryſalis & Eruca. Aliàs toto genere, vt Vitis & eius vermiculus voluolus. Nonnunquam pluſquam genere: vt ſol & mus è fimo. Euenit etiam in quibuſdam, vt inter ea nulla ſit pro-

ſit proportio: vt in creatione. Nulla enim inter finitum & infinitum. Solius autem infiniti creare. Hæc omnia quidem ſunt ſuorum effectuum principia: quia priora, & quia capiunt: continent enim poteſtate. Sic & Græcè, vt in libris De cauſis diximus: παρὰ τὸ ἀρκεῖν καὶ ἔχειν, ἀρχή. at nullum horum eſt initium. Nunquam enim init, id eſt ingreditur effectum ſuum cauſa efficiens. Nempe non ineſt, vt elementum: quod eſt eius cauſa in quo ineſt. Et verbum quod apponit (contrahuntur) vt alia innumera huius boni viri additamenta, obſtrepit Philoſophicæ puritati. Non enim trahit ad ſe cauſas externas arbor: ſed inuita (vt ita loquar) excipit inuadentes. Ὑπερβάλλοντες. ſupra modum. rectè. Quia ſanitas eſt in modo: vnde & medium, & medicina. & Præceptor definit morbum, ὑπερβολήν. Δυσκρασία. cæli grauitas. Hæ ſunt interpretandi licentiæ: quibus hodie abutuntur in rebus ſeriis Ciceroniani. Nam vbi ſeſe ſperant, ſententiam adeptos eſſe: tollunt quadrigis ſuis frenum, & inſolentiæ currum loris applicant: at ille fertur auius. Δυσκρασία, non ſignificat grauitatem. Graue cælum eſt id quod ita incommodat, vt ferri ac tolerari facilè nequeat: quale Narbonæ, Caniæ, Senogalliæ. At multis aliis locis δύσκρατον eſt, non tamen graue. Quin leuiſſimus atque tenuiſſimus aer in celſiſſimis montibus, vt in Sina monte tradunt: is ſanè δύσκρατος humanæ temperaturæ, & tamen maximè contrarius graui. Denique cæli grauitas nonniſi in craſſitie ac fœtore: dyſcraſia in mille aliis.

Πληγὴν, ἢ ἕλκωσιν. ligone vel falce. aut nimis anxiè aut minus diligenter. Nam & vulnus & concuſſio etiam ab aliis inſtrumentis quàm à ligone aut à falce. Omiſit illa omnia: ἢ εἰς ἡ τομὴ, ἢ διὰ καθάρσεως, ἢ ἐξαλλαγῆς. Ἀπὸ τοῦ δαίμονος συμβαίνει. floſculos addidit. aliqua damnoſa vrgere creditur. Τὰ ἀπὸ τοῦ ἀέρος. quæ cælum iniecerit. nota phraſin. quid cælum iniicere dicamus? Τῶν ἐξηραμμένων. quaſi humor deſerit. Rectiſſimè reduxit inſolens verbum ad ſententiæ mediocritatem. Ταῖς ὑπερβολαῖς. intemperie. malé. Multæ ſunt intemperies quæ nihil nocent: quia non ſunt ὑπερβάλλουσαι.

Ταῦτα μὲν οὖν ἀμφοῖν κοινά. Hæc igitur arborum genera communia. Puto ſcriptum reliquiſſe (generi): ſed non expreſſit ἀμφοῖν. Quod tamen diducit mox nominatim capite ſequenti Philoſophus: ἥμερα: ἄγρια.

CAPVT XII.

XII. capitis argumentum. Poſita morborum diuiſione, ſiderationis tractat cauſas: eáſque deducit per anni tempora, & arborum ætates.

ΝΟΣΗ´ΜΑΤΑ δὲ τῶν ἀγρίων. Poſtquam declarauit, quid, & vnde eſſet morbus: nunc ſpecies ponit nominatim quatuor: ſcabiem, mortificationem, ſiderationem, vermiculationem. Quas quoniam non eo quo propoſuit ordine proſequitur: & permiſcet, vt videbimus, aliqua, commodiùs viſum eſt nobis, ſi faceremus vt ſeorſum ſuum cuique morbo Caput attribueretur. de ſideratione primùm. Oſtendit methodo minus probabili: primùm, in quibus ſit, τὰ φυτά, καὶ οἱ μίσχοι: deinde cauſam valde ſanè cõmunem. ait enim, δι᾽ ἀσθένειαν. Tertiò, huius itẽ cauſam: ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ: ex humoris defectu. deducit hinc tempus. Propterea, inquit, ſub Cane multa ſiderantur. ſcilicet tempus illud ſicciſſimum. at mox ſibi ipſe contradicit, quum ait: ſub Cane plantas haſce humectari: quod etiam ſuprà docebat, in tractatione τῆς ἐπιβλαστήσεως. Quartò ait, nouellas pati magis, vetulas minus, ídque multis de cauſis: tum quia robuſtiores: quippe validius reſiſtunt robuſtiores. Alia cauſa plus è longinquo trahunt. Ergo quæ propter ætatem ſicciores eſſent: propter attractum ſuccum fiunt humidiores. Tertia: quia ſuopte ſucco ſunt pinguiores: dilutior namque in nouellis. Quarta: quia nouellarum præueniunt fœturam, ipſáque tempora ſquallida. Proinde non fallere ſpes: ſed quantum ſpondeant in flore, tantum in fructibus præſtare. Vbi verbum repetit vſitatum: προδεῖξαι. præoſtendunt: & ἐκφέρουσιν, vſque in finem ferunt. id eſt, & ferunt & educant. Quintò ponit axioma populare. morbos imbecillioribus magis incommodare. Sextò, addit materialibus cauſis ſuperioribus cauſas procatarcticas. Οὐ λέγεται. Agreſtes morbis laborare, non eſt hominibus perſuaſum. Non negat factum, ſed opinionem. itaque dixit πλείω. plures eſſe mitium. ergo in agreſtibus quoque. quare etiã addit τάχα δὲ καὶ ἐπί. ac ſtatim cauſam ſubdit imbecillitatem. Πληγὰς τὰς ἔξωθεν. Non ad differẽtiam quaſi plagæ quædam etiam ἐντὸς ſint, ſed ad explicationem: eſt enim altera pars partitionis. τὰ μὲν ἔσωθεν, τὰ δὲ ἔξωθεν. Διικνοῦνται ſignificat hîc διαφθείρονται. Niſi quis legere malit διϊσχνοῦνται: attenuãtur. neutrum placet. Sed illud δυνάμεις, non eſſe hîc τῶν φυτῶν, ſed τῶν πληγῶν: quę tametſi ſunt ἔξωθεν: tamen earum maleficium penetrat. nequis obiiciat: cortice contuſo, aut ſciſſo, nihil internis partibus noceri.

Lego πωτέρα, non ποιωτέρα.

Theodorus, σφακελισμὸς: radicatio. vnde id auſus ſit, neſcio. tabitudo, alibi. Non tamen ſemper alimenti defectu contingit: velut in cicere. σφακελίζεται: namque elota ſalſugine. at id fit ab humoris copia. At quum infrà dicat, ſphaceliſmi nomen ab animalibus ad plantas eſſe tranſlatum, propter ſimilitudinem: & morbus is in animalibus nihil aliud ſit quàm νέκρωσις: non poteſt quin dicatur mortificatio: fit enim è gangræna interfecto calore naturali. Tum verò membrum tantùm abeſt vt tabeſcat, vt putridum dilabatur. aliud enim eſt, μαραίνεσθαι, aliud τήκεσθαι. ſi maraſmus tabes eſt, tabes eſt deſiccatio: at ſphaceliſmus in crure eſt computrefactio. in arbore tamen ſphaceliſmus

est arefactio. quare non erit inter hæc similitudo. item illud præterea notandum: nempe tabo saniē vocat Virgilius: quomodo igitur tabes erit marasmus? Propter hasce difficultates mox Theodorus Græca voce vsus est. Οἱ μίσχοι. surculi. alibi fructuum pecioli. Πιοτέρα, λιπαρωτέρα. humor pinguior. omisit alterutrum. πῖον pingue significat: λιπαρὸν, oleosum. Πρωϊκαρποτέρα. ad fructificandum maturior. māca oratio. maturius, non maturior. ad maturius fructificādum aptior. non enim ipsa est matura. Ἐπιβλάστησις. germinū generatio accedit. saltem addidisset (alia). nouorū germinum fit accessio.

CAPVT XIII.

XIII. Capitis argumentum. Vetulas arbores magis papati vermiculationem. causæ propter quas euenit. Eum morbum esse pene omnibus communem. Acres minimè omnium vermiculari. In Lentisco satas, minus.

ΣΚΩΛΗΚΟΥ͂ΤΑΙ δὲ μᾶλλον. Quod vltimo loco proposuerat, exequitur in secundo. Quia de nomine satis patet, quid sit: nemo nāque nescit, quid sit vermis: non posuit definitionem. Magis huc admittēda excusatio quàm in Astrobolia. Cùm enim ἀστρόβλητα patiātur succi ablatione, non videntur ab Astro percussa. proxima namque causa priuatio est. ideo declaratum ibi oportuit. Hîc autem statim, vt suprà dicit: in quibus magis fit: quippe in vetulis arboribus. causæ duæ: vulnus inflictū & sitis. vtraque ab eadem causa, defectu scilicet. namq; ex vulnere fit apertio & exemptio succi. Cæterùm cùm vermiculi existimentur è putredine fieri: & putredo sit omnis humida in primordiis suis: quomodo è sicco fient? Quia sicca naturalē amisere succum, peregrinū admisere. ideò dixit: ἐκ πληγῆς σήπεται. Scilicet subeunte aeris humido, quod arbori naturale non est. Διελκύσματα. Hîc vlcus è vulnere videtur significari: non vulnus, vt alibi. Ἐκ δὲ τοῦ διψῆσαι. alia causa in siti. defectus humoris debiti. Itaque fit, inquit, ἔκστασις: egressio ex latitudine illa Galenica. quare tandem putrescit. Συμβαίνει δέ. Argumēto potiore confirmat. in arefactis vermiculos gigni videmus. id est, quæ omnē succum naturalem amisere. Quanto magis in iis, in quibus etiamnum quippiam superest, quod facilè vitiari potest. Ratio in lignis siccis: quia rara. Itaque sese aer faciliùs induit in ea laxa spatia. Sub Luna magis: quia tunc aer humidior. sub sole citiùs: quia extraneus calor validior. In secūda parte etiam speciem ponit huic obnoxiam vitio. Suprà in genere τὰ πρεσβύτερα: nunc in specie, Malos.

Διὸ καὶ τοῖς ἐμπύροις. respondet superioribus: διὰ τοὺς αὐχμούς. Illud est temporis, hoc loci: qualitas eadē, feruor. Ταχὺ γὰρ αἱ ῥίζαι. causa media. Etenim causa exiccationis, quæ deīde causa est vermis. Et radicis exiccatio effectus est feruoris loci. Κοινότατα. Tertia pars: in qua redit ad vniuersalem cognitionem illam: in quibus scilicet fit. quam tamē
A partem primo in loco esse decuit. Ait enim: penè omnibus euenire hoc. postea diuidit & cōponit. Malos pluribus infestari vermibus, atque iccirco citiùs interire. Plures enim habet interitus autores. Ita Ficū & Pyrū. Quo in loco non est obiectio contemnenda. Nam suprà, τὰ λιπαρώτερα minus siccari dicebat: hîc infrà mox, τὰ δριμέα. Ficus autem vtrunque habet. Nam si Laurus ob hoc, vt statim profitetur, tuta est: quanto magis Ficus?

Ἀστροβοληθῆναι. quàm alibi ἀστροβολίαν, passiuè: nam φυλλοφολία, actiué. Ἥκιστα δέ. posuit quæ paterentur: nunc, quæ non. acri succo prędita. tum quia putrent minus: tum quia etiam si putrēt, eorum putredo refert semina quædam pristinæ acrimoniæ. sicut in Lauro: quæ citò putrescit. pro-
B pter raritatem succus internus ab externo vincitur. propter acrimoniæ vęstigia non ęquè vermiculari. Non negat penitus, sed temperat celeritatem quæ erat in putrefactione. Ἐπεὶ διὰ τοῦτο. Alia comparatio inter duo, cum huius similitudine. Caprificus non æquè ac Ficus: quia in specie est Ficui similis, in acrimonia, Lauro. Sic mox arctior comparatio in eadem specie qualitatibus diuersis. Acidæ Punicæ minus quàm dulces: quia dulcis ac dilutus succus imbecillior. Ideò medici indicarunt, ex eo lumbricos gigni. Πάντων δέ. pars à tempore. Non tamen de Vere potiùs; quàm de vernis Malis: quæ sint maximè imbecillæ. Iccirco pręmaturè producunt fructus, quippe à tempore coactæ. de hoc in superioribus libris. An verò Vere potiùs gignantur vermes in arbo-
C ribus? Nam ex Philosophi deductione, minus videtur: à siccitate namque vult. Ver humidum valde. Ex altera parte sensus obstrepit: tunc enim vermium copia. Dicendum, Non in arboris substantia tum creari vermes, sed extrà. nam Æstate vrūtur: Hyeme glaciantur. Ἐν ξηρῷ. à locis, suprà: ἐν ἐμπύροις. nunc à locorū similitudine: ἐν ξηρῷ. Dat causas quibus possit lentiscus arcere vermes: calorem & odorem: satis sanè debiles causas, nisi addiderit naturalem. quin ne sic quidem satisfacit. Nō enim Lauro Ficúve calidior aut odoratior. sed est succus pinguis: vnde etiam resudat mastix. temperanda quoque de odore sententia est Non enim odor quicquam facit, sed odoris causa temperatura.

Theodorus, ἕλκωσις τῶν περιορυττομένων. iniu-
D ria circumfodientis. Magno circuitu cogitationis opus est, ad deducendā vocem hanc (iniuria) subsignificatum τῆς ἑλκώσεως. Τῇ σήψει. per saniem. Nequaquam in planta sanies: nempe in qua non est sanguis. Ἔκστασις. dimotio. non placet.

Ἀφαυαινόμεναι. quæ arescunt. peculiaris lapsus. Verba hæc tractum significant mutationis: vti diximus in libris De causis linguæ Latinæ. At dum fiunt aridæ, non vermiculantur, sed arefactæ iam. ideò inest prępositio ἀπό.

Κοινότατα. publici. castigauimus alibi.

Βελτίστην. festiuum Theodori ingenium. ægriùs moriuntur. qua si diutiùs ægrotent.

Τὰ δριμέα. acerba, & vehementia. Oportet eum

eum legisse τὰ ὀξέα καὶ δριμέα: vt ab animaduersione vindicetur. Neque tamen tutus erit. ὀξὺ, nanque acidum: στρυφνὸν, acerbum. Vehemens autem est excessus omnibus communis, non autem priuatim τὸ δριμὺ, sed acre. Nam δριμὺ nihilominus esse potest, καὶ σφοδρὸν, καὶ ἀνειμένον, vehemens & remissum. Sed hi sunt quorundam recentiorum interpretum cincinni. Sic lentisci θερμότητα, cùm feruorem interpretatur, illudit nobis.

CAPVT XIIII.

XIIII. capitis argumentum. Sphacelismus non solùm à vulneribus prouenit, sed & refrigeratione & defectu alimenti. De simili affectu, non ad interitum indiuidui, sed ad priuationem generationis.

ΤΑΥ͂ΤΑ μὲν οὖν. Transiturus ad sphacelismum, colligit quæ dixit. Deinde nulla designata sphacelismi definitione, causas illico aggreditur. Nam quod ait, translatum nomen ab effectu simili qui reperitur in animantibus: tanto minus excusandus. Plantarum nanque cognitio cognitionem antecedit animalium. Itaque si vtrobique est ægritudinis genus idem: tametsi prius in animalibus cognitum est: tamen bono Philosopho bona methodo prius est in plantis declarandum. Est autem à nominis origine rei natura sæpe manifesta. Proinde σφάκελος, παρὰ τὸ σφάττειν: quasi σφάγελος, sicuti σφαγή. In iugulatis enim amittitur calor omnis naturalis. Est ergo membri mortificatio. Quæ non est σῆψις, vt aiunt, nisi addatur huic generi aliqua differentia, quæ νέκρωσιν designet illam. Multas affectus huius causas videmus: quarum omnium effectus vnus: ablatio, aut extinctio, aut corruptio caloris naturalis. Quamobrem ex vulnere & vlcere fit, propter putrefactionem: qua corrumpitur calor. Extinguitur autem frigore. Muliones ergo in transitu Cenisii montes aliquot amiserunt veretrum. Aufertur verò quum imperitia chirurgi coarctantur fasciæ in luxationibus aut fracturis. Hæc omnia nobis comperta sunt. Quin etiam ex affluxu Mali succi, vidimus in sene & in puella nulla causa procatarctica. Οὐ μὴν ἔοικε. Non rectè negat è vulnere fieri. Vidimus enim viatori cuidam crus è vulnere, quod in pedem acceperat, mortificatum, ipsúmque tandem mortuum. Non tamen euenit quatenus vulnus est, sed à putrefactione. Non tamen penitus negat: sed ait non in omnibus. Nam si Cicer hoc morbo perit, neque propter vulnus: non semper huius morbi causa vulnus erit. Nota vocem σφακελίας, sicut ἐκνεφίας, ἀνουχίας. Perit autem Cicer elota salsugine: quod & suprà docuit nos. Τὸ γὰρ ἄφαλμα σφακελίζειν ἐστί. Nomen æquauit verbo, rem factam cum ipso tractu efficiendi. Atque si dicat, suffocatio est interficere. Tria sunt à tribus præteriti personis verbalia. Vnum à secunda fœmininum, quod actionē designat, vt ἕλξις, ὅρασις, δλωα-
A σις, apud Euripidem: actio videndi, & facultatis nota. A tertia masculinum, cui attribuitur actio, vt ὁρατής, ποιητής. A prima neutrum, quod præ se fert ipsius operis ideam: vt ὅραμα, ποίημα, ὕλημα: sylua cæsa, opus ipsius ὑλοτομίας. In multis tamen haud semper distinguitur. vt apud Oratores θέμα idem est quod θέσις. Sic hoc loco ἄφαλμα est ἀπόλουσις τοῦ ἁλός. perinde ac si diceret ἀφαλίζειν. Φαίνεται. Quia naturæ ordo est in pluribus: quæ talia non sunt, σπάνια dicuntur: idcirco ait etiam in aliis quā in Cicere manifestum esse. Ἔνιοι δέ. Nunc ostendit ex aliorum sententia (quam ipse accuratiùs interpretatur) idem esse mortificationem & siderationem. Interpretatur autem sic, quasi per Polyonymiam. Ideo dicit τοῦτο μὲν οὖν πάχα ὀνόματος ἂν
B εἴη διαφορά. Deinde duas assignat causas cōfessas & receptas, præter primā illam à cōtinui solutione: scilicet humoris & defectum & excessum. Tū addit tertiam, cruditatem. Postremò quartam aliusmodi à prima procatarcticā: nempe ab aere, quā & suprà. Mirum non adiunxisse ἀπὸ τοῦ δαίμονος, vt dudum. Accuratiùs excutiamus. Aliud est abūdare alimentū, quod innuebat illis, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τροφῆς: & aliud est ἀπεψία. Nam cruditas coniungi quoque potest cum imbecillitate in defectu alimenti, non quidem toto, sed diminuto. Quippe frigore superueniēte μώλωσις: propterea dixit μᾶλλον. Μετὰ τὴν καρποτοκίαν. post editos fructus. Etiā suprà dicebat tunc esse arbores imbecillas. & hîc λεπτῆς οὔσης τῆς ὑγρότητος. Non multa, & subtili. Sicu-
C ti mox ὀρρώδη, serosum succum dixit. Quia crassior pars abierit in fructus: atq; illum calore defectum à frigore pati: hunc calidum non pati. Ergo quādiu constet fructus, non σφακελίζεσθαι: postea verò id pati. Omnino verò tandem adumbrauit τὸ τί; τοῦ σφακέλου, cùm ait ἀποψυχόμενα ἀποθνήσκει. Vt sit caloris, quemadmodum dicebamus priuatio.

Αὕτη μὲν οὖν. Colligit & omittit duas procatarcticas, plagam & aerem: & addit ἀσθένειαν; quæ sanè causa non est, sed occasio potius. Nam si nihil eorum ingruat, ea tum debilitas non interficiet. Quemadmodum si lepus dormiens interficiatur non erit motus priuatio, quoniam fugam sustulit, id quod vitam tollet. Tunc igitur non erit σφακελισμὸς, sed μαρασμός. Εἴτε διὰ τὸ πλῆθος. Cùm suffocantur humore nimio, sicut homines apoplectici. Quare τὸν σφακελισμὸν quidam
D παραπληξίαν appellarunt. ἀπεψία verò etiam modico (sicuti dicebamus) humori coniuncta esse potest. Δι' ἔνδειαν δέ. Aliam defectus assignat causam ab affectu radicum: quoties minus commodè teguntur. μετέωροι, altæ extra locum suum. καὶ ἐπιφανεῖς, ita altæ vt etiam extantes videantur. Οὐ δυνάμεναι παρέχειν. Omisit radicis incommodum nominare, & pro eo dixit quæ sequitur, officii priuationem. Dixisset enim ἔχειν: & dixit παρέχειν. Si non habent, non dabunt. Non habent autem, διὰ τὸν ἥλιον, scilicet ξηραινόμεναι. Duo deinde vitia. συγκαίεται, comburitur succus: hoc primum. Alterum, si non comburitur at incrassatur, quare fit ineptus ad

transitum. Ἐκ τούτου δὲ νόσος. Non declarauit modum. Sic est: Combustus non alit omnino. Crassus aleret quidem: at non adit ad partes alendas. Παραπλήσιον. Alius modus causæ defectus: quum squallent, δι᾽ ἀνυδρίαν, siccitate. ἐξαυχμῶσι. Semper auget vbi fieri quit verborum significationem præpositione illa ἐξ.

Βοήθεια δέ. Hæc est alia Capitis pars cum œconomia. Statuit enim fundamenta præceptis agriculturæ. Duo ponit nomina, βοήθεια, suppetiæ: actio est: φυλακὴ, lex actionis, & prospiciens prudentia: vnde medicinæ pars prophylactica.

Τὸ κινεῖν. Semper mouere terram. Sic enim recētior reponitur, qua subinde aliquid affertur succi: id quod Æstate potissimùm iuuat propter siccitatem. Καὶ ὁμαλεῖν. Quia munimentum est aduersus Hyemem. ὁμαλίζειν, æquare motas glebas, ne hiatus admittat frigoris noxam. Ideo subdit τοῦ θέρους ἕλξει τὴν ἰκμάδα. Duobus modis vitabit squallorem attracto succo: tum quia recentem (sicuti dicebamus) nacta est: tum quia fit rarior. Æquatione autem illa prohibetur etiam Hyeme calor, ne exhalet. Proinde addit, ἐνυπάρχει μᾶλλον τὸ θερμόν. Huius caloris vtilitas multa. Excessum enim humoris qui comparatur Hyemalibus imbribus, digerit per arboris partes. Alioqui non aleretur planta: quia non potest, nisi calor adsit ille, nimiam humoris coquere copiam. Proinde exalbescunt arbores, sicut & sata. Hoc in iis patet quæ frondes retinent. Quæ suprà dicta sunt, patiuntur obiectiones. Nam si ad radices Æstate sæpius terra moueatur, citiùs exarescunt: penetrat enim sol. Et quæ pars sub soli superficie non erat aeris exiccata vi, proditur, atque aeri exhibetur exiccanda. Per Hyemem verò prohibemur omnino terram mouere ligonibus: gelida enim est, & obuersa ad radices lædit ipsas. Lædit etiam frigus (vt ait diuinus Poeta) penetrabile, sese per motas induens glebas.

Ἐνίοτε δέ. Vltima Capitis pars. Sphacelon haud semper esse completum: id est morte afficere totam arborem. Sed vitium illud obesse virtuti modo generatrici. Non enim totum gelari succum, sed eum tantùm qui à natura paratus erat ad fructus constitutionem. Itaque dicit ἀκαρπεῖ γὰρ τὸ μὴ πέττειν. Non coquit autem, propterea quod οὐ κρατεῖ. Declarat hoc verbum eam quam suprà ponebat ἀσθένειαν. Nota præpositionem εἰς, ἀντὶ τοῦ, πρός. Quoad, εἰς καρπογονίαν νοσοῦσι. Morbus is tollit solam fructificandi potestatem.

Lego ἄφαλμα, non autem ἔφαλμα. Quia ἔφαλμα est salitio: ἄφαλμα, salis dilutio. Vnde etiam ἔφαλον, quod in mari est ἐπιθαλάσσιον.

Theodorus σφακελισμὸν, interpretatur morbum radicis: non bené. Nam morbus est totius arboris. Quod patet ex postremis verbis, ἐνίοτε δὲ οὐκ ἀπόλλυται μὲν, εἰς καρπογονίαν δὲ νοσοῦσιν. At non est radix quæ καρπογονεῖ. Quin etiam πρὸς τὴν καρπογονίαν, non est radix semper necessaria.

A Semperuiuum enim etiam sine radice fert. Theodori verba, sphacelismum, id est morbum radicis: pessimé. Atqui ne à radice quidem semper. Perit enim Cicer accepto incommodo per totum. Et in animali radix nulla. Præterea post fructificationem si frigus ingruat, arborem lædit, qua parte fructus exceptus est aut cecidit. Ibi primùm noxam sentit. Radix tunc haud sentit frigus illud: quin interit vltima, vt in Arancio diximus aliâs. Frigore nanque ἐσφακελίσθη: radix autem etiam tertio post anno vegeta fuit.

Πάγος, gelicidium. pessimé. Omne gelicidium est gelu, non omne gelu gelicidium.

Ἐπιφανεῖς, prospectæ. Etiamsi à nemine

B prospiciantur. Tanto minus, si procul non aspiciantur. Apertæ & extantes. Est enim idem quod ἐπὶ φάους. Μᾶλλον τοῦ δέοντος, plusquam commodum sit: imò necessarium. Vox hæc δέον, seruit illi ἔνδεια. Ἀεὶ κινεῖν, assiduè appellare. Videndum an agricolæ nostri Latini hunc ad vsum arcessunt verbum hoc. non enim memini.

Δι᾽ ὑπερβολῆς, largé. imò, nimiùm. Ἀτεσφίᾳ, ieiunio. inconsideraté. Multa ieiunant quæ nihilosecius interea nutriuntur: etiam pinguescunt: vt vrsi, glires.

CAPVT XV.

C *XV. Capitis argumentum. Nominantur vitia peculiaria Fico, Viti, Oleæ. Item alia quædam communia. Quibus artibus arborum luxuria castigetur ad fructificandum.*

TH῀ δὲ συκῇ. Omnino secanda fuit hìc pars, atque à superioribus separanda. Omissa nanque ipsa materia qua de agebatur, specierum quarundam morbos enumerat peculiares. Alios etiam communes adiungit. Hæc erit prima Capitis portiuncula. In altera dat remediorum præscriptiones, quibus cohibeatur arborum luxuria. Hoc sæpe iam suprà inculcatum est. A Ficu incipit. Nomen ponit vitii, λοπᾶν, quia λόπος cortex est & squamma. Deglubere, ad verbum: vnde & glumus. Dat definitionem,

D μάδησι radicum, & earum partium quæ illis sunt affines. μαδαρὸν, significat glabrum. Cùm deglubitur radix. Hoc in plantis vitium apud Latinos nomen non habet: at in pecore habet. Ouis enim glabella dicitur, apica. Ἐξ ὑπερβολῆς. Hoc etiam suprà τραγᾶν, in Vite luxuriante. Hirquitallire, Prisca vox, alia ratione. Hæc omnia iam ad fastidium vsque. Ὡς ἐπὶ πολύ. Ex humore nimio Ficus scabiescit, ψωρᾷ. Morbus aliis quoque communis. Ἐλαία δὲ λειχηνιᾷν. Lichenes pati. impetiginari. Ἀμπέλῳ δὲ ῥεῖν. Vascones hanc acinorum defluxionem, *grellare* vocant. Quia cadunt ita quasi grandine decutiantur, aut quemadmodum cadit grando. Λεπτὰς καὶ ῥοώδης. Vbique succi pingui-

guitudinem commendat ad firmitatem fructus. A ῥοώδης, fluxus: vnde & Papauer ῥοιάς. Ἡ βοήθεια. Pars altera ad remedia: sicut & in Capite superiore. Duplex hìc statuitur contraria præceptio, vt verè hìc pateat Hippocratica descriptio medicinæ. Adiectio & ademptio. Aufertur succus: additur robur arbori. Quo in loco etiam est notio τῆς πληθώρας vtriusque, τῆς κατὰ τὴν ἔγχυσιν, καὶ τῆς κατὰ δύναμιν. Nam si vis additur, erat κατὰ δύναμιν: si detrahitur succus, erat κατ᾽ ἔγχυσιν.

Τοῦτο γάρ. Modum docet exequendi posterius præceptum. Ficus, inquit, quum germinare incipit, putatur: ne succo suo incommodet vmbra nimia. Ecce dat succo vires. Παχύνῃ τὸν ὀπόν. Quod erat succi vitium, suprá. Dicebat enim

B συγχεῖται καὶ παχύνεται. In Vite verò ἀποψιλώσεις, dispoliationes. Pampinationes vocant nostri. Quum stringuntur paulò ante variationem, quæ nimis luxuriant. Item leuantur appositis farcillis, coactisque sarmentis atque complicatis aperitur cælum Vuis, quò liberiore fruantur. Ἀποκλάσεις τῶν οἰνάρων. ἀποκλᾶν. hìc est frangere, non autem flectere. οἴναρα, frondes, vt suprá. Περικαθάρσεις. Hoc studiosè nostri, vt radiculas tollant quæ trunco hærent superiore. Defraudant enim succo matrem.

Ὑποβαλλόμενα. Sarmenta summissa: vt summittere fasces. Ὑποκατώρυχα. terra operta. Eorsum enim tanquam in aliam familiam deducunt commeatum. Καὶ ἡ σκαπάνη. Vt radices nudentur, ac noui cæli haustu castigentur.

Ὅπως ἐθισθῶσιν. Vt assuescant. Imò vt lædantur. Πάσσαλον ὑπολαβουμένους. Nequid

C à pedamento noceatur: cautio est. Non enim detectæ, simul & aeris incommoda, & vulneris iniuriam perferre possint. Quartus casus ὑπολαβουμένους, refertur ad infinitiua, ἀφαιρεῖσθαι. Non sanè respondet casibus his περικαθάρσεις, σκαπάνη, & eiusmodi. Ideo subdit μεταδιδόναι. κατεργασίαν hìc intelligit reliquam curam omnem.

Lego λοπᾶν, non λοπάν. Et ἀποκλάσεις, non ἀπικνίσεις. Et ὑποβαλλόμενα, non ἐπιβαλλόμενα. Et πάσσαλον, non πάταγον.

Theodorus omisit definitionem, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ μάδησίς τις τῶν ῥιζῶν. Ῥεῖν, roratio. fortasse non bené. Et (vt vulgò legitur) interpretatur ἐπιβαλλόμενα: superiniecta. Nostra tamen

D lectio conuenit cum sequenti participio, καὶ ὑποκατώρυχα καθιέμενα. summissa. Non quemadmodum summittitur Pampinus aliis resectis: sed deducta: sicuti defodiuntur ad propagines.

Σκαπάνη, addidit, ablaqueationes: scitè admodum: continentur enim genere fossionis. Ἡ κατεργασία, fossio. Sic & suprà: tametsi omne opus vocis huius ambitu comprehenditur.

CAPVT XVI.

XVI. Capitis argumentum. Scabiei causæ: item hirculationis A *& prolapsionis acinorum, & occæcationis in Vite.*

TH᾽N ψώραν. Hoc est quod primo proponebat loco. Quod Caput ab aliis propterea disiunximus: cum ipso autem coniunximus aliorum morborum causas, scilicet τοῦ τραγᾶν, καὶ τοῦ ἀπορρεῖν, καὶ τοῦ ἀμβλυώττειν: quia breuissimam continebat narrationem. Satis fuerit si intellectione separetur. Hoc est Caput vltimum prioris tractationis, quæ plantarum morbos explicat. Postea sese conferet ad fructuum morbos. Perspicua sunt ferè: neque multæ indigent interpretationis. Scabiem Vergiliarum or-

B tu capere initium ex minutioribus pluuiis: quæ vbi insederint, hærent atque feruent. Nanque imbri largiore non fit: propterea quòd vberiores aquæ tum arboris sordes, tum seipsas eluunt atque etiam fortasse subeunt, vnúmque fiunt intus cum naturali succo. Οἴονταί τινες. Neminem vnquam suo iure defraudat nobilissimi vir ingenii, ac verè Philosophus. καὶ ἄλλως: etiam aliter quàm ex superioribus: quasi etiam ex superioribus possit. Ἀναζυμοῦται. ζεῖ. Fermentescit, inquit ipse: quia in fermento acor. In scabie pruritus. Ad id allusit hac bullitione. Acida nanque in Timæo bullas tollunt. Δίεισιν ἔξω. Definitionis pars. Est enim cutis affectus scabies. Ideo dicuntur à Græcis vlcuscula talia ἐξανθήματα: quia more floris erumpunt.

Ἀποκλύζεται. Eluit imber arboris sordes,

C à quibus cohibentur exhalationes. Iis igitur elotis transpirat planta, neque intus infarcta feruet.

Τάχα δέ. Etiam si penetrat, quiescit intus prohibétque bullitionem. Vsurpat hoc aduerbium frequenter ad modestiæ professionem. Suprà erat δίεισιν ἔξω: hìc est διαδίδωσιν εἰς τὰ ἐντός. Suprà ἀναζυμοῦται: in omni fermentatione fit motus: hìc παύει. Non solùm παύεται quiescit: sed etiam sedat illas feruoris causas. Itaque aut extrà delet causas abluendo, aut intus mutat temperando. Intus igitur ἐμφύεται, οὐχ᾽ ὡς ἀλλότριον: quare non exit neque à natura, neque à loco.

Συμβαίνει δέ. Quia dixerat peculiarem hunc esse Ficui morbum: addit etiam symptoma. Cùm tres fructus ferat species, ἐρινά, ὀλύνθους, σῦκα: duo priora tollit succi ebullitio. τὸ ζυμοῦν, feruens a-

D cor ille fructus abdicat institutos, quasíque facit abortum. Ideo dixit διικνεῖται εἰς ταῦτα ὑγρότης. Est minor propositio ad syllogismum. Τῇ δ᾽ ἀμπέλῳ. Morborum causæ in Vite. Βλαστοκοπηθῇ. Cùm multatur germinibus iniuria ventorum. Τῇ ἐργασίᾳ. Satis patet ἐργασίαν hìc esse putationem. Συντμηθῇ. Conciditur, scilicet ἀκαίρως. Alioqui non respondet sententiæ. Et omnino haud satis liquet hìc huius verbi significatio, vt causam det τοῦ τραγᾶν. Sed ita intelligo, vel intempestiuè: vel quod melius est, si tota concidatur: quod nos hoc anno fecimus in Vinea vetula. Non enim fructus expectandus est,

propter vniuersi succi impetum ad plantæ reparationem. Ὑπτιατμηθῇ. Agricolæ cauent omnes, ne cæsura supina sit. Excipit enim tum rores, tum aquas, exceptásque bibit ac retinet: corrumpitur igitur. Pendere volunt atque etiam mutare. Simile in Cytinis quoque, suprà. Causa verò morbi, quem tractat impræsentia longè alia est. Scribit enim de luxuria. Ait ergo luxuriari, quia succus intus cohibetur, non autem exoneratur effluendo. Ἢ ὅταν κρειττωθῇ. Quum fit seipsa melior. Veluti gallinæ, & mulæ, & mulieres: otio nanque & saturitate fiunt nequam. Verbum nouum, vnde & nomen mox κρείττωσις. De hac rubigine bis iam. Nunc tertiò repetit. ἐπινίφῃ, non signat hîc niues, sed humores. Et notandum est. Ἡ δὲ κρείττωσις. Illud ex incommodo: hoc facit nimia commoditas. Vbi enim plus æquo valet, auertit alimentum. Sicut in hirculatione fructus præripiebatur: sic in his iam constituto subtrahitur succus. Καὶ τὰς ἐπιμενούσας. Partim labuntur, partim ita manent vt non attingant à natura debitam magnitudinem. Nota loquutionem, ὡς μικρὸν εἶναι. Quasi rem pusillam: maluit quàm μικρούς. Vt illud Terentianum, *portant quid rerum*. Ἄνεμος ψυχρὸς ἀπέκλυσε: durissima metaphora. Ventus eluit flores. Molliùs, detersit. ἀπέξυσε, potius erasit.

Lego ἀναζυμοῦται, non ἀναζυμιοῦται. Et ἀναθερμαινόμενον, non ἀναθερμαινόμενα.

Theodorus ὕδωρ μὴ πολύ, pluuia lenta, pluuia minuta. Ἀναζυμοῦται, refermentatur. nequaquam. Non enim prius fermentatus est. τὸ ἀνὰ, non significat repetitionem, sed tractum fermentationis: in seipsam reciprocantis: turget enim concalescendo. Ἐξανθήματα, pustulæ. φλύκταιναι, in specie. Hîc est generis nomen.

Παύει, abolet. Sedat, non abolet. sed abolet quum abluit. Κρειττωθῇ, exuperantia fuerit. Alibi tamen vsurpat verbum à se fictum, meliorescere. Μεθιστάναι, dimouere. imò transmouere in germina: scito verbo Terentiano.

Ἀπέκλυσε, perfundit. Neque explicat Græcum, neque ex vsu Latinorum cōsistit. Nunquam enim ponitur absolutè.

CAPVT XVII.

XVII. *Capitis argumentum. Fructuum morbi in Vitibus, Malis, Oleis, Ficubus: crambus, vermis, arachnium.*

TA' δὲ τῶν καρπῶν. Quis non videt Philosophum ipsum penè iubere nobis, vt alio Capite nouum morborum subiectum pertractetur? Hactenus, inquit, de morbis arborum: nunc de iis quibus infestantur fructus. Quinque nominat arbores, quibus ii quos hîc recenset, accidant: Vitem, Malum, Ficum, Oleam,

A Amygdalum: in Vite (quem vocat crambum) vermes in aliis. Κράμβος. Definit rubiginis similitudine. Nomen autem ipsum duritiam significat: & nomini quam reddit hîc, causa respondet. Ait enim, acinos pluuia imbutos superuentu feruidioris solis discoqui. idémque foliis etiam contingere. Ἐπικαύσῃ. τὸ ἐπὶ, nota superuenientis. Μηλέας τε. Alius morbus, vermiculatio: & in quibus, Malo, Fico, Olea. Ponit differentiam. Duorum priorum fructus vermiculis semper vastari: Oleæ non semper. Sed solùm (vbi sub cute fuerint) nucleum enim si subierint, nihil nocere. Ὑπὸ τὸν πυρῆνα. Diffugiunt frigus, vt mox. Haud contemnenda pestis, quæ Oleæ nucleum queat arrodere. Sed quod B ait ὠφελοῦσι, non declarat. Iuuant autem, quia quod alimentum fuerat etiam ossi distribuendum, abit in pulpam. Cæterùm minus tempestiua vtitur coniunctione quum ait, ἐντὸς γὰρ ὄντες, οὐχ' ἅπτονται τῆς σαρκός. Quare γάρ? iuuant: quia carnem non attingunt. Haud ita est. sed non nocent, quia non attingunt. Καταψυχόμενοι. Quia dixit διαφύγωσι: declarat quid fugiant. Ita frigore iuuantur Oleæ: quoniam frigore fugantur hostes. Hoc est κωλύονται. Non prohibētur nasci, sed manere sub cute. Νοσεῖ δὲ. Communes morbos narrat, & causas duas. Vna est Amygdalo frequens: quoties in gummi spissescit succus. Hoc est illud κομμιώδης ἀπογένηται. qui succus internus est, fit gummeus. Hæc est vna ex C causis ab arbore: altera ab aëris qualitatibus. Quasi gummatio illa non habeat ab aere sui motus principium. Sanè verò habet. Sed vult dicere, μεσοῦντος τινὸς, ἢ ἀμέσως. Nanque fructus Amygdali fiunt deteriores, vbi succus in arbore spissescit. Hoc & suprà bis: παχύνεται. Arboris vitium medium est inter aerem discoquentem succum illum, & ipsius fructus vitium. At aliquando suo medio nocet aer fructibus: vt frigus, calor, squallor, rubigo, alia. Τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ. Oleæ peculiare malum vocat arachnium. Tela est quædam qua obducitur: quamobrem corrumpitur & cadit. Causa est humiditas ex aere, Situm possis dicere: si nolis, araneationem. Ἐνταῦθα. Cadit fructus, quia corrumpitur alimentum: nequedum fructus validus est. τό γε, significat quandoquidem. Χείριστον. Causæ τῆς ἀποῤῥοῆς, D quas toties attulit, pluuiæ intempestiuæ: quæ non solùm nocent Oleis & Vitibus, vt hîc ait: sed omnibus omnium plantarum fructibus, cùm sunt imbecilli.

Lego ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πυρῆνα, non autem ἐὰν δὲ τόν. Et πνευμάτων καὶ ὑδάτων, non autem εἶναι ὕδατος. Et κομμιώδης, non autem κομμιδώδης. Et μὴ ἰσχύοντος, non autem καὶ ἰσχύοντος. Et ἀποῤῥεῖ γάρ, non ἀποῤῥεῖν. Tametsi frequētia huiuscemodi loquutionis in hisce libris quasi iubet nos abstinere ab emendatione. Et ἐφύσῃ non ἐμφύσῃ: quale suprà quoque correximus.

Theo-

Theodorus ὁ καλούμενος κράμβος: hoc animal est ærugini simile. Nullum animal esse quit rubigini simile. Morbus est, non animal. Et est Vitis rubigo. Latinè dici potest Discoctio: modo aliquo τῇ μωλώσει Græcorum contraria. Idem vtriusque effectus, duritia: causæ contrariæ, huic frigus, illi calor. Οἴναρα. Pampinos hîc interpretatur: suprà, folia. Hesychius folia. In foliis & in acinis, quà guttæ insederint, feruore solis exuri, atque in ipsa areola callum facere. Hoc frequens est in Anthosmia, quam Vitem muschatam vocant. Idcirco non temerè dixit ψεκάδας, non autem ὑετὸν: quia pluuiam substillam (vt veteres loquebantur) intelligit.

Ἐξεσθίουσιν, adimuntur. Transtulit Theodor. significatum: sed non designat autorem adēptionis. Quòd si edere non est emere, neque exedere erit adimere. Ὠφελοῦσιν, augentur. Explicatio est vtilitatis. Omisit autem ἐν δυοῖν.

Ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἕνου βλάστησις. Scilicet arachnii ortus ex anniculis. Theodorus autem incommodè vsus est impersonali, Germinatur: obscurè simul ac mutilè. Et tam commodum sententiarum interpolatorem emollire decuit verbum illud βλάστησις. Non enim vera est arachnii germinatio, sed exortus.

CAPVT XVIII.

XVIII. *capitis argumentum. Locis quibusdam peculiaribus arbores ægrotare, vt in Mileto & ad Tarentum. Ex aere & solo morborum pendere causas. Ventis popularibus multas infestari. Item communibus flatibus, si sunt intempestiui.*

ENIAXOY̅ δὲ ἴδια. Hanc Historiam etiam suprà vidimus iisdem penè verbis. Populares esse quibusdam regionibus affectus, qui tanquam causæ comparentur ad ægritudines plantarum. Quæ quum sint speciosæ ipsæ, nihilo feliciùs fructum ferunt. Erucas igitur Mileto esse peculiares, haud vulgari natura. Alios enim frondes, alios ab hisce forma diuersos absumere flores. Ideo dixit ἑτέρας πρὸς τῷ γένει. Calore superueniente disrumpi. Hîc morbus huic quoque regioni frequens, Vernis pluuiis, Æstate feruida, omnia nuda sunt: Autumni facies lætissima, ac nigerrima reduci viriditate.

Ἐν Τάραντι δέ. Plautinus versus lepidissimus, *Si non fecero, periero: si faxo, vapulabo*. Sic in agro Tarentino, si non flat, rubigo interficit: si flat, marina nebula, crassa, fœtida flores necat.

Τῇ ὀσμῇ. Sententia popularis, odore necari quippiam sensu carens. Ita negat diuinus Præceptor, fulminis sono moles disiici, sed aeris motu pelli qui soni subiectum sit. Sic flores non odore pereunt, sed putredine quæ in aere est, odoris matre. Ἰδίας χώρας. Suum quæque fatum habet regio. Ὅσα θερμά. Quum dixit, peculiares esse flatus, & soli qualitates cuique regioni: adiungit causam communem duplicem. Vnam, si

A Æstate flent venti calidi. Fit enim (quod & ipse alibi) & Præceptor haud semel ait, πῦρ ἐπὶ πῦρ. Item si Vere frigidi. Vritur enim tum germen, tum flos. Hæc igitur à cælo ordinaria: quippe sua cuique loco. Etiam extraordinaria: nempe vbi quiuis flatus incesserit intempestiuè. Nemo dubitet id verum esse: quod non conuenit, non conuenire. Omnia patent: & multa repetita.

Legitur χώρας: vtroque potest modo: etiam χήρας. Priore flexu est apud Homerum, ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν. Altero modo apud Demosthenem.

Et verbum κηραίνω, apud Sophoclem & Plutarchum.

Theodorus δι' ἄπνοιαν, desiderio flatus. Admodum ambitiosa oratio. B Ἀπόλλυσι τὰ ἄνθη τῇ ὀσμῇ, odorem florum amittunt. Quò me vertam, equidem nescio. ἀπόλλυσι, actiuum est: actio nebulæ. Amittunt, actiuum est, significans floris passionem. quomodo igitur florum? An legit τὴν ὀσμὴν Theodorus, & scriptum reliquit, flores? Verùm ne sic quidem. Non enim in arboribus quæritur floris odor. Nec magna fuerit iactura, si odore tenus lædantur flores. Νοσοῦσι, languorem accidere, malé. Aliud est κόπος & κοπιᾶν: aliud πόνος, aliud νόσος: tametsi Cicero laborat in hisce laboribus.

CAPVT XIX.

C XIX. *capitis argumentum. Vermes figura differre. Maiorem partem esse suæ quanque arbori peculiarem, neque in aliam translatum viuere. Cerastem & in Olea & in Fico. Ficum nihilosecius suam habere speciem.*

TΩ'N δὲ σκωλήκων. Etiam partem hanc decuit à superioribus separari: longè enim diuersa est. Nā morbi sunt accidentia: vermes nō sunt accidentia, sed substantiæ, & morborum causæ. Etenim si arrosione pereunt fruct⁹, non perierint nisi arrodantur. Arrosio autem morbus est: nempe solutio continui. Oratio tota perspicua, Vermes non vnius esse figuræ. Quare ne specie quidem eosdem. Hanc differentiam non esse in eis maximam, sed aliam illustriorem. Quippe in sua quenque nasci arbore: in alias trāslatos non viuere. Nec ab re. Alimur enim iis quibus constamus. D Ergo ex hac aut illa si constat vermis, ex eius enim substantia concreatus est: ex ea tantùm victum ad vitam comparare posse videatur. Ex alia non posse: quoniam ex alia nasci non potest. Vermem verò esse quendam nomine Cerastem, qui peculiarem in hoc habeat naturā: quando in duobus & nascatur & alatur arboribus, Ficu scilicet atque Olea. Tametsi Ficus quandam quoque ferat speciem figura propria differentes ab aliis, qui tandem abeant in Cerastem. Vbi non negligenter naturæ hanc tesseram, seu symbolum animaduertere oportet. Est enim (quod suprà quęrebamus) an vlla species in aliam mutetur. Quod verò addit, sonum edere, quasi stridorem: id Erucis quoque commune est, vt ab

A erosione sonus exaudiatur. At hîc abutitur hoc verbo φθέγγομαι. Est enim φθόγγος sonus quilibet. At hîc potius τριγμός. Verbum autem illud ad oris vocisque sonum vsitatius. Locustarum autem attritio illa erodentium etiam procul percipitur. Πολλοὶ διαφέρουσι. Non omnes differunt, sed multi. Καὶ μορφαῖς. Non solùm natalibus & victu, sed etiam facie. Μείζων διαφορά. Quomodo maior differentia? Nam in eo non differunt, sed conueniunt: quòd nequeunt in aliena viuere, in qua nati non sunt. Et omnino durum si aliorsum referas. Ἐν τῇ ἐλαίᾳ γίνεσθαι. esto. At ἐν τῇ συκῇ ἐντίκτειν. Plus est quàm viuere, etiam generare. Nam multis in locis multa viuunt animalia, in quibus non gignunt. B Eorum duplex ratio. Vnum enim genus peregrinum penitus atque alienum, vt Psittaci: alterum eorum, quæ vocat Preceptor ἐκτοπίστικα. Vt grues & ascalopaces apud nos viuunt certis temporibus: apud alios aliis edunt fœtus suos. Ἐξ ἑαυτῆς. Quoniam illos habebat ἐκ τῆς ἐλαίας.

Ἀποκαθίστανται. Mirum verbum. ἀπὸ, ex priore facie. κατὰ, quia semper idem subest principium substantiæ. ἵστανται, quia in aliam speciem nõ vertuntur.

Lego μετατεθέντες, non μετατεθέντα.

Theodorus μείζων διαφορά: discrimen præcipuum. Non declarat differentiarum comparationem. Multa sunt præcipua quæ non sunt maiora. Præcipuum enim est peculiare. At magis discrepat vermis à verme: si nequit quod ille queat, C in alia viuere arbore, quàm si distet facie. Nam multa quæ sunt diuersis figuris animalia, ex eadem natura sibi victum quærunt. Et mures qui è fimo exoriuntur, non vescuntur fimo, sed frugibus atque etiam carnibus. At ii vermiculi nonnisi iis aluntur è quibus enati sunt. Σώζεσθαι, seruari. viuere, superesse.

CAPVT XX.

XX. Capitis argumentum. Plantis euenit interitus aut à natura, vt tabidis vetustate: aut præter naturam, duobus modis: vel ab internis causis, vel ab externis. Internæ autem multæ.

D ΠΕΡΙ' δὲ φθορᾶς. Hæc est secundæ partis principalis huius libri secunda pars, & sanè vltima totius instituti. Agit enim (sicuti proposuerat) de plantarum interitu: cuius causas (si vnquam aliàs alibi) distinguit accuratissimé. Quam scribendi viam ac rationem si vbique insistere instituisset, vel nulla, vel modica indigeret interpretatione. Diuidit autem sic. Plantarum interitus aut est naturalis, aut præter naturam. sané. Morbos enim sic etiam patiebamur. Nam senectus est morbus naturalis: non tempus (vti dicebamus) illud, quod ætas appellatur, sed habitus corporis, qui sub alia ætate dicitur tabes: cuius terminus appellatur, mors. Is igitur esto naturalis interitus. Alius verò præter naturam, duobus modis. Aut enim extrinsecus habet causas, aut intus. Externæ sunt violentiæ, non vnius modi. Quædam enim sunt violentiores: veluti quum excinduntur aut eradicantur. Minus violentæ sunt quæ ab aeris qualitatibus proficiscuntur. Illis illico pereunt: his non tam citó. Internarum verò triplex partitio est. Quippe aut dyscrasiam sequitur. Hæc raró accidit. De malæ temperaturæ modis suprà satis. Aut inanitionem. Inanitio duplex. Vel quia non accedit alimentum: verbi gratia in squalloribus, etiam si non vratur arbor, tamen subducitur alimentum. Aut quum absumitur id quod inest, hoc fit nimia fœtura: quemadmodum euenit etiam animalibus. Itaque πολύγονα animalia vitæ breuis esse dicit diuinus Præceptor. Sic & gallinæ exhauriuntur. Tertius modus huic contrarius, nimis bona habitudo. Nam hunc ad modum turtures pereunt pinguedine suffocatæ. Sic Picea, cùm radix succi copia crassescit in tedam. Iucunda est narratio, perspicua simul & accurata.

Περὶ δὲ φθορᾶς ἁπλῶς. ἁπλῶς, hîc significat, in summa. Διελθεῖν. Signatum verbum. διὰ τὰς διαφορὰς ἐλθεῖν. Αἱ γηραιαὶ αὐάνσεις. Siccationes vetulæ: festiué. id est, vetularum. αὐάνσεις, μαράνσεις. Quare mox ἀπομαραινομένων. τὸ ἀπὸ, nota est termini antecedentis arefactionem illam & tabescentiam. Et dixit. Ὥσπερ ἀποπνεόντων. Quia metaphora est ab animalibus, quibus spirandi atque vitæ idem finis est. Ac quanquam οὐ πνέουσι plantæ: tamen vtuntur beneficio διαπνοῆς. Omne enim viuens διαπνεῖται. Calor enim vitalis eget in multis refrigeratione, in omnibus instauratione. Instauratur autem cælesti calore circumfuso, qui sese induit in omnia. Is est Anaxagoræ νοῦς, aut eius minister. Hippocrates quoque in omnia diffusum agnoscit. Accuratius de his in libro de spiritu. Δι' ἀσθένειαν. Siccantur ob imbecillitatem. non. Sed potius ex siccatione imbecillæ. Cuius imbecillitatis gradus ad postremum vsque porrò promouent, quod est, non esse. Αὐτομάτων. Quia nulla subest apparens causa: subtilius tamen perpendendum. Quare perit animal tabe senectutis? Quia, rectissimè Galenus, elementaris calor (qui est in composito) depopulatur humidum, quod est subiectum caloris naturalis: non autem calor ipse naturalis. At in planta? In planta æquè item. At in Tritico postquam fructum perfecit? Dicemus ne genus esse mortis hoc quod hîc primo statuitur loco? An illud quod mox narrat? τὴν ἀκαρπίαν. Nouellas Oleas si multum ferant, exarescere. hoc potius videtur. Βιαιότεραι. Quia pereunt illico, cæsæ aut fulmine ictæ. Πασῶν δ' ἥκιστα διὰ νόσων. Rarissima est interna causa per dyscrasiam. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. τὸ ὥσπερ, non refert τὸ ἥκιστα, sed τὸ διὰ νόσων. Non pereunt morbo more animalium. Ratio.

Ἐγχει-

A Ἐγχειρίζουσαι γὰρ αὕται. αὕται scilicet διαφθοραὶ non occidunt, nisi longo post tempore. ideò rarius euenit. Οὐ φαίνονται. Non videntur præter naturam extinctæ plantæ, tametsi morbis vexatæ sunt: quia diu viuunt etiam ægrotæ. quare videntur absumptæ vetustate. Εἴπερ ἐκεῖνο. Si naturalis mors est ea quæ fit humido naturali deficiente: atque hoc fit in vetulis: cùm etiam morbosæ senescant: senio, non morbo interiisse videantur. Ἔστι δέ τις. Rectè dixit: παρὰ ταύτας: præter has, eam corruptionem, quæ euenit propter fœcunditatem. Quid illæ sunt, κατὰ φύσιν, & παρὰ φύσιν; hæc autem an talis sit, dubitatur. Tum adducit rationem dubitandi cur videatur naturalis, & non naturalis. naturalem videri quia fœcundum omne naturæ legibus bre B uis æui. Non enim conueniunt contraria duo hęc: materię productio, & subductio. Quare sicut à specie quædam βραχύβια sunt: quibus mors naturalis, est terminus vitę breuis: sic iis, quæ à fœcunditate talia sunt, mors erit eiusmodi naturalis.

Ἐπεὶ καὶ ἐλαῖαι. in Olearum exemplo duo nomina ponit, ἀκαρπίας καὶ πολυκαρπίας.

Ὅτι οὔπω τετελεσμέναι. Quia nondum perfectæ, qui succus matribus debetur, abit in sobolem: & tunc vitæ principia sunt debiliora. ea verò non est consumptio naturalis: quia per id tempus, opus largius fructificandi est præter naturam. fit igitur, vt exemplum rei, non vt res ipsa, qua de agitur. Ταύτην δ' οὐ τῶν. Ostendit: neque naturalem esse corruptionem hanc, ne- C que violentam, sed internam. sanè morbus est inanitio, aut morbi causa. ideò dixit, ἀπ' αὐτῶν. Nota loquutionem: τὴν ἐπὶ πλέον ὁρμήν. nimiam. aut ἐπὶ πλέον τοῦ συμμέτρου: quòd alibi dicit: τοῦ δέοντος: aut διὰ τὴν ὁρμὴν τοῦ συμμέτρου, scilicet, ὑγροῦ. quia τὸ σύμμετρον βούλεται συμμέτρως διαδίδοσθαι. si ex re, atque ex vsu partiatur, tùm ad alimentum matris, tum ad sobolis generationem: non exhaurietur mater, sed viuet. at exhauritur. Si succus is esset, vt alibi dicebat, ὑπερβάλλων: posset in diuersa diduci sine iactura. Simili proportione respondet naturæ illi, quæ dicebatur in Vite, τραγᾶν. non ferebat fructus, quia nimis alebatur: hæc non alitur: quia nimis multum fert fructum. Ἢ συναίτιος, ostendit, τὸ ἀπ' αὐτῶν, quod di- D cebat. id est, intimam causam etiam ab externa pendere, nempe aere, atque anni constitutione.

Οὐδὲν διαφέρει. Nihil referre, verùm dicamus: naturalem esse, an mediam inter naturalem, & non naturalem. atque ita populari hac sententia liberauit fidem suam. Interest enim metaphysici acrius contemplari: physici in libris vniuersalibus, exactè: in particularibus, quales hi sunt, leuius. nobis ita videtur. In arboribus, quę sua natura, suóque more fœcundę sunt, eum interitum esse naturalem: quę præter principia, facultates, morem, erumpunt in eam fœcunditatem, si intereant: iis illum interitum haud esse naturalem: nihilo secius quàm si vir moderatus in venerem soluatur. De ætate quoque dicetur idem: si ætas det, vt plurimùm ferant, eóque exuctę moriantur: naturalis illa mors est, nempe iuxta conditiones ætatis. Si præter ætatis captum largè fructificent, adeò vt inaniantur: præter naturam, cuius ætas pars est, eis vitę finis afferetur.

Τάχα δέ. Modus ex bona habitudine, Picearum exemplo. Αἱ ῥίζαι δεδᾳδωθεῖσαι, tedata radice. id est, quę abierint in tedam. Ἅμα τῇ δᾳδώσει. Non transmittere alimentum: tum quia retinent, tum quia sunt obstructa pinguedine. Sicut animalia quædam, quod & suprà dicebamus, pinguedine suffocantur. iccirco dixit.

Ὑπερπαχυνθῶσι. supra modum. Οὐδ' ὅλως, quia dixit: ἕλκειν τὴν τροφήν: neque hoc faciebat ad plantas quę non spirant: addidit hęc: vbi intelligit, περὶ τῆς διαπνοῆς: quę fit etiam in plantis, vti suprà dicebat, necessaria. ideò dixit: spirationis vsus eis nullus. id est ne in transpiratione quidem: quoniam venarum oscula pinguedine sunt angustata, atque etiam obducta. Hęc signabat illa vox, σύμφραξιν. & addidit, πύκνωσιν: vt incommodum situm sit in duobus: in vasis obstructio, in succo crassitudo, atque iccirco ineptitudo πρὸς τὸ διιέναι.

Ὀρθότυποι. Lignatores intelligi debere, satis patet. Etymon tamen haud planè respondet. apertiora significatus lineamenta essent, si πορθότυποι, legeretur. sanè in meis tot tantisque obseruationibus nusquam alibi à me inuenta vox hęc est. Πάντα γάρ. Axioma ex intima philosophia: egere omnia spiritu. dixit: πνοῆς: quia diuersus genere, specie, officio, loco. vnus finis, quadruplex: refrigeratio, humectatio, recreatio, expurgatio. Cum eo nanque exeunte exeunt item fuligines. & est quasi quidam cordis cibus aer admissus. Ἢ μανώσεως. Vt sit, & spiritus, & via: μάνωσις respondet τῇ συμφράξει. & quod ait, πνεύματι, respondet τῇ πυκνώσει. adde tu, non solùm, πνοῆς, sed etiam πόρου, apti, & liquidi. at cuius erit illa rarefactio? declarat, cùm ait: πόρων.

Lego διὰ τὴν πολυκαρπίαν. dele, ἢ τὴν ἀκαρπίαν, καί. Et εἰς τοὺς καρπούς: non autem, οὐ τοὺς καρπούς. Et οὐ κακουμένοις, ἀλλ' ἀσθενοῦσι. Et πότητα: non, ποιότητα: vt alibi sæpe correximus.

Theodorus, ἁπλῶς τῶν δένδρων. omisit, ἁπλῶς.

Μαραινομένων, aboleantur. at est senii proprius μαρασμός. neque decuit tam signatum verbum officio suo defraudari. Βιαιότεραι, violentas. hîc quoque defraudauit gradu comparationem. vult enim violentiores esse, quàm quę ab aere.

Εἴπερ ἐκεῖνο τῆς φύσεως ἡ ἔκλειψις. Cùm naturæ intersit vt vires paulatim deficiant. verbum hoc, interest, semper significat commoditatem. at non hîc. cùm legibus naturę sic deficiunt.

Διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ἀκρασίαν. E blandito aere, temperiéque optima condito. sanè orationem haud optima temperie.

Οὐ δέονται. Cúmque per tedam pabulum arbores transmittere nequeant, imò excipere, non transmittere. Admittit arbor ab radice transmissum.

Μανώσεως. Solutionẽ. pessimé. & ambiguũ est,

ad vinculorum laxationem: & actionem ſignificat. μάνωσις autem, habitum à ſitu partium. laxitas.

CAPVT XXI.

XXI. Capitis argumentum. Naturalis interitus cauſas duas, frigus, & calorem. frigore plus noceri. de locis Arcadiæ, Eubœæ, lacu Orchomeno. harum cauſarum effectiones explicantur. caua loca plus laborare.

ΠΕΡΙ` δὲ τῆς κατὰ φύσιν λεκτέον. Quod in morbis fecerat, nunc facit de corruptione: vt poſt partitionem exequatur: exequitur autem primò primam partem. ea illarum erat, quæ ſecundum naturam interirent. verùm longè aberrat ab iis, quæ ſtatuebat. Nam ſecundum naturam interire dicebat eas, quæ quodammodo expirarent, ac vetuſtate tabeſcerent. præter naturam eas, quæ cogerentur extrinſecus, quem modum violentum appellabat. ſic enim dicebat αἱ μὲν βιαιότεραι, διὰ πληγήν: αἱ δ' ἧττον, διὰ χειμῶνας, ἢ πνεύματα. At hic duas cauſas κατὰ φύσιν dicit, frigus & calorem. Quamobrem vt altero in loco bene ſenſiſſe concedamus: at nulla excuſatione tueri poſſumus, quin ſibi aduerſari videatur. Partitur autem quantum reliquum huius libri eſt in hac interitus tractatione, in duas partes. haſce duas cauſas aliquot Capitibus primùm expedit. Aliquot aliis poſterioribus explicat alias, quas violentiores appellabat, velut à vulneribus & fractionibus: aut quibus afferatur vitæ detrimentum, ſi depaſcantur. Hoc autem Capite duo facit. Primùm cauſas dat duas, frigus & calorem. Secundo loco declarat, quomodo cauſæ agant illæ. ait igitur, hic plus nocere frigora, quàm calores. Ita duæ comparationes. prima, cauſarum inter ſe: ſecunda, ſubiectorum. Idque duobus modis. Vnus eſt ſecundum ætates, & habitudines. nouellas enim plus pati, & quocunque modo imbecilles. Alter modus ſecundum loca. Itaque ſuprà dicebat: τὰς χώρας ἔχειν ἰδίας κῆρας: certas offenſiones. Ἐπεὶ καὶ αἱ κατὰ φύσιν. Si ſunt cauſæ: ergo reddendæ ſunt: quando eſt hoc noſtrum hic inſtitutum. Si ſunt manifeſtæ: non eſt ponenda quæſtio vſitata Peripateticis primo quoque loco: εἰ ἐστί. ſi ſunt ſimplices: de ipſis ea cognoſcentur, quæ facilè poterunt percipi. Ita poſitis methodi quibuſdam quaſi ſeminariis, attentum facit auditorem. Τούτων δέ. incipit cauſas tradere. Vnam ſtatuit: vnam excludit. vnam ſtatuit in aere duplicem, à frigore, & à calore. vnam excludit, item duplicem. quæ ſitæ ſunt in aquæ defectu, in ſoli vitio, malitiáve, alius generis ſunt, & aliæ ab iſtis. Τῶν κατὰ ἀέρα. Cauſa igitur eſt exceſſus in aere. Γινομένων. Quia fiunt mutationes. Nam ſi eſſent perpetui calores aut perpetua frigora: non mutarentur. Omnis autem mutatio paſſio eſt: & omnis paſ-

A ſio mutatio. eſſet ergo proprium illis tale cælum.

Λειψυδρία. Hic item eſt mutatio. ſi enim defecit aqua: præextitit. Nam quæ ſunt in naturali ſiccitate, non patiuntur: vt Ægyptia ſpina. ibi eſt, ἀνυδρία. at λειψυδρία, cùm aqua debita defraudantur. verè hic eſt defectus: ibi carentia.

Χώρας κακίαν. Illa λειψυδρία erit aliquo euentu. at κακία eſt innatum vitium: vt cùm ſuapte natura ſtrigoſa terra eſt, &, vt ſuprà dicebat, λεπράς. ſic diuinus poeta colles malignos appellauit. Ἕτερον εἶδος, fortaſſe non eſt. λειψυδρία nanque non quit, niſi à cælo contingere. Nam quis nunc labem quampiam commentus fuerit, qua dehiſcente ſolo abſorbeatur aqua?

Αἱ μὲν ὑπὸ καύματος. Comparat duas qualitates. Quinque ſunt vocabula: ἀλεεινόν, χλιαρὸν, B θερμόν, καῦμα, αὐχμός. ita per gradus cum humore priores quatuor eſſe queunt. Poſtremus eſt cum ſiccitate, ſquallor. Ergo dicit, ab æſtu, hoc eſt καῦμα, minus noceri, quàm à frigore: niſi αὐχμός, ariditas acceſſerit, quæ dicitur ſquallor. Tum alium quoque gradum addit inſuper: ὑπερβάλλων. quin, inquit, is quoque ſupremus, atque immanis calor ſi ſuperuenerit, etiam plus aliis nocet, quàm arboribus. hoc eſt, quod aiebat: τ' ἄλλα μᾶλλον. herbas intelligit. Ita comparauit inter ſe non ſolùm nocumenti cauſas, ſed etiam ſubiecta. Ταῦτα δ' ἄν. Etiam alium aſſignat gradum, ſcilicet tractum temporis. Duo dat: continuationem, συνεχῆ: & prolixitatem, πλείω χρόνον. quia vtrumuis abſque altero po- C teſt eſſe. ideò dixit ταῦτα δ' ἄν. id eſt, καὶ ταῦτα δὲ, ὅταν.

Ἀλλοῖα δέ. Comparat nunc æſtus ipſos inter ſe, ſub diuerſis temporibus. Quia non ſolùm nocent, ſi tempore ingruant alieno, ſed etiam ſi ſuo: veluti ſub Cane. ἀλλοῖα aliena. quare etiam ἀλλοιοῦσι. an ἀλλοῖα, ſignificat, diuerſa: ita dico, vt non eadem ſint omnibus? ſequitur enim, γάρ.

Τὰ ἐπέτεια, anniuerſarii. Μόνα γάρ. Rationem reddit diuerſitatis. quia ſolæ nouellæ pereunt ſub Cane ſideratę. quod & ſuprà docebat.

Καὶ ἐὰν ἄρα. duo apponit. vnum ſimile, ἀσθενές: ſi quid aliud ſit infirmum, vt & illæ. vnum diſſimile, πεπηρωμένων. ſiquid læſum alioquin eſt.

Ὑπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος. Hæc eſt differentia. ſuprà, ἐλάττους: hic πλείω. hæc de ſubiectis: illa de affectibus, καὶ κατὰ πλείω τρόπους. Nanque vno D modo peribant ab æſtu, nempe exuctę: à frigore verò, multis.

Ὅτε μὲν γάρ. Vnus modus à gelu, ſereno cælo, ſine ventis. Hoc ita fit, ſicut à Cane fit æſtus duo ſunt, πάγος, & σφοδρότης. itaque congelant, ἐμπηγνύουσι. reſpondent inter ſe nomen ac verbum, πάγος, πήγνυμι.

Ὅτε δέ. Alius à ventis frigidis. dat verbum metaphoricum, ἐπικαύουσι. ſic poeta: penetrabile frigus adurat. Quia effectus idem, qualis & ab igni: areſactio, color ater.

Ἐνίοτε δέ. Tertius modus ad ventos indifferens.

ferens. quippe ſiue ſilente vento: ἀπνοίας οὔσης: ſiue ſpirante paruo, aeris impuri vitium ſit ac turbulenti. θολερῷ, ab humore: ἐπινεφοῦς, à denſitate. Quare dixit, μετρίας πνοῆς? quia ſi validus eſſet ventus, quantum afferret turbidi, tantundem verreret, atque auferret. Γίνεται δέ. Cùm dixit modos tres: duos priores agnoſcit ad Arcadiam, & Eubœam, à ſereno, & ventis: vnum à caligine, in Theſſalia. Οὐ μὴν ἀλλὰ, auget documenta. ventorum flatibus ſæpius euenire. creari verò flatus: cùm montes niuibus occupati fuerint: ab iis enim illos fluere: vnde frigus vrens. ideo dixit τὰ ὄρη λάβῃ χιόνα, exceperint montes niuem. Nam ſanè potius λαμβάνει τὰ ὄρη χιόν. Ὅτε δὲ καὶ νηνεμίας. Expoſitio illorum hæc eſt: ἐάν τε αἴθριος ὁ οὐρανός. & aurea: αἱ αἰθρίαι, καὶ πάγων σφοδρότητες. ſubit enim aer. εἰσδυόμενος (vt dicebamus) penetrabile frigus. Aut enim hinc accepit diuinus poeta, aut vterque à natura. Ὃ δὴ λέγουσι. Dixit, quo modo eueniat noxa: nunc quo modo non venit: idque ad Eubœam, & Bœotiam. in Bœotia lacus eſt, Orchomenus, de quo in hiſtoriis. is lacus vbi plenior fuerit: id incommodi minus euenire. Huic rei cauſam deſignat, non à lacu: ſed & lacus complementum illud, & euentum hunc ab vna ex duabus cauſis, aut ab vtraque. ob id ait, ἀμφοτέρως λάβοι.

Καὶ ὡς κατὰ συμβεβηκός. Per accidens: non vt cauſa, ſed vt effectus, & ſignum humiditatis, propterea quòd tunc plus imbrium: ſi minus niuium. minus ergo ventorum niualium illorum: minus frigoris ab illis. Καὶ ὡς ὑδρωδεστέραν. At hæc eſt cauſa materialis. Nanq; ἀναθυμίασις eſt exhalatio à nubibus, niuibus, pruinis, rore, pluuiis, humore quocunq;. Ea ſi fuerit liquidior & aquoſior: fiunt imbres. itaque dixit, ὑδρωδεστέραν. Διὰ τὸ ἀπὸ πλείονος. Ob copiam non poteſt humor multus à frigore in niues cogi, ſicut modicus. Ἡ τοιαύτη δ' ἧττον, minor ſyllogiſmi propoſitio. maior erit illa: vbi minus frigoris, minus noxæ. Probat inde propoſitionem hanc: non eſſe maleficum, κακοποιός: quia tepidiora loca ſint, quæ ſecundum paludes exiſtunt. Λιμνωθέντων. Vbi ſtagnauerit aqua. ſanè ad Benacum viuunt Oleæ, & Arantiæ: quæ locis inferioribus ac magis meridionalibus non viuunt. Πνεῖ δὲ τὰ πνεύματα. Peculiares nūc notat ventos gelidos certis regionibus. Olympias ventus illam creat ad Eubœam calamitatem: quam propterea dicunt, κλαυθμὸν, eiulatū. Ventus is è Thracia in Lesbum flat, & Eubœā ab Olympo monte Pericorum: vnde nomen inuenit. Hunc eundem, aut potius analogum eſſe Prouinciæ Circium. Ipſum vocant Strymonian Thraces à fluuio, quem eius autorem putāt. Scirrhum verò cognominant Megarenſes ab imminente rupe. Hæc ſi vera ſunt, quæ de hoc vento dicta attribuunt Ariſtoteli: quónam modo ſpirabit in Chalcidem è Thracia, vel ab Olympo: quando ibi ſcriptum eſt, ab Occidente flare. ait enim: ἀπὸ δυσμῶν κατὰ τὴν ἑλλάδα, ὡς ὀλυμπίας. dicendum: intelligere totum ſemicirculum occidentis, in quo

A Caurus quoque deſignatur. is enim cis Olympias eſt. Ἐν Θετταλίᾳ γὰρ ἀμφοτέρωθεν. Vndenam vtrinque? non enim dixit, niſi, ἀπὸ δυσμῶν. an eſt etiam ἀπὸ τῆς ἕω? an deeſt aliquid. facit enim ſuſpicionem particula γάρ. nam cuius redderet rationem? Ἡ δ' ὥρα, à tempore circunſtantia. bruma ſpirat, cùm maximè gelu viget. Τὰ μὲν οὖν. Hæc eſt alia pars, in qua deſcribit modum effectionis cauſarum. Ὡς καθόλου γε. ſiquis vniuerſalem quærat rationem: ea fuerit potiſſimùm. Exigi naturalem vi frigoris calorem: quare ſimul item humorem exprimi, atque expirare. Rurſus vtitur eodem verbo, alia compoſitione. ſuprà dicebat, ἐκπνεῖσθαι, de arbore moriente: nūc διαπνεῖσθαι, de ea quæ exuggatur. Συμβαίνει δὲ B τοῦτο. Suprà comparauit arbores cum arboribus ab ætate, ab habitudine, à locis: nunc eiuſdem arboris partes cum aliis partibus. ait: quæ terra teguntur: eius obiici, beneficio frigoris iniuriam ab illis arceri, atque ita ſeruari. quæ ſupra terram ſunt, quaſi nudata præſidio, vinci, atque interire. Cæterùm addit, de quo dubitetur. Πολλάκις δ' αὐτοῦ, dubito, inquam. Nam ſanè ſi in æſtu plus laborant, quæ terræ ſunt propiora repercutienti, intra radiorum angulos reuerberatorum: ſic videtur etiam pars illa trunci, quam dicit immunem, cùm ſit terræ propior, eſſe magis obnoxia maleficio. dicendum: calorem arboris non abſumi totum: ſed partim fugere, atque abire ad radices, ibique ſeſe in eas abdere. totum non poſſe ſubire, quia ne capi quidem. Multum ergo cogi C ad imas illas partes, qui coactus in ſe, ſeipſum tueatur ab hoſte perſequente. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε. Tantam eſſe interdum frigoris immanitatem: vt ne illæ quidem partes ab interitu liberæ ſint. ideo dixit: ὅλον τὸ δένδρον ἐξαυαίνειν, more ſuo cum præpoſitione illa, ἐξ. Ἁπλῶς ἄνωθεν, ab ſummo incipere gelationem. Sanè quia plurimùm diſtant à primo principio, id eſt ab radice. ἁπλῶς, hic ſignificat, ferè, id eſt, maxima ex parte. ſanè cùm ab aere. Nam cùm à ſoli vitio, aut διὰ τῆς λειψυδρίας: ab inferioribus. Διὸ, duo remedia. vnum, quod vſurpant Ligures Taurini. Hyeme Vites ex arbuſtis detractas, terra operiunt. & ſanè, quod hic dicit, faciunt. non enim vites infodiunt, ſed modicis operiunt globis. ait D enim: μετρία πιεσθεῖσα δύναται διατηρεῖν. quo modo ſatis eſt partem obtegi ad totius tuitionem? quia calorem illum internum intus cohibet, qua obducta eſt: qui calor cùm ſit vnus, & continens, vnico atque continenti motu retrahitur, neque ſuffocatur: quod fieret, ſi tota tegeretur. alterum remedium. Ficorum incrementa prohibere. attonſione fit hoc. ita non multùm diſtabunt ab radice partes. Ἔνιοι δὲ μόνον, prioris modi modus quidam. Satis habent alicubi, ſumma tantùm capita infodere. Reſpondet hoc illis: ἄνωθεν ἡ ἀρχή. ſi à vertice noxa incipit: eo ſeruato ſeruabuntur.

Κρέδδας αὐτοῖς. Idem facere non ſolùm cacu-

minibus, ſed etiam ramis. Ἡ δ' ἰδιότης. Tollit admirationem. acerrimam eſſe vſtionem illam, neque minorem, quàm quæ proficiſcitur à ſolis vehementia. Atque etiam addit: καὶ χρόνου πολλοῦ. vel ab eo ſole qui diuturna mora diſcoxerit. Imò verò vehementiorem profitetur verbis illis, ἐξάγει μᾶλλον. plus exprimere quàm quantum à ſole exuggatur. auget etiam cùm addit, καὶ ἀθροώτερον. nō paulatim, vt à ſole fit, ſed confertim magis. Sanè fit exprimendo maior motus, quàm reſoluendo. Illud à frigore fit: hoc à calore. appellat autem ἰδιότητα: quia præter morem modúmque frigoris vulgaris, vrit, efficítque effectionem ſimilem effectionibus contrarii ſui. ſic infrà, τῶν πνευμάτων ἡ ἰδιότης, in hac eadem cauſa. Τὸ δὲ πονεῖν. Quod ſuprà dicebat ſemel atque iterum de rubigine, euenire locis cauis, & à vento ſilentibus, hîc idem ſcribit de frigore hoc. Notat ſitum totius à vicinia: περὶ τοὺς ποταμούς: ob exhalationes: ſitum partium: κοῖλοι, καὶ αὐλῶνες, quoniam caua loca cohibent nebulas ac fouent: porrecta recipiunt & tranſmittunt. Dum addit, componítque horum conditiones cum aliis communes: exempli gratia: cum iis, quibus montes imminent ex ea parte, vnde venti flant cōmodiores. Ideò dixit: ἀπνευστότους. Poſt hæc rationem adiungit. Ἵσταται μάλιστα. Quia horum ſeptis coercetur, atque hæret aer frigidus. & non ſolùm ἵσταται: verumetiam ſi abit, abitus ille longiore tractu diu radit. ἵσταται pertinebat ad cauitatem. Hæc prouecta radendo motio ſpectat πρὸς τοὺς αὐλῶνας. proinde ait: πλεῖστον διατρέχει χρόνον. quocirca multa fit impreſsio, hoc eſt quod aiebat: ἀπεργάζεται μάλιστα, efficaciſſimè nocet. Hîc igitur eſt aeris motus. At vbi nō regnant flatus: ſanè caua loca plurimùm laborant: vt in Macedonia, Theſſalia, & ad Philippos. Iccirco dixit παρουσίαν, καὶ στάσιν. quia qui mouetur aer, adeſt quidem: vt in vallibus oblongis, quas αὐλῶνας appellabat: adeſt inquam: ſed διατρέχει. at in concluſis locis στάσις eſt. Quippe in eos ſinus receptus aer, non habet, quà, quóve ſeſe liberet illa obſeſsione. Quamobrem gelu vitiatur. verbo vſus ipſe eſt paulò audaciuſculo: πήγνυται. Docuit nos diuinus Præceptor, aerem non πήγνυσθαι, vt aquam: ſed παχύνεσθαι. quia non mouetur, incraſſatur, partium ſcilicet ſtipatione. at motus rarefacit: differt enim partes. Ἐφεστηκώς: quia ἵσταται, & στάσις. Ter idem, quaſi medius terminus ad ſyllogiſmum. Non ſolùm autem πήγνυται, ſed etiam πήγνυσι. alteratus enim alterat: ſicut in ferri motu Ad magnetem. Vbi ſcita contemplatio in naturæ legibus. Non enim recipitur actio ſecundum agentis modum, ſed pro captu patientis. Nanque nix gelida, & concreta, immota. Halitus, qui ab ea tollitur, frigidus, craſſefacit aerem, non congelat. aer frigidus, inſpiſſatus, non congelatus, congelat arborem. Etiam illud propius inſpiciendum. reciprocam eſſe in hac natura effectionem. Nam quies aeris inſpiſſat aerem: inſpiſſatio quietem creat: minus enim mouentur partes quæ erant liquidiores. Κατὰ τοὺς ὑπτίους. Ad cliuos non fit illa concretio. Sanè optima ratione. quia plus cogitur in minore ſpatio, laxatur in maiore. ab imo cliui ad ſummum laxatio fit in motu. Ideo dixit: κωλύει γὰρ ἡ κίνησις. Ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος. τὸ ὥσπερ, non eſt nota comparationis: vt dicat, non concreſcere, ſicut concreſcit aqua: ſed eſt nota explicationis. Non concreſcunt. ſed neque aqua quæ fluit, neque flatus qui mouetur. Hoc ſic: ſi legas, vt legitur: ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος, ἢ πνεύματος. non tamen placet: & eſt dura. Quid ſi ita legeremus: quo modo ſolet diuinus Præceptor eleganti rotunditate? οὐδὲ γίνεται πῆξις ὅλως, ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος, ἢ πνεύματος, non concreſcit ad cliuos flatus, ſicuti nec aquæ. in cauis fit flatus concretio, ſicut & ſtagnantis aquæ.

Lego τούτων δὲ σχεδὸν ἐν δυοῖν αἰτίαι: non autem, τούτοιν αἰτίαιν. Καὶ φανεραὶ τῶν εἰρημένων, dele, φανεραί. lego, ἀπόλλυται τὰ νέα φυτά. Et αἱ αἴθριαι. non autem, ὄρειαι. Et θολερὸν καὶ ἐπινεφοῦς. non, ἐπιφανοῦς. Et καθ' ὅλου γεγονέναι. non, καθόλου τε. Et ἀκροτάτων: nō, ἀκρέτων. Et ὥσπερ ἡ τοῦ ὕδατος, ἢ πνεύματος. non, ἢ πνεύματος. Et ἔνθ' οἱ κοῖλοι. nō, ἐνταῦθα.

Theodorus, λειψυδρίαν. humor deeſt. non. Ea nanque eſt, ἀνυδρεία, ſiue ἀνυδρία. Sed quemadmodum dicebat de rigatione: ſi omittatur, malè affici. λεῖψις, non ſolùm eſt defectus, ſed etiam omiſſio. Καὶ φανεραὶ τῶν εἰρημένων. Theodorus non delet, vt nos. Interpretatur autem ſic: atque latiſſimè patent. tamen verborum ſitus abſurdus eſt.

Μετρίας πνοῆς, leuiter citato impetu. duo coniungit ἀμετάλληλα. leuiter citato: ſimpliciſsimè: mediocriter flantibus. Καὶ τὸ ψύχος τὸ ἀποκρῖον. Theodorus addit, denſare: non malè, ſed non ex fide interpretis. Πληρωθῇ, inundante. ambitioſé. Ἀμφοτέρως, alterutra ratione, malé. vtraq;.

Κατὰ συμβεβηκὸς, per euentum. dum fugit vulgarem loquendi modum malè conſulit legibus Philoſophiæ. Συμβεβηκὸς non eſt euentus. eſt enim accidens quod accidit, neque eſt (vt loquuntur) de eſſentia rei. κατὰ συμβεβηκὸς eſt quod euenit præter cauſam, neque pendet à cauſa. At non omnis euentus accidens eſt, neque omne accidens euenit. Neque omne quod euenit, euenit per accidens. Euenire, eſt Græcis ἐνδέχεσθαι. At hoc, in primo priorum reſolutoriorum, cōmune eſt τῷ συμβεβηκότι καὶ τῷ ἀναγκαίῳ. Quòd autem non omnis euentus ſit per accidens, ſed multi & per ſe, & neceſſariò, ſatis patet ex vſu loquendi. dicimus enim euenire morbos è ſuis cauſis: &, ſitim ab exercitio: &, terrarum hiatus ex concuſſione: atque alia eiuſmodi. Lucretius quoque actionem omnem agnoſcit euentus appellatione: poſtremò in ipſius verbi vi ratio eſt: vt effectus ſit idē quod euentus. Differunt tantùm ratione: quippe effectus, quatenus fit à cauſa: euentus, quatenus venit à cauſa. Sed & ita vſi ſunt antiqui: vt à fato pendētes effectus euētorū nomine appellarēt. ſic fatali euētu dirutā à Scipione Carthaginē. & ſibi à peritis, ſcilicet rerū diuinarū, prædictos euētus. nō igitur omnis euentus accidens. Quin nc omne quidem accidens, euentus. in lacte eſt per accidens album dulce:

dulce; nemo dixerit, id euentum eſſe.

Χιόνα μὴ πιέζειν. Nix non vrgeat. Ambitioſé. nō enim verbum (Vrgere) pendet ab exhalatione, ſicut πιέζειν. oportet audire Philoſophum loquentem, non tibicinem: dicere ſolitus erat Muſonius Philoſophus. Κακοποιός, noxius. rectè. maleficus. Λιμνωθέντων. fluminum alluuione loca vicina concreuerint. non potuit peius. Nanque & abſque fluminū appulſu ſtagna fiunt: vt ſubuectis arenis: qualia ad Rheni fauces, Rhodani, litorum Carnicorum. Κλαυθμόν. luctum. eiulatum. Ὑπὸ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας. Sub diem quadrageſimum. Imò ſub diebus quadraginta. qui Latinè ſcit, loquutionum harum notas habet differentias. Ἀπαθῆ. indomitæ. malé: non enim dicitur mortuum quicquam morte domari: neque gelatum, frigore domari. domatur, quod ex fero ad vſum quempiam reducitur. ἀπαθῆ, expertia, immunia maleficii. Ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ παρείσδυσις. Origo, acceſſúſque frigoris. illud malè, hoc negligenter. Multum enim differunt, acceſſus & ingreſſio. ſubit enim frigus: quod ſi ſolùm accederet, nec penetraret: non gelarentur. Ideo dixit δύσις: &, εἰς: &, παρά: quia poſteaquam ſeſe induit, etiam penetrat porró. Illud verò malè: ἀρχὴ, origo. Origo nanque frigoris eſt, aut ab halitu niuis, aut à flatu, aut ab aſtris: ſicut æſtus à Sirio. Non autem à ſuperna parte arboris. nocumenti quidem initium ibi, & inde. Init enim eam in partem, atque ex ea in ipſa inferiora. fontis alueus non eſt origo fluuii, ſed fons ipſe. Ergo ſignificat materiam, aut efficientem. Hominis origo, ſemen, & pater: non matrix. Ἡ δ' ἰδιότης. aduſtio. διαφερόντως. vis hæc ita peculiaris. Ἀθροώτερον, frequentius. confertum magis. Αὐλῶνες. anguſta. non exponit. αὐλῶν enim ſignificat longum, etiam ſi non ſit anguſtum. Legimus etiam αὐλῶνας litora, tametſi caua non ſunt. Ἔνθ' οἱ κοῖλοι τόποι. vbi loca foſſionis concauæ. peſſimé. Nemo enim fodit ea. foſsio ſignificat vel actionem, vel cauum ab actione. Theodorus vulgatam ſequitur lectionem: ἢ πνεύματος. τὸ ὥσπερ tamen obſtrepit.

CAPVT XXII.

XXII. Capitis argumentum. Rationem reddit quamobrem validiores arborum ſpecies plus à gelu patiantur. duas cauſas eſſe immunitatis: aut reſiſtentiam, vt in denſis: aut remiſſionem, vt in raris.

ἈΛΛ' ἐκεῖνο θαυμαστόν. Cùm arbores ita patiantur à gelu: videtur, neceſſariò magis oportere pati debiliores. Debiliores autem eſſe rariores: at contrà euenire. Minus enim affici rariores, vt Malos: plus denſiores, vt Oleam. hæc in diuerſis ſpeciebus. At in eodem genere plus etiam mirandum. Nanque Olea minus eſt valida, quàm Oleaſter: illa minus infeſtatur, hic magis. Vbi non poteſt excuſari. ſuprà nanque dicebat agreſtia imbecilliora. Poſteaquam mouit quæſtionem: in ſecunda parte ſoluit eam ſummo pudore atque modeſtia, vt videbimus. Robuſtiores eſſe arbores, quia ſolidiores. in ſolidis igitur hærere validius: raras tranſmittere.

Θαυμαστὸν, καὶ λόγου δεόμενον. Sanè admiratio eſt ſuſpenſio iudicii. itaque cauſam quærimus. Propterea dicitur Philoſophia ſoboles admirationis. Nam ſtultè admodum ex ſtuppeis Stoicis beatitudinem affigit Horatius τῇ ἀθαυμασίᾳ.

Ἐλαίαν γάρ. Non miramur Oleam & Ficum vri gelu: quia debiles ſunt. Debilitatis cauſam ſtatuit à radicibus. Radices oleæ non admodum profundas: fici verò, qualis & arbor ipſa tota, raræ. Vbi vides inconſtantiam. ſuprà dicebat, ab ſummo vertice frigus incipere: inde in radices inuadere. Hîc ab radicibus deducit initia nocumenti. Dicendum: velle hîc quoque radices excipere de ſuperiore parte noxam. Nota cùm dixit ἀσθενέστατα. quia Mali ſunt imbecilles admodum, nec gelaſcunt. Non ergo dixit ſic: non ſolùm imbecille gelant, verumetiam validiores: ſed ſic: debiliſſimas non congelat frigus, ſed aliquando robuſtiſsimas. Τῆς δὲ καὶ μαναί. Coniunctio repetit occulta vi etiam ſuperiorem conditionem: cui addit raritatem. Quæ illa eſt conditio? μετεώρου: quæ erat Oleæ. alterius autem, id eſt fici, etiam μαναί. Καὶ ἡ ἄμπελος. Horum ratio altera etiam vites tangebat. Verùm aliam quoque adiungit cauſam: quippe vulnera ex putatione. proinde dixit: ἐκ τῆς φύσεως, propter raritatem: ἐκ τῆς ἑλκώσεως, propter inciſionem. Ἀλλὰ τὸ τὸν κότινον. Sed illud potius mirandum: plus accipere detrimenti Cotinum, quàm Oleam: Punicam verò, quæ ſit inualidiſsima, non laborare gelu. Inualidiſsimam verò eſſe: quia frigorum iniuriam frequenter ſentire, florum fructuúmque iactura, videtur. Καὶ γὰρ εἰ διαφέρουσιν. Maior propoſitio. Si differunt gelationes: imbecillioribus magis incumbere nocumentum gelationis. dicit differre: quia quædam gelu vitam amittunt: quædam fructus tantúm. Minor propoſitio, non nocetur. probatio. Non enim Punicis. ſuſtinent enim ſeſe ab interitu: cùm tamen aliâs frigorum ſentiant incommoda. Ἀμφοτέρων. Ambobus: ſcilicet gelu, & flatibus. concluſio eſt ſyllogiſmi.

Ὑπακούειν. Verbum eſt ei vſitatum: ſed aptius alibi, cùm dicit, plantas dicto eſſe audientes aeris mollitudini. Hîc autem, bone Deus, quæ obedientia Turcica, cùm offert carnifici libens collum Baſcia, ſceleris quidem antea, nunc etiam crudeliſsimæ libidinis mancipium! Εἰ μὴ ἄρα. Modeſtiſsimè ſoluit. niſi, inquit. Quaſi dicat: neſcio quid cauſæ ſubſit: niſi ea ſit. Vſitatum eſt μήποτε. Magnus vir Turiſanus monachus ita ſoluit quæſtiones ſæpenumero: niſi eſſet. Τὸ αὐτό. Suprà dixit hoc: denſioribus inhærere nocumenta pertinacius. Ἐφίσταται. inſidet. hoc eſt initium mali. καὶ ἐμμένει, & durat, permanet. nec abſiſtit. hoc eſt, quod ſuprà dicebat: πλεῖστον διατρέχει χρόνον, ad efficaciā impreſsionis. ſic & ſuperius: ὑφ' ἡλίου, καὶ χρόνου πολλοῦ. vnde illa cōcluſio. ὥστε μάλιστα ἀπεργάζεται.

Τὰ δὲ μανά. Raræ verò non retinent,ſed trāſ mittunt. debilem ſanè rationem. tantundem enim ſuccedit. & quónam tranſmittit? quò exeat? quid expellit? ambiuntur enim eodem aere vndecunque. non mouetur ergo. Tum ſi mouetur, ſubit alterum tantùm, ſdque quàm recentiſſimum.: ergo quàm validiſsimum. Ἧττον δ᾽ ἑτέρων, ἀσθενεῖς οὖσαι. Sic interpungendum eſt: vt, ἧττον δ᾽ ἑτέρων, ſit ἐμπήγνυσθαι. minus quàm aliæ gelaſcunt: cùm tamen ſint ἀσθενεῖς. Καὶ οὐκ ἀποστέγει. Verbum hoc hîc accipiendum μέσως. eſt enim, ἀποστέγεται, ſi de frigore intelligas: ſi de arbore, mutauit numerum more ſuo. Ὥσπερ οὐδ᾽ ἐν κεραυνοῖς. Quod vel diu non manet, vel totum, confertúmque non eſt, οὐκ ἔστιν ἐργαστικόν. Nam diu quippiam manere poteſt, nec multum agere: vt febris lenta. Aliquod etiam ἀθρόον ingruet, ſed non manebit: vt cùm manus per flammam traducitur. Nihil autem refert, manúſne, an flamma celeriter auferatur. Quòd ſi res violenta eſt natura ſua: paucis momentis agit plurimum: vt fulmen. hæc eſt vna fulminis comparatio. Altera, cùm præterradunt, neque manent, non vrunt omnia quæcunque contingunt. Διὰ δὴ δυοῖν. Axioma ad harum cauſarum aſſeuerationem. Dicat aliquis: videtur ſolidum reſiſtere poſſe: neque admittere debere. Ait. Si ita ſolidum eſt, vt arceat: non accipiet detrimentum. Sed ſi ita ſolidum, vt admittat, ita non rarum, vt non tranſmittat: id verò perniciem ſentiet. Vt effugiant interitum, alterutro munimento ſeſe tueantur, neceſſe eſt: aut non admittere intra ſe: aut amittere extra ſe. narrat deinde in genere vniuerſali quæ non admittunt. Denſa, inquit, & robuſta. tum in ſpecie recenſet: vt Pyrum. Tertiò in genere medio à ſubſtantia: agreſtia. Atque in his quoſdam: τὰ ἄκαρπα. hæc vbique profitetur robuſtiora: quia non impendunt in ſobolem, ſed ſibi paratum habent ad tuendam vitam ſuccum. Poſt hæc etiam ſpecies recenſet: Vlmum, & Oſtryam. cùm has vocat ſteriles: intelligit abeſſe ab eis fructum maioris notæ, & ὄγκον habentem. Nanque Vlmo ſemen eſt, & quidem peculiari nomine, Samara. Tum autem in ſuperioribus libris nullam arborem ſine ſemine agnoſcebat.

Theodorus, καὶ λόγου δέον. Et rationem deſiderat. non rationem. non enim eſt ſine ratione, quod naturale eſt: ſed ratiocinationem. adderet aliquid: & rationem explicari poſtulat.

Μετέωρα. Per ſumma ceſpitum natent. perrara eſt ſimplicitas in eloquutione Theodori. Si libeat in tam ambitioſa cacozelia ludere: dicas. ſi natant, non aduruntur, ſed coquuntur. Denique non eſt verum: radices eſſe per ſumma ceſpitum, ſed ſub ſummo: non enim detectæ viuerent.

Τῆς δὲ καὶ μαναί. τὸ καὶ notat complexionem etiam ſuperioris affectus, vti diximus in Commentario. Itaque Theodorus παρεφεστικῶς, non ſublimiter ſolùm cohærent. Ὑπακούειν. Sequacia temporis ſunt. malè explicat. obediunt, ſimpliciſsimé. Ἐμμένει, immanet. minus vſitata vox immoratur. Οὐδ᾽ ἀθρόον. nec vniuerſum contendit. ingruit. Καὶ τὰ ἄκαρπα ἔτι μᾶλλον. Sed etiam magis quàm ſteriles. peruerſa ſententia, neque cohæret. peruerſa: quia falſa. ſunt enim ſteriles validiores. Non cohærent autem, quia agreſtium nomine etiam ſteriles aliquæ continentur. Nemo verò ſic loquatur, Animalia fœcunda ſunt magis quàm homines. Simile huius eſſet hoc: Agreſtes frigora ſuſtinent, magis etiam quàm ſteriles.

CAPVT XXIII.

XXIII. Capitis argumentum. Declarat frigoris inæqualitatem quoad ſubiecti partes. aliàs vniformem violentiam. in Ponto demitti quiddam concretum, quaſi pruinam. flatus quibuſdam locis eſſe indigenas: quibuſdam aduenas.

ΥΠΕΡ μὲν οὖν τούτων. Expedita quæſtione conuertit ſe ad declarandum frigoris effectiones, quas partim æquales, partim inæquales eſſe dicit. Iccirco ſeparauimus Caput hoc. quia prorſus abeſt à ſuperiore diſquiſitione. ibi nanque ſubiectorum affectus comparabantur: hîc tractatur frigoris affectus. Ait enim ventorum impetum ritu fluminis delatum, eam radere partem in quam incubuerit, verbo vſus, quo & ſuprà, ἐπέκλυσεν: quemadmodum, inquit, & in peſtilentia. Quare ex ea euaſione relinqui ſępe loca ſine multa impreſsione, vnde fluit, quia protrudit. Hoc in grandine quoque manifeſtum eſt. raro enim cadit eas in partes, in quibus concreuerit: niſi ſanè mollis aut tenuis flauerit ventus: à validioribus autem aufertur. Propterea è Baldo & Alpibus Tridentinis, atque Tauriſcis in ſubiectos Venetorum campos deuoluitur calamitas. Inæquales autem frigoris effectiones in eodem interdum Pampino inueniri. Quaſdam gelari gemmas, quaſdam non item. Illa vocatur, vt ſuprà dicebamus, Occæcatio: quòd quaſi oculi quidam ſint tubercula illa prodeuntia. Gemmas Latinus nominat appellatione Græca. turgent enim. at hoc eſt γέμειν, plenum eſſe. Vnde & in mœrore verbum: cùm plenum ſpirituum fuligine pectus erumpit in ſonitum, qui gemitus nuncupatur. Aliâs autem contecta Vite tota: id quod locis frigidis fit: ſi ſumma extiterint capita palmitum, exuruntur. Neque ſiſtitur ibi pernicies: ſęd quominus peruadat ad radices ipſas vſque, non quit ipſa terra, qua reliquum tegitur, eſſe præſidio. Οὕτως εἰς ἀκριβές. Sanè exactè fit opus illud, in quo fit aliquid, aliquid non fit. Vbi negligentia dominatur: aut æquè omnia malè fiunt: aut omnia omittuntur. Hoc intelligimus in delectu rerum. Nam ſi agenda ſunt omnia: vtique agi omnia intereſt exactæ operę. Quòd igitur frigus aliquos tollat oculos, alios relinquat, videtur pro re operam partiri. Οἱ μὲν ὑγιεῖς. incolumes. verbum agricolarum. Κεκρυμμένης ὑπὸ χιόνος ὅλης τῆς ἀμπέλου. Hoc non eſt ſupinè prætereundum.

tereundum. Non enim tota erit niue tecta vitis, ſi pampinorum extent ſumma capita. Aut igitur ea eſt incuria. aut terra opertam oportuit eſſe vitem ab agricola, ſed paulò negligentius: ita, inquam, vt ſarmentorum extrema nuda extent. Eſſe autem mendoſam partem hanc, ſatis apparet ex illis verbis, quæ aliquid deſiderare videatur. ea ſunt: ὥστε ζῆν. Καταφέρονται. Non dicit, quæ: Attica breuitas: ſed ſubdit. ταῦτα δέ ἐστι πλατέα. quædam lata: faldas vocant Thuſci voce vetere Germanica, deſignante rem ſparſam. & dicit, φανερά: ne quis eſſe putet inuiſibilem πάγον ab aere ſolo: quia eſt, αἰθρία. ſic ergo ſine nube quodammodo pluit: &, contra quàm dicebat in meteoris Philoſophus, gelaſcit aer, ſcilicet locis ſeptentrionalibus. Nimirum cogitur aer quaſi in aquam, vt ros: atque inde in pruinam hanc, quæ latiorem funditur in faciem, quàm noſtrates pruinæ, quę guttatę ſunt. Itaque dixit hîc, καθάπερ τῆς πάχνης. ſed prudenter, & cautè, πῆξις ὑγρότητος ἐν τῷ ἀέρι: non autem πῆξις τοῦ ἀέρος. vult ergo prius aerem humeſcere in aquæ modum. Multa nanque fiunt in aere, quæ latent viſum: quemadmodum cùm tonat ſine nube. Hoc audiuimus ſæpe nos, tum in Carniæ montibus, tùm hîc in Vaſconia. eſt autem repentini venti tractus ab anguſta exhalatione, ſed vehemens, in aere craſſo. Anguſtatur vapor inter cōtrarias aeris interdum qualitates etiam abſque craſſitie. Τὰ δὲ πνεύματα. Tertia particula Capitis. in locis frigidis eſſe flatus, quos alibi diximus αὐτοφυεῖς. qui verò quocunque ex loco in aliquam rectà feruntur partem, ἰθυφυεῖς. hæc ait hîc, vt oſtendat noxam eſſe, vel quia manent ibi, vel quia incumbunt alió. Ita intelligas incommodorum differentias. Quia ſuprà dicebat: fluere more fluminis. & mox: τὰ σύνεγγυς ἀπαθῆ. vt Thracias ventus aliquando non noceat, propterea quòd abit: & Eubœam affligat, quia irruat. Ideò dixit: οὐκ ἐνστασίμου. Non perflare Eubœam, quaſi moretur ibi. Οὐδ᾽ ὅλου. Pars enim eius eſt, quæ defertur illorſum. Ἀλλ᾽ ὡς ἂν τύχῃ. Sed temere fluens. Si enim eſſet στάσιμος, noceret ſemper locis illis ex inſeſſu. At fluit: igitur haud nocet. ſic & ſuprà: τὰ σύνεγγυς ἀπαθῆ: ſic & hîc, ἀκέραια τὰ πλησίον. Αὕτη τις ἰδιότης. ſuprà ἰδιότης τοῦ πάγου: nunc τῶν ἀνέμων.

Lego πνεύματος φορά: non φθορά. Non refert ἀπέκλυσεν, legas: an, ἐπέκλυσεν. prius deſignat motum, poſterius impreſſionem. Deleo, ὥστε ἐνιότε ζῆν: quoad reperiatur codex, cuius ex fide, quæ deſunt, reponantur. Lego, αὕτη τις: non, αὐτή τις.

Theodorus, φορά, impetus, rectè. delatio, motus, appulſus. Ἐπέκλυσε. Perfundit, ac diluit. ambitioſè. non rectè illud: quaſi flumen irrumperet. irrumpat. Τὰ σύνεγγυς ἀπαθῆ. Quæ tangunt ac proxima ſunt, euadunt indomita. Cum dixit: tangunt: quare addit quæ proxima ſunt? hoc eſt περιεργίας. præterea confudit rerum naturas. τὸ συνεχές, τὸ ἁπτόμενον, τὸ ἑξῆς, τὸ σύνεγγυς, ſunt rerum gradus quæ aut cohærent per partes naturales: vt vnum ſit: aut vt ſe tangant, neque ſint vnum: inter quę tamen nihil alieni: aut inter quæ ſit aliquid. hæc dicimus conſequentia. Aut vt ſint aliquo modo vicinæ. Nunquam τὸ σύνεγγυς dicitur τὸ ἁπτόμενον apud Philoſophum, quaſi idem. Quod tangit, propè eſt, & omne, & ſemper: quod propè eſt, neque omne, neque ſemper tangit neceſſarió. Sententiam verò deprauauit. Non enim euadunt ἀπαθῆ: ſed relinquuntur à vento tales quales erant, ſine noxa. nihil mutantur. vox etiam illa (indomita) domanda eſt. Non enim comparatur venti vis, vt domari queant. Vt indomita mulier, quæ mariti negligentia aut deſperatione abutitur ad vtendum ſuæ naturę legibus, id eſt amentia & peruicacia. Εἰς ἀκριβὲς διῆλθεν. Vis illa rapax adeò celeriter plerunque tranſcurrit. Adeò inæqualiter. ἀκριβής, eſt, ὁ διὰ τὸ ἄκρα βάς. exactè, accuratè, diligenter. Omnino aduerbium illud neque fidem liberat interpretis, neque eſt in rem ſententiæ. Nam ſi celeritas eſt huiuſce rei cauſa, oportuit omnes æquè oculos intactos relinquere. Hoc ſanè ex ſuperiori dogmate: vbi toties inculcabat: μὴ ἐφισταμένου, μὴ χρονιζομένου, ἀλλὰ χρόνου πολλοῦ: & eiuſmodi. Sed eſt metaphora ſumpta de rerum diſquiſitoribus, etiam cuiuſcunque conditionis. Vbi parat coquus Fabas, vt ἔτνος apponat, ἀκριβίζει. eximit enim, quę non faciunt ad culinam: ſic Pharmacotriba: ſic qui pannos recentes purgat forcipiculis: ſic muliercula, quæ lini faſces liberat ab inutilibus viminillis, quæ lini podagras vocant vulgò. Sic frigus hos ſuſtulit oculos, illos reliquit intactos.

Αἰθρίας: ſereno, ac ſudo. ſæpe monendus eſt Theodorus, μὴ κικιννίζειν. dum temere vagatur, incidit in foueam. Satis habebat dicere. ſerenum, ſudum addidit magno ſententiæ damno. Eſt enim, ſudum, ſiccum ſine vdo. at ſiccus aer neutiquam tunc eſt. Hoc ipſemet redarguat Philoſophus, cùm ait ὑγρότητος ἐν τῷ ἀέρι πῆξις. Καταφέρονται. Quæ dicebamus ſubticeri: Theodorus declarat, ſe in ſuo codice, aut in ſuo ingenio inueniſſe: ait enim, in modum ſquammarum.

Ἐγχώρια. vernaculi: lepidiſſimé. indigenę. ibi nati.

CAPVT XXIIII.

XXIIII. Capitis argumentum. Quòd à terra procedit gelu, plus nocere: quòd ab aquis minus. viciſſitudines ſe mutuò ſubeuntes, gelationis, & reſolutionis, eſſe pernicioſas, in tenui ſolo maiores à gelu noxas eſſe, quod à terra fit. non ſæpe ſummos gelari penitus ramos, ſed ſuperficie tenus præ ſe ferre. proinde interdū etiam regerminare.

ΟΔΕ τῆς γῆς πάγος. Tres agnoſcebat gelu cauſas: ab aere ſereno, ab aquæ humore, à terra. de aeris maleficio dixit: nunc de terrę ſimili opere: quod etiam cum aquarum comparat cauſis. Multos autem ſtatuit gradus ad hunc euentum. Primus ſimplex eſt, abſque vlla circunſtantia. Secundus, ſi nudatos terra truncos

inuenerit ad radices. id quod fit in ablaqueationibus. Quin macram vineam sic stercorant vinitores. Statim à vindemia circunfodiunt, vt eo collapsæ frondes putrescendo stercoris vim præbeant. Tertius: si confluxerit aqua. Sanè penetrat aquæ frigus magis, quòd aqua densior quàm terra est. itaque partes omnes obsidet. Quartus: si diu manserit. interimit enim. Quintus: si terra laborata sit: est enim laxior, ac proinde facilius admittit. Ideò suprà calcabat terram. sic mox: gelu minus infestari arbores, quæ in solo sunt denso. Sextus: cùm gelat, deinde soluitur: rursus gelat, rursus resoluitur. sic enim exhauriri vitę vim. Hęc in prima parte. in secunda scribit: haud semper ad interna vsque viscera grassari frigus, sed superficie tenus aliquando: neque nocere, sed colorare tantùm specie quadam veræ adustionis. Quamobrem interdum resumere vires, atque facultatem regerminandi. Postremo loco statuit gradus, quosdam illius regerminationis: scilicet quoad celeritatem atque eius causas. Περιβεβοθρωμένα, circunfossæ. is est affectus terræ, fossio: quem sequitur arboris affectus, cùm ait: καὶ γυμνά. Ἐὰν ᾖ ὕδωρ, præsertim si fuerit aqua ibi. Quia plus obsidet aqua longè, quàm terra.

Εἰς ἀσθενεῖς. Radices factæ imbecilliores, tum ab ipsa denudatione, tum ab oppugnatione diuturna; quia dixit, διαμένῃ: μένῃ, ἐν, διά. nocumentũ significat internum ex perpetuatione. Ἐξέπηξε. Notabis & hîc τὸ ἐξ, in compositione ad complementum significati. Sic Euripides cùm sæpe alibi, tum in Hippolito: ἐξαρκεῖ. satis erat: ἀρκεῖ. sed significat, vsque, & vsque: ἐκ τοῦδε, καὶ τοῦδε, καὶ τοῦδε, καὶ πόρρω ἄλλου πρὸς ἄλλο, μέχρι τοῦ περαιοῦσθαι. Ἔτι καὶ ὅλως. & exemplum, & modus alius. Exemplum à terra laborata. Similitudo. cùm omnino laborata, & cùm circunfossa tantúm. Dixit, ὅλως: quia laxatio soli generalis est, & ad alium quemuis cultum, & ad ablaqueationes.

Ἀπαθέστερα δέ. Intermiscet remedium, sicut & suprà: βοήθεια, καὶ φυλακή. ita hîc. stercoratione caueri, & prohiberi: foueri enim. Hoc ab arte, & præuenire, & subuenire. Nam si contingat, vt nix demissa sit, atque tum frigus vel per se, vel per pruinas superuenerit, atque gelauerint: soluitur gelu, quia terra niuibus præfermentata est. Ideò dixit in præterito πεσούσης. Postquam nix ceciderit, ἐπιγένηται ψῦχος. Tria ponit: Duos effectus: minorem, ψῦχος: maiorem, πάγος: causam efficientem, πάχνη. Ὁ δ' ἀπὸ τῆς γῆς. Nunc gelu comparat, quod à terra, quod ab aqua. Videtur contradictio suprà, maius ab aqua nocumentum, si scrobibus, inesset: hîc ab aquæ gelu, minus. Intellige suprà, vtrunque gelu esse tum à terra, tum ab aqua. quod à terra gelu fit, augentur à gelu, quod ab aqua fit. Hîc autem à pluuiis tantùm dicit, quę posteaquam demissæ sint, gelantur. Ἅπτεται γὰρ μᾶλλον. ratio. quia non descendit ad radices aqua: terra verò circunstans attingit. Χαλεπώτερος δέ. Tanto peius: si laxetur gelu, tum denuo repetat: postea subeat resolutio: Postremò

A recurrat iterum gelu: necesse est, ex tot mutationibus arbores malè haberi: earúmque vires resolui. Ex ea nanque agitatione fieri quandam veluti excussionem. Itaque contrarium agnoscit ad contrarium euentum: cùm ait. Ὁ δὲ συνεχὴς κατακλείσας. Quod perpetuo gelu premit atque incubat, introrsum calorem trudit, eúmque seruat: modò ne multùm excedat. ideo dixit: πλὴν ἐὰν ὑπερβάλλῃ τῷ χρόνῳ. actio nanque intenditur, aut intentis per gradum qualitatibus, aut contentis porrò per successionem: quorum vtrumque patet in exemplis serræ & securis, vno ictu multùm: serra pluribus. Καὶ χαλεπώτερος. Non est alius modus ab eo qui erat in agro κατειργασμένης τῆς γῆς: sed alio modo, idem. Nempe raritas: quæ nocet vtrobíque. at in laborato solo nocet fortuitó. B In terra suapte natura tenui subest natura apta ad eas incommoditates. Hoc enim est, μὴ εὔγειον, μὴ πυκνόν: μὴ ἔνικμον. est autem εὔγειον, quod & βαθύγειον: cui negatio facit, vt sit contrarium. Sicut est contrarium τὸ πυκνὸν τῷ λεπτῷ: τὸ ἔνικμον τῇ λεπτῇ. Διαδύεται, ad interiora magis sese promouet. Progressus πορρωτέρω. itaque ἅπτεται τῶν ῥιζῶν. & addit: καὶ ὅλως τῶν δένδρων: à radice nanque pendet earum salus. Itaque sequitur responsus reciprocationis. Quemadmodum in gelu ab aere lationis initium erat ab summo, vnde ima occupabantur: in gelu à terra, contrà: ab radice in summa fit inuasio. Est enim iure initium effectionis causæ proximum. Συμβαίνει δέ. Secunda pars: in qua comparat subiecti partes quoad gelu. C Summos ramos aliquando gelascere, neutiquam radicibus lęsis. Hoc enim raro, ὀλιγάκις: & paucis, ὀλίγοις. quod ad rem attinet, raro: quod ad subiectum spectat, paucis. Αἴτιον. Ratio est ab obiice: munimento enim sibi habent terram ipsam. Nam si suprà, mediocris (dicebat enim μετρία) satis erat ad arcendam perniciem, quæ vitibus accumularetur: quanto magis proderit radici terra multa, non mota, densa, suo loco, subtus, tecta vndique? adde, quòd ab summis, atque extantibus partibus aufugiens hostem calor intimus, abdit se in ima, & sub ima: vbi & ipse tutus est, & subiectum suum tuetur, radices ipsas.

Ἐνίοτε δέ. Nunc comparat partes ipsas superiores cum ipsismet. Non enim semper aduri, sed tentari tantúm. & perniciem de facie præ se D ferre: intus non laborare. Ἀλλὰ μᾶλλον. Aduerbium hoc non iungitur illi verbo, quasi sit ita, plus vruntur: sed comparat cum superiore, ἀπόλλυνται. potius aduruntur, quàm intereunt. τὸ ἐπὶ, significat superficiem. Si vstionem letalem designare velit: potius vtatur illo, ἐκκάεται, exuruntur.

Καὶ τοῦτ' οὐκ ἀηδής. More suo præcepta fundat agriculturæ: videantur cuipiam amputandæ: quandoquidem nocẽt demortuæ partes, si relinquantur. Hoc etiam suprá. hîc autem vetat; quia non sint interemptæ partes illæ. non igitur auferendæ. Πολλάκις. Sæpe, inquit, superueniente germinandi tempore germen effundunt.

Ἅμα τῇ ὥρᾳ. Vsitata huic Philosopho loquutio.

quutio. ἅμα τῇ ὥρᾳ διαγελάσῃ. Πάλιν ὑγιεῖς ἐγένοντο, A verba populariter scripta. Nam si videbantur arida, neque tamen erant: non humefacta sunt pòst iterum. Διό. Simul, quod & suprà fecit, prodigiorum amouet superstitionem. Οὐκ ἄτοπον. Naturale enim est: vt quod non interiit, conualescere queat aliquando, atque ad pristinas redire functiones. Fortasse circunferebatur in opinione hominum de olea tale quiddam. Iccirco suo more castigat Philosophus eos quos huiusce rei religio incesserat. Id iudicium fulcit axiomate admodum verisimili. facilè restitui eas arbores, quarum folia crassiuscula sint. Itaque signatissimis ait verbis: tentatam modò superficiem: φαινομένην: &, χρόα. & subdit. Πρὸς δὲ τὴν ἀρχήν. Ad ramorum medullam non peruenisse malum: B quin ne ad ipsa quidem principia foliorum. Optima deductio. Principiis incolumibus, non desperatam esse vitam. Nota loquutionem, ἀλλὰ φαινομένη τις. non ariditas, sed facies quædam.

Φαινομένη τῇ ξηρότητι. Propter siccitatem credita est ariditas. Non enim tertius casus regitur à participio: tunc enim esset idem φαινομένη, quòd ὁμοία; non malè, sed vsus non patitur. Perinde est ac si dicat: διὰ τὴν ξηρότητα. est, vt ita dicam, instrumentum credulitatis hîc, ἡ ξηρότης. ideò posuit in tertio casu. Ὧν τὸ φύλλον σαρκῶδες. Quia dixit: καὶ ἐπ' ἄλλων: aliis quoque euenire: declarat, quæ sint hæc alia. Quarum, inquit, carnosæ frondes sunt. in his enim latet intus vitalis in pulpa calor: corium modò stringitur. Καὶ θερμὸν σαρκῶδες, erat materia reseruata: θερμὸν est C principium germinationis, & principium conseruationis reliquiarũ. Non enim extinctus est calor, sed repulsus tantúm. Τὰ λεπτά, è cõtrario cõtraria. tenues frondes vri. Exemplo confirmat Mori. frigida nanque, tenuis, aquosa. Ἡ δ' αὖ δάφνη. Videndum an laurus sit ficu calidior. fici nanque succus vrit: pustulas ciet: lauri non.

Ταχεῖα δέ. Gradus ponit huiusce renouationis. quasdam citò referri ad pristinam valetudinem: aliâs tardius. causam celeritatis assignat duplicem: materiam, radicis plenitudinem, eorsum reducto humore, atque ibidem coacta: & formam: ἰσχυρὰν: robur. Τῆς ἕνης τροφῆ. Alimento illius anni cumulato, quod sibi retinuit radix, nequedum dispensauit. Ἔτι δὲ τὴν πρότερον. D Haud satis est retinuisse: oportuit etiam seruatam opportunè: prudenter, atque œconomicè, conferre quà opus est. ideò dixit: τότε εἰς εὔλογον ἀλίσκεσθαι: verbis signatissimis. τότε, respondet illi, πρότερον. εἰς εὔλογον, respondet illi, ὃ, δέδωκεν. ἀλίσκεσθαι, respondet illi, συνηθροισμένης. Εὐλόγως ἡ αὔξησις ταχεῖα. Concludit, quod proposuit. duo sunt: & crementum velox, & καρποτοκία, quod plus est: tantum abest, vt exurantur.

Lego ἐὰν ᾖ ὕδωρ ἐνεστηκός. Et διαμένῃ: non, διαμένη. Ψῦχος γὰρ καὶ πάχνη, deleo γὰρ: & notas parentheseos. ait enim: frigus, aut pruina si niuibus successerint: non noceri, quia niue terra fermentata est. Et ὁ δὲ τοῦ ὕδατος ἧττον, abolita coniunctione. Legitur: χαλεπώτερος δὲ καὶ ἔτι καὶ ἐκεῖνος. alterutrum delendum. Lego: διαδύεται, subit: non, διαλύεται. sic infrà, capite vigesimonono, nostræ ordinationis, de Pice loquens ob suam tenuitatem subeunte: καὶ διαδύεσθαι πόρρω. Et οὐδὲ τὴν τῶν φύλλων. non, οὔτε.

Theodorus, ὕδωρ ἐνεστηκὸς: aqua restagnans: pessimé. restagnant fluuii cùm superant ripas, & occupant vicina. at hic vult, pluuiam ibi fuisse collectam. Διαλύεται διὰ τὴν μανότητα, καὶ αὐτὴν τὴν πήγνυσιν. Minus ægrè ratione vtique congelabitur. raritas enim facit vt seges facilius sentiat. Neque Latina cum Græcis conueniunt: & corrupta sunt ita vt à me non intelligantur. emendandum verò arbitror: vt non seges, sed frigus legatur. Nihil enim hîc cum segete. vox autem illa (ratione) ex illius phrasi est. Ὁ τῆς γῆς πάγος, terræ gelicidium. quomodo est gelicidium, si à terra est? non enim ab imo quicquam cadit. at terra, ima. à terra porro subit. erit ergo potius geluscandium: ascendere nanque, scribit hîc.

Ὅταν ὕῃ, καὶ πάλιν ἐπιπήγνυται, cùm pluuia, & gelu miscentur inter se vicibus. ambitiosissimé. Nam quomodo mistio est si cùm adest alterum, abest alterum? neque pluuia hîc vlla, sed ὁ ἀπὸ γῆς πάγος. Itaque ne mox quidem glaciem nominauit: non enim glacies est, nisi ab aqua. Καὶ διαλύεται πορρωτέρω. Theodorus legit, διαλύεσθαι. ait enim: haud enim potest aquæ calore resolui. nõ bene. Imò longè melius resoluitur calore frigus, quod in raro corpore consistit. sed sic dicendum: C οὐχ' ὁμοίως θερμαίνει, scilicet ὁ πάγος. non æqua calefacit per ἀντιπερίστασιν. quia non circumsistit, sed διαδύεται, subit. at in terrã densam nequit subire. Itaque exclusus à calore calorem concludit.

Παρ' ὀλίγοις, apud paucos, in paucis. Προβολήν. arcentem. munimentum. obiicem ad verbũ.

Καὶ αὐτοῖς, toto corpore. Huius pronominis (ipse) vim, atque vsum satis alibi demonstrauimus ex Virgilio, Statio, Plinio. sic dixissem: tùm ipsam tum folia. Καὶ τῇ ἄλλῃ χρόᾳ. Theodorus aliter legit: καὶ τῇ θερμότητι. sic enim scripsit: atque calore.

Πρὸς δὲ τὴν ἀρχήν, vim genitalem, παραφραστικῶς. quia βλάστησις καὶ καρποτοκία principium illud pro se habent. Οἷον μορέων. Ita legitur vulgò, de Moris. Theodorus legit μυρρίνων. Myrti tamen foliũ D non caret pingui. est autem frigori valde obnoxium. Οὐ θερμόν. Hic bene cecidit morositas Theodori. ferè enim vtitur hoc aduerbio (minus) pro integra negatione. Sicut & dudum (minus ægrè) & alibi sæpissimé. At hîc commodiorem facit sententiam: vt non neget penitus calorem, sed comparat. non enim Myrtus nullas habet calidas partes.

CAPVT XXV.

XXV. Capitis argumentum. Soluit quæstionem cur pruina, quàm niue magis arbores congelentur. quatuor rationibus: quia diutius insidet: quia tempore magis alieno: quia mordacior: quia tenuior.

O Δ' ἔνιοι θαυμάζουσιν. Hîc quoque secuimus: Nam quæ hæc antecedunt, pertinent omnino ad eorum rationem, quæ primùm videntur arefacta, tum deinde germinant. At hæc alia prorsus materia. quippe causas explicat, quæ suprà sunt adductæ, atque earum excuti naturam per collationem. Quare nix non congelat: pruina, quæ minore fit quantitate, congelet: quatuor è locis elicit argumenta. Ab iis quæ substantiam, & speciem sequuntur, quæ prima in natura sunt, postremo loco posuit: quia procedit à notioribus. notior autem est insessionis diuturnitas, quam primo loco ponit. Deinde pruinæ casus: quia fit post germinationes. Igitur à subiecto hîc argumentatur, & patiente, non agente. nix autem ante germina cum ligno ipso rem habet. duæ postremæ rationes. Quia mordax. mordet autem, quia subit. huius causæ causa: quia tenuis. Est autem tenuior, quàm nix: quia materia de qua fit, tenuior est, quàm de qua fit nix. Est enim aqua congelata nix: pruina ros concretus. est ergo coactus aer. Hæc sunt argumenta: quorum primum patitur obiectionem. non enim verum est, pruinam diutius insidere: eius crusta nempe tenuis, facilè soluitur à tepore: niuis crassitudo maior. Itaque tres aliquando menses insidet in Italia: sæpe triginta dies. pruina soluitur eadem ferè die: si sol illuxerit. Nam quod ait: niuem non manere, propterea quòd excutiatur: pruinam verò sessilem pertinaciùs: id nihil est. non enim excutitur tota. & quod remanet, valet tantundem pruinæ: si compares quantitates. Ratio potius est in partium constitutione: densior enim est & cōpactior pruina. Itaque vrit: vnde & nomen. vrit ergo plus: sicut arundo ignita plus quàm stuppa.

Ἐκπήγνυσιν. Etiam hîc animaduertes τὸ ἐξ: velut apud nos, exuro, exupero. alio modo, extirpo, sicut ἐξαιρῶ. & alio modo exalbidus, quemadmodum apud Hippocratem ἐξέρυθρος. Non penitus rubra, sed exiens aliquantum ex ipso rubore.

Μετεωρότερα: quoad quantitatem. Ἀποτίκτεται, non sanè vbique: at in illis quoque locis, vbi diu durat nix, minus vrit quàm pruina. Ἔπιλα καὶ ἠδιάθετος, affectus rami, vel pampini. quia cùm vacat operè pampinus hyeme, niuéque operitur: quid tum postea? lignum est, vetus est, durum est: vis genitalis intus est. At cùm operatur, & prouehit germina: tunc oppressus pruina perdit operā, tenellam, incohatam. Ἐπίκηρον, vox satis frequens huic autori. fato obnoxium. Διυγραινόμενον. Quod non est durum, velut ante germinationem. Καὶ μανούμενον. Quia germinat, rarefactus, & laxatus palmes: vnde aprilis ab aperiendo: itaque accipit iniuriam. Λεπτοτέρα. Pruina est niue tenuior, quoad partes, quibus cōponitur, sed non percipitur sensu palàm: quia partes eæ plus cohærent. Non enim tantum concepit in se aeris atque nix. quare frigidior. sicuti frigidior est glacies quàm aqua ipsa, ex qua facta est.

Σφοδροτέραν. Vehementior gelatio fit. quin A eandem ob causam pruina quàm nix concreta magis est: propterea quòd constat è materia tenuiore. Vt in problematibus disputatū est: aquam citius congelari, quæ calefacta fuerit, quoniam tenuior effecta sit. Vt hinc quoque medicastri aquæ coctæ calumniatores deficiantur. Ἡ δὲ χιών. Dicat aliquis: atque niues diutissimè videmus insidere. verùm, inquit, est: cùm totum integant ramum. at tunc obsident calorem: itaque iuuant. Hoc quoque perpendendū. Non enim totum obtegunt, sed supernam tantùm partem: nihilo sanè magis, quàm pruina. Τὸ δ' ὅλον. Denique, inquit, actio tota prouenit à vi. Τμητικωτέρα. Magis incidens. sic etiam loquuntur Itali. Tam asperos aquilones, vt incidant faciem. subit sanè, ac soli partes separat. Itaque noualium gle- B bas redigit ad puluerem pruina. At quare incidit: cùm contrà cogat frigus? qui sese induit, atque corrumpit id humoris, quanto cohærent partes sicciores. Est enim humidum siccarum gluten. Frigus autem non cogit, nisi ea quæ humida sunt penitus. Non enim verum est quod vulgò dicitur in libro de mistorū affectibus: frigus non congregare, nisi diuersignera. Contrarium videmus in oleo, metallis, aquis. glebas autem, quas initio cōcrescere facit, tandē redigit in puluerē, absumpto eo quod erat heterogenes. Τοὺς νέους, noualia.

Διαχεῖν τοὺς βώλους, glebas diffūdere. sicut ignis diffundit liquefactilia, sed alio modo. Δάκνουσαν. mordentem. quid hîc est mordere? docebit translatio. dens mordet: separat. est ergo morsus sepa- C ratio. Vnde & nomē, μόρσιδω. cùm abscindimus portionem, neque totū voramus. Ita pruina mordet: quia seiūgit glebas, & aliorum partes, quibus incumbit. Apud Horatium mordet æstus. Oleam quia rugosam facit, dum exuggit. Λεπτοτέρα. Definitiones ex meteoris. nix est ex nube spuma, concepto aere. Καθ' αὑτήν. Pruina constans seipsa tota. nempe si sensum consulas. Nā ipsa quoque tota spuma est, & bullæ minimè cohærentes.

Καὶ ὑγρ. Quasi nix terrestrior sit: pruina humidior: quanto est aere crassior aqua.

Lego κατακρυπτομένοις ὅλοις: non, κατακρυπτομένης ὅλης. teguntur enim rami, non autem nix.

Theodorus, μετεωρότερα: infirmior. nulla tamen ratione infirmior est, sed compactior & frigidior multo. sed ad copiam respexit. Οὐκ ἐπιμένει. D Theodorus addidit: iis omnibus partibus. at quæ relinquuntur partes, quare non efficiunt idē quod pruina? Ἐπίκηρον, fragile. imò, ἔποχον: vt loquitur Euripides: siue ἔνοχον, obnoxium cuiuis iniuriæ; non autem fragile. quin rei siccæ affectus est fragilitas. Germen autem seipso tunc est humidius quouis alio tempore. Icirco dicit: διυγραινόμενον. nullum autem humidum fragile, sed flexile. hoc declaratū est in libro de affectibus mistorū.

Διυγραινόμενον, καὶ μανούμενον. Humescit, rarescítque. nequaquam. omne vegetabile statim ab ipsis momētis ortus sui amittit aliquid humoris. Itaq; germen cùm prodit, prodit è succo humidissimo, & densatur: at densando non humescit, sed de humido

mido remittitur. Non igitur tali verborum flexu A fuit vtendum. sed hîc ὑγραινόμενον, significat simpliciter humidum, non autem humescens. humescere enim præter quàm quòd humorem significat, consignificat etiam tractum acquisitionis humoris illius. Τῷ ἔξω. frigus quę foras versus arcebitur. melius: frigus foris excludetur. non enim arcere designat motum. at (foras) significat terminum motus. Τῷ συνίστασθαι μᾶλλον, quia magis consistit. non apud Latinos vsus huius verbi (constare) ad id significandum. Περιειληφυῖα πνεῦμα, spiritum in se admodum continens. peregrina loquutio. dicam: tu es admodum diues. at non dicam: tu habes admodum diuitias.

CAPVT XXVI.

XXVI. capitis argumentum. Quærit vtrum concretiones in aere crasso fiant, an in tenui, disputat locorum exemplis ad vtranque partem. & concludit ab vtroque.

AΙ δ' ἐν πήξεις. Postquam declarauit gelu species, in aere, aqua, terra: quæque maleficia proficiscuntur in arbores ab ipsis: nunc quærere instituit super vno tantùm subiecto, scilicet aere. Qui cùm sit quibusdam locis tenuis, alibi crassus: quærit vter ad gelu paratior sit. Disceptat pro vtraque parte, recensitis locis, quæ crasso aeri subiecta sunt: quæque tenui fruantur. Tandem huiusce mutatione constituta subtilissima distinctione, demonstrat ab vtroque & fieri, & esse. Tum non solùm spectanda loca, tanquam aere prædita peculiari, sed etiam quocunque in loco aeris mutationes. Quod icirco adiunxit, vt ostenderet, non à locis solis exempla petenda semper. haud enim semper eiusdem modi esse aerem iisdem locis, sed assiduè vbique aliquid pati mutationis. dixit, ὅλως: quod alibi, ἁπλῶς. id est, sine alius causę admistione, an tenuitas aeris causa sit, qua concrescat aer. eodem modo de crasso. More autem Peripatetico duas dat controuersas partes: πότερος παχὺς, ἢ λεπτός. deinde, quod tandem concludit postea, hîc tertio loco ponit. Tum si concludit, ex vtroque fieri: rursus quærit, ex vtro magis. sic & Præceptor solet: & eum Porphyrius imitatus. Εἰ μὲν γάρ. Primum argumentum. si aer non gelatur, nisi cùm serenus est: sanè gelatio non erit aeris affectus crassi. probatio. quia serenus aer tenuior est. Hæc est minor syllogismi propositio. idem est: ὅταν μὴ ἀὴρ αἴθριος: &, εἰ μὴ ἀήρ. Ἅμα δέ. Alterum argumentum ab effectu crassus non ingreditur: gelatio non euenit, nisi subeat: tenuis subit. Ideò dixit: διαδυτικώτερος: sicuti suprà, διαδύεται πορρωτέρω. Ἔτι δ' εὐψυχότερος. Tertium argumentum ab effectu. aptior est ad patiendum tenuis: plus ergo patietur. Gelatio passio est. probat: quia aqua attenuata citius gelatur. attenuatur autem præcocta. Εὐψυχότερος, infrigidabilior. Hactenus ab aeris natura: nunc ab historia locorum. Συναπτεῖ μαρτυρεῖν. vt sint exempla probabilia, non demōstrationes.

A Icirco vocauit μαρτύρια: sic & Præceptor: & alibi dicit, σημεῖα. Galenus super primo prorrhetico, σημεῖον esse probabilium, τεκμήριον necessariò consequentium. Aliter tamen rhetores. τὸ ἐπὶ, significat accessionem probationis: τὸ σὺν, similitudinem causæ. Οἱ εὐαίθριοι. Loca, quæ serena dicuntur vulgò, plus gelascunt. aliud est, ὑπαίθριον. illud refertur ad aeris simplicitatem: hoc ad aeris fruitionem qualiscunque. At iam serenum esse tenuiorem, iam dictum est. duo dixit: πλείω de locis: maior pars. πολλάκις, de tempore: sæpe. Ἐναγχοδ. Posset aliquis afferre pro causa locorum conditiones. Itaque non esset, ὅλως & ἁπλῶς, vt dicebat. verbi gratia, latitudo, & angustiæ locorum. nanque in angustiis aer immobilis plus congela- B tur: fusiora loca plus excipiunt externarum impressionum. Quapropter non erit, ὅλως, ab aeris tenuitate, sed ἐν μέρει ab iis circunstantiis. Vt hoc obiectum tollat: vtrisque locorum conditionibus idem docet euenire. ac primò de angustiis. ait enim. Μικρὰ πάνυ. Vt ad Cranium in Corintho, & ad Olympum. Σκληραὶ γάρ. Vtrunque coniungit, τὸ αἴθριον, καὶ τὸ σκληρόν. graues, ac duræ serenitates. Duritia hîc habet apud Latinos metaphoram sanè duram: rigidam dixeris: vnde & rigor, communi designatione tum frigoris tum duritiei. serenum igitur est τὸ πηγνύον. Τοῖς φυτοῖς, probatio duplex. & plantis, & hominibus: nequis non putet rem esse vniuersalem. Καὶ ἐπὶ πλείονι. Contraria conditio locorum patentiorum. Καὶ ὅλως. Aliud à locis argumentum, ex C istarum in aere qualitatum mutatione. mutari gelationis rationes atque euentus. Quæ loca fuissent sub aere crassiore, tantisper haud esse gelata: postea mutata conditione, scilicet aere attenuato, contigisse vt gelasceret. Exemplum capit ex campis Larissæis: vbi stagna fuerant olim, ac propterea crassior aer, atq; inde tepor. ea stagna, vbi emissa, locum fecerunt resiccatiorem: frigidior facta regio est, ac frequentibus infestata gelationibus.

Ἐξαυανθέντος. αὔω, radix verbi est, sicco: nisi quispiam malit: ἐξαυανθέντος. αὐαίνομαι. vsitatius enim est. Καὶ ἐνίστασθαι κωλυθέντος, mira oratio. nam dicimus cursum prohiberi, cùm retinetur obiicibus, aut alia qua ratione. Hîc autem prohibetur quies emissione & laxatione. Σημεῖον δέ. D quibus indiciis doces frigidiorem factam regionem? quia dum essent ibi stagna, læta erant oliueta, ipsarúmque arborum visenda species: pòst nullę extitere. Μεγάλαι, καὶ καλαί. Non satis est, proceras esse: oportet etiam esse specie conuenienti.

Καὶ αἱ ἄμπελοι. Etiam à vinearum incommodis aliud argumentum. Ὅτι δὲ τὸ ὕδωρ, vult scrupulum tollere. Dicat aliquis. elementorum omniū aqua est frigidissima. Quomodo tepor inde? quia hîc oratio Philosophi manca est atque conturbata, nec dat rationem, sed narrationem tantùm: Dicamus nos. corpulentior aqua magis est obnoxia putrefactioni. in omni putrefactione calor. Omnis aqua stagnans corpulentior. Videamus, verba ipsa, manca, & corrupta esse. Nam quōnam

est illa regio quam designat illo pronomine, αὐτῇ? nam loquitur de Larissa. Quibus machinis Hebro Larissa facta propior est? aut quomodo νῦν. aut quomodo ἀλεεινοτέρα, quam dixit frigidiorem, atque etiam gelu obnoxiam? nota verbum, περιγινόμενον: euentum. sic dicitur, quodcunque fit in fine post alia. itaque superstitem esse περιγίνεσθαι dicimus. Ταύτῃ μὲν οὖν. Expedita prima quæstionis parte pro aere tenui, secundam aggreditur pro crasso. Primum argumentum. Ἀκίνητος γάρ. immobilitas est occasio glaciandi. ratio suprà dicta est. Ὅτι δὲ καὶ αἱ στύγες. Aliud argumentum. quæ sint eę styges, nõ est mihi in promptu dicere: nisi sint culices, quos Cusinos Franci vocant, Veneta regio Mossoni, Zanzaras Thusci, Vascones: *eæ bestiolæ non gignuntur in locis, quæ difflabili ac tenui fruuntur aere, sed in paludibus, vt ad Adriam, & Argentam, & Padi fauces. Si eæ styges sint: nomen inuenerint ab odio.

Ἐπιβεβαιοῖ δέ. sicuti suprà, ἐπιμαρτυρεῖ. tertiò confirmatur argumento à montanis sumpto locis. ea nanque minus gelant, quia mobilior aer est.

Οἱ δὲ καθ' ἕκαστα. Hactenus hæc argumenta sumpta sunt à natura vniuersali: nunc à locis singularibus. iam duo verba dixit: μαρτυρεῖν, βεβαιοῦν. nunc addit tertium, πίστιν ἔχουσι. ad Cithrum Thessaliæ. caua loca sunt. In iis maximè fit vt gelentur. at in cauis crassus. à crasso igitur. Ἐν τε Φιλίπποις. Optima ratio disputandi. suprà Larissæis emissis stagnis tenuior dicebatur ver esse factus, atque eo autore gelu. hîc tantundem opponit. resiccatis paludibus, atque reducto agro ad arui speciem, & cultum, non gelare. antea, cùm esset lacunosus, gelabatur. Καταποθείς. non dixit, quid. ager scilicet, Epotus. vt, epoto Sarmata pastus equo. Ἧττον πολύ: scilicet πήγνυται.

Καίτοι λεπτότερος. minor propositio. Δι' ἄμφω. Ob vtranque causam tenuior factus aer, & aquis subductis, & adhibita cultura attenuat enim motus. ager cultu vacuus quiescit. itaque etiam pinguescit. patet in noualibus. Ἡ γὰρ ἀργὸς, ager cessans frigidior. quies corporis mater.

Παχύτερον ἔχει τὸν ἀέρα, incultis locis aer crassior. quare? quia minus difflabilis. ideo dixit: μήτε τῷ πνεύματι. est causa à fruticibus, quibus aeris motus impeditur. ob id ait: διὰ τὸ ὑλείνην εἶναι.

Καὶ μήτε τὸν ἥλιον. Causa vlterior: quia non admittit solem. at sol attenuat. Ἅμα δέ, tertia causa. Quia multas habet aquarum frequentias, collectiones, stationes. Nam ex aruis aquæ deducuntur, sulcis, elicibus, fossis. Ὅ περὶ τοὺς κρηνίδας. Probat exemplo loci Thraciæ qui à fonticulis Crenides appellatur. Sanè ex nomine loci deprehendas habitum. Αἱ μὲν οὖν αἰτίαι. tertia pars: in qua dat iudicium super quæstione, quasi apud Martialem Domitianus, vtraque manu.

Ἴσως δ' ἀμφοτέρως. Quia in re controuersa difficile est vtranque fouere partem: non enim simul duo sustinet contraria veritas: propterea, ἴσως, addidit ad modestiam, more suo: quòd v-

A troque modo fiat, ex vtraque patere narratione.

Διαφέρει. Quod quærebat, expedit. aiebat. Tum si ex vtraque causa: ex vtra magis? neutri alterum hîc: sed mox crasso tenuem anteponit. quia ex superiobus fundamentis, ἡ ἐκπῆξις, ἐργαστική. & coniunxit multa seriatim, διαλύειν, τέμνειν, εἰσδύειν. quæ omnia segniora sunt in crasso.

Θολερός. Contrarium tenui, qui erat αἴθριος.

Οὐδ' αὖ πάλιν. Neque tenuis: quia abit, mobilis enim. at suprà toties repetebat, impressiones fieri ob insessionem. Sic nunc: εἰς χρόνους. quomodo igitur neutrum, si vtrunque? ideo subiungit: considerandas superuenientes affectiones: quarum accessionibus fiant mutationes: aut addātur vires viribus, aut detrahantur. Eas appellat, simili voce illi, qua suprà vtebatur, ἐπιγινόμενα: &

B ποῖα: quia sunt qualitates: & ἄττα: quia non omnes, sed certæ. Εὐκίνητος, καὶ οὐ κεκομμένος. Nisi sit men dũ: durũ est. non stipatus ac desus: qualia sunt, quę concludimus. Ὅλην κατάστασιν. Notissima vox de crasi temporum. status cæli: vt status hominis: conditio. Καὶ εἴ τι ἄλλο. Sicuti suprà dicebat, de cultu, ac resiccatione.

Αἱ μὲν γὰρ μεταβολαί. Maxima sunt momenta conciliationis opinionum in verbis hisce. in quouis locorum statu valere quamlibet aeris qualitatem: ab ea nihil certè posse nos tutò capere argumenti. Quia vel in crasso, vel in tenui, repentinarum superuentu mutationum gelu fieri potest & accessio & decessio. ταχεῖαι, hîc respondet illis, εἰς χρόνους. nam si gelatio non fit repentè, im-

C pediet repentina mutatio gelationem.

Ὡς δ' ἁπλῶς. Concludit: aerem tenuem habiliorem ad recipiendum, & patiendum: crassum mutari serius, diutius retinere. Itaque vbi exceperit, esse frigidiorem: quemadmodum vbi calefactus fuerit, calidiorem: ratio. ἔμμονος γὰρ μᾶλλον. diutius occupat. Respondet verbo illi iam bis posito, ἐμμένει. Ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. In libris vniuersalibus declaratum est quamobrem solidiora & densiora, plus calida aut frigida. quia partes minimè naturales crassiores, aut propinquiores. Igitur plures habent partes qualitatum, ergo plus agent. Διὸ καὶ εἴπω. Deductio ex prædictis quæ causam declarat eius quod dicebat suprà: à terra gelu magis noxium, quàm ab aqua: propterea quòd partes solidiores. I-

D deò iungit crassitiei etiam siccitatem. τῷ πάχει ἅμα ξηρός. siccitas erit vnum ex iis quæ dicebat, ἔξωθεν euenire. Hæc ille diligenter quidem, atque accurato iudicio. cæterùm nobis etiam reliquit quæ diceremus. Nanque gelationis affectus cùm habent causas: qualitatem, ipsum frigus, & penetrationem: tenuis aer prius sibi affectionem illam vindicabit. Quia verò habet & tertiam causam diuturnitatem, atque immobilitatem: his anteferet sese crassus. omnino verò plus vrere, & plus gelari, longè diuersa sunt in aere, ac propterea distinguenda. Nam primùm quærendum: vter celerius recipiat concretionem

tionem. Deinde, vter agat fortius. Sic enim dabitur exquisitum iudicium. Celerius ager cogitur tenuis & serenus, quia minus humidus. Siccitas enim frigoris assecla est. Tum fortius agit, quia penetrat. Ac tametsi non insidet, tamen semper succedit recens integris æquèviribus. At quare immotus magis Vites gelat? Quia secum affert madorem quendam qui subiens gelatur. Tenuis autem ille sine vllo madore est.

Lego μὴ δι' ἂν τοῦ πάχεος δόξειεν, non autem ἀέρος. Ridicula esset sententia. Si gelatio non est affectus aeris crassi, videbitur nullius esse aeris. Et διαλυκώτερος, non διαλυκώτερος. Et ἀπαθέστερος, non autem ἀπαθέστερος. Sic & in fine capitis & hîc, ψύχεται. Et ἐξαυθέντος aut ἀναυθέντος, non αὐχθέντος. Et ἐκπήξεις: tribus locis, non autem ἐκπλήξεις. Et ἀλεεινοτέρα: tepidior, non ἐλεεινοτέρα. Et ὑλείνης, sicut & in libris superioribus, non ὕλης. Et ἢν τὸν Δράκων, non ἤ. Et μᾶλλον ἢ πρότερον: addita particula ἤ.

Theodorus legit (vt scriptum est) διαλυτικώτερος, dissolutione habilior. malé. διαλυτώτερος, consignificat passionem: διαλυτικώτερος, actionem. Dicimus, dissolutio gratiæ & pecuniæ, non dissolutio Cæsaris, Alphii, Alexandri. Εὐπαθέστερος, sentit celerius. ambitiosa translatio. Quid enim aut quî sentit aer? Et τὸ εὖ, non solùm designat celeritatem, sed etiam habilitatem. Non enim τὸ εὖ ἐν τῷ βραχεῖ, vt ait Præceptor in secundo Rhetoricorum. Facilitas & celeritas disiuncta sunt non solùm notione, sed etiam natura. Quicunque facilè patitur, celeriter patitur: non è contrario. Celeriter patior iniuriam: non facilè patior. Σκληραί, diræ. Fortasse scripsit, duræ. graues. Quæ addidit verba, non leguntur vulgò (quamuis vicina inter se sint). Neque è re videntur. Non enim vicinia prohibere debuit. Quin augere potius: quoniam cogitur intus aer, ac quasi strangulatur. Ἐξαυθέντος, aqua educta. Id quod antecedit, pro eo quod sequitur.

Καλαί, optimæ, speciosæ. Τὸ περιγενόμενον, quod circà euenerat. Imò quod agro euenerat, ex iis quæ circa eam essent. Ait enim, Hebri vicinia tepidiorem factam. Ἀκινητότερος γάρ, stabilior atque immotior. Δὶς ταυτὸν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος. Κοῖλος καὶ ἔφυδρος, cauus & riguus. Riguus est vbi fluunt riuuli. At cauis non fluunt locis, sed torpent aquæ. Ideo ἐπί, ἔφυδρος. Ὑλείνης, scatebat arboribus. Hoc & alibi indicauimus. Scatent res mobiles, ac per se quidem. Εὐκίνητος καὶ οὐ κεκομμένος, habilis minúsque stabilis. Ταχεῖαι μεταβολαί, crebris inter se vicibus. Aliud omnino. Non enim vult commutationes illas sese inuicem subire ac repetere. Satis est si inchoata gelatio contrarii superuentu semel deleatur: nec opus est alterius illius reuersione. Itaque apud Philosophum nulla eiusmodi crebritas. Et vult celeritatem, quam non designat Theodorus. Ἔμμονος, firmius continetur. diutius. Nam firmissima quædam, non tamen durant diu omnia necessariò: vt odia, aut amorũ in-

A saniæ: quę nullis artibus dũ vigēt, conuelli queunt. breui tamen dilabuntur. Σωματωδέστερα, callosiora. Hoc alibi quoque castigauimus. Aliud est τύλος, callus: πῶρος, tosus: ὄγκος, moles: σῶμα, corpus.

CAPVT XXVII.

XXVII. capitis argumentum. Aestus excessus plantas interficit, præsertim nouellas. Aestus naturæ magis alienum quàm frigus.

H δὲ τοῦ καύματος. Cùm interitus causas interiores væstigaret, vnam statuebat excessum: eamque in duobus, in frigore, quod gelu nominatur: in calore, qui vocatur æstus. De gelu dixit: nunc absoluit quod reliquum est.

B Interire plantas æstu, nouellas potissimùm: quare etiam ἐπέτεια. Quæ non plus anno viuant, eæ sanè semper nouellæ sunt. Veteres non item mori, nempe ob radicum robur tutas, ac præterea propter magnitudinem: à quibus de integro queunt vitæ renouare principia. Iacturam tantummodo facere fructuum, aut ad summum etiam germinũ. Hoc est quod dicebat, ἀλλ' εἴπερ τοὺς βλαστοὺς, καὶ τοὺς καρπούς. Nota Articismum, εἴπερ Deest enim totum illud ἀλλὰ μόνον τοὺς βλαστοὺς, εἴπερ κάονται. Sic in Nubibus Aristophanes. κ' ἄπειτ' ἀπὸ ταὐροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς: κ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ: scilicet ἐβούλει ὑπερφρονεῖν. ἀλλ' εἴπερ: ἀλλὰ μόνον Καὶ παντελῶς νέα. Non solos βλαστοὺς, sed penitus.

Τὰ δ' ἐρριζωμένα. Duo munimenta, ab radicis robore & à magnitudine. A magnitudine

C firmitatem, à radice valida principiorum præstari conseruationem, etiam in iis quæ haud perinde procera sunt. Διὰ τὸ μὴ δύνασθαι. Non est causa quæ in eis fit, sed quæ non fit. Θιγγάνειν, tangere. malam tactionem. Sic etiam comicus, tangam patrem. Id est emungam argento. Καὶ τὸ ὅλον. Omnino calor excedens magis noxius quàm gelu. Non reddit rationem: neque rectè infert, ἐπί. Quoniam, inquit, omnis excessus affert perniciem. At est hæc communis tam æstui quàm gelu causa. At vult æstus esse perniciosiores. Quare igitur? Quia frigus coercet adigítque ad intima, aut ima calorem. Non ergo semper necat. Æstus autem euocat ac defraudat plãtam suis principiis vitalibus: exhaurit enim humidum quod est vitalium spirituum subiectum. Ὅσα συνεργεῖ. Mirum

D axioma, gradum tantùm damnans, non speciem. Quæcunq;, inquit, faciunt ad vitã sua mediocritate, eadē suis excessibus interimũt. Non est tamē speciei variatio: neq; calor vt calor aduersatur naturæ, sed gradus caloris gradui naturali. Nõ enim cõtrarius est excessus caloris naturæ, nisi quia sunt extrema contraria medio: & natura est in medio.

Καὶ γὰρ χώρα. Narrat quēadmodum commoda fiant incommoda. Καὶ ἀὴρ κωλύει. Etiam aer qui est maximè necessarius, si excedat, nocet. Περισκελής. Id est in vtranque inclinans partem. Ὕδατος πλῆθος. sanè συνεργεῖ. At cũ addit ἔνδεια: non rectè. Τὸ στάσιμον. Aqua nõ fluēs necat. Quis id ignorat? Quare nõ opꝰ iis fuit quę sequũtur. ἐὰν ὑπερβάλλῃ τὸ

D.

μέγεθος τοῦ δένδρου. Si excesserit arboris magnitudinem. Quin etiam si non excesserit. Etenim nocebit. Vult dicere, interficiet. Itaq; oportet vt superet. τὸ μέγεθος, non significat hîc quãtitatem, sed robur. Ita vt ne magnitudo quidẽ arborem tueatur. Nam si totam tegeret aqua arborem, quid fieret vniuersæ regioni? Ὅπου δὲ ἀπορροή. Si excursum atque porrò exitum habeat aqua, non interficiet. Κ' ἂν ἔχῃ βάθος. Etiam si multa sit, modò abeat. Διαφέρουσι μᾶλλον. Minus frequẽs significatio. διαφέρειν, nisi significet hîc perferre: sententia nulla est. Melius tolerant aquas præterfluentes. Nisi velit, διαφέρουσιν, excellunt magnitudine. hoc enim est vsitatissimum. Ἱκανόν. Alibi significat quantitatem aut robur: hîc aptitudinem. modò locus faueat aquarum propensioni & procursui.

Theodorus τὰ ἐρριζωμένα, quæ radices conceperint: neque Latinè, neque ex re. Nulla enim arbor radices vnquam peperit. Potius è radicibus enata dicetur. Et omnes plantæ radices habent, etiam illæ quas æstus necat. Hîc ῥιζοῦσθαι, significat radicũ firmitate niti: non simpliciter radice quauis. Καὶ τὸ ὅλον ἴσως ἀλλοτριώτερον τῶν ψυχρῶν. Theodorus legit τὸ ψυχρὸν: pessimé. Agit siquidẽ περὶ καύματος. Æstus enim longè magis quàm gelu nocet. Συνεργεῖ πρὸς τὸ ζῆν, quæ vitam tueatur. nõ malè: sed non plené. Aliud συνεργεῖν, conferre: aliud tueri. Ἄφορος, sterilescit. imò iam sterilis est. Frequens abusus huiuscemodi flexionis. Ταῖς ἐπομβρίαις, cùm imbres increbuerint: rectè. at καὶ λιμνώδεσι τόποις: aut loca inundationibus concreuerunt: ludit nos sua periergia. Καὶ τὸ ἱκανὸν ἀεὶ πρὸς τὸ πίπτειν ἐστί. Vt nunquã vires deficiantur contra pręsentem alluuiem. Quorsum hæc, equidem nescio. Fortasse sic aptius. Iuuat motus quoad fieri potest, vt elabatur aqua. Cùm tantum aquæ fluit quantum satis sit ad leuãdum arboris incõmodũ.

CAPVT XXVIII.

XXVIII. *Capitis argumentum. Transit ad ea quæ ex operibus afferunt interitum. Incipit à putaminibus Fabarum: quibus obiectis ad radices plantarum ait plantas interire. Immodica omnia, etiam quæ iuuant cùm mediocria sunt, nocere: vt fimũ. Quicquid fiet operis alieno tempore, perniciem afferre.*

TOY'TΩN μὲν ταύτας ὑπολειπτέον. Transit ad postremã omniũ propositam theoriam. Ea est altera pars institutę disquisitionis. Interitus enim causæ duæ: vna ex naturalibus, excessus tũ frigoris tum caloris: altera externa, ab opere aut fortuitó. Multa & varia quum sint complicata, distinguenda sunt iudiciis acrioribus. Quędam sunt per additionem, quædam per ablationem. Vtraque est rerum aut internarum aut externarum. Additio interiorum est insitio: miscetur enim formæ forma, atque ex duabus vna coalescit. Externarũ additiones sunt in ridicis, arbustis, rigationibus, stercorationibus, terræ aggestionibus. Ablatio intimarum est putatio, pampinatio, decorticatio, decacuminatio, strictio, emedullatio. Externarũ, aquæ, terræ, lapidum, plantarum vicinarum, vermium, limaciarũ, crucarum: etiã aeris, quoties maceriis aut aliis obiicibus Aranciis aut Myrtis frigora defendimus. Est etiam media quædam opera, vt infossio, propagatio, flexio, alligatio: quæ sunt quasi additamẽta. Fit enim in planta quiddam aliud quod non inerat. De his omnibus hunc ad modum fuit cognoscendum. Ipse (vt solet) fusim atque etiam confusé. Τῶν βιαίων παθῶν. Duplices erant euentus violenti, ab aere & à nobis. Ideo dixit καὶ εἴπερ ἄλλη, scilicet φθορά.

Περιφλοισμὸν, decorticatio: cuiusmodi fit in Subere: & scissio corticis in Ceraso, ne strangule-tur. Παραβαλλόμενα παρὰ τὰς ῥίζας: sicuti mox περιβαλλόμενα ταῖς ῥίζαις. Οὐ πάντα. Non omnes, sed imbecilliores: cuiusmodi nouellę. Mirum verò Fabarum cortices non solũ ad radices, sed etiam germinibus appositas nocere. Sũt igitur proportione respondentes maleficiis caprimulgorum & fabulosarum strigum: si etiam è ramis exhauriant succum. Φθείρει. Docet quomodo interimant, τῇ σκληρότητι. Non placet, duritiam alimento defraudare. Duritia nanque non attrahit: & tamen audet illa dicere, τὴν μὲν ἕλκοντα. Itaque addit ἀποστέγοντα. Hoc iã omnino aliud est: si obstruant, quasi strangulent partes ne recipiant ab radice. At germinibus quomodo? Ego aliter censeo. Spongiosa esse Fabarum putamina, & exuggere: ne irrideamur à ridiculis calumniatoribus occultarum proprietatum. Ἔνια δέ. Quia dixit Fabæ cortices esse contrarios: addit, quin alia quoque quæ tamen haud sunt contraria, necant, etiam ex iis quædam quæ iuuant alioqui. Interimunt autem duobus modis, qui tamen vnus est modus, τὸ ἄμετρον. Si plus quã par est administretur, vt fimus. Vrit enim. Aut si alieno tempore. Hîc non est amplius ἄμετρον, sed ἀσύμμετρον, propter alienũ tempus. Atque ita hoc quoque respondet superioribus: vbi dicebat, nocere etiam illorũ excessum, ὅσα συνεργεῖ πρὸς τὸ ζῆν. Excessum verò hunc duplicem facit: in quantitate, quem designat per πλείω τῶν συμμέτρων: in qualitate, quem indicat per ἰσχυρότερα. Ita bonum fimum si plus æquo aggesseris, nocebit nimia qualitate, quæ in nimia quantitate est. Si acrem fimum, nimia nocet qualitate, quæ etiam in parua quantitate est. Tum illam quantitatem etiam partitur in duo: in continuam, veluti quum cumulatur: & in discretam: veluti cùm dicit συνεχῶς, cùm frequentatur. Ἡ σκυτοδεψική. De coriario fimo satis suprà. Eius vtilitatem certam suprà docuit: nunc communem vsum abdicat, vt perniciosi. nõ tamen penitus. Addit enim, ὡς εἰπεῖν. Ἄκρατος, παρὰ τὸ κιρνᾶν. Et μὴ καλῶς κρατηθεῖσα, παρὰ τὸ κρατεῖσθαι. Vt neque sit κραθεῖσα, neque κρατηθεῖσα. Non est domitus: non deposuit acrimoniam cinerum, quibus coria interpolantur. Ita animi gratia sententiam amplificauimus, exemplo iureconsultorum, qui titulum de tigno immittendo, accommodant etiam saxis.

Μὴ οἰκεῖαι πρὸς ἕκαστον. Sunt enim fimi quidam

omnibus

omnibus conuenientes, vt humanus: alii quibusdã tantùm, vt suillus, coriarius, balneorum strigmenta, cineres domesticorum lixiuiorum. Καὶ οὐχ' ὥσπερ τὸ ὕδωρ: rectè, ὡς εἴπομεν. Hæc enim suprà, non esse fimi naturam omnibus communiter cõmodam, sicut est aqua. At enim nec aqua omnibus commoda est: non enim Cappari, non Iridi, non Leoni: fortasse nec Croco. Ideo corrigit & addit, ἀλλὰ καὶ τοῦτο. Quin & aqua ipsa quoque vel nimia vel non opportuné. Tum omnino ac simpliciter affert interitum quibusdam. Ideo dixit πλήθει, respiciens ad omnes plantas.

Σῆπον τὰς ῥίζας: sanè humor putrefactionis parẽs. At cùm addit ἐμμεθύσκον, lasciuit. Inebrians radices. Vult dicere, implens. Plus est quàm saturare.

Ἔνια δὲ δὴ νέα. Nunc etiam subiecta designat ac distinguit: alia per ætatem, νέα: alia per species, μὴ λίαν φίλυδρα. Sunt quædam quæ non amant aquas. Exemplum Cupressi dat. Καὶ μᾶλλον. Nunc addit administrationis importunitatem. Omnia sanè intempestiua, nedum plantis, verumetiam rebus omnibus nocent. Applicat autẽ axioma tum stercorationi, tum putationi & fossioni.

Σωμάτια. rectissimé. Nam fimus causa est interitus per se, quia naturalem humorem populatur. At fossio non est causa, sed concausa: quia vel detegit & exponit aeri noxio, vel operit. Terra interdum frigida, interdum vrente. Ὁ δὲ καιρός. Tempus autem est concausa, vel quia qualitatibus alterat, hoc est πρὸς αὐτά: vel quia niues adducit aut æstus. Hoc est ἐπιγινόμενα παρὰ τοῦ θεοῦ. Superuenientia, quia sunt accessiones. A Deo ducit, pié. Suprà, παρὰ τοῦ δαίμονος. Κατὰ τὰς ὥρας. Sanè non aliter. Horæ nanque sunt in tempore. Et (vt aiebat diuinus Senex) καιρὸς ἐν χρόνῳ, χρόνος ἐν καιρῷ. Ἐν τοῖς οἰκείοις. Epilogus. In rebus alioquin & conuenientibus & vtilibus latent pernicies hisce de causis. φθορά, hîc est actiuè positum.

Δι' ὑπερβολήν. Quoniam fimus si non vrit largè appositus: at inuehit luxuriam. Ibi est ὑπερβολὴ τροφῆς: ἔλλειψις autem cùm vrit. Habet igitur pro causa τὴν ὑπερβολήν: & aliam causam ἀκαιρίαν. Quam? τῶν ἔργων, τῶν ἐργασιῶν.

Lego ὅσα παραβαλλόμενα, non παραλλόμενα. Et ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐνίοτε. Et κυπάρειττος, non περίκιττος. Et ἢ τούτοις, non τούτους.

Theodorus περίφλοισμον, corticis in orbem detractio. obexcorticatio. Καὶ παραβαλλόμενα, quæ appositis quibusdam exultet. Frequẽter hoc verbo sanè exultat vir alioqui doctissimus. Ἀναφυόμενα, prosiluere. cacozelia. Σκληρότητι. Theodorus addidit, siccitate. Φθείρεται. Malè item addidit, protinus. Non enim protinus moriuntur. Quin homo dies quindecim sine interitu famem tolerat: vt Monacho cuidam contigit ægroto. Ἢ συνεχῶς, ἢ ἰσχυρότερα. Si crebrius, vel effusius, vel vehementius. Addidit, effusius. Cumulatius potius. Nam effusus fimus nihil nocebit. Sparsus non obest: cumulatus exitio est.

Σωμάτια. Dant causam moriendi. Melius, adiungunt causam, vt exprimatur τὸ σωμ. Quin ipsæ quoq; sunt causæ, vt putatio. Vulnus enim soluit continuũ. Sunt igitur cum aliis causis ipsæ quoq; causæ: non autem dant causam. Ὁ δὲ καιρὸς καὶ πρὸς αὐτά, καὶ πρὸς τὰ ἐπιγινόμενα παρὰ θεοῦ. Philosophi sententia hæc est. Hæc (quæ diximus) sunt concausæ. Tempus quoque causa est, vel (vt loquuntur) mediata: quia qualitatibus interficit: aut (vt melius dicamus) aer sub tẽpore. hôc est πρὸς αὐτά. Vel mediata, quia pluuias adducit, & alia quæ vocabat ἐπιγινόμενα. Quia sunt affectus aeri superuenientes. Hæc autẽ sunt à Deo. Itaque dicimus, pluit, grandinat, sub eius persona, ad quam referuntur hæ actiones. Theodorus autem lõgè aliter. Temporis autem singulis horis cùm ad hæc ipsa, tum ad sequentia Deus autor est. Neque planè exprimit τὰ ἐπιγινόμενα, per sequentia: neque temporis autorẽ facit Philosophus Deum, sed pluuiarũ. Alioquin omnium rerum autor est. Sed sicuti παρὰ τοῦ δαίμονος: sic hîc παρὰ τοῦ θεοῦ.

CAPVT XXIX.

XXIX. *Capitis argumentum. Agnascentes plantas quasdam quibusdam exitium afferre suctu aut strangulatu. Harum aliquas esse communes multis, nonnullas quibusdam peculiares. Oleum, Picem, adipem exiccare, atque vrere arbores.*

AI' δ' ἀπὸ τῶν φυτευομένων. Videmus hominis inconstantiam. Qui proposuerit se dicturũ nocumenta quę nostra opera plantis eueniant: repetit ea quę suprà recensuit pro naturalibus: ac sanè ita est. Duæ sunt huius capitis partes. Hæc prima ἀκαιρίας: non enim suo loco: altera ab opere nostro, veluti cum oleo, seuo, pice, adipe, quæ castigare volumus luxuriantia, aut tollere penitus linimus. Exempli gratia radices, id quod faciunt qui mitigant saltus ad culturam. In hac prima parte primùm ostendit cõmunes pluribus noxias arbores, vt Ederam. In secunda proprias pestes, duobus modis. Aut enim agnascuntur, vt Podagra Lino: aut miscentur occulta natura seminũ, vt Tritico Lolium. Quæ agnascuntur, aut agnascuntur stipiti, vt Eruanga: aut ad radicem, vt Limodorum ad radicem Fœnugræci. Αἱ δὲ, scilicet φθοραί. Tum earum quæ à nobis cõsitæ sunt, tum illarum quæ spontè prouenerunt. Hîc quoq; actiuè φθορά. Corruptio quæ euenit, aut à Vite Salici si adseratur, aut à Salice Viti. Θᾶττον δ' ἂν ἰσχυρότερα. Omnes exitiales. At maximè perniciosè, quæ validiores & quæ numerosæ: ἰσχυρότερα καὶ πλείω. Sanè inuictus exercitus, si & robore præstat & numero. Tales sunt syluestres. Dixit πλείω, quia paucæ ex mitibus necant coniuges suas. Καὶ ὅσα δή. Auget & effectum & conditiones. Multitudine: multi alimenti cupidas. ἐπισχίζοντα, quæ proscinderent sociã: veluti quæ radices suas in alias immittunt, vt Ederæ. καταπνίγοντα, amplexu strangulantia, vt Orobanche. ἐμφυόμενα, quæ insinuãt se, vt Polypodium. περιπλεκόμενα: vt Iasione. Δοκεῖ ἡ ἰξία καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθείρειν. Hoc quoque suprà diximus, arboribus exitio esse Viscum. Loquen-

di tamen modus haud conuenit. Non enim viscus videtur perimere τὰ ἐμβλαστάνοντα: nempe ipsumet est ἐμβλαστάνον. Καὶ τὸ ἅλιμον. Duplici de causa, quia plurimum succi requirunt: ideo dicebat τὸ λύτερφα: & quia salsum. Διὰ τὸ πλείω. Plus habet salsuginis. Ergo & Ederam subsalsam intelligit. φθορεῖ. Nunc repetit quæ suprà recensebat vitia: nec semel. De Orobanche, quam suprà nos Eruangam vocabamus. De Limodoro: quod statim ab radice aduoluitur Fœnogræco. Καὶ ἄλλα ἄλλων. Veluti Cuscuta. Καὶ ὅσα δή. Alius modus. Quæ congenerantur cum seminibus quibusdam, vt cum Tritico & Hordeo Lolium, & Auena: cum lentibus aparine. Τὰς τροφάς. Alimēti materiam exhaurire duplicem: & internã exsiccando, & externã ab aere intercipiendo. Aerē nanq; sæpe dixit ἄτροφον. Cùm verò addit, etiam id intercipere succi quod à sole proficiscitur: non intelligo. Nisi τὰ ἀπὸ τοῦ ἡλίου, non succum designent, sed fotum. Nempe obtegunt atque obumbrant Ederæ. Firmat autem sol arborem, & coquit alimētũ atque aptum vt sit efficit. Καὶ τούτων. Transit ad peculiarem huic loco partem, de externis causis, nempe oleo, pice, seuo. Siquæ igitur syluestres, ac πάρεργοι plantæ plantis vtilibus sint adnatæ: perungunt eas adipe oleóve aut pice, quo intereãt. Hoc item suprà de oleo, capite secundo, & alibi. Huius instituti vtilitas ex prudentia perspecta est. Aliquando enim haud sine arboris pernicie detrahi potest Edera, propter pertinaciorem adhæsionē. Ergo si auellatur vi nostra, vi sua secum trahat eas partes quas suis subiit radicibus. Ita consultum curant vtrique commodo, tum vt tollatur, tum vt absq; noxa. Propterea dixit φθείρει, καὶ οὐκ ἐῶσιν ἅπτεσθαι καὶ πλέκεσθαι. Ita cauent, vt illarum neque importuno contactu, neq; complexu strangulentur. Strãgulantur autem ταῖς αἰτίαις οὔσαις ἐν ἐκείνοις. Eæ causę sunt, calor & tenuitas, quibus queant & subire & vrere. Ideo dicit διαδύεται πόρρω. Transmittunt perunctos cortices, & penetrant introrsum, καὶ ἐπικάει, & vrunt. Addit & tertium, πυκνοί: quia pinguia obstruunt ac prohibent alimenti commeatum: quemadmodum de Pinus Piceæve radice dicebatur, quoties in tedam crassescebat. Vrunt autem primùm corticem: fit ergo durior. Vsta enim duriora. Tum absistit cortex: scilicet ipsi perinde ac trunco communi humido consumpto. Οἱ γὰρ ἡμεροῦντες. Aliud indicium harum facultatum. Quando ii qui ferum agrum ad culturam edomãt, vbi excisis arboribus radicum reliquiæ peruicaciores sunt, pice oblinunt, aut oleo aut adipe. Ita penitus exiccantur. Picem autem plus posse.

Lego ἰξία, non ἰξζία. Et ὀροβάγχη, non ὀροβάκχη. Et τροφὰς ἀφαιρεῖται, non ἀφαιρεῖσθαι. Et ἐλαίου καὶ τῆς πίττης, non ἡλίου καὶ τῆς πίτυος. Et ἐν ἐκείνοις, non ἐκείναις. Et καὶ διαδύεσθαι, addita coniunctione.

Theodorus ἢ παραβλαστανόντων. Aut contagione spontè se associantium. Quæ sit ea contagio, non equidem satis intelligo. Et ridicula rapina illa qua τὸ ἀφαιρεῖται interpretatur. Ἐμφυόμενα, irrepere. imò innasci: vt Viscum, de quo propterea posuit exemplum. Καταλαμβάνειν, compressu. Est tamen in Græco verbo comprehensio, non compressio: nempe κατάληψις, non πιεσμός. Καὶ οὐκ ἐῶσιν ἅπτεσθαι καὶ περιπλέκεσθαι. Longè aliter Theodorus. Quare tangi eas minimè sinunt, sed tutissimè circundant viminibus. Sanè verbum περιπλέκεσθαι, est referendum ad plantas noxias: quas non permittunt applicare sese plantis vtilibus atque illas circumplecti. At Theodorus retulit ad agricolam, & fecit vt is viminibus eas constringeret. Hîc de viminibus nihil, sed de pice atque oleo. Λεπτά, tenuitate labili. Lubrica voluit dicere. Malè autē de suo id addidisse intelliget, qui picis lentorē habeat notum: minimè enim labitur, sed hæret: glutinis enim quid refert. Tenuitas autem est non propter lubricitatem, sed propter igneam naturã. Ἀφίσταται, detrahitur. nequaquam. Detractio fit ab alio extrinsecus: at absistit cortex noua parta duritia, consumpto succo.

CAPVT XXX.

XXX. capitis argumentum. Quasdam solo vulnere interire, vt Palmam: alias non item: ideò vt etiam exempto ligno non pereant, velut Vlmum & Pinum, exempta teda. Nonnullas vulneratas fieri meliores, sicut Amygdalos. Ipse etiam quæ scissuram patiantur, cuiusmodi Vitis est. Medulla tota exempta interire. Alias decacuminatione, alias non. Mutilationibus paucas mori. Aliquas fieri tantùm deteriores. Si depascantur, non solùm nocere mutilationem, sed etiam morsum.

ΛΟΙ ΠΑΙ' δὲ τῶν φθορῶν. Transit ad alias causas violentas, quas cōprehēdit sub ablatione: vt vulnere, excorticatione, mutilatione. De vulnere primùm quę intereant, vt Palma. Deinde quæ non, sed maiore vi. Non solùm enim vulneris patientes esse, sed etiam portiones amittere posse absque interitu. Talis vlmus. Id intelligi in perfecta ætate. Nam Pinus quoque nouella interit abscisso ex trunco ligno. At vetusta non perit exempta teda. Ab his procedit ad naturam valentiorem. Tantum abesse, vt ex vulnere quædam moriantur: vt etiam deponant vitia: qualis Amygdalus est. Amittit enim luxuriam vulnerata. Hoc etiam suprà, non semel. Postremò recēset ea quæ & plagas, & scissiones, & exemptiones patiuntur absque vitæ detrimento: vt Vitis, cui etiam tutò medulla detrahi queat. Causam esse succi copiam quæ subueniat sua substantia, in defectę partis locum: & glutinosam qualitatem qua rursus coalescere possint. Circumablationē verò penè omnibus letalem esse: siue quia cortex sit principalis pars, siue quòd eo dēpto penetrant introrsum offensiones. Tum rursus de medullæ exēptione. Post hęc de mutilatione. Pauca nanq; interire vt Abietē Pinũ. Causam esse siccitatē. Mutilationē intelligere se ait, decacuminationē. Postremò ait, non ōnes interire, sed aliquas fieri tãtũ deteriores, vt Amygdalũ. Post hæc omnia nouã affert interitus causã: nēpe à morsu quoties depascuntur. Sanè

capellæ

capellæ morsus letalis, ouis minimé. Bos, quia dētibus caret superioribus, & multum carpit, multum trahit, multum dissipat. Equus & asinus vbi frondes totunderint, ne sarmentis quidē parcunt: sicuti capra & cuniculus ne corticibus quidem. Postremo loco declarat quæ mutilatione non intereant, sed tantummodo steriles fiant, vt Palma. Déque Vite nonnihil ibi. Ὥσπερ βίαιοι. Imò vere βίαιος. Quippe cum superioribus comparatas esse dicebat βιαιοτέρας. Quare scribendum puto αἵπερ, non ὥσπερ. Περιαιρέσει τινῶν. Ipsius corticis quibusdam partibus, aut quibuscunque aliis. Διὰ τὴν ξηρότητα. Propter siccitatem non possunt diductæ partes coire, neque in hiatum aliæ succedere. Humido nanque coherent partes naturales. Ideo subdit καὶ ἀσθένειαν. Designat autem vulneris modum cùm dicit, βαθύτερον. Nanque de superficiario non peribunt.

Ὁ δὲ φοῖνιξ. Est etiam in Historiis, vulnerato cerebro Palmã emori. Id est huic peculiare. διαφθείρεται, scilicet ὁ ἐγκέφαλος. Διαφθειρόμενος δύεται εἰς τὸ κάτω. Nam quid est ἐγκέφαλος δύεσθαι? Quomodo cerebrum descendit? Nam neque potuit incolume: quanto minus iam mortuum? Quid ergo? Transmittit nocumentum? nequaquam. Non enim habet actionem. Quare fortasse scriptum fuit διαφθειρομένου δὲ, δύεται: scilicet ἡ φθορά. Cæterùm res ipsa tunc res ipsa erit, non loquutio consideranda. Nam si vita est in cerebro, vt hîc ait: non necesse est vt eo interempto arbor intereat perniciem descendere. Τὸ κύριον τοῦ ζῆν. Certa pars quæ sit autor vitæ. Alibi declarata est vox hæc. Galenus multis locis, & in primo prorrhetico, τὸ κύριον καὶ τὸ ἄκυρον: quod nulla voce Latina potest explicari. κυροῦν est confirmare. Id ita Liuius, ratum esse quod populus iussisset, si patres autores fierent. Euripides in Alcesti κυρίαν ἡμέραν dicit, diem destinatum morti. Ἔνια δέ. Nunc ad ea quæ exemptionem quoque patiuntur. Eximitur autem vel ligni pars ὁμοιομερής, vt ex Vlmo & Salice: aut condissimilis eáque aut affinior, vt teda è Pinu, aut remotior natura, vt è Vite medulla. Conditiones quibus sese tueantur narrat: ἀβλαστῆ, à forma: ὑγρά, à materia.

Ἡ δὲ πεύκη. Hæc neque ἄβλαστος: infrà enim negat: neque ὑγρά. Tedam tamen amittit absque vitæ dispendio. Ergo dat aliam causam in hac, λιπαρότητα. Etiam suprà, in pingui viuacitatem. Et designat eius efficaciam cùm ait μέγα. Magnum momentum. Pôst etiam assignat omnibus communem causam (quam & suprà agnoscebat) μέγεθος. Quæ insigni sunt præditæ magnitudine. Ratio est, non in quantitate, sed in principiis. Nam cuius naturæ facultas tanta fuit vt ad eiusmodi molem efferre potuerit: eam etiam in locũ excisarum partium tantundem sufficere valere verisimile est. Contrà verò euenit, si totæ excindantur. Nam paruæ renascuntur ab imo: magnæ pereunt: paruas & magnas etiam ab ætate intelligo. Causa est, quia quod parui operis est, facilius expeditur. Hoc illi fuit ad hæc vsque causarum primordia resoluendum. Non enim satis erat nos ad solam sistere magnitudinem. Ab ea nanque nulla quit excipi demonstratio. Τὴν πεύκην. Corruptus codex. Sententia est, Pinum amissa parte nō semper mori: sed tantùm cùm iuuencula est, neque habet tedam. Nam teda per ætatē accedit, ac sine maleficio adimitur adultæ. Hîc quoque aliquid subtilius rimandum. Diceret ipse, causam esse debilitatē in tenera ætate. Altius rimandũ. A vetula cùm tollitur teda, tollitur excrementum. Itaq; nō ægrè fit ei. A nouella si quid adimitur, id est quid partium legitimarum. Huius argumenti superior pars ex eo confirmatur, quòd teda tandē Pinum interficit. Non est ergo per se naturalis pars. Διὰ τὸ μὴ πέττειν. Nouella non habet tedam, quia non coquit eatenus succum vt ex eo cōfieri queat: sed sursum properat ad supplemēta proceritatis. Vbi verò satis promouit sursum versum, tum sese conuertit ad crassitiei accretionem, quæ propter vlteriorem discoctionem, & copiosæ materiæ subministrationem tandem concrescit in tedam. Itaque dixit ἅμα τῇ εἰς βάθος αὔξῃ. Nota nomen αὔξῃ, vt alibi αὔξησις. Δύναμις, ad creandam tedam. διάθεσις ad habendam. Ὅσα δέ. Suprà dixit de Amygdali castigatione. Et Latini agricolæ adigunt in Oleam Cotini cuneum, sicuti suprà recitabamus.

Πληγὴν μὲν οὖν. vt in primo. διαίρεσιν: vt in secundo. Trãsit ad alia, vt ad fissuram stipitis quam ait à Vite & Ficu tolerari. Ratio. quia rursus coire dissitæ partes possunt. Huius causa porro, ὑγρότης & μανότης. Sic erit & materia & facilitas trãsitus. Ita suprà, inter impedimenta bonæ habitudinis recensebat πύκνωσιν. Διὰ τὴν σχίσιν. Neque eis fit à frigoribus iniuria propter fissionem. Non apposuit causam: sed communem reliquit nobis accipiendam, robur scilicet. Sanè intus esse par est aliquid quod resistat. Εἰ δ' οὕτω. Quod si ita est, fissio hæc recensebitur sine damno in mitibus, Ficu, ac Vite, Amygdalo, & Olea.

Διὸ καὶ δύσχιστα. Conualescentiæ causam statuit, celeritatem coitionis labiorum in vulnere. Nempe nisi citò coeãt, pati possint. Argumentum dat huiusce rei, haud facilè findi. Sanè verum non est in Vite: hiat enim insigni raritate. Et inter neruos ligni multùm mollis admodum. Τῷ κολλᾶσθαι. Celeriter oportet hiatum vulneris expleri, ne à contrariis lędatur. Deinde posteaquam coierint extrema vt se contingant, necesse est vt succus intercedens aptus sit ad vnionem. Ait igitur habere ὑπόστασιν κολλώδη. ὑπόστασιν intelligit internum succum. Sanè in Olea patet ex oleo: in Amygdalo proxima proportio: in Ficu etiam manifestior: glutinat enim lentore suo. Vinum quoque pingue est: quapropter & aquis innatat & ardet. Σημεῖον δέ. Scissam Vitem, ablata medulla, rursus obducere cicatricem. Celerius etiam arundinem. In arundine, propter filamentorum contumaciam: neque pinguedinis expertem esse. Quum sit arundo aridissima, vnde & nomen: non sensu tactus aut gustus eius lentitia deprehendetur, sed ex fa-

cilitate flexionis. Nam Indis quoque materia est ad arcus. Dixit αὐτόματος, quia sine vlla ligatura aut alio apparatu. Vsus est verbo designante motus tractum, συνέρχεται. Ἡ δὲ τοῦ φλοιοῦ. Omnibus nocet, aut maximæ parti. Correctio non necessaria: statim nanque potuit, τῷ πλείστῳ.

Εἴτε γάρ. Duas ponit causas. Prima est, quia cortex est pars principalis. Hoc est ἐν τοῖς κυρίοις ἐστὶ τὸ ζῆν. Sequitur alia ratio. Ἢ τούτων πυκνουμένων. Quibus condensatis? Si aufertur, quomodo condensatur cortex? περιαιρουμένων legendum, quia prius ἐστέγαζον. Itaque nocumenta extrinsecus excipiunt, nullo interposito nutrimento. Aut igitur amittit arbor vitæ principia, cortice amisso, aut tutamento vitæ admissis noxiis qualitatibus. Vt cortex duas habeat rationes ad tuendam vitam: vnam, tanquam obtinens principia ad ea fouenda quæ sunt arbori naturalia: alteram, tanquam stipator ad arcenda ea quæ sunt arbori non naturalia. Ἡ μήτρα δέ. Nunc transit ad exemptionem medullæ, quam tetigit in tractatione fissionis. Illa erat περιαίρεσις: hæc est ἐξαίρεσις: omnia verò sunt ὑπὸ τὴν ἀφαίρεσιν. Medullæ parte ablata, non interire: sed si dematur tota. Δι' ὅλου. id est ὅλη. Καὶ ταῦτ' εἴη. Ea quæ diximus, afferri pro causa possint: auferri scilicet humorem. Hūc autem vitæ fundamentum esse. Medullam autem esse humidissimam, tum hîc tum alibi dictum est. Quod tamen & ibi & in exotericis castigauimus.

Σημεῖον δέ. Argumentum dat humiditatis: quia ligna quæ medullam continent, torquentur. Id autem fieri, quia medulla exiccetur. Sic membranæ & pili crispantur vstulati. Quare torqueri cessant, vbi medulla desiit siccari. Et confirmat. Idcirco, inquit, haud integras statuunt Abietes operi faciundo in ipsis substructionibus, sed scissas: ἐγχιστὰ καὶ οὐκ ἔμμητρα, secta per longum. Hæc tamen non afferre argumentum humiditatis quæ in medulla sit, videtur mihi: sed raritatis esse indicium. Quocirca perfacilè exhalent aereæ partes illæ tenuiores, atque ita & earum & aliarum situs patiantur. Etenim ne vacuum detur, in ipsa resolutione aliàs subire par est. In multis enim humida non est. Et Quercus apud nos integræ pro columnis atque tignis multò pluris sunt quàm sectæ: neque enim vacciantur aut viticulantur. Et lecti nostri, in quo non pauca horum scripsimus, vna columella quæ pro pede est dextro anteriore, absque medulla vertit latera cochleatim.

Ταύτης δέ. Affectum agnoscit vtrique communem, tum cortici tum medullæ: si penitus, si partim detrahantur. Περὶ δὲ τῆς. Alia pars. Decacuminatione & mutilatione quatuor tantùm interire: Abietem, Pinum, Piceam, Palmam. Addit ex aliorum opinione Cedrum & Cupressum. Nos alibi scripsimus, nouellam Cupressum olim amisso fastigio etiam nunc viuere, proximo brachio manu nostra surrecto, atque in cacuminis locum substituto. Adeò nunc recta est, vt nunquam mutilata fuisse videatur. Deinde declarat quid sit ἐπικοπή, ablatio summitatis. Οὐκ ἀλό-

A γως. Reddit interitus rationes tres: siccitatem, rectitudinem, radicis simplicitatem. Vulnera illa præbere aditum caloribus & frigoribus.

Ἄλλως τε καὶ πανταχόθεν οὖσαι. Quomodo vulnus vnum πανταχόθεν? Nisi denotet circularem ipsam recisionem. Nam alia vulnera non erant nisi ab vno latere. Itaque mox, πολλαχόθεν ἡ φθορά. quia ex omnibus cæli partibus læduntur.

Διὰ τὴν ὀρθότητα. Quia desuper incumbens pestis succedit facilè ad ima vsque propter facilem transmissionem. Facilis verò est, quia recta. De rectis & obliquis meatibus, alimentíque propterea facili difficilíve subitione, satis suprà: cùm Democriti sententia exploraretur. Proinde etiam aduerbium addidit ταχύ. Φύσει δέ. Hoc quod B adducit, videatur potius contrà facere. Nam si non pullulant ab radice, summittere debuerunt igitur alimentum partibus superioribus, & consolidare vulnus: præsertim cùm earū succus pinguis sit: nam hæc erat suprà, quibusdam vitæ prærogatiua, dicendum, siccas esse natura. Siccitatem radicis vtriusque rei causam esse: tum quòd non pullulent, tum quòd non submittant alimentum. Nō tamen prætereunda subtilitas insignis de Abiete. In tertio Historiarum ait, decacuminatum mori: si infra leuem partē quæ in ea est secetur, non mori: sed agnasci callum quendam. Quod neque hîc repetit, neque ibi reddit rationem. Videtur enim quò abest ab radice longius nocumentum eò leuius ferri posse. Dicendum, cacumen longè esse C ab radice. Non eò posse summitti succum satis largum satísque efficacem, ad propiorem partē posse. Οὐδαμοῦ γάρ. Ad reddendam causam τῆς ἀβλαστίας facit syllogismum. Maior propositio est in fine. Quæcunque non abundant humore, non possunt subolescere. Hæc humore non abūdant. Quare non abundant, multæ causæ. Quia multum requiritur atque absumitur ad proceritatem, quia statim abit à radice. Quare? Ob meatuum insignem rectitudinem. Quia radix certas habet vel paupertatis vel auaritiæ conditiones. Quædam enim in profundum se demittit. Eget igitur ad id succo. Proinde non prodiget in stolones. hoc auari. Aliæ pauperis conditiones. quia singulares. Ergo sibi excubat in tenui re. quia sicca. Quapropter eget. Quomodo dederit quod non habet? Μὴ ἐκ βλαστήσεως. βλάστησιν D hîc stolonum intelligit: vnde & ἀπαράβλαστα vocabat. Ὅπου οὖν. Quum ergo tot respectus naturæ sint, ex decacuminatione penitus interire necesse est: non autem χείρω γίνεσθαι: vt alia. Id quod est φθορὰ ἀτελής. Αἱ δὲ κολούσεις. Quod reliquum erat, tractat mutilationes. Differt κόλουσις ἀπὸ τῆς ἐπικοπῆς. Quia decacuminatio est abscisio verticis: mutilatio est abscisio trunci. Hac non multa dicit interire. Sanè syluæ cæduæ variis ex arboribus, Castanea, Quercu, Alno, Carpino. Quin ne Vitis quidem perit, si pars trunci tecta terræ superficie recidatur. Quin ab radice mittit, etiam si supra terram resecetur. Καὶ ἔτι ἕτερον. Quibus verbis

verbis simul cùm aliis communicat affectum, simul causam agnoscit, quare Vitis intereat. quia mollis, inquit. Χείρω δέ. ecce quare dicebat τελείαν φθοράν. Non omnia intereunt: multa fiunt modò deteriora: velut Amygdalus. est ergo φθορά τις. amarescit enim. item Punica, sed alio modo: quippe durior. Τὸ δ' αἴτιον. Dicit à se causam redditam: quia principiis alteratis, necesse est alterari omnia: sanè verum. Et esto in Amygdalo amaror: quia facta robustior, quoad succi copiā, quam coquere non possit. At quare Punica durior? molliora enim quæ iuniora. Ex arbore renouata, & prioribus principiis admota, fructus esse decuit molliores: succus enim dilutior. Dicēdum, radices factas validissimas atque opulentissimas humoris quamplurimùm summittere: vnde con- B cretio fiat, atque inde duritia. Sic recisi pili fiunt crassiores: quia plus ac propius qui succrescunt, suggunt. Καὶ τὸ τέλος. quia fructus finis est plantæ fructiferæ. Χαλεπὸν δέ. Non fuerunt capite separato hæc à superioribus disiungenda: perpauxilla namque verba cùm fecit super depastione, redit περὶ τὴν κόλουσιν. & sanè importunè immiscuit: neque proposuerat. Hæc fuit causa vt Theodorus quasi nouam materiam, secaret hinc Caput. Ait. Si depascatur arbores, magnum accipere detrimentum. *Brouter* vocant Franci Græca origine: βρύειν, namque est germinare. Sicuti Latini, carpere, καρπίζειν, fructum auferre. morsus autem affert noxas tres. Prima est duplex, nempe vulnus geminum: altera est, discerptio: tertia, vstio. Letalis etiam quorundam morsus arboribus: vt C caprarum. Duo prima nocumenta coniunxit in vno Philosophus ἅμα τῇ τομῇ καὶ ἀφαίρεσις. Ὁ πόνος πλείων. quia ferro quæ fit incisio, non vrit. Vrendum tantùm parat arborem frigoribus, & æstibus. at morsus vrit ipse illico. Ἴδια δέ. Redit ad mutilationem peculiari natura in Palma & Picea. iis enim non affert exitium sed sterilitatem. refert hoc ad iam dictam causam. ex offensione principii finem lędi. Quia robustiores sint, quàm vt in vitales partes accipiant incommodum, non perire. Inter vtramque naturam sitas esse, & earum quæ intereunt, & earum quæ neque moriantur, neque sterilescant. Eæ retenta vitæ facultate, vim amittunt alteram huic proximam, scilicet generandi. Sunt autem in eadem classe, in D qua statuebatur Amygdalus, sed inferiores. Nempe ferebat Amygdalus fructum, sed deteriorem: hæ verò nullum ferunt. At suprà non semel dixit, τὸ κακῶς φέρειν, esse, τὸ μὴ φέρειν. Respondent autem verba inter se: primum vltimum: illo lęso, lędi hoc. Hîc ἔσχατον dicit fructum: suprà dicebat τέλος: vtrobique, ἀρχή. Ἅμα δέ. Hîc est noua hypothesis. decurtari, quo tempore iam germinauerint. ait enim: ὑπάρχει. Argumenti vis est: curtātur, & iam est germen: fructus nondum est, germen iam factum est: fructus futurus est. Non mirum, si quod est actu, sit potiùs quàm id quod est potentia. Itaque sibi succum trahet germen. quare non feret fructum absumpta materia. Actio namque non

A est rerum quæ sunt δυνάμει, sed eàrum quæ sunt ἐνεργείᾳ. actus enim est ἐντελέχεια & ἐντελεχείας. His subtilissimis vsus hîc est argumentationibus, quæ non omnibus perspicuæ sunt. Verbum signatissimum, ὑπάρχει, non solùm ἐστί. non solùm est, sed etiam existit. Quia etiam id quod in potentia est, esse dicitur. at non ὑπάρχει: sed quod actu tantùm existit, ὑπάρχειν dicimus. Hoc de germine: cui respondet illud de fructu: ἐκεῖνον δὲ δεῖ γίνεσθαι: non igitur ὑπάρχειν. Deinde dixit de germine: καὶ ὥσπερ ἤδη γέγονεν, in præterito: at fructus, δεῖ. deest ergo. Vsus autē est in aoristo: quia nōdum perfectum germē est in quantitate: in specie quidem perfectum, at nō completum. proinde addidit ὥσπερ. deinde maiorem subdit propositionem. Τὸ δὲ γίνεσθαι, καὶ μελλήσειν τοῦ ὄντος ἀσθενέστερον. festiuè: quod nondum est B dixit esse imbecillius, scilicet in suis principiis. Dixerim equidem, si liceat, περιφραστικῶς: ὡς χρόνῳ, οὕτω καὶ τῇ φύσει ὑστερίζεται τὸ μελλῆσον τοῦ ὑπάρχοντος.

Τὸ γίνεσθαι. Barbari nostri rotundè simul ac fideliter explicant sic: ipsum fieri. Efficaciùs dixit, τὸ μελλήσειν quàm τὸ μέλλειν: vt & significatum daret, & tempus adderet ex verbi flexu. Κατά γε τὴν παρ' ἡμῖν. Moderatur sententiæ: quod solemus dicere (quod equidem sciam): & ὡς κατ' ἐμέ: ὡς καθ' ἡμᾶς. Quantum captus est noster ex cultura vernacula. Nam fortasse non id patiuntur in suis regionibus: in quibus non sunt, vt apud nos, peregrinæ. Οὐδὲ θαυμαστόν. Non cessat repetere: tanto maiore culpa, quod ait esse φανερόν. Si adeò manifestum est, quid inculcas idem?

C Εἰ δὲ μή. Quòd siquis aiat: non esse in fructu manifestum: at est, inquit, in ipsa germinatione: id quod videas cum in aliis arboribus, tum in Vite. Detractis enim primis germinibus nihil postea substituitur. Κακωθῶσι. cùm vitiantur.

Ὑπὸ τῶν δεινῶν. A variis pestibus exeduntur germina: gelu, flatibus, attritu mutuo, attritu pecorum aut operum, vermibus, rubigine, situ, limacibus, pecore. Iacturam facit germinis iniuria diuersorum maleficiorum. Ἀπορροή. Sic & suprà, συρροή, πρόσρευσις, ἐπιρροή: vario ad varia respectu.

Καὶ ἀποσβέννυται. Sicut de viuentis interitu: extinguitur in calore namque vita: tanto magis germinandi vis, quæ vlterior est. Φαίνεται. respondet illi φανερόν. Ὥσπερ τυφλουμένη. Quia D erutis oculis, relicti sunt orbes caui: metaphora. iccirco, ὥσπερ. Πηρωμένη. mutilata. Amissa quacunque parte, totum ipsum πηρόν ἐστι. Ἰσχυρὸν δέ. repetit & tertiò. Principium esse omnibus rem, vel validam. Id est, ex principii conditione pendere omnia: prout illud fuerit: hæc item esse. Ideo dixit: οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, non eodem modo. Siue quia sint diuersa principia: vt hoc sit validum, illud imbecillum: siue quòd idem non sit eiusdem modi eidem plantæ. Nam piceæ κόλουσις fructum adimit, germina permittit. Ἔτι. Nunc ostendit: in Vite principium simul validum, simul inualidum tempore, non natura. Quia si mutiletur: non eo regerminabit anno, sed postero plus: pensabit enim iacturam. Ita lęsum esse principium

in opere solo illius anni vegetius acturũ in sequẽti. propterea dixit ἐπιβλαστήσεις. τὸ ἐπὶ, significat auctarium vberioris germinationis.

Lego αἰτίαι βίαιαι, potiùs quàm ὥσπερ. Et πύκνωσις ἀεί, non γουῶ. Et καὶ τοῦτο γε μᾶλλον, non ἧττον. Et περιαιρουμένων, non πυκνουμένων. Et ἔμμητρα, bis, non autem ἔμμετρα. Et φθορὰν εἶναι τελείαν, non φοράν. Et ὑπολειπτέον εἶναι τῷ πρότερον, non τό. similem causam superiori. Et ἐκεῖνον δὲ δεῖ: non ἐκεῖνο, scilicet fructum: Et τὸ δὲ γίνεσθαι, καὶ μελλήσειν, non γίνεσθαι. contrarius enim sensus esset. Et ἄκαρπα, non ἀκαρπίας. Et εἰ ἀκαρπεῖ ταῦτα, non autem εἰ μὴ ἀκαρπεῖ. Et ἐκείνου κολλουμένου, non ἐκεῖνο κολούμενον. Et κατέδεται, non κατέδεσθαι.

Theodorus malè disiunxit caput ibi: ἡ δὲ πάλιν φλοιοῦ. Nam cùm ea proposuerit, πληγήν, περιαίρεσιν, κόλουσιν, aut simul exequẽda sunt omnia aut seorsum suo quæque capite. Περιαιρέσει. detractione partium aliquarum. Species est περιαίρεσις: ἀφαίρεσις autem genus. hæc enim τῷ περὶ tantúm. Παρεμπεσόντος τοῦ ἀέρος. intrusu aeris. accessione, inuasione, ingressione. περὶ, locum circumstantem, vnde. εἰς, locum, quó. πεσόντος, motum. Κύριον τοῦ ζῆν. pars vitæ præstitrix, simplicissimè, autor vitæ.

Τῶν παρύδρων. quę iuxta aquas viuiscunt. Sanè ludit nos suis ῥηματίσκοις, in, Sco: patescit, siccescit, viuiscit. Ionũ flexus fuit: sic illi, πιπίσκειν, quod nos, Bibere: vt est apud Aretæum, & ante hunc, Hippocrati. Viuiscere autem emunctis iudiciis est, incipere viuere. Σώζεται, seruatur. minus bene, quod seruatur, omnino ab alio seruatur. at hîc est absolutè: superesse ac viuere. Μέγα δὲ ταύτῃ καὶ ἡ λιπαρότης. huic etiã pinguedo pro magno habetur. Hîc erat locus tot paraphrasibus, quæ locis aliis plurimis importunè turgent. sic autem dixisset. Huic succi quoque oleositas magnũ affert momentum ad salutem. Non enim habetur pro magno: id est vtilis existimatur: sed est. Neq; versatur in hominum opinione: sed in re ipsa magnis sanè naturæ suæ momentis sita est. Oleositas verò cur non dicatur: si ausi sunt oliuitatis nomine prouentum ipsum appellare? Δαδουργοῦσι. tedificare. Non tedificant lignatores Pinum, sed natura. Ipsi verò extedificant: vt cum Plauto iocemur, qui in Mostellaria dixit: exædificare: ædibus priuare. Διαίρεσιν, discissionem. Minus accuratè ad ea quę legũtur in libro De affectibus mistorum accommodauit ad Latinum verbum. nam scindere & findere, idẽ est. Scindo Græcum est, σχίζω, addita serua, ad sonum, litera, & detracta aspiratione. Quin & apud eosdem tum illa est litera, tum tenuis, non aspirata, in nomine σκινδάλαμα. Quare non potuit melius quàm Latino à Gręcis oriundo vti, pro eo Gręco, vnde id ortum fuit: vt σχίσιν diceret scissionem. verbum factitium est. Findo autem est Latinum totum ab hiatu. sic fiscus, fiscina quæ priùs fuit, hiscina. Hio, hisco: eadem origine, qua Ianus & ianua: addita aspiratione, ad oris nostri atque spiritus exeũtis expressionem. Cùm hæc duo vnum sint, & vnius Græci σχίζω: videamus definitionẽ τοῦ σχιστοῦ, apud diuinum Præceptorem. ὅπερ σχίζεται μᾶλλον, ἢ σχίζει τὸ σχίζον, fissile est, quod inchoata diuisione, plus diuiditur postea per seipsum quàm diuidatur à diuidente. excedit igitur agentis actionem. Hoc autem fit in iis quæ habent filamenta, propter ipsa filamenta. suum namque tenorem seruant. Quamobrẽ quia non flectuntur, linea recta procedit scissio. Fit etiã in iis quæ admodum solida sunt, non multo humido cohærentibus partibus. Eæ namque porrò hiant atque dissiliunt: propterea quòd nullis neruis cohibentur. At διαίρεσις est cuiuscũque, etiam per obliquum, etiam per trãsuersum. igitur fissio κατ' ἰθὺ ἐν ἰθυπορίαις. Διαίρεσις autem etiam κατὰ τὸ ἐγκάρσιον. etiam κατὰ τὸ λοξόν: quemadmodum permultas fieri plagas videmus. Melius igitur διαίρεσις, diuisio: vt cuiuscunque modi sectio intelligatur.

Καὶ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνα διεσχισμένα. Theodorus malè addidit negationem. non sicut illa nihil perfissa. Ἡ φύσει μανότης. naturalis resolutio. Hîc quoq; raritatem infelicissimè, resolutionem. Nusquam quicquam resoluitur, quin amittat partium continuationem. Διὰ τὸ συμμύειν τάχιστα. quòd partes discretas celerrimè comprimant. si disiectæ partes essent, non reducerentur. nimis violẽta actio, disiectio est: habétq; & interuallũ, & impetũ. dissitas partes. neq; cõprimuntur partes, sed coagmentãtur. Verbo συμμύειν vsus est Hippocrates in matrice: cuius oris labia coguntur in vnum. Κολλῶδη τὴν ὑπόστασιν, tenaci cõpage. ὑπόστασις, succũ significat qui iubest omnibus illis partibus. Compages alia res est. σύστασις aut σύμφυσις. Σχιζόμενα τὰ κλήματα. palmites perfici. emenda corruptum codicem (perfissi). Συνέρχεται αὐτόματος. spontè coit, atque concorporatur. Ingenium fœcundum, nisi aliquid pariat, dirumpatur. Cicero corporatas res dicit, quæ sub forma corpus habent. at illæ partes corporatæ semper sunt. Nõ ergo corporantur: quare ne concorporantur quidem. Quod legebamus περιαιρουμένων, Theodorus vulgati codicis fidem sequutus, πυκνουμένων legit. Cæterùm, vti dicebamus, verbum hoc nequaquã sustinere sentẽtiam potest. nam detractus cortex quomodo condensabitur? & addit infelix verbũ: contagiũ. si enĩ densitas est, nulla contagio est. & si detractus est, quomodo cõtinget? Καὶ ὡς ἐπὶ μάλιστα εἶναι ζωτικόν, vitalis præcipuè adest. imò abest. De medulla siquidem loquitur: qua exempta mori dicit arbores. sed calamistri cincinnos frequenter vrunt. Διαστρέφεται. peruertitur recuruatúrque. de suo addidit, recuruatur. at non necesse est. Quippe columna rotunda, in qua est medulla contorquebitur, quoad filamẽta: non tamen amittet rectitudinem. Κατειργασμένα ἤδη. iam confecta iam laborata. Sunt enim à natura confecta, non ab arte laborata, non à natura.

Ἔνεστι, καὶ ἐκ ἔμμητρα ποιοῦσι. filò findũt. Phrasis hæc videtur filo vti, tanquam instrumento ad scindendum. Πίτυν, diximus alibi, malè verti Laricem à Theodoro. Τὴν φθορὰν εἶναι τελείαν, corruptionem illam sectari. omisit τελείαν, & sectari neutiquam est εἶναι. quin consequi aliud est, aliud

est, aliud sectari. Τὸ τῆς ἀμπέλου φυτόν. Vitis nouella. quasi φυτὸν sit seminarium, aut à seminario. Videndum, sicut & alibi: an sit paraphrasis: vt flumẽ Rheni, & vrbem Patauii. namque etiam vetulæ Vites pereunt. Quin recisæ vetulæ longè pullulant ægriùs è duro ligno. hoc etiam in primo libro. Χαλεπαὶ δὲ καὶ αἱ ἐπιβοσκήσεις. malè separauit hæc à superioribus. mox enim redit πρὸς κόλουσιν. Καὶ ὥσπερ ἤδη γέγονεν. & iam res peracta est fructus. Quasi velit Theodorus, inesse fructum germini, prærepta materia. haud ita est: non enim de fructu loquitur. Nam quomodo γέγονε, de eo diceret: cùm mox dicat ἐκεῖνον δὲ δεῖ γίνεσθαι. Oportet illum, fructum scilicet, generari. Itaque de fructu dicit, & γίνεσθαι, & μελλήσειν: de germine, ὄντος: quia iam dixit ὑπάρχει.

CAPVT XXXI.

XXXI. Capitis argumentum. Seminum duplex interitus naturalis & non naturalis. Locorum conditiones plurimùm facere ad semina conseruanda, vel corrumpenda: item ad eorum constitutionem.

ΦΘΟΡΑΙ δέ. Hæc quæ ponit hîc, aliena sunt omnino tum ab hoc loco, tùm à proposito. Tractabat enim causas interitus, quæ nostra vel incuria, vel peruersio eueniunt studio. Satis apertè seipse redarguit, cùm ait: harũ quas hîc cognoscit, partium corruptiones, partim esse naturales: tum autem earum, quæ non sunt naturales, haud tamen autores esse nos: sed illas in natura quoque consistere: cuiusmodi suprà vermes recensebat. Vbi ergo de plantarum verminatione scribebat, additam oportuit hanc diligentiam super seminibus. Tres huius Capitis partes sunt. In prima docet: semina ad certam vsque ætatem viuere: postea extingui. Extinctionis causas esse naturales, caloris atque humoris defectum. causas non naturales: vermes. Deinde docet quæ vermiculentur, & quare, & cuiusmodi succus eorum sit, ad vermium genituram paratior. Hæc igitur à tempore. In secunda parte de locorum agit qualitatibus, quibus vel durent semina vel corrumpantur. In tertia declarat causas à substantia: quia talia sunt aut talia, vel seruantur vel pereunt. atque hoc est à constitutione & partibus. Τῶν σπερμάτων. Omnium, & arborum, & frumentaceorum, & olerum, & aliorum: quia infrà addit. στεφανωματικά. Χρόνοι ὡρισμένοι. eadem verba quæ & suprà, penè omnia repetita. Τῶν μὴ κατὰ φύσιν. Quæ non secundum naturam terræ mandantur. Id est, quæ semina vetula sunt ac vieta, atque vt scitissimo verbo Græci vocant, ἐξίτηλα. qui tamẽ locus haud sine iudicio præteriri debet. Ait: Corrumpi semina quæ non secundum leges feruntur. id est quæ non ætate integra. hoc enim vnum hîc intelligit. At ea si iam corrupta sunt: sic enim dicit, εἶτ' ἀπόλλυνται: non amplius corrumpuntur. Quomodo igitur ἐπιτυγχάνουσι φθορᾷ τοῖς σπέρμασιν, ὅταν μὴ κατὰ φύσιν σπείρωνται; Ζῇ μέχρι τινός. Idem est, ὡρισμένοι, vt dicebat. τὸ μέχρι est τοῦ ὅρου. Declarat autem quomodo viuũt: δυνάμει, inquit. Alibi demonstrauimus ex Philosopho, animam in seminibus actu esse. Actum enim vocat formã seminis, atque ei dat actionem informandi. nullus autem actus est in potẽtia. informat enim. Semen non esset: nisi eius forma actu esset: non enim duas habet formas. Cùm autem vita sit actus animę: & semen, si viuit, viuat per formam suam: necesse est vt actu viuat. quomodo igitur viuit δυνάμει; Quia est sibi hoc quod est, sed ipsum hoc sibi esse, est propter aliud. Id est, vt expressa per articulationes materia, perficiatur in plantam. Quia ergo potest esse planta, potentia dicitur viuere. Quippe non viuit, vt sic viuat: sed vlteriore fine, vt fiat planta. Non enim informatur Tritici semen alia forma, quàm ea qua postea Tritici planta informabitur. Et cùm oritur è grano planta, non corrumpitur grani forma, vt plantæ forma introducatur. Sed veteris domicilii sui confusas partes disponit anima sibi ad vltimam perfectionem. Φθείρονται δὲ φυσικῶς. Non igitur hîc locus: si corruptionis causæ sunt naturales. Διαπνεούσης. hac voce etiam suprà vsus est. abeunte spiritu vitali: de quo satis suo loco. Ἅμα τῆς θερμότητος. simul enim sũt calor & humor. calor abit, quia exhalat ob tenuitatem. Abit humidum: quia consumitur à calore intus & foris elementari: vt acutissimè Galenus. abit rursus calor, humido deficiente. Est igitur corruptio naturalis: quia calor ascendit: quia calor consumit: quia calor consumitur: quia contrariorum nexus, atque compositiones soluuntur in sua principia necessarió.

Ἄλλαι πᾶσαι. Duas numerat extra naturę leges: quæ à bestiis, & quæ ab humore aduentitio: puta, pluuia stillicidiis, situ. Alias non nominat, sed designat indeterminatè: ἄλλως πως. vt æstu, puluere, fumo, conferuescentia. Ἐξίσταται. vsitata vox omnibus Græcis pro degeneratione. etiam hybridarum ortus, ἐκστάσεις. Quoniam igitur nocumenta patiuntur extrinsecus aduentantia: iccirco quæ munimentis, aut interna duritia, aut amaritudine, aut acrimonia se tuentur ab aeris impressionibus, & à bestiolarum procreatione, diu durant illa. Suprà quoque harum conditionũ aliquas recensebat: hîc septem. πολύλοπα, πολυχίτωνα. diuersa facit, cutem & tunicam. Alio modo munitur à natura Triticum in spica, & alio Faba in siliqua. Item Iuglans, Castanea, Glans, Abellina, Strobilus, Peponis semen. de hoc satis suprá. Pinguia non putrescunt, sed rancescunt. Acria, acida, amara non gignunt vermes: quanquam non recenset acida. Dura, ossea, lignea, sicca, paleacea, neque gignunt ipsa, neque admittunt aliunde vermes: neque facilè, vt Poetico verbo vtar, externãtur à peregrinis qualitatibus. hæc πολυχρόνια: alia ὀλιγοχρόνια. ideo ἐξίσταται. Nempe quæ cumulata sufferuescunt: vt Triticum, Legumina. Fabæ & Milium, aut raró aut serò, aut parum concalescũt.

Τὰ δ' ὑπὸ τοῦ ἀέρος. Oleracea & coronamenta non ita concalescunt: neque inter se concreent

nocumenta, sed extrinsecus accipiant. Οἷον τὸ μαδᾶν, deglubuntur. Καὶ εἰς ὀλιγελάσιον. Seminis duo esse vitia: si deglubatur: si vermiculetur. Abiecto glumo non interire, sed adhuc præstare officium ad sementem. vermibus corrumpi atque interire. ideò dixit εἰς ὀλιγελάσιον. quoad germinationem, non est vitium excoriatio. id est, glabratio illa non impedit. Θάτερον δέ. Semen autem illud aliud, quod effugit excorticationem, nõ effugit vermes: sed ab iis corruptum est. Alius fortasse dixisset: ἀτέρου δὲ φθορᾶ, ζωϋδια. Suprà tamen dixit: vermiculata semina nihilosecius ad sementem esse idonea. Τῶν δὲ χρήσεων. Bonitatis partes corrupit incommodorum societate natura. quæ sunt coctilia Legumina, bestiolis exedi. Ratio: quia dulcia. quasi sint ἀτέρμονα in aruo ipso μεμολυσμένα. Aristoteles in secundo De partibus: cerebrum coquendo crassescere ac durescere; quia sit terrestre: & addit, ἐξατμιζόντος τοῦ ὑγροῦ, ὥσπερ τὰ ὀπὸ χλεσπῶν ἐνθήματα, ἢ ὀπὸ ἀλλῶν καρπῶν, ὀλίγα τὰ πλεῖστα μέρη. Quamobrem τὰ ἀτέρμονα, si non exeduntur à vermiculis, eandem habent cum superioribus illis rationem, quæ dura sunt, siquidem terræ plurimùm continent.

Καὶ ἄμα. non solùm vermibus corrumpi, sed etiam citò. parum itaque durare integra. Sic satisfacit illi parti: χρόνοι ὠεισμένοι: μέχρι τοῦ πολυχρόνια. Sunt enim affectus durationis, diu, plus, minus.

Διὰ ἀδηνειαν. Quia dulcis humor imbecillus: non sicut acer & amarus in extremis. Quare hîc esset quæstioni locus τοῦ σώματος ὑκρότου. an maximè omnium resistat omnibus. dulce nanque est in medio. quare igitur non vndique resistit? Dicêdum: vermem esse rem non ignobilem, si plantæ comparetur. Quapropter ex maximè naturali temperamento in plantarum natura, posse vtique concreari naturæ legibus rem longè nobiliorem.

Καὶ ὀλίγα τὸ ὥσπερ ἐν πέπονι. alia ratio festiua. Quasi natura semper laboret in saporibus, quoad inuehat dulcem. sanè verum est in Leguminibus, itaque suum adepta finem, quiescit. Elicitur ergo similis sententia Hippocratico aphorismo de corporibus ἀδηκτίας. non posse in melius mutari: ergo in peius. an verò finis omnibus sit dulcedo? nequaquam. Quædam enim ita sunt inchoata atque instituta à natura: vt eorum finis sit amaror aut acor: veluti Absynthio & Acidulæ: aliis autem falsedo, vt Halimo, Sodæ: quas plantas, qui dixerit immaturas & incoctas à natura: idem dicat fœtum in vtero matris ferre semen genitale. Ferunt enim sua illæ semina, & genitalia quidem, à quibus aliæ item postea plantæ oriantur. De odore alia ratio: quemadmodum in sequenti libro dictum est. Μέχρι δὲ Hactenus à tempore, & qualitatibus: quia tempus non agit, sed qualitas. nunc à locorum conditionibus. Οὗτοι ξηρ. proportio rationis. Si ficcitas in semine seruandi seminis causa est: ficca loca similem obtinebunt facultatem. Sic etiam frigida: tum quia tollit causas generationis frigus: tum quia consumit id humidum, quod etiam sine vermibus, gignere A potest putrefactionem. Proinde factas è farina tenues crustulas Succii, cumulatim compositas, annum integrum, atque etiam plus seruant incorruptas. In summis autem caloribus vt semina vitiantur, ita panes è cerealibus facti adeò duri euadunt: nullis vt indigenarum dentibus queant confici: nedum ad vllum cibi vsum sint idonei. Velut in quibusdam rubri maris insulis: quarum incolæ coguntur victitare pane quotidiano, quẽ ex Maiz, aut eius simili grano conficiunt. hæc quę adduxit, generalia sunt. Deinde nominatim: in Media, in Paphlagonia. etiam minutius in locis excelsis.

Ἐξηρανται. Exigunt atque arcent noxia, calorem & humorem. Sanè aliter apud nos: vbi frumẽta etiam montana vix excedunt annum: à campis autem ne explent quidem. At in Aruernis etiã quadriennium superant. Καὶ ἡ ὀλιγοπηγμένη. aperta terra siccat & refrigerat. Aliter quàm suprà. ὥσπερ πηγνυμένη & κατεπηγνυμένη. hîc enim aspergitur modò. Etiam Cassinates monachi argilla fusili vuas obducunt atque exiccant. Seruantur ita, penè recentes esse vt videantur. Τῶν δὲ ἀγριελαιῶν. à speciebus, & partium cõstitutionibus. Arborea numerat quæ mollia sunt & carnosa, egere munimento, vt Amygdali & Iuglandis.

Τὰ δὲ ξυλώδη. Si mollia seruantur à duris munimenis propter duritiam: dura seipsa tuebuntur: sibi namque ipsa erunt munimento. Vt si animalia carnea indigent ossium ad sustentationem: animalia ossea ex seipsis habebunt illud sustentationis beneficium: sunt autem pisces quidam tales.

Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν. In summa, durant omnia diutius propter tegumẽtum. mira sententia. Non solùm propter tegminum duritiam, verumetiam ob qualemcunque materiam sibi naturalem: hoc etiam suprà. Namque & ipsum vinaceum, tametsi durum, tamen etiã seruatur in acino commodiùs quàm exemptum: exiccatur enim. Vbi animaduertes, haud omnibus conuenire: marcesceret enim in Pepone semen. Μάλιστα δ' amictum conditio. species comparat. Quæ testa vel osse ambiuntur, ea diutius durare: vt Oleæ medulla. Simillima Ziziphi natura, & Palmulæ. Duobus priorib⁹ perexiguus incst nucleus: Palmulæ penè nullus. ac fortasse nullus separatus. Ideo dixit ὅτε ἢ ἀχώριστον ὥσπερ τὸ τῶν φοινίκων. Τὰ ξύλινα: materiatũ. intelligit ligneum. Alibi distinximus: cutem, membranam, corium, corticem, lignum, os, testam.

Καὶ ὁ κηπίκος. pessima assotiatio. Cartami namque tunica penè vitreo osse est. Τὰ κηπώδη. quę acanacea in Historiis. Οἱ τὲ μὲν, οἱ τὲ δέ. Aduerbium temporis pro notis specificis quæ sunt in articulis, ὁπὸ μὲν, ὁπὸ δέ.

Lego πολυχρόνια, non πολύχρονα. Et δι' ἀδηνειαν, non δι' ἀδηνειαν.

Theodorus, ὀλιγοπνεύσης: totus exactus fuerit. rudirer admodum: neque expressit. Ἄλλα δὲ πᾶσα ὀλιγοφύσα. Reliquæ omnes interius vel inuita natura eueniunt. pessimé. nihil enim fit in natura inuita natura. hoc ex Philosopho diximus alibi. Idẽ est, inuita natura, & inuito Deo. eueniunt autem

autem sibiipsi concedente natura. Ξηρά. siccissima. pessimé. Nam multi sunt gradus siccitatis, tum in aliis tum in seminibus qui absunt ab illo summo, & seruantur tamen. Distant enim ab ossea & testea, minus sicca illa, lignea, coriacea, palacea. Θερμανόμενα. feruefacta abolentur. exolescunt potiùs. Nimis atrox verbum, aboleri: nõ enim ἀφανίζονται. at hîc vitiantur tantùm. fiunt enim, vt diximus alibi, ἐξίστηλα. Ὑπὸ τῶν ἀέρος. ex aere humefacta. videndum, an Latinitati consultũ sit. Non enim præpositio, ex, significat efficiẽtem causam, sed aut materiam aut terminum ὅθεν κίνη- A σις. Ὡσαύτως δὲ τῶν σίτου ὁ γλυκύπερος. Frumentum quoque celeriùs deficit, quod dulcius est. non deficit frumentum, sed vitiatur. κατέφθαι, οὐ λείπει.

Πρὸς τὸ φυλακτὸν, ad perennitatem. malè. nam perennitas continuationem significat, ἐνδελέχειαν. at ea est cuiuscunque temporis. idem est hîc φυλάττειν, quòd σώζειν. hoc differt, quia σώζεται καθ' αὑτὰ, ἢ δ' ἡμᾶς: φυλάττεται nostra cura, locis commodis condita aut aspersa terra. Identidem facit. puto (idem) scriptum reliquisse.

Τὰ ξυλώδη, ligni speciem. rectè. nescio an legerit ξυλώδες. illud magis arridet.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

VI.

IVLII CAESARIS SCA

LIGERI IN SEXTVM DE causis plantarum Theophrasti, Commentarij.

CAPVT I.

Primi Capitis argumentum. Saporem & odorem habere inter se naturæ affinitatem. Vtrunque definit. Sapores enumerat. Eorum essentias examinat tribus Philosophorum sententiis: prima Communi, secunda Platonis, tertia Democriti.

EPI δὲ χυλῶν, καὶ ὀσμῆς. Vtinam mihi filere liceret ac fauere. Nam affectus ii sunt rei, tum quæ fit, dum fit, tum postquam facta est. Quare ante morborum tractationem ponenda fuerunt hæc, atque sic statuendum. In tota planta, in omnibus plantæ partibus aliquem contineri tum odorem tum saporem: in nullo æqualẽ aliis, sed similẽ. Differre igitur species, aut tota specie, aut harum gradibus qualitatũ. Indiuidua non differre, nisi per accidens: per cælũ, solum, loca, in quibus seruãtur, aliorum contactum, vicinitatem atque eiusmodi. Ipsa quoque à seipsis differre multis de causis: ætate, loco, cæli mutatione, contactu, & eiusmodi. In plantarũ partibus, & fructuũ multas esse differentias: vt in Citro, cortex acriusculus admodum odoratus, caro ignaua, insipida penè, succus acidissimus: id adeò, sola vt memoria saliuam cieat quibusdam: semen amarum. Non easdem partes omnibus odoratas, eodémve sapore præditas. cortex Caunamę, non lignũ. lignũ Sandalo, non cortex. radix Cypero, non stipes. flos A Violæ, non radix. foliũ Hyssopo, non flos. semen acre Staphysagriæ, radix Aro. quibusdã omnia, vt Fœniculo. Quæ an diligenter sit exequutus, pòst videbimus. hoc primùm. Alterum quod animaduertimus, est de coloribus eũ statuisse: & sunt pulcherrimæ disquisitiones: præsertim cùm idem sit communis omnium penè color, viriditas. At aliæ calidæ, alię frigidæ: vt ne quęramus rubedinis exemplũ in Sandalis, & Rosis cum Sandaracha cõparatis. Quare quędã in sole exalbescunt, vt frondes aliquæ, & Rosa vetula: alię in vmbra, vt Leo, Viola, Centaureũ minus. Buxi nouellæ frondes pallent, & Olustatri, aliis cùm senescunt. Neque ex naturę legib⁹ cõmunibus est: vt Cyclamino folia subt⁹ Punicea sint, supernè viridia: si Puniceus color plus habet ignis ac lucis. viridis autem, plus aquæ ac terrę. At aliis moribundis ruber aduenit color, vt Malo, Viti, Rubo. Folia varia Carduo argentato. Species colore differentes: vt Rosę & Flammula, quam vocant Caryophyllum, quoad flores. At foliis viridib⁹, pallidis, rubris, Atriplex, Blitũ, Beta. Item doceret aliquid de figuris: quæ est omniũ difficillima contẽplatio. Neque solùm in diuersis diuersæ plantis, sed etiam in eadẽ: velut Agrimonia, Dracontea. Duo florũ genera ab officio, non differentes facie: vt in Cucurbita. Duę diuersæ facies in Maiz, & situs diuersi, in summo & ad latera. Duę diuersę facies in Caryophyllata:

altera,vt Echinullus,altera,vt Rosella. Attingeret etiam leuitatem,asperitatem,lanam, spinulas,aculeos,spinas.hoc secundum. tertium. Hîc recenset sapores alienissimo loco:ferēdus,quia docet:quia non suo loco,non ferendus.Non enim hoc interest herbarii, sed Philosophi naturalis in libris vniuersalibus: De anima,De sensilibus,& seorsum in Commentariis singularibus, suo cuique sensui attributo. In quibus cùm illa expediuerit, haud sanè tam accurata fuit odorum tractatio atque hîc est. In libro namque illo peculiari,postquam per initia dixit: sapores atque odores non nisi in mistis esse: deinceps excurrit illico, atque paucis naturalibus indicatis,ad pigmentariam sese transfert.hoc tertium. Quartum autem est,quòd more suo minùs exactā init methodi rationem.Nam & repetit,& differt, & præuenit: quod vt pleniùs percipiatur, totius libri compēdiosissimam synopsin proponamus. Primo loco saporis & odoris ostendit affinitatem. deinde, quibus in mistis insint naturalibus. Tum,sapores in terris esse illis similes qui in plantis continentur.mistionum modos esse infinitos. Hoc statim debuit post illam sententiam quæ in mistionibus statuebat. Sicut & saporum numerum,quem postponit tamē. Ab his pulchram quæstionem tractat, an eorum quidam sint tanquam aliorum principia,alii quasi priuationes. post hæc à fine metitur eorum naturā. Odores quibusdā animantibus conuenire, aliis esse noxæ.Inde subiicit,quòd statim per initia ponendum erat: odorū diuersitatem non esse in parua magnáve corpusculorum quātitate. Hoc subiungendum statim fuit ei parti qua Democriti & Platonis impugnabat sententias. Et cum superioribus seorsum suæ quicque parti coniunctum oportuit,quod hinc sequitur: Alterū est:separatos esse propriis differētiis sapores. Alterum:fortasse dulcem non omnibus conuenire. Sic & tertium: bonam constitutionem non esse saporum causā. hoc enim pertinet ad principia. Deinde dat affectus saporum,dum generantur: quod antecedere debuit omnem disquisitionem, post explicatam saporum causam.deinde ponere modos mutationum. Quasdā fieri per separationem partiū, alias per coactionem. fieri verò, aut in contrarios aut in medios:Maturitatem diceret esse finē mutationum ad generationem: maturitatis asseclas, saporem,odorem,colorem. Itaque ait tandem:cuique saporem in maturitate manifestum esse.hactenus vniuersalia: deinceps in specie. Vini mutationes, aut naturales,aut ab arte. Hoc debuit infrà,vbi de succorum saporibus agit. Sed magna licentia reuertitur ad vniuersalia: nempe affectus comitātes alterationes. Sed non minore flagitio anteponit corruptionum tractationem causis maturationis. subdit enim:maturationes,alias à calore fieri,alias à frigore. Dehinc rursus ad species:quanquā non secundum ea quæ proposita sunt. De Olei nāque non saporibus, sed generatione. post quæ disputat an salsus sapor in plantis sit. Quod oportuit suprà statui,quo loco decernebat de saporū sub-

A iectis.Posthæc,non solùm redit ad vniuersalia,sed ad principia rursus ipsa reuoluitur. De iis enim agit ita,vt inter ea præcipuas partes attribuat siccitati.Iterum de plantarum partibus quæ quos sibi vindicent sapores. Quibus non puduit adiungere quæ spectarent ad situm partium vitiatum: de iis enim scribit quæ intorquentur,& de tedarū causis.Quæ cum extra ordinē sunt,tū sunt repetita.inde refert sese ad radicū sapores. Atque hinc, quæ dicebam,tractat de succorū saporibus: quasi Vinum & Oleū,de quibus suprà,ac disiectis quidem,scripsit,non sint succi.Pòst repetit radicū ac superiorum partium comparationem. inde repetitæ partes saporibus subiectæ. Tum repetita quę spectant vsum vel nostrum vel aliorum animaliū.

B Postremò docet vsum medicamentorum à plantis:rectissimè quidem,si nihil adderet aliud. At de odoribus cùm deinceps subnectat disceptationes, in vltimam libri partem melius distulisset. De odoribus autem longè accuratiore methodo quàm fecit de saporibus. Primùm enim de odoribus in communi. deinde odorum principia.tum de odoribus in partibus.inde priuatim de florum odoribus.tum de syluestrium odoribus. odores variari secundum anni & diei partes. quare non sunt odorata animalia. cur in calidis non omnia odorata. repetit à locis odorū diuersitates. qua ratione odorata in locis frigidis. odoris apparatus,atque commendatio ex plantarum vicinia.plantarū succi quomodo sibi trahant odores. non omnia syl-

C uestria odoratiora: quod cùm ex ea parte coniunctum oportuit, vbi de syluestrium odoribus agebatur. Hoc erat postremū, quod proponebamus disceptandum.Iam deinceps rem ipsam aggrediamur.duæ sunt huius Capitis partes præter Proœmium.Ostenditur in Proœmio,saporū odorúmque tractationem è re futuram.Prima pars narrationis causam dat: quare simul hæc duo considerentur. propterea quòd affines:atque ibi ponit vtriusque definitionē. Secūda pars explicat odorū naturam. de qua quia tres sunt sententiæ, trifariā dispartitur disputationem. Primùm tradit cōmunem de eis opinionē. Secundo loco Platonis explicat sententiā: Tertio Democriti. Non enim rectè fecit Theodorus, cùm abscidit caput ibi, vbi Democriti opinio declaratur: sic enim Platonis

D quoque debuit sententiā separare. Absoluta parte quæ Democriti pingit figuras,auspicabimur Caput secūndum:propterea quòd interponit inde iudicium suum. Περὶ δὲ χυλῶν. Quia pertinent ad plātas perinde atq; affectus peculiares:de iis quoque videndū. Οἰκεῖα,non autem ἴδια:non enim sunt plātarum tantùm, sed aliarum quoque rerum naturaliū,præsertim carnium, inter ea quæ pertinēt ad ciborū sensū. Ὁμοίως τοῖς πρότερον. simili methodo. Τὰ συμβαίνοντα. exactissimé. Hæc enim est demonstrādi ratio: subiectū, affectus, causę τὰ συμβαίνοντα. idē, τὰ πάθη. vnde euentus quædā dicūtur affectiones. & in prouerbio, παθήματα, μαθήματα. hactenus Proœmiū. Ἡ μὲν οὖν φύσις. Hinc incipit tractatio. Ait:se alibi declarasse, quæ sit vtriusque

triusque sensilis natura. Sanè luculentus liber De sensibus sub eius nomine nuper editus. Et singularis, vti dicebamus,de odoribus.Fortasse etiā de saporibus seorsum scripsit: queādmodū & de coloribus.Theophrasti nāque est,nō Aristotelis,vt putarunt:sicuti contrà, Commentarius de miraculis auditis,Aristotelis est,non Theophrasti. est enim illius nectareus stilus. Ἀφορίζεται. Sanè determinatur vtriusque natura: qua & ab aliis, & inter se differāt.hoc designat præpositio ἀπό. Neque verò solæ dictæ sunt differentię,sed etiam cōuenientiæ.ideo dicit. Μικτά πως ἄμφω κατὰ λόγον. mistos dicit esse. Mistum multis modis intelligitur: sicut vnum quoque multis item modis. Non enim verè diceretur, mistum cum aqua Triticum, quòd in aquæ pleno vase fuerit: sed Faba mistum, aut sabulo. Neque si manus mea luto sit inquinata, luto dicetur mista. Neq; ciuitas mista ex ædibus,& hominibus,curribus,equis. Ratio. Quia non vnum ex hisce fit,neque genere, neque specie,neque analogia, neque accidēte. An igitur sapor & odor mista dicātur? vix dici patiatur accuratius iudicium. Iccirco addidit κατὰ λόγον: ratione ac respectu quodam: quia sunt in eodem subiecto: id est in eadem mistorum humorum proportione pené. Ac propius quidem, quàm siquis in lacte mistam dicat albedinem cum dulcedine. Nam horum subiecta quidem est eadem materia prima quanta.at id subiectum remotum est. Non enim propinquum subiectum est coloris & saporis: at est proximum saporis & odoris:nempe talis mistio. Hoc est quod nobis & proposuit & reliquit explicandum. Quoniam non solùm sunt in eodem subiecto, sed etiam sub causa formali, cuius instrumentum mistio est. hoc voluit illud κατὰ λόγον. Quippe vnum sunt in materia:diuersa sunt secundum differentias essentiales: is enim dicitur λόγος τοῦ πράγματος. Quod vt planius pateat,adducit vtriusque definitionem. Sapor est emunctio sicci ac terrestris in humido. Ecce humidum est hîc quasi pro materia: non enim agit in sensum: sed gerit siccum, quod agit in sensum: non tanquam siccum, sed quatenus hoc tale siccum: quoniam siccitas est materia:quæ est subiectum talis accidentis, à quo patitur gustus: quod accidēs appellatur sapor. Differentia formalis nobis ignota est: sed ea quæ in actu sentire facit, est expressio, & emunctio, & subitio. Itaque tribus vtitur vocibus in libro De saporibus, διαιρεῖσθαι, τρίψεις, διαδύεσθαι. Vult enim dissolui & conteri,id est ad minima reduci & penetrare.Iccirco humiditas est vehiculū siccitatis: siccitas eius accidentis porrò quòd facit impressionem. Non vt intelligi velimus, accidens accidentis esse subiectum: sed vtrumque à substantia & in substantia vna vnum, reduci ad actum per separationē ita vt quasi duo fiant: quorum alterum agat: siccitas hæc talis: alterum iuuet actionem: humiditas ad penetrandum & vehendum comparata. Dixi, ἀπόμορξιν, emunctionem, ἐκμύζησιν: cui voci alteram addidit præpositionem, ἐν: vt indicaret effectricem natu-

A ram sensionis. Sensus enim patitur:quia naturam sensilem recipit. Nota ξηροῦ. cuiusmodi? nam etiam ignea sicca sunt. γεώδους, inquit. expositio est. Quin haud vtcunque terrestris: non enim terra ipsa quicquam saporis habet: sed talis. Tum autem solummodo vt sicca est, est huius author naturæ, non vt est frigida.

Ἡ δὲ τοῦ ξηροῦ. Quia ἀπόμορξις nonnihil habebat obscuri: aliam dat descriptionem longè planiorem. ἡ τοῦ ξηροῦ, διὰ τοῦ ὑγροῦ διήθησις. percolatio quædam sicci per humidum. Sanè perspicuum in culinis: cùm per setacea texta transmittuntur intinctus beneficio iusculorum. igitur omnino vult, saporis & essentiam,& actionem in sicco esse: cuius natura quia non est ad ingressionem idonea,

B vehiculum habuit humorem: tum vt dissolutum acciperet leges naturæ tenuioris: tum vt lubricitate illaberetur atque commearet. Et dixit: in sicco: nequis putet ipsam siccitatem saporis esse formam: non enim est: neque agit; sed actiua qualitas. Nam sanè definitiones hæ non docent quid sapor sit: sed in quo sit, & per quod: non autem, à quo. Nemo enim scit,à quo sapor, odor, color, immediatè fiat. Nam qui à formis elementaribus sensilia ducunt, insaniunt. Nullo enim in elemento sensilis cuiuspiam væstigium est. Haberent autem in se primùm, si darent aliis: quemadmodum primas habent qualitates, quas aliis impertiunt. Quoniam verò neque humidum hîc, neque siccum vspiam agunt, quatenus talia: & sensile agit

C in sensum: necesse fuit aliam quærere, quæ ageret, qualitatem. ea non poterat esse frigus. Hypothesis enim est: distribuendas dissolutas humore partes quæ subire queant. ergo à calore. quare addidit ὑπὸ θερμοῦ. Multum tamen quærendum est: quémnam intelligat calorem. Nam siquis velit in re sapida calorem esse, fallatur. Non enim omnia sapida calida: vt acida, acerba, & eiusmodi. Fortasse capit calorem externum ab igne, sole, faucibus animalis: qui reducit de potentia in actum saporem sapidæ rei. Quemadmodum etiam de humore dicendum est. Quia non omnia sapida, humida, ea sanè humiditate quæ per se fusilis subeat: veluti Aromata quædam. Sed siccis additur ab ore humiditas ad diluendum, ideo saliua data.

D Διαφέρει δ' ἴσως. ait non differre, sed addit fortasse. Differt sanè propter additionem illam, τοῦ θερμοῦ. In aliis non differt: quia idem est, τοῦ ὑγροῦ, καὶ διὰ τοῦ ὑγροῦ: vt si quasi instrumentum transmissionis. Ὀσμὴ δὲ. vides naturæ communicationem. odor est expressio. Melius adiunxisset, ἀναθυμιάσεως, exhalatio partis tenuioris siccæ quæ in sapore continetur, id est in humido. Τῷ ἀφανεῖ. Differentia formalis: sed quorsum? ἀφανὲς imperceptibile est: sed cui sensui? cui est perceptibile τὸ φανερόν. hoc autem ἀπὸ τοῦ φάους: at hoc ad oculos. Tum verò quem latet, etiam aliorum sensilium vel differentias, vel actiones esse oculis ignotas? sed voluerit dicere: humorem in quo est,

& à quo immediatè odor, non videri, sicuti videtur is in quo sapor est. Quid senserit Theodorus, suo loco dictum est. De illo autem fusili humido etiam Alcmæon, atque adeò calore. Scriptum enim reliquit: γλώττῃ τοὺς χυμοὺς κρίνειν. χλιαρὰν γὰρ οὖσαν, καὶ μαλακὴν, τήκειν τῇ θερμότητι. & addit: δέχεσθαι διὰ τὴν μανότητα. Vt conueniat cum verbo illo Theophrasti, διαδύεσθαι de odore quoque Anaxagoras. μᾶλλον ὄζειν τὸν ἀέρα θερμαινόμενον καὶ μανούμενον. An verò addidit ἀφανεῖ, quemadmodum & Plato: ὀσμὴν ὕδατος μὲν λεπτότερον, ἀέρος δὲ παχύτερον. διόπερ ὡς καπνὸν καὶ ὁμίχλην εἶναι τῶν σωμάτων ἀόρατον.

Τοῦτο γὰρ κοινόν. Quid est illud τοῦτο; humiditas, quia sapor erat τοῦ ὑγροῦ χυλός. & odor est ἐν τῷ χυλῷ. Humiditas autem communis est & aeri & aquæ. Manifesta etymologia in saporis Græca voce, vt alibi diximus: quia χεῖται ὕλη. At veteres Græci Syrum vocabulum vsurparunt à Cadmo cum multis aliis aductum. Ὕλη namque Chaldæis humorem significat: vnde nostra, humor, vdum. Σχεδὸν δέ. verba obscura admodum. Namque ex Præceptore nullum accidens alii accidit accidenti, sed vtrumque subiecto communi. Ergo quomodo dixit, πάθος χυλοῦ, καὶ ὀσμῆς τὸ αὐτό; esset enim πάθους πάθος. Dicendũ: perinde loquutum esse, ac si diceret συμβέβηκε χυλῷ τε καὶ ὀσμῇ ἐν τῷ χυλῷ εἶναι. Quòd si non satisfacit: πάθος illud esto, ἡ διάθεσις: quia fit in vtroque sicci separatio per humidum. Sed quæ sequuntur verba, valde sunt obscura. οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ ἑκάτερον: non est vtrunque in iisdem. Non enim potest intelligi de subiecto, falsum quippe esset: siquidem inuenitur in multis vterque affectus sensilis: puta in lacte. Sed intelligit de proximo subiecto: nimirum quod eorum causa sit. Quoniam tametsi humor est in vtroque: tamen humor est saporis causa potiùs: odoris autem siccitas. Hisce respondent, quoad coniunctionem, verba illa quæ sunt in eius libro de odoribus. Ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν, οὔτε χυλὸς ἄοσμος, οὔτε ὀσμὴ ἄχυλος. Ταῦτα μὲν οὖν. Posteaquam genus definiuit, ipsum diuidit in species. Recenset autem odoris potiùs species quàm odoris: quia putat, proportione quadam odoris differentias saporis differentiis comprehendi. Infrà namque docebit: odorem sequi saporum proportionem. Et sanè sequitur in quibusdam: in aliis est obscura analogia. Sequitur admodum in iis quæ sunt efficaciora: vt in acribus. exemplum est in cepullis & aceto. Dulcem odorem vocat ipse in libro de odoribus: Latinis non est vsitatum. austerum an possit, videndum est. nam amara longè diuersum spirant. Est suus Aloæ, suus Absynthio, suus Persici nucleo, item aliis. Τὰ δ' εἴδη. Ait saporum species faciles sese præbere declaraturo. Acutiores tamen à saporum censu eximunt pinguem, quem hîc nihilominus adnumerat. Est enim saporis affectus, quique cum omnibus inuenitur: sicut & suauis. Quemadmodum odores quoque pingues aliqui, vt Zibeth. Suauitas enim est mediocris temperatio, & modus quidam in omni sensili naturæ conueniens: cuius contrarium non habet nomen in hoc genere, sed vniuersaliorem mutuatur appellationem. violentum. Nisi quis per negationem designet, insuaue. Competit ergo etiam contrariis etiam medio. Dulcedinis suauitas est in lacte, in glycyrrhiza non est. In aloe tristis amaror atque horribilis: cichorii radices in acetariis suaues. Sic odor in Rosa suauis, in Ladano recẽti, non. Ita pinguis cum omnibus init societatem, neque eorum quicquam tollit aut operit. Quare neque pinguis neque suauis erunt species distinctæ, sed affectus specierum siue modi. Sicuti fulgor aut nitor non sunt coloris species, sed affectus omnibus communes. Videtur autem ipse quoque non omnino cum pro certa specie agnouisse: nam tametsi connumerat, tamen postea non definit. Est sanè pingue dulce in lacte: amarum in aloe: acre in tithymalli succo: salsum in aqua maris: acerbum in Amygdalo tenello: acidum in Oxygalacte, & aliquando in vino: astringens in Acacia. Ceterùm quoniam sentitur quasi quiddam ab aliis separatum tanquam speciem distinxere, subdita differentia accidentali & modificante, pro essentiali & specifica. Non ergo dixit, esse facilem cognitionem simpliciter, sed si cum ea disquisitione comparetur quæ ad eorum essentiam pertinet cognoscendam. Proinde addidit, ὡς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἑκάστου χαλεπώτερον: Sanè ἑκάστου: quia de ea iam καθ' ὅλου scripsit. ἰσάριθμον verò quid hîc sit, nescio. Nam cui sit æqualis saporum numerus? Non enim putauerit esse colorum numero æqualem. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο. Hoc, inquit, considerandum πρῶτον, priusquam eorum subiecta plantas aggrediamur. Non tamen (vti dicebamus) herbarii Philosophi instituto continetur hæc cognitio. Quippe aut notos habet sapores iam ex vniuersalibus disceptationibus: itaque repetito non est opus, aut notos non habet. Quamobrem si ignorabat, ignorabat etiam modum huius disputationis, quæ tribus cõtrouersis capitibus continetur. Tres autem docet methodos ad saporum naturam inuestigandam. Prima est ex Peripateticorum schola secundùm sensionum modos & qualitatum impressiones: ex quibus cognoscimus mordacem, lenem, astringentem, asperantem, sistentem, complanantem, abstergentem, & eiusmodi. Altera via est ex Academia. Plato namque refert ad principia duo: nẽpe dissipationem & coactionem sensus. Quorum duorum duo statuit alia priora, scilicet asperitatem & lenitatem. Tertia ratio est Democriti à figuris. Vulgò scitur id: cum naturalium corporum principia cognoscere in corpusculis indiuisilibus figuratis, pro materia: τὸ αὐτόματον autem pro efficiente. Ex his autem formas emergere: quemadmodũ & Lucretius ex Epicuro: is autẽ ex Leucippo: non quidẽ malè, nisi & figuras & vacuũ admiscuissent. Sic enim per contactũ, non per continuum, naturalia corpora essent vnum. Ex figuris autem actiones: quippe ex angulorũ mucronibus asperi-

asperitatem, ex obtusis lenitatẽ. Acrem: quia scindat. Acutum: quia pungat. Dulcem: quia inoffẽsa motione transmittat. Tres igitur sententias videamus: ac primò primam.

Πότερον τοῖς πάθεσι. more Præceptoris proponit capita dubitationis. Vbi animaduertendum est, cùm tripartitò narret opiniones: bifariã tamen proponere sic. Vtrum cognoscantur saporum differentiæ per actiones, quas imprimunt in sensus: an per figuras, vt censuit Democritus. Quare ita consultum est autoris constantiæ ac diligentiæ. Principiò considerandum, duobus modis cognosci posse. Primus est, per secundas actiones: secundus, per primas. Primas ex Platone voco, coniungere, separare: quibus ille statuebat principia diuersitatis, à materialibus ad immaterialia, id est ad sensiles species transumpta similitudine, quæ secantur & vniuntur. Itaque acutum saporem diuidere: dulcem congregare sensum, aut sensorii membri partes. Alios modos natura media mediis actionibus respondere. vbi vides sententiæ licentiam. non enim dulce congregat, sed astringens. Dulce autem cùm sit æquale, conuenit cum partibus æqualiter affectis. astringens autem est id quod cogit. Quòd cùm haud sit positum pro sensili primario, non poterit eius effectio pro principio cognosci. Secundas autem actiones, eas accipio quæ sequuntur has: vt mordere, asperare, sistere, stipare. Nam quod diuidit, mordet aut asperat: quod cogit, sistit, stipat. sic itaque componenda sunt hæc. Non enim sunt ex communi sententia Philosophorum. Nam primæ actiones sunt à primis qualitatibus, calefacere, siccare: ab his secundæ: separare, congregare: ab his tertiæ, mordere, asperare, densare, complanare. ab his quartæ: quæ in occultis sunt primordiis: educere bilem: ab his quintæ, non solùm educere in genere, sed etiam priuatim ab hoc potiùs quàm ab illo membro. Εἰ μὴ ἄρα. Iacit quædam semina conciliationis controuersiarum: id quod sequẽti Capite fusius exequitur. Ait: hæc ita diuersa nihilominns eodem tendere. Assignatas à Democrito figuras hoc designare. Nimirum quod vncum est, distrahit: quod acutúm, pungit aut secat. Ideo dixit: καὶ ταῦτα συνάπτει πῶς εἰς τὰς δυνάμεις. Quasi dicat: Democritus posuit instrumenta: Plato verò instrumentorum officia. Συνάπτει, συνέρχεται, τείνει: conueniunt ipsis affectibus, πως. Quia non sunt idem formaliter, sed sicut causa & effectus. Dixit εἰ μὴ ἄρα: nisi. etiam si hoc dicamus, aut hoc: at idem fuerit. Κἀκείνων. Democritus hæc dicebat, vt illa diceret. ita patet æquanimitas Philosophi. Εἰ καί τις ἄλλος, siquis alius modus, qui referatur ad potestates. Vult intelligere Platonis modum, de quo dicet: & hunc de quo nunc dicit, cùm ait: ὅσ' εἴ τις ἀποδοίη. Simul exponit, simul enumerat, simul explicat definitionibus. incipit à dulci. Ἀποδοίη. verbum Philosophis vsitatum. reddere. Quia res ipsas accipimus à natura per species: quas reddimus per voces quę sunt notarum notæ. Rerum species sunt in anima notiones: quarum notæ porrò sunt voces ipsæ.

Τὸν διακριτικόν. Quatuor assignat differentias: vt à variis acceperat autoribus: aut fortasse prout ipsemet secum fuerat commentus.

Ἢ χυμόν. hîc pro genere est in definitione. Quia docuit Præceptor in transnaturali Philosophia, definire accidentia cum subiecto aut per subiectum, sicuti multis locis: materiam quoque facere ad essentiæ cognitionẽ: quanto magis ipsam substantiam ad accidentium explicationẽ, quorum ipsamet substantia causa est. Prima differentia formalis est, διακριτικόν: puto esse mendum, & legi debere συγκριτικόν. Non enim dulce dissipat, sed aut vnit, aut vnita seruat. vnire tamen dici queat mathematicé. Quia dissitas coniungit partes: quemadmodum dicimus fluuiorum iungere ponte ripas. Implet ergo non irritando: vt alii faciunt sapores. Implet enim acetum quoque: sed extimulando partes, vt refugiant facit. Austerum autem cogit atque componit, quia contrahit & coercet. Stipat ergo non subiens, sed foris manẽs contrahendo. Cuius actionis modum cùm Democritus consideraret, populariter admodũ suos illos introduxit vncos. Nam separationis quidem causæ sumi possunt in exemplis vulgò manifestis. Dicam enim acutum aduersarium esse partiũ naturalium: iccirco eas subtrahere sese. At enimuerò contractio earum quo contingat modo, nullidum exploratum arbitror. Συμφύτου ὑγρότητος. Hoc est illud ὑγρὸν, quo dicebat τὸ ξηρὸν transcolari. Dissoluitur enim, quod est verbi gratia, in Cinnamomo tenue à saliua, quæ fit eius vehiculum, vt transmeet in linguæ sensorias partes.

Λειαντικόν. secunda differentia. Ex libro De affectibus mistorum petẽdum est, quid sit λεαίνειν. Apud medicos frequens pro dissoluere sicca liquidis. Et Philosophus dentium molarium officium ait esse λεαίνειν. Deinde τὸ λεανθὲν fit λεῖον: quod ponitur quarto loco, vt ex lęuigato fiat ęquabilis superficiei. Vt λεανθὲν sit in prædicamento passionis: λεῖον in prædicamento situs. Talis enim est secundum partes: ac talem infert in sensum speciem sui.

Ἢ λεπτόν. Tertio loco posita differentia: cui non assentimur. Non enim tenuibus constat partibus, sed mediocribus: acutus autem tenuibus: nõ enim penetrat, sed implanat.

Στρυφνόν. Ponticum dicunt barbari, nobis ignota origine: acerbum nos communibus cum acido, acuto, acri vocis rationibus. Acus enim sutorium instrumentum mouet admodum sensum. Græcum integrum vocabulum, ἀκίς. Acer maximè subit ac separat. iccirco barbari nostri acutum dixere. Proximus huic acidus: penetrat enim, sed haud perinde, quin constringat aliquantum. Ab hoc locum sibi vindicat acerbus: plus siquidem hæret ad superficiem: maximam tamen cum acido cognationem habet: sed plusculum terræ prohibet penetrationem. Cui siquid adiungatur præterea,

fit austerum,nihil penè subiens. Ξηραντικόν. A desiccat sanè.at docendum:quomodo desiccat acerbum.quia frigidũ. Frigidũ enim cogit:quare humorem exprimit, qui potest exire:qui non potest,compingitur: proinde lutum primùm cõcrescit,deinde soluitur in puluerem, humido consumpto,quod erat partium glutinum. Ἢ πυκτικόν. Eadem natura: stipat enim,sed addito modo, ἠρέμα, sensim ac mediocriter:placidé. Ταύτης:scilicet ἐμφύτου ὑγρότητος. Δριμὺ δέ. Acris sapor τηκτικός,liquefaciens:vnde Latina vox, Tabes,τήκω,τάκω,ϐίος. Liquefacit autem,quia partiũ ingreditur continuitatem, & soluit,sicut ignis metalla,& lapides fusiles. Ἢ δηκτικόν. aut mordax. Ἐκκριτικόν.excernens humidum.Ex mordacitate namque fit agitatio partium,& ab iis eorum excretio,quæ in ipsis continentur. Hunc B enim ad modum exprimit:non, vt austerum comprimendo:sed attenuando contenta, & continentia agitando:neque introrsum,vt austerum impellendo, sed eliciendo ad exhalationem. Ideo dixit, εἰς τὸν ἄνω τόπον: ad palatum & cerebrum: loquitur enim de partibus animalis. Τραχύ.asperũ. at quánã asperitate? nã sanè quod austerũ est asperum vulgò dicitur. Quanquam enim cogit partes,ac propterea videtur complanare,hiatus auferendo:tamen quia humidum pellit introrsum,inæqualitatem creat. Quæ inæqualitas quoniam nõ est adeò insignis vt ea quam facit sapor salsus: iccirco addit in huius definitione aduerbium, ἁπλῶς: id est,non inchoata asperitas, sed absoluta. C simplicitas enim est in summo puncto. Et quia aduerbium hoc erat obscurũ, declarat porrò per aliud, μάλιστα: id est ad summum, & potissimum. sic de acri: ἁπλῶς καυστικόν. Vbi ἁπλῶς est,comparatus aliis in hoc genere: non autem in naturæ primordiis:solus enim ignis est ἁπλῶς καυστικός. iccirco subdit per disiunctionem, ἢ θερμαντικόν: est enim calor communis qualitas multis gradibus, quorum summus vstio est. Ἁλμυρὸν δέ. Salsum definit per ridiculam differentiam: δηκτικόν, mordacem. Etiam vulgus Italicum nimis salitas epulas, mordaces vocant. Cæterùm & acetum,& Pyretrum veriùs mordet. incidunt enim. Ξηραντικὸν autem rectè designat: proprium siquidem salis est exiccare. Ideo prohibet putrefactionem,auferendo humiditatem quæ putredinis D mater est. Quare verò sal exiccet carnes: ipsum verò liquescat earum tabo:in Problematis declaratum est. Πικρὸν δὲ φθαρτικόν. Amarum esse corruptiuum, si capiatur simpliciter, falsum est. Cùm enim habeat communia cum salso principia:& salsum conseruet, non autem corrumpat: conseruatio similis simili deberi videatur. Non est igitur simpliciter corruptiuus, sed solius humoris naturalis:propterea quòd inter omnes conuenit antiquos:ab amaris nihil viuentium nutriri. Addit autem δηκτικόν, communem etiam salso differentiam,propter principia item communia.

Αὐστηρὸν τὸ ῥυπτικὸν τῆς αἰσθήσεως. Excipienda molliusculè sententia: non enim detergit sensum, sed sensorias partes.iccirco rectè addit: ἢ τῆς ὑγρότητος. Ac præterea considerandum: an quod maximè astringit: tale autem austerum est: detergat. Videtur sanè cogendo exprimere atque auferre. Atque ita commodiùs exoluas te ex hac dubitatione,quàm cùm dicit de salso: πυκτικὸν ἢ δηκτικόν: nullo namque pacto constare simul hæc duo possunt: vt quod mordet, cogat: mordax enim separat. nisi intelligas πυκτικόν, σκληροτικόν: nempe subducto humore,cogit & indurat per accidens. Iccirco firmantur carnes ipsæ: sal autem cum earum humido expresso mistum colliquatur. Quod verò ad abstersionem astringentis pertinet: id officium agnoscitur in acerrimis, cuiusmodi cinis, B atque ex eo lixiuium, & sapo, & radix Fullonia. Iccirco adiunxit: τῆς ἐπιπολῆς ὑγρότητος δηκτικόν. vbi etiam verbis ignoscendum. non enim mordacitatem sentit humiditas. Creta verò detergit inducta, quia ebibit:deinde abiicitur:sicuti papyrus aufert à pannis ceram calefacta. Ἢ πυκτικόν. rectissimè: is enim verè constringit partes.

Ἢ ξηραντικόν. alio modo quàm salsus exiccat. Salsus exiccat humidum eximendo,& liquefaciendo prima impressione, astringens compressu satis valido partium terrestrium: vnde liquidiores introrsum protruduntur.

Ἢ ἁπλῶς. Hîc non est ἁπλῶς, ob simpliciorem cognitionem primarum qualitatum: sed quia iam definit per definita,cognitio simplex est: C aut est declaratio moderatrix ipsius στρυφνότητος: ait enim esse ἠρεμαίαν καὶ μαλακήν: placidam & mollem. quia minus subit, minus mordicat. Ita vides omissum λιπαρόν: quoniam sit minus γνήσιον εἶδος χυμοῦ.

Ἢ πάλιν. Altera disputationis pars ex Platonis sententia. Dicit: Platonem saporum essentiam retulisse ad vniuersales actiones duas: hoc est καθόλου. Nempe congregare & dissipare sunt vniuersaliora, quàm mordere & asperare. Ita igitur ordinantur: calefactio, disgregatio, mordicatio: quibus circumscribitur acrimonia saporis. Κεχρημένας ξηρότητι καὶ λειότητι. Quasi qualitates hæ sunt instrumenta quædam priorum qualitatum ad effectiones. Quia sicuti statuebamus nos calorem ad separandum: sic ipse D ordinat ad hoc idem siccitatem: lenitatem autem ad componendum. De siccitate verò equidem quæram: non enim actiua qualitas est. Ideo dixit κεχρημένος, vsus asperitate & lenitate: id est vsum in his statuens, perinde atque instrumentis. Substantiæ namque sunt actionum principia: non tamen agunt, si Philosophis credimus, nisi per qualitates: vt ignis calor calorem generat in vi, & sub potestate substantiæ. quanquam subtilius intelligere licet. Si substantia ignis creauit in materia ignis calorem ignis: possit etiam creare foris calorem ignis ad apparatum generationis substantiæ ignis ex materia ligni: potest enim creare

creare substantiam substantia. ergo & creare ea A quæ dicuntur, & sunt accidentia substantiæ, propterea quòd eam consequuntur. Verùm non est hîc locus. quare ad rem. Si substantia vtitur accidentibus ad actiones, quasi instrumentis: etiam artifex,qui hasce declarat actiones,vbi designabit instrumentorum rationes,dicetur eis vti.

Καθ' ἑκάστας δέ. Non solùm καθ' ἑκατέρας,scilicet διακρίνειν,καὶ συγκρίνειν,sed etiam duas alias,λειότητα καὶ τραχύτητα. Διαιρεῖ,diuidit. quid? sapores, τοῖς εἴδεσι. Vsitatè dicimus: diuiditur genus in species, & per species: ita hîc diuidit genus speciebus. Haud tamen secatur speciebus, sed differentiis quibus constituuntur species.

Ὅσα μὲν οὖν κάει. hîc Platonis ex Timæo verba ponenda sunt. Definit acerbum non per prædicta duo aut quatuor,sed per aliud, κάει: quod B efficit id quod sequitur, ξηραίνει. Quod vrit, διακρίνει,consumpto humido partes glutinante: quod asperat διακρίνει, quia facit inæqualitatem: sicuti suprà dicebamus. Est enim asperitas affectus inæqualis superficiei: vt in genere definiatur: nam potest esse inæqualitas etiam sine asperitate. Fit autem vel motis partibus absque vlla ablatione: veluti si pauimenti tessellæ disturbentur: vel amoris: veluti si vna pluresve eximantur: vel quasi motis partibus: vt in horrore quum subsidunt interstitia pilorum, aut eorum sustolluntur radices. Nempe retrahunt sese spiritus introrsum cum partibus liquidioribus: vel consumptione: sicut vbi tabescit imbribus lignorum pulpa, neruorum manet rigor: id quod in nostris regionibus potissimùm patet ex parietibus, foribúsve Larignis. Tertio loco etiam vnum ex illis addidit, τραχύνει: C quippe si exiccat, etiam asperat. Liquidi namque interest implere: vt in primo De generatione. Iccirco videndum, vtrùm aptius ceciderit: ἀποξηραίνει τραχύνοντα; an ἀποξηραίνοντα τραχύνει. Sanè commodiùs trãstulisset illud participium. Habet enim vim causæ: vt cecidi & interfeci, possunt esse separata: non omnis cedens interficit: non omnis interfectio per cædem fit. At quum dixero: cædendo interfici: designatur interfectionis causa in ipsa cæsione. Sic non omne asperans exiccat: exempla suprà sunt posita: sed omne exiccans asperat: offendit enim æqualitatem. ergo melius ξηραίνοντα τραχύνει. At tunc videmus hasce Platonis causas neutiquam primas esse. Quin asperitas postremo loco sita est: asperitas causa, διάκρισις. διακρίσεως causa siccitas. Igitur ἀπὸ τοῦ ξηραίνειν τὰ εἴδη D διαιρετέα. Oportebat siccitatem,non disgregationem statuere quasi vnum ex principiis saporum. Cæterùm neque solus error hic, neque maximus, sed ille,quum ait: τὰ στρυφνὰ κάειν. nam quis dicat acerba vrere? Vellicant sanè: sed vellicant naturalis caloris depulsione atque exactione, qui in humido est inter neruos sensioni destinatos. Ex ea spirituum cessione fit inæqualitas & asperatio: & in ipsa succussione fit occulta conuulsiuncula, quæ magnopere agitat sensorias illas particulas. Is autem est gustus, non autem vstio. Nihil magis à Philosophiæ maiestate alienum quàm vti verbis æquiuocis ac metaphoricis. Quare quum ait τὰ φλέϐια: non est ferendus: non enim sentiunt venulæ,sed nerui. Αὐστηρὰ δέ. A prioribus austera solo differre gradu: iccirco dixit, ῥυπτικώτερα. Ergo etiam στρυφνὰ detergunt: sanè ξύει, radunt: quod est plusquam detergere. Addit ἀποπλύνοντα: quasi plus sit lauare quàm abstergere: quod non est verum. Etenim lotio est affectus quorundam liquidorum tantùm: at ῥύπτουσιν etiam multa non liquida: imò verò quia sicca sunt, ac maculas ebibunt, velut argilla. Verbum tamen habet sui significatus originem pro liquidis, παρὰ τὸ ῥύειν τὸ ἀπτόμενον, quoniam elabi facit adhærescentia. Sed dixit: πᾶν τὸ περὶ τὴν γλῶτταν: magna pollicens, πᾶν: B omne scilicet quod ipsius linguæ non est.

Ὅσα δέ. Tribus gradibus totidem statuit species: στρυφνόν, τὸ μέχρι τοῦ ῥύπτον: αὐστηρά, τὰ ῥυπτικώτερα, μέχρι μέντοι τοῦ μετρίου: τὰ πικρά, πόρρω πέρα τοῦ μετρίου. Non erunt igitur Platoni species diuersæ: gradus enim nullus variat speciem. Quippe & tepor, & vrens, & omnia quæ inter hæc sunt, æqualem recipiunt caloris prædicationem. At amarum esse in eadem specie cum acerbo, nescio an quis admiserit. Dicendum: esse quoad effectionem quæ pendet ab effectu generico diuersis communi speciebus. Sicuti motus secundum locum,natationi, volatui, reptioni, ambulationi: quoniam iis omnibus natura communis inest musculorum. Quin salsa quoque ponit sub eodem fastigio, atque in primo quidem loco, & quasi in væstibulo huiuscemodi C abstersionis. Quanquam compertum vulgò sit, aquam maris neutiquam lauare: pinguis enim est, & implanat superficiem, non autem subit ob crassitudinem. Addit autem salsis priuilegium: gratiora esse gustui. ideo dixit ὑποδεέστερα & φίλα μᾶλλον, commendabiliora. Hoc autem pendet ex natura illa remissiore: quia non adeò vellicant. Ὥστε ἀποτήκειν. Sanè verò id fuerit seriò, διακρίνειν. Siquid in lingua facit, vt tabescat ac dissoluatur: hoc enim est τήκειν: quæ illarum continebant partes, diuiduntur.

Ἐπὶ τὸ μέτριον. nota loquutionem. κεχρημένα. si est passiuè: facilis sententia. vtimur salsis ad hoc. si est actiuè: durior. quasi sapores vtantur τῇ ῥίψει. illud autem, πρὸς τὸ μέτριον, facetè. Aut est τὸ πρὸς, τὸ μέχρι, in ipsa potestate: D aut ad opus: vt πρὸς, sit finis: & mediocris sit operatio, id est in ipsa facultate: aut mediocre opus,quod faciunt. eódem tendunt.

Τὰ δὲ τοῦ στόματος. Ad acrium definitionem multa confert: primùm, communionem cum oris calore: κοινωνήσαντα. Quasi verò non omnis sapor cum oris calore communicetur. Secundum, λεαινόμενα, læuigata. Ne hoc quidem solis competit acribus, vt vel sit definitionis pars, vel pendeat à definitione. Generis enim totius est, vt nonnisi so-

lutis ac liquefactis sapor ad actũ reducatur. Tertiũ, συνεκπνεύμενα: coignita. συν: cum quo? an cum calore naturali? Passiuè, πνεύμενα: quia patiuntur à calore naturali, quum ad actum reducuntur. Ideò secundam quoque præpositionem, ἐκ, addidit: propterea quòd è potentia educuntur: ac propterea subdit ἀντικάοντα. Nempe alii quoque sapores educuntur de potentia per calorem, non tamen vicissim calefaciunt, sicut acria. Πάλιν: non ipsa iterum: sed calor πάλιν: quia est alter calor. ideò Latinè aptissimè, rursus. Significat enim rursum, retrouersum: quod populariter dicimus, vice versa. Hoc est quartum quod attinet ad acrium designationem. Quintum, ἄνω φερόμενα: propter tenuitatẽ ac leuitatẽ. Ostendit esse ignea, si sursum feruntur atque vrunt. cæterùm quod subdit, valde notandum est. Ait enim, Πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς αἰσθήσεις. Quasi verò non & odores, & soni ferantur ad sensus, qui sunt in capite. aut quasi alibi sit sensuum arx quàm in capite. Sed vult dicere acria gustata tentare caput tactu: quia cerebrum percellunt, non tanquam gustabilia, sed tanquam calida. Sic odorẽ halant quædam, atque ita quoque percipiuntur, non tamen alia ratione, quàm quòd sunt odorata. Vbi vides apud istos quos volumus per factiones, esse principes sapientiæ, rarò esse exquisitas eloquutiones. Vmbras modò rerum dant, non lucem afferunt: & apponunt Promethei coria intus inania. Dixit autem actiuè, τέμνοντα, secant: pungunt enim acria, &, quod aiebat, διακρίνει. Nam si passiuè accipiatur: erit repetitio, atque idem quòd λεαινόμενα: & nihil apponet noui. Τὰ δὲ περιλελεπτυσμένα. Acida siue acuta definit, per causam, per partium constitutionem, per motum, per quatuor effectiones. causa est σηπεδὼν, putrefactio. vult acida euenire per putredinem. constitutio partium, λέπτωσις. Vult attenuatis crassis partibus acorem inferri. motus: εἰσδυόμενα. Dat subeundi facultatem passiuam, ab attrahente potestate: idque propter partium naturam: actiuam verò etiam ob vim quandam igneam, quæ reducta de potentia in actum à calore naturali, per se quoque subire potest: talis enim in aceto animaduersa est. Itaque ab igni quoque (barbarè quidem sed non ineptè) actuata frangere quit lapidem. sic aceto calido. fertur Annibal dissilire fecisse rupes Alpium. Dixit: εἰς τὰς στενὰς φλέβας. sicuti suprà flexu diminutiuo. φλεβεία. namque in magnis venis non fit sensus, sed ad paruas, quibuscum est affinium neruorum necessitudo. Effectio prima: ἀνακυκῶντα, permiscentia: vnde κυκεὼ, quod etiam Latini proxima voce dicebant, cinnum subeundo ac disgregando agitant & miscent. Secunda effectio: ἀναζυμοιοῦντα, bullientia, vt fermentum: ὡς ζύμη ἀναζέοντα, ampullantia fermenti more. Quæ namque fermentescunt, aerem igneum concipiunt: quo admisso, eius impressione rarefiunt: atque ideo intumescunt. Vtrumque enim fœlicissimi verborum plastæ Græci tam exiguo gyro conclusere: ζεῖν, ζυμοῦν. τὸ ἀνὰ significat agitationem illam harum affectionum. Prior est actiua, posterior passiua: mouentur enim in ipsa efferuescentia. tertia quoque actiua est: ἀφρίζειν ποιοῦντα. Ipsa tumescunt acuta feruescendo: & faciunt alia quæ contingunt spumescere. Effectus ratio motus est, & aeris introductio. Feruescunt verò: quia si calidis affunduntur, eis euenit quod & aliis, vt bulliant. si frigidis applicantur, absistunt. Habent enim partes igneas tenues, quæ refugiunt. itaque duabus de causis ampullantur. Vna est, quia tenues partes mobiles dissident, non cohærent. Altera: quia nequit totum corpus acetosum auferre sese à suo contrario, quod intus est. Subsultat igitur. Veluti si iacentis pungatur dorsum, subsilit: quia totus illico non quit exurgere. Sic palpitat in arido piscis, quòd ἀσπαίρειν Græci dicunt: propterea quòd tota mole vnico tractu sese non valet excitare. Καὶ ἕλκειν. quarta actio. trahere. Fortasse est ἑλκοῦν: mordicant enim ac pustulas cient. quod verò trahant: nulla persuadet ratio quin pro apocrusticis vtimur.

Τὸ δὲ σύμπαν. hæc posuit sub vno titulo διακρίσεως. Nunc altera ex parte statuit exaduersum dulcia. nempe ὑπὸ τὸ συγκρίνειν. Ideo non solùm dixit πᾶσι, sed etiam σύμπασι: perinde atque vnum sint omnia in eo. propterea dixit τοῖς περὶ ταῦτα: quoad hæc. Οἰκεῖον. Ostendit non esse definitiones sed descriptiones quæ dantur per propria. οἰκεῖον, hîc est, ἴδιον. Ponit effectionem, & modum, & patiens. λεαίνει, actio. ἐπαλείφοντα, modus: quoties obducendo partes dissitas, oblinit ac læuem facit superficiem, quoniam implet interualla. Τετραχυνθέντα, patiens.

Καθιστᾷ δὲ καὶ συνάγει. sanè nunc nimis attribuit καθιστᾷ, sistit. esto. Non sistit cogendo, vt austera, sed per similitudinem, cohærendo: quia dulce libens accedit, & à libentibus admittitur. At συνάγειν τὰ παρὰ φύσιν κεχυμένα, vix mihi persuadent. Vt quæ præter naturam fusa ac sparsa sunt extra situm suum applicatione dulcium in integrum restituātur. id nunquam factum. Sed iungit, vti dicebamus, quemadmodum pons ripas: non velut ancteres vulneris labia. Τὰ δ' αὖ συνεστῶτα. Neque hoc per se facit: vt ea laxet, quæ præter naturæ leges stipata sunt. hoc non facit. separaret enim ac retunderet. verùm alia ratione fit, ac per accidens. Sanè dulcedinis appetens natura seipsum laxat, vt tam commendabilem excipiat hospitem.

Καὶ ἁπλῶς. hoc ἁπλῶς, aliusmodi est atque superius. Suprà posteaquam diuersa remotiora posuisset, puta asperare, exiccare: addebat ἁπλῶς διακρίνει: quia τὸ διακρίνειν vnum erat ex principiis. Principia verò sunt simplicissima: nempe rei compendium totius. Hîc autem τὸ εἶναι φίλον τῇ φύσει, non est vnum principium constituens saporem, sed potiùs finis. Finis autem vnus: ergo simplex. In causis enim quod est vnum per se, simplex est. ideò dixit ἁπλῶς.

Οὗτος μὲν οὖν. Colligit vnum esse modum hunc à differentiis facultatum: quem tamen duo-
bus

bus methodis explicauit. Δημόκριτος δέ. Nunc Democriti ponit opinionem, à figuris. Sanè picta est opinio ac popularis. Nam vulgò qui pungetur acu, putabit in aceto mucrones item esse, quibus lingua feriatur. Festiuè dixit, Democritum apposuisse vnicuique sapori amictum figurarum: hoc enim est περιτιθεὶς σχῆμα. Quia saporis actus est in superficie cuiusque partis. An verò etiam intus? Sanè verò, quando est affectus mistionis partiũ materiæ secundæ sub certa forma: id quod etiam de colore aduersus pertinaces suo loco disputatum est. Γλυκὺ μέν. Dicit dulce rotundũ esse: quoniam inoffensa est superficies quæ angulis caret. Addit autem εὐμεγέθη, notam magnitudinis: quia non dat penetrationem. Quanquam etiam si sit paruum, non penetret, sed adhæreat, si planum fuerit & æquabile. Non enim speciem variat magnitudo, & figura confert aliquid ad motum. Ita duas habes opiniones: superior volebat impleri vacuum re quæ naturæ conueniret: hæc vult non ingredi. Sic vtroque modo fiet complanatio. Στρυφνὸν δέ. Acerbum agnoscit μεγαλόσχημον. Non enim subit admodum, sed plurimùm agit in superficie. Τραχὺ δέ. Intelligit αὐστηρόν. Quod Latini asperum, tam dura voce quàm dura est tum res, tum etymologia. Vox est agricolarum priscorum, sumpta à terra quæ esset inepta cultui, παρὰ τὸ μὴ σπείρεσθαι: vbi essent saxa & squallor. Græcum autem fuit, τὸ τρεῖν καὶ τὸ ἄχος. Vrbanè Democritus multangulum facit. Sanè verò tum lima tum serra, multangulæ sunt. Et sapores asperi partes habent dissimiles atque inæquales. Ἀπεριφερῆ. Vitauit calumniam Sophistarum. Circulus enim est aliquo modo angulus, μία γωνία Pythagoreis. Itaque cùm dixit πολυγώνιον, intellexit πολυακίδα, multis mucronibus horridum. Id cauit hac exceptione. Vbi nota τῆς περιφερείας significatum ex vsu potius, quàm ratione astrictum ad circuli ambitum designandum: non tamen prohiberi præpositione, quin extrema cuiuscunque figuræ eadem voce declarentur.

Ὀξὺν δέ. Ex nominis notione figuram elicit, modò simplicem, modò compositam, vt acuti naturam explicet. Dat corpulentiam, quia proponit in concreto, non in abstracto. Ideo dixit τῷ ὄγκῳ. Dat mucronem, κωνοειδῆ. Hæc sunt simplicia: illa verò figura composita, καμπύλον: constat enim ex mucrone & flexu, sicut hamus. Tales etiã sunt vngues auium & rubi. Tertia ratio simplex est à totius constitutione, λεπτόν. Quia crassum pungeret tantùm, non etiam subiret. Hæc differẽtia separat ipsum ab austero. Quod addit ἀπεριφερῆ, intelligit de mucrone. Δριμὺ δέ. Hîc sanè labitur ratio. Nam quomodo saporem acrem faciat constare partibus rotundis? Fortasse scriptum fuit ἀπεριφερῆ. Nam rotunditas erat in contrario, nempe dulci. Quod addit λεπτὸν, cõuenit cum Platonica illa exhalatione. Itẽ cùm dicit καμπύλον, non placet: recta nanque fertur ignis. Neque tam commodè subit flexum quàm rectum: at subit acris generosè atque (vt medici loquuntur) ἀγωνιστικῶς. Ἁλμυρὸν δέ. Pictura hæc admodum obscura est. Angulos dat sanè. Vellicat enim. Esto igitur σκολιόν. At triangulo æquicruro cùm ipsum comparat, confundit iudicia sua. Nec fuit ille catus opifex, qui distorto illi æquanda curauit crura. Πικρὸν. Sicuti τὸν δριμὺ faciebat περιφερῆ: sic & amarum hîc. Cùm autem omniũ consensu amarum distet à salso solo gradu ita vt ab amaro vincatur salsum: si amarum constet rotundis, tantò magis salsum. Ego verò neutrum puto. Et importunè attribui arbitror inoffensam obliquitatem: λεῖον σκολιότητα.

Μέγεθος μικρόν. Ne hoc quidem conuenit. Non enim valde penetrant amara. Sed cùm dedit μέγεθος dulci, videtur eius contrario huius cõtrarium deberi. Hoc autem est paruitas. Cæterùm prisci omnes cùm omnino negẽt, amaris ali quicquam: non licebit ei pusillam assignare quantitatem, qua sese in corpus induere queat.

Lego ἑκατέρῳ τοῦ γένους, non ἑκάτερα. Et πρότερον γὰρ τοῖς πάθεσι, non πρότερον. Et συγκριτικὸν δ' ἐν γλώττῃ, non διακριτικόν. Et δηκτικόν, non τηκτικόν: nihil enim hîc ordo. Et κεχυμένος, non κεχυμέναι. Non enim potestates vtuntur, sed Plato illis. Et ὅσα δὲ ῥύπτει πέρα μὲν τοῦ μετρίου, ὥστε καὶ ἀποτήκειν, non autem (vt legitur) vel vt corrigunt.

Theodorus οἰκεῖα φυτοῖς, plantis conueniunt. Non expressit τὸ ἴδιον. Multis multa conueniunt, quæ non sunt neque ἴδια, neque οἰκεῖα. Conuenit plantis putatio: non tamen est affectus manans ab internis principiis, sed extrinsecus adueniens accidens. Ἀπόμορξις, demistio. Verbum nouum, demiscere. Galli sic loquuntur demiscere, separare quod est in mistis: sicuti Latinè dicimus, deplere: auferre de pleno. At ἀπόμορξις est emunctio.

Ταῦτα μὲν οὕτω κείσθω, hęc igitur iacent. Imò verò hæc ita iacta sint tanquam fundamenta futuri instituti. Latinè dicimus, his ita constitutis. Ἀφανεῖ. Theodorus vtrùm legat, incertum est, διαφανεῖ an ἀδιαφανεῖ. Nam scriptum est indiaphanæ: & tamen exponit mox absque negatione, sic, trãslucido corpore. Neutrum tamen est necessarium, odorem scilicet esse in corpore vel translucido vel non translucido: in vtrouis enim potest esse. Pellucidum vinum est & liquidum: non translucida pix & liquida. Κἀκείνων λέγεται χάριν, illorum gratia subiunguntur. Non subiunguntur, sed sunt pro certis principiis constituta ac potius præstituta. Συμφύτου διακριτικόν, humorem linguæ consertum discernat. pessimé. Nemo enim dicat σύμφυτον, consertum. Omne insertum alienum est: omne σύμφυτον naturale. Sequutus vulgarem lectionem errauit cum scriptore. Nam quomodo λεαίνει si διακρίνει? Lege apud Theodorum, leniat, non laniat. Ἐκκριτικὸν τῆς ἐν τῇ συμφύτῳ ὑγρότητι θερμότητος εἰς τὸν ἄνω τόπον. Qui calorem humoris conserti loco superno excernit. imò in locum supernum. Hoc enim vult, excerni ab hoc sapore calorem ex humido connato: vnde fiat exhalatio. Ad corporis partes superiores. Sic mox ex Platonis placitis de eodem acri, φερόμενα ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς αἰσθήσεις.

Καυτικὸν, vim aduſtoriam ſortientur. Verbum & κακόζηλον & ineptum. Iam enim vis ineſt illa. Sortitò autem non habent, ſed natura facultatem vſtricem illam. Aduſtiuum. Μαλακὴν, molliſsimam. Arbitratu ſuo gradum addidit exceſſus. Πέρα τοῦ μετρίου, extra modum. Præter modum: vſitate. Ὑποδεέστερα, temperatiora. imbecilliora. Ἀναζυμοῦντα, fermentent: actiuè, minus aptè. Ὅταν λεαίνῃ, cùm leuiter mulcet. Ex ingenio ſuo. Ἐπαλείφοντα τετραχυνθέντα. Et mitigat quę aſperitate horreſcũt. Non expreſsit ἐπαλείφοντα, obducunt, oblinendo complanant. Neque curam habuit participii, cuius vis præ ſe fert cauſæ rationem quandam. Τὰ συνεστῶτα, quæ conſiſtunt. Sæpe monuimus curtam eſſe in repræſentãdo verbi huius ſignificatum, Latinitatem. Quare addidit illa, duráque ſunt minus commodè: non enim dura omnia. Σχῆμα ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ. Figuram ſingulis reddit. Negligenter admodum. Non enim animaduertit interpretationis ſubtilitatem, quam explicauimus in Cõmentario. Εὐμεγέθη, amplus. Hoc eſt optimi viri huius vitium, vt dum trita fugit vocabula, aut dũ veretur eiuſdem vocis iterationem, excedat è via Latina. Amplum enim ſignificat magnum quidẽ, ſed capax. Dicimus porticum, nauim, vtrem, dolium, ampla: amplum ſaxum, non dicã: tanto minus amplum ſaporem. Tractũ à maris ſpatiis, ἀνάπλοον. Hæc eſt illa peregrinitas, cuius paulò moroſius Pollio ſummos illos viros poſtulabat: quaſi ex vſu detorſerint aliqua noſtris auribus blandientia, Latinè moleſta puritati. Μεγαλόσχημον, figura magna perficitur, imò perfectus eſt. Summa ſubtilitate oſtendimus, verbum hoc & alia quædam in præſenti tempore nullum ſui præſtare vſum bonis Philoſophis. Etenim finis cuiuſque rei eſt indiuiſibilis. Verbum Facio, tractum habet ſub eo tempore, cuius tractus finem indiuiſibilem deſignat præpoſitio illa Per. Eiuſdem naturæ; perago, exoro, debello. Futurũ habebunt quod finis momentum declarabit: præſens non habebunt. Ὄγκῳ, mole. ſic & alibi. Nemo tamen in acu molem dicat. Eſt enim vox deducta à mola farinaria, quæ nuſquam puſilla eſt. At ὄγκος etiam in atomis. Quantitas, ſimpliciſsimé. Κωνοειδῆ, nucis pineæ ſpeciem gerit. Latinè meta.

CAPVT II.

Secundi Capitis argumentum. Conciliat opiniones, Non ſolùm de ſaporum poteſtatibus agendum, verumetiam de ſenſuũ differentiis. Eundem ſaporem non ſolùm videri poſſe alii alium, ſed etiam contrariant. Figuras magnitudine non variari.

Οἱ μὲν οὖν τρόποι. Ad hunc vſque locum deduximus primum Caput: quia pars hæc poſtrema Democriti ſententiam continebat: quemadmodum præcedens ſermo duas item alias opiniones: quibus ſanè decuit adiungi & tertiam: aut illas æquè à ſe inuicem ſeparare. Hoc autem Capite apponit iudicium ſuum, quod at-

A

tingebat etiam ſuprá. Aiebat enim, Democriti opinionem ab illis non differre, niſi quatenus cauſa differt ab effectu. Illi dicebant acutum, hîc dicit acum. Nemo de hac proportione dubitabit: ſed figuras reprehendit in corporũ conſtitutione. Pro qua reprehenſione nos quoque afferimus argumentum nouum atque inuictum. Hoc quod appellat acum, aut eſt merum accidens hac figura, aut ſubſtantia efficiens mucrone ſuam illam effectionem. Non eſſe quit merum accidens. Quis enim accidenti figuram det, quæ eſt diſpoſitio extremorum corporis? Neque aliam figuram colori videmus adiũctam, quàm quæ eſt ipſi colori ſubiecti corporis. Non eſt igitur accidens. erit ergo

B

ſubſtantia. At ſi ita eſt, etiam ad tactum (qui digito fit) deprehendetur. Non enim oportet ad actũ reduci figuram: propterea quòd eſt actus quidam ipſamet extremorum. Verùm de his alibi. Poſt hæc ait, non ſolùm de ſenſibilibus dicendum fuiſſe, qua figura conſtituuntur, ſed etiam de ſenſibus. Huius diligentiæ ratio. Quia ſapor idem, cùm apud omnes non ſit idem, quin aliquando etiam contrarius: videndum, quibus figuris illæ figuræ tum in diuerſum, tum in contrariũ mutari queant. Hęc quidem eſt reprehenſio omiſsionis: ſequitur in tertia parte reprehenſio poſitionis. Non enim figurã mutari quantitate. Quia Democritus quibuſdam magnitudinem aſsignabat, aliquibus paruitatem. Democritus ad hęc diceret, magnitudine ac paruitate non mutari figuram, ſed iuuari ad

C

effectionem: hoc deſumere licet è quarto De cælo, nempe ad motum. Latum enim & futum deberi dulcibus, quia implanent: paruitatem acuto, quia ſubeat. In magno corpore naturali eſſe poſſe acedinem hanc: quoniam ex paruis multis componatur. In paruo eſſe poſſe dulcedinem: propterea quod è paucis fuſis ac latis conſtituatur.

Τοσοῦτον διαφέρουσι. Nempe principia vel à poteſtatibus, vt effectricibus: vel à figuris, vt cauſis. Hoc ſibi vult τοσοῦτον. Καὶ οὕτως. Sic quoque ſtatui poſſe: & hæc illorum cauſa dicta eſſe: ſcilicet quia pungat acutum, ex acubus conflatum eſſe. Eadem verba ſuprà quoque.

Αὐτῶν γὰρ τῶν δυνάμεων οὕτως ἀποδιδούς. Nota loquutionem. Aduerbium οὕτω, loco pronominis ταῦτα. Hæc ſtatuens ex ipſis facultatibus.

D

Ὁμαλύνει. Quod ſuprà dicebat ἀλείφοντα.

Διαχεῖ. Vt poſtquam excreuerit, etiam diffundat. Καὶ ἄλλο τι τοιοῦτον. Puta, δάκνει, τήκει, φθείρει. Πάλιν ἴσως. Secunda pars, in qua reprehendit eum quòd actiua tantùm deſcripſerit: paſsiua non item. Ideo dixit ἐπὶ, id eſt præterea, ἐπιζητήσειε. Ὥστε καὶ ὑποκείμενον. Vox hæc duo ſignificat. Interdum enim ſubſtantiam accidentia deferentem: in ſecundo de anima ponitur pro eo quod vſitatè dicitur in ſcholis obiectum: nempe in quo eſt ea ſpecies quæ ſenſilis appellatur, & à quo in ſenſum delata effectrix eſt ſenſionis. Hîc ſignificat ſubiectum receptionis. Ideo dixit, μὴ μόνον τὸ ποιοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ πάσχον.

Ἄλλως τ' εἰκὸς μή. Ratio, quare id etiam quæren-

quærendũm. Quia non eodem modo ſentiunt omnia.

A

Καθάπερ φησί. Sicut & verum eſt, & ipſe quoque profitetur. Vrget ex ipſiúſmet dictis. Οὐδὲν γὰρ κωλύει. Euenit vt quod nobis dulce eſt, aliis non ſit. Hoc candidiſsimis verſibus proſequitur Lucretius. De cicuta, & hyoſcyamo, & coturnice, & ſturno, iam vulgata. Gallinis cibus ſcorpii, ſimiis araneus, ciconiæ ſerpentes. Δῆλον γάρ. Concluſio qua ſtatuit id quoque tractare oportuiſſe. Sic conſit ſyllogiſmus. Vbicunque alius fit ſenſus non mutatis principiis, neceſſe eſt in ſentiente diuerſitatis eſſe cauſam. Hæc eſt maior. Minor hæc, in ſapore fit hoc. Concluſio: ergo in guſtu cauſa eſt. Alia demonſtratio. Igitur non de ſenſilium modò principiis agendum, ſed de ſentientium quoque, vt mutationum cauſæ intelligantur.

B

Διάθεσις. Affectus, ſignata voce. Quia ſi ſunt corpuſcula Democriti principia: ſi ſunt vacua, ſi ſunt figuræ, horum omnium intereſt ſitus: quem prima & propria origine deſignat vox illa διάθεσις. Ἐπί τό τε τοῦ χυμοῦ. Non ſunt in ſapore mutatæ figuræ: erant ergo in guſtu. De illo igitur dicendum. Ideo dixit διὸ δὴ λεκτέον. Filus autem orationis omnino ductus ex officina diuini Præceptoris. Ἅμα δ' ἐκεῖνο. Maior explicatio. Non ſolùm propter ſubiectum fit ea diuerſitas ſenſionis, ſed etiam contrarietas. Variatur ergo etiam in contrarium poteſtas. Οὐ μία τις δύναμις. Neque vna μία, neque τις, præſcripta. Ἐν ἄλλῳ. Quia (vt etiam docebat Plato) τὸ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ αὐτὸ ποιεῖ. Idcirco dixit ἐν ἄλλῳ.

C

Τὸ μὲν γάρ. Non eſt abſurdum, actiones variari pro ſubiectorum variatione. Patet hoc in cera & luto, ſi liquefactionem ſpectes & denſationem ab eadem ſolis vi. Item in capillo & cute, ſi coloris ineas rationem. Præterea in vino, & melle, & fructibus, ad ſaporem. Acet vinum: fructus dulceſsit: mel amareſcit. Ὥσπερ οὐδὲ τὸ πῦρ. Non omnia comburit ignis: non enim aurum. Non omnia liquefacit: non enim oſſa. Non omnia in cinerem ſoluit: non enim aquam. Etiam refrigerat: quia humidum educit calor, atque ideo calorem extinguit: velut in putrefactione. Item per antiperiſtaſin, vt in locis ſubterraneis Æſtate. Etiam perficit opus contrarii ſui: nempe aqua lauat lintea vulgaria: nihilo peius ignis linum aſbeſton. Πλείονος λόγου.

D

Quia diuerſum eſt ab latere, contrarium autem ex aduerſo per dimetientem. Maior ergo ratio quærenda eſt in actionibus contrariis quàm in diuerſis. Quia plures lineæ ducuntur ab vno puncto per circumferentiam ad punctum oppoſitum, quàm ad punctum, puta decaſſationis, quod eſt quaſi πάρεικον. Ἐπεὶ γοῦν τὸ πυρός. Tres ponit gradus mutationis: primum, ἑτέρα διάθεσις, ſcilicet in quoduis diuerſum: ſecundum, ἐναντία, contrarium. Hæc duo ſuprà: hîc ſimplicem priuationem: quum, inquit, ignis ne vrat, prohibetur. Hoc fit vt in ſarda & pyropo, quia non poteſt denſiſsimum ſubire, ſicciſsimum diſſolue-

A

re. Aqua verò non humectabit, vel propter maximam ſuperficiei læuitatem, qualis in vitro: vel propter maximam ſiccitatem, cuiuſmodi eſt in capillo & oſſe: vel ob maximam denſitatem, vt in auro. Quænam verò harum ſit in Adianto, quærendum eſt. Non enim eſt ſiccitas, vt dixere: quippe cuius è libra ſucci premitur plus ſelibra.

Τοῖς δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις. Repetit eadem.

Ἐπεὶ γὰρ οὐχ ὁποιονοῦν μόριον. Veriſsimum. Non enim manus guſtat aut videt. Idcirco formarunt Græci vocem neceſſariam, αἰσθητήριον: recentiores optimè, ſenſorium: ſicut ars fuſoria, tabula luſoria, auditorium: craſſo atque infelici iudicio damnati ab innouatoribus Ciceronianis, quod eo non ſit vſus Cicero. Sed hoc alibi.

B

Ἴσως δέ. Nouum argumentum ad idem. Tractandam etiam fuiſſe partium ac figurarum diſpoſitionem, quæ in ſubiectis corporibus eſt. Quare? Quia compoſiti cognitio perfecta non eſt, niſi partes quoque perfectè cognoſcantur. Sanè ſi ex duobus vnum fit, non cognoſcetur vnum, niſi cognitis duobus illis. At ſenſionem fieri ex ſaporum poteſtate confeſſum eſt: fieri ex ſubiecti aptitudine, probatum eſt. Ergo vtrunque cognoſcendum. De priore ſcripſit Democritus: de poſteriore item ſcriptum oportuit.

Ἄτοπον δέ. Alia repræhenſio ſententiæ, non omiſsionis. Οὐ γὰρ ὁμοίων. Subtiliſsima verba. Non eſt ſimilium differentia ſecundùm magnitudinem & paruitatem. Hoc declaratum eſt in libro categoriarum, & in quinto metaphyſices,

C

& in quarto de cælo tactum. Eſt & alia ſubtilitas. Videtur ergo ſimilium eſſe poſſe differentiam: imò neceſſariam: nam quemadmodum eadẽ ſubſtantia differunt nõ ſolùm qualitatibus, ſed etiam claſsibus in ſerie naturæ, quod in duodecimo diuinæ ſcientiæ diſceptatum eſt: ita ſimilia differunt non ſolùm ſubſtantiis, ſed etiã gradibus. Propter magnitudinem verò nulla ſpecies patitur diuerſitatem. Addita nanq; norma quadrato non mutatur ſpecies. Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς. Et confuſè & obſcurè omnia in hoc Capite: at hîc obſcuriſſimé. Ponit rationem abſurditatis. Hæc, inquit, ſententia ſtatuit in quantitate, non in forma, poteſtates. Αἴτιον μὲν. Omnino locus hic corruptus eſt. Fortaſſe ſic legendum eſt. εἰ τῶν ὁμοίων διαφορὰ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος ἦ, τῷ μὴ τὴν αὐτὴν

D

ἔχειν δύναμιν. οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὄγκων δυνάμεις, αἴτιον μὲν τῷ διαβιάσασθαι. Quæ nobis notæ ſunt ob earum vim. At vis in quantitate nulla: non enim agit ſimpliciter, ſed ſolùm augetur aut minuitur facultas, quia plus aut minus ineſt & formæ & qualitatis. Ideo dixit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Non variabitur poteſtatis eſſentia, ſed gradus tantúm. Ergo etiam ſi poteſtas in figura eſt: at poteſtatis varietas in quantitatis modo. Εἰς δὲ τὸ μὴ αὐτό. Non concedenda ſpeciei variatio, ſed modi tantúm. Igitur μᾶλλον μὲν καὶ ἧττον, τὸ αὐτὸ δέ. Quòd autem ſic ſit interpretandum, patet ex iis quæ ſequuntur. ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις. Siquidem ita ſit Εἰ μὲν ὁμοιοσχήμονα. Si figura eſt princi-

pium actionis: vbi figura fuerit, erit etiam principium illud. Ideo dixit ὑπάρχον. Vbi præpositio ὑπὸ, non significat subiectum: quasi potestas sit figuræ subiecta. Quin è contrario figura potestatē gerit. Sed potestas, puta calefaciendi προϋπάρχει effectui. Ὁμοίως δυσὶν ὀρθαῖς. deest ἔχει τὰς τρεῖς γωνίας. Καὶ τὸ μυριάγωνον. Omnis triangulus, quacunque sit magnitudine, tres habet angulos ęquales duobus rectis: & omnis figura multangula reductionem patitur illorum angulorum omnium ad angulos quatuor rectos. Quorū theoriam habemus in elementis Euclidæ: neque huc ad ostentationem pueriliter arcessenda. Hoc dixit de magnitudinibus ad diuersos respectus. Nunc exēplū vnum præcisé. Quia erant ibi tres anguli duobus æquales potētia: & anguli plures æquales quatuor potentia: hîc verò subdit actu, καὶ τὸ τετράγωνον τέτρασι. Quasi dicat, vbicunque fuerit quadrata figura, nempe quadrata erit. Est igitur actu τετραγωνία, in quacunque magnitudine. Hæc sunt exempla de re ipsa: post hæc affert exemplum de re intelligibili, atque ait, non solùm constitutiones ipsas easdem esse in quacunque magnitudine, sed etiam conditiones quas vocant circūstantias: quę nonnisi ratione cōprehendi possunt. Vt quod dimetientis lineæ tractus cū latere non habeat proportionē, ratione sola percipitur: propterea quòd negatiua conclusio est, nullum in eam ius habet sensus. Ideo dixit λόγῳ τὰ αὐτά. Non mutabitur ratio, tametsi figura longè maxima sit. Ὥς τ' ἐπί. Quare cùm saporū actiones proueniant ex figuris, quantitatis erit mutatio, non speciei. Dixit ἐκ τούτων: ex figuris, tanquam ex materia: quia sunt etiam principia quasi materialia. ἢ ἀπὸ τούτων: longè melius: sunt enim principia efficientia: nempe mucronis officium, pungere: vnci, trahere. Ἀλλὰ γάρ. Non est disputationi locus is: sed in quinto, septimo, nono, diuinæ Philosophiæ: in secundo physicorum. Quin nec reliqua de quibus dicebat, hîc tractanda fuere.

Lego δεῖ γὰρ εἰδέναι, non ἔστι. sicut mox infrà, δεῖ γὰρ εἰδέναι, non ἀεί. Et διωρίσθαι πανταχοῦ, non διώρισται. Et ἀλλὰ τῶν ὄγκων, non ὄγκον.

Theodorus οὕτως ἐκείνων ἐπιχαίρειν. Ratio quoque figurarum, saporum vires sequuta est, atque illarum gratia excogitata. Intellige hîc rationem, commentum Democriti, non autem rem illam naturalem quæ in figuris est, vt ex iis consistant facultates: hæc enim essentia est, aut essentiæ comes non sequuta est, sed antecessit. Hîc igitur, ratio, significat cognitionem naturæ figurarum. At infrà, ἄπειροι οἱ λόγοι τῆς μίξεως: hîc significantur leges naturales, & principia mistionum.

Ἐπιζητήσειεν, exiget. ambitiosé. Quæret præterea. ἐπὶ, porró. Modestiæ est simul ac diligentiæ, quærere: confidentiæ ac temeritatis, exigere. Μυριόπουν. centipedaneum. Quoniam nō poterat ex denis millibus vocem componere, maluit sibi plaudere. Καὶ τὸ μυριάγωνον τέτρασι, καὶ τὸ τετράγωνον τέτρασι. Ita legimus ex iis quæ circumferuntur, atque ita exposuimus. Theodorus A aliter. Quadraturæ quoque pedaneorum, & centipedaneorum quaternis angulis rectis pariter cōstant. Omisit autem omnia hæc, τὰ μὲν λόγῳ ὄντα ταυτά: & totam illam theoriam τῆς ἀσυμμετρίας. Ad rem tamen facere demonstrauimus.

CAPVT III.

Tertii Capitis argumentum. Sapores atque odores in mistis esse solis, in nullo simplicium. Aquas & terras odoratas mistas esse.

ὍΤΙ δ' ἐν ἀπομίξει. Positis opinionibus quæ de mistionum essentia circumferebantur, subdit suam sententiam, minus tamen explicaté. Dicit, omnino in mistis esse. Mi- B stionem igitur vnam è causis esse. Et quia mistio est motus diuersorum ad vnius constitutionem: duo excludit: primùm, figuras: nam Democriti figuræ primò sunt in elementis: ergo ex accidentibus. At non ex quantitatibus: non enim agunt quantitates: igitur ex qualitatibus. Primùm ergo dicit, in quibus sunt: vniuersaliter scilicet in mistis. In sequenti Capite dicet, in quibus mistis: vt propositum institutum aggrediatur in plantis. Ὅτι δ' ἐν ἀπομίξει. Nō dixit συμμίξει: quia vult esse causam quasi effectricem ipsam mistionem. Motus enim dum fit, aliquo modo mouet. Hoc manifestū est in motu proiectorum, quæ non amplius tacta etiā atque etiā mouentur: inest enim accidentalis formæ impresio, velut calor in re calefacta. Sic cùm C miscentur elementa, videtur motus eorum omniū quæ fiunt, esse causa. Fit autem (vt Lucretius appellat) cœtus, id est & coitio, & consensio, & constitutio: quam comitatur crasis, id est mutua subitio accidentium inter se: propter quam contingit color, odor, sapor, in vi atque imperio formæ. Nō enim producuntur ex elementorum puris qualitatibus tanquam ex portionibus: ita vt calor quidam ad hunc illúmve modum temperatus euadat affectus ille sensilis, quem colorem saporémve nominamus: sed primo naturæ opere sunt apparatus formæ ingressuræ: postmodum acceptis ab ipsa forma nouis legibus interpolantur, vt eius sint instrumenta. Idcirco dixit πως. Non quæuis mistio, sed certa. Ὁ χυλὸς καὶ ἡ ὀσμή. Coniungit hîc (sicut & suprà) cùm dicebat, μικτά πως ἄμφω. Simul inueniuntur naturali coniuncta necessitudi- D ne. Οὐδὲν γὰρ φαίνεται. Accipit pro confesso, simplex corpus nullum his affici. φαίνεται, ad sensum scilicet, in aqua, terra, aere. Ἐὰν μὴ λάβῃ μίξιν. Non leuiter prætereunda verba. Simplex non habet saporem, nisi misceatur. At postquam mistum est, simplex non est. Ne tum quidem igitur. Nō enim terra saporis subiectum est: ne cùm in misto quidem est. Sed populariter locutus est: quia dixit φαίνεται. nempe quæ à metallis accipit aqua saporem, videtur aqua pura vulgò: mista tamen est tenuissimis metallorum particulis, quę distillatione separantur. Ideo dixit καθ' αὑτό: per se, ex natura sua: saporem naturæ accessione alienæ. Ideo ex veterum sententia dixit, aquis euenire sapores

pores, ex terrarum per quas trāiciunt qualitatibus. καὶ, ad elegantiam, τοιοῦτο καὶ ἔστι. Καὶ ἡ θάλαττα δέ. Quia mare non videtur salsum propter fundi salsuginē: poterat ratio quæri salsitatis. Hæc à Præceptore in meteoris satis est declarata. Σαπρά. Sanè verò peculiarem induunt saporem, quæ computruerunt. Ὀξέα. Hîc qualitas est sine causę nomine. In nitrosa est qualitas & causa. In mari neque qualitas neque causa, sed solùm subiectum. Acidæ aquæ sunt ab alumine, quæ speciem vini pręse ferunt haud procul à prætura Lugdunensi. Ὥσπερ ἐν ἄλλοις. Cum odore saporem coniunxit suprà ob naturarum affinitatem: nunc explicat exemplis. Odorem in quibusdam esse, qui saporem consequatur. Ita vult saporem antecedere, sicut & suprá. Cùm enim saporem definisset, odorē deinde per saporē definiuit, ἐν χυλῷ τῷ ξηρῷ δ' διάθεσις. Ideo dixit ἀκολουθεῖ. At nobis haud paruis rationum momentis disceptandum est: vter sit prior. Quæ contemplatio duas habet partes. Primùm videndum in subiectis separatis vter vtro sit prior. Secundùm, in eodem subiecto vter alterum antecedat: idque natura tantùm, an etiam tempore. Hæc tractatio penitus ab hoc loco aliena est: tamen pauxillum perstringamus. Si ab elementis, tanquā à principiis causæ ratio ineatur: cùm ignis sit quasi forma elementorum propter actionis efficaciam: & is sit odoris penè solus autor: videbitur eius opus ante cætera exarare opera. Hoc agnosci fortasse poterit in subiectis separatis. At secus in eodem. Sapor enim minus elaboratus est: ergo magis in prōptu. Sanè fructus prius succulenti sunt, quā odorati. At hęc discutienda nos illud perpulit verbum συνακολουθεῖ. Vbi nota subtilitatem. τὸ συν, quia in eodē subiecto. Quippe ἀκολουθία est τῶν ἑξῆς, nō autem τῶν ἐν τῷ αὐτῷ καθ' ἕν. Γῆ δὲ καὶ λίθος. Nobis sæpe facit iniuriā: velut hîc vbi miscet exempla simplicis & compositi. Cùm γῆ est ἄχυλος, id est in naturæ primordiis: quia simplex. Terræ formam nō potuit saporis affectus sequi, propter imperfectionem. At cùm dixit λίθος ἄχυλος: mistū hoc est quidem. Quamobrē igitur haud apposuit rationem? Ratio est, quia omnis sapor in misto: at non in omni misto sapor. Huius rationis ratio. Quia non in omni misto succus liquidus, qui gustui perfectas partes subire queat. Neq; tamen ibi tota ratio. Sunt enim solida quædam, quæ sola superficie contactam afficiunt linguam. Id fit facultate partium tenuium quæ soluuntur exhalatione. In lapide partes hæ aut sunt nullæ aut ignauæ. Quęro, quænam est ista μίξις, quā vult accedere lapidi? An si diluantur aqua lapides, fient ἔγχυμοι? nequaquā. Non enim mistio naturalis est, neque ex saporum principiis constituta. Propterea dixit τοιαύτην μίξιν, qua saporis genus concilietur. Καίτοι φαίνεται. Declarat occultam cum terris mistionem. Quēadmodum in luto & puluere cubiculorum, quem hîc appellat θαλαμώδη: & in cinere. De huius salsugine iam scriptum est in meteoris & in problematis: cubicularium autem non raró salsum deprehendimus. Multæ queunt sese offerre causæ quę in A problematis tactæ sunt. Hæc hîc amara dicit, non salsa. Non est laborandum. Nota loquutionem. Si ταῦτα refert γῆν, mutauit genus & numerum, more suo: vt dicat, hæc tamen etiam habent mistionem. Si non refert γῆν, sed mistionem: neutro genere erit comprehensio: vt, triste lupus stabulis. Omnino verò terras designant illa, ἔσω & πηγαί: sané. Non enim vna est natura. Καὶ ἔνιαι. obiectio. Etiam non mistas aliquas habere saporem, vt argillam. Sed rectè dixit δοκοῦσι. Nam profectò argilla quoq; mistum quiddā est: quemadmodum & ab ipso & à nostris agricolis de rubrica itē scriptum est. Sic & terra pulla. Ita terram habes ἄχυλον, ipsum elementum: & terram ἔγχυλον, vel manifesta B vel occulta mistione. Huius verò gradus quoad cognitionem nostrā multi. Occultum est nitrum in nitrosa: deprehenditur tamen tum ratione, tum experimento artis: occultior in mari causa: magis etiamnum latet in puluere domestico: longè maximè in argilla. Ἅμα δέ. Autoritate potius quā ratione diluit obiectionem. Non est absurdum, inquit, saporem acquiri per accessionē terrę. Obiectionis ratio vna. Terra simplex est. In simplici sapor non est. Igitur eius admistione sapor accedet nullus. Adde & id. In terra non est humor: at humor est matrix saporis. Et sanè verum non est, terræ admistione saporem concreari: sed oportet præterea adustum esse vt salsus fiat. In cubiculorū scrobe etiam putrefactio quædam est. Τὰ δὲ μεταλλευόμενα. C Ostendit item alia in quibus sit quasi à terra: metalla scilicet ac lapides. Hæc enim, inquit, etiam odores habent præter sapores. Ideo dixit πρός, quod suprà συνακολουθεῖ. Dixit μεταλλευόμενα, vt cum metallis veris etiam comprehenderet metallica. Quod autem dixit, non solùm habent sapores, sed etiam odores: videndum an crescat oratio. Dico, an plus sit odoratum esse, quàm sapore præditum. Hoc iam declaratum est, odorem esse operosius quiddam quàm saporem. Ἅπαντα δ' οὖν ταῦτα. Concludit porrò, præter mistionē esse etiam causas alias alterationis. Iam duplicem notauit: vnam, cùm dixit σαπρά: alteram autem, adustionem, vt in mari & cinere. Μίξει τινί. Sicuti suprà τοιαύτην μίξιν. Τὰ μὲν ἁπλᾶ. Vult etiam simplicia sola alteratione saporem acquirere: quia terra simplex aduri potest: veluti quæ mi- D scetur mari. Potest etiam putrefieri. Cæterùm non sicco (vt aiunt) pede sunt hæc transeunda: sed more nostro addenda mortuæ sententiæ anima subtilitatis. Non enim terra putrefacta iam simplex est, sed alieno humido contaminata. De adusta verò quid dicendum? Idem sané. Nam si calor inest adustionis, iam mista est: sin eum fingas abiisse, erit ergo siccior quàm fuerat anté. Quare idem elementum erit se ipso magis tale, quàm quale suapte natura existit. Hoc autem est absurdum. Et sanè repugnat superioribus, vbi sola commistione dicebat, simplicibus accedere saporē. Hoc est peculiare vitium Peripateticis, vt non semper statuant quid in animo certi habeant, sed simul cum discipulo venentur conclusiones. Sic penè

per totòs metaphyficæ libros.

Lego ὧν ἐνίοις,non autem ἐνίους.

Theodorus, οὐδὲν ἁπλῶν, nihil fimplicium numero. Barbara additio. Σαπρὰ, putidæ. Fortaffe fcriptum reliquit,putridæ. Συνακολουθεῖ,comitetur. Non exprefsit τὸ συν'.

Θαλαμώδης,adufta. Tamen θάλαμος non eft vaporarium,fed primario vfu cubiculum nuptiale: θάλλειν ἅμα. Καθάπερ ἡ ἄργιλος. Theodorus addidit,dulcis.

CAPVT IIII.

Quarti capitis argumentum. In quibus miftis naturalibus fint odores,& fucci,& fapores. De faporibus terreftrium humidorum.

ΠΕΡΙ δ' ἐν τρισί. Deducit vniuerfalem confiderationem ad propriũ inftitutum. Ait enim,cùm fapores & odores in tribus miftorum generibus reperiantur: quorum generũ vnum eft plantarum genus: de his hìc agendum. Nam difceptatio quæ vniuerfaliter circa omnes verfatur illos qui in omnibus funt generibus,ad alium fpectat artificem: nēpe ad eam Philofophiæ partem quæ poft vniuerfalem animæ tractationē contemplatur obiecta poteftatum eius. Hoc eft quod dicebat κοινότερον,communius. Eft enim cõmune,quod multis participatur. Quomodo cõmune? καθ' ὅλου. Quomodo καθόλου? Nõne & hìc τὰ καθόλου τῶν φυτῶν confiderantur? fané. Sed hoc eft minus commune: illud autem κοινότερον. Ἐν τρισὶν οἱ χυμοί. Quos fuprà χυλοὺς appellabat. Hoc iam declaratum eft. Nam χυλὸς eft fuccus: χυμὸς, qui eft in fucco fapor, quafi χυλισμός. Declarat deinde quæ funt illa tria,animalia & plantæ. Hæc duo funt. Tertium in iis quæ arte comparantur, aut eueniunt fortuitó. Quorum vtrunque partitur εἰς τὸ βέλτιον: veluti cinni obfoniorum. Aut vbi cafu mifcentur aliqui liquores. Hoc eft primum membrum partitionis. Alterum, εἰς τὸ χεῖρον: veluti cùm putrefiunt. Hoc fanè fit fponté. An verò arte quoque? fané. Quærimus enim arte putrefactionem, idque multis de caufis multífque modis. Puta in corporis humani abfcefsibus,in carnis excrefcentia: in iis quæ obruimus fimo vt diftillemus. Quod fi per putredinem fit acetum, etiam pro exemplo acetum efto. Rancor autem an fit putrefactio,in libro de miftorum affectibus declaratum eft. An verò proba fit hæc partitio? maximè:fed non ipfa explicatio partitionis. Principiò quid eft αὐτομάτως? Nam etiam ad plantarum fortuitam generationem fiunt principiorum miftiones. Itaque membrum hoc tertio loco pofitum incidit in vnum ex duobus illis, nempe ἐν φυτοῖς. Præterea ficuti diftinguit artem à natura, ita quafi membrum diuerfum feparare debuit ab arte cafum. Ne nũnc dicamus, alia quoque inueniri fubiecta inanimata. Quare fic accuratius. Odorũ differentiæ tot funt quot funt entium fpecies,quæ illis præditæ funt. Entia duobus fummis diftant faftigiis,animato & inanimo. Animatum duplex, planta,animal. Cætera inanima, vt lapides,glebæ, aquæ. His ita difpofitis,attribuas affectus generales fic,conftantiã,variationem. Variatio per trãfmutationem,vt in melle dulcis in amarum:acerbi in dulcem fructibus maturefcentibus. Per tranfmutationem gradus,vt dulcis in dulciorem. Vtraque verò tranfmutatio duobus modis:aut in melius,vt acerbi in dulce:aut in peius, eáque duplici ratione. Aut enim mutatur fubftantia mutata,vt in putrefactis:aut nõ mutata,vt in melle difcocto. Habet autem hæc tranfmutatio motum, aut vni⁹ ad vnum,vt acerbi ad dulcem:aut plurium ad plures,veluti cùm fapores componuntur. Horum caufæ efficientes aut internæ, vt forma: aut externæ,duobus modis:nempe ars & cafus. Ars mutat ad finem. Cafus non eft aliud quàm natura,fed extra ordinē: vt ex balnei ftrigmentis Punica Myrtúfve proxima fi mutetur. Natura eft in ftrigmento qua mutare poteft, in Myrto quæ mutari. Cafus autem coniunxit caufam & effectum vicinitate. Accuratas hafce partitiones non perfequuntur Peripatetici Græci: fed fatis habuerunt tradere fundamenta iudiciis acrioribus.

Εἰσί τινες καὶ ὀσμαί. Dixit τινὲς: quia non omnes in omnibus. Propter hoc addidit κατὰ τὰς κράσεις. Secundum fuam cuiufque temperationē.

Μιγνυμένοις arte miftis. Veluti cùm quid additur vel commifcendo vel incoquendo. Ὑπὲρ δὲ τῶν φυσικῶν. Quod iam bis fecit,vt de iis quæ natura conftant,agat. Sic in caufis generationis per initia librorum. Primùm enim agnouit naturales:deinde ftatuit ab arte. Sic poftea in morbis. Nunc item in affectibus. Intelligit hìc naturalia ἁπλῶς, id eft omnino: veluti qui ordinaria naturæ lege tales funt,puta in Vua. Nanque αὐτόματα,etfi funt naturalibus principiis conftituta, quēadmodum fuprà dicebamus: non tamen aut locus aut tempus concurrunt. Quocirca non femper tales contingunt. Hoc etiam innuit verbis fequentibus, ἀρχὴ γὰρ ἅπασι φύσις: nempe etiam artificialibus etiam fortuitis. Natura enim dux eft in arte bifariam. Nam præterquam quòd fuppeditat & materiam & aptitudines, etiam ponit operum ideas exemplis. Vt quia fole perficitur in vua dulcedo vfque ad maturitatem primùm:deinde matura,cũ fit paffa,dulcior euadit porrò: id fibi comparauit ad opus ars,vt conficiat Siræum. Καὶ τούτων. Declarat illud ἅπασι. Tũ,inquit,in fimplicibus. ἁπλῶς, voce vtitur ambiguè,non(vt fuprà)defignans elementa,fed minus operofa mifta. Itaque exprefsius fubdit ὅλως τὰ ἄψυχα: nequis exiftimaret eũ de paucis fimplicioribus intelligere: ad omnia diffundit inanima. Ita fupplet quod fuprà deerat in diuifionis tertia parte. Κατὰ τὰ φυτά. Hęc pars vna eft fuper iis quæ ad plãtas pertinēt. Addidit autē καρπούς,quia plantę quędã pro fructu funt,quorũ fructⁿ nulli vfui,vt Lactucę: quędã totę,vt Fœnicul⁹: quędã ex parte, vt Brafsica. Aliarũ contrà foli fructus, vt arborũ & peponum. Καὶ γὰρ ταῦτα. Duæ rationes quibus oftendit agendũ hìc de plantarum, non de animaliũ faporibus. Propterea quòd prio-

res funt, & natura & cognitione: funt enim fimpliciores. hæc prima ratio. altera. Συνεχὴς οὖσα τοῖς φυτικοῖς: cohæret priori tractationi. Hoc per initia declaratum eft, vt pleniore fruamur fcientia, quæ excipitur ex plantarum cognitione: perceptâ fubftantia, caufis, affectibus vtriufque valetudinis tam aduerfæ quàm fecundæ, dare operam oportet, vt aliarum affectionum adhærentiũ ratio habeatur: cuiufmodi eft, quãtitas, & qualitas, de quãtitate, in trãfcurfu fepe fuprà: de qualitatibus quod fupereft, hìc. Theodorus: ὑπὲρ δὲ τῶν φυσικῶν. Quocirca de naturalibus differendum imprimis: malé, non enim illa eft caufa, quare primùm fit agendum de naturalibus: fed, quia natura eft omnibus principium. Nec id Græcè fonat, fed δὲ coniunctio fine illatione. fanè poftea fubditur caufa, non antea dicta eft. Ἄψυχα. In animalibus: nouè potius, quàm abfurdé. Πρότερ' ἂν πιστευθείη. Prius animalium genere ftatui debet. obfcura oratio, & abfurda. prius de his ftatuendũ quàm de genere animaliũ. Σκέψις, ftudium contemplandi: optimé.

CAPVT X.

V. Capitis argumentum. Sapores,qui in terra percipiuntur, effe maxime manifeftos, fimiles effe illis, qui in plantis infunt,fed pauciores,ac minus exquifitos. miftionum modos effe infinitos. ex iis faporum quoque conftare modos.

Οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ μίξει. Hinc demũ inftitutã aufpicatur tractationē. nam quæ hæc antecedunt, funt προειρημένα. eft autem contemplatio. hæc in cõmuni. fequenti Capite fpecies perfequitur, incipit autem à notioribus qui in terris funt: vnde nos deducat in plantariorum cognitionem. enumerat autē aliquot ad exemplum. Omnino concludit à miftionibus pendere: quarum modis, faporum quoq; modi conftituãtur. Χυμοὶ τῶν ὑγρῶν. Noluit metalla proferre: quorũ odor obfcurus, fapor etiamnum magis. Nam qui nobis præfentibus iactabat, fe in aquis Pyrenæis auri faporem deprehendiffe, in aurum iam animũ fuum trãfformarat: cuius fpecies in fomno vigilanti per phantafma repræfentabatur ei. fed intellexit τὰ ὑγρὰ, liquores illos, quos appellat Seneca fuccos, metallina vocãt barbari noftri, nonnulli etiam femimetalla. Οὐ γὰρ. Ratio quare ab his incœperit. quia manifeftifsimi. ad illos ergo reducendi plantarum fucci, quoad cognitionem: haud tamen temere affentiendum. Nam qui fint cognitifsimi: cùm ex imis terrę vifceribus erutos oportet, multa opera, multis etiã periculis, fi de eis ferēdum fit iudicium. Plantę autē ipfę in oculis, in manibus, in ore vfu quotidiano. Præterea cùm fapor à natura fit inftitutus ad cibi commendationē, vt ad vitam fuftinendam allicerentur animalia: metallicorum nihil ad alimenti capita reducatur: non videtur fapor effe quæfitus à natura pro metallis. vocat autē παραπλησίας ἀνάγκας, caufas metallis plantífq; communes. Saporũ effectrices omnino: formales autē ex parte: finalem verò modo nullo. efficientes eadē penitus: quia miftiones. Formales, partim cognatę, partim diuerfę affines: quia calor quidã cęleftis, qui fole omnibus entibus infinuat, eft formarum inftrumentum. diffimilis alioqui: propterea quòd fub diuerfis agit formis, tanquam apparitor Imperatori. Deeft autē verbum, quod cum recto cafu cõmitti poteft, cum quarto non poteft. Præterea quæro, cur in fuccis illis acutum potius agnouerit faporem: fiue enim alii in plerifque multi: in nitro amarus, in fale fuus, in alumine acidus, in antimonio dulcis, in cæruleo aufterus. Συνιστάμενοι. Qui fucci concrefcunt in terræ fibris ac finubus. Συνιστάμενοι, ex fuis, in fuis, & à fuis principiis, materialiter, formaliter, effectiué. & ξυνιστάμενοι, concrefcunt in foliditatē. his ergo fimiles. diffimiles autem multitudine, & fimilitudinis gradibus. Ideo dixit, Οὔτ' ἴσοι τὸ πλῆθος, οὔθ' ὅμοιοι, Multitudine: quia pauciores, & in paucioribus. fanè multa infipida ex metallis: neque aufterum admodum explicetur. In plantis autē præter primarios habes etiã alios, vt vini, forbi, citri: addunt enim quiddã dulcedini, aftrictioni, aciditati. Similitudinis autē gradu: quia non ita exquifiti. θολερώτεροι, impuriores, ac minus exprefsi. Minus enim elaborati funt in partibus crafsioribus, atque (vt ita dicam) magis brutis. Propterea dicebat, μὴ τὴν αὐτὴν πέψιν. non adeò excocti à calore naturali. τὴν αὐτὴν, fpecie. quia effectiones rerum differentium fpecie, quatenus tales funt, fpecie differunt. Quia fol eft aliud ab igne: eius exiccatio differt ab ignis exiccatione: ficut & eius calor ab ignis calore. Quamobrē ouum ignis calore durefcit, ventriculi calore foluitur in fuccum. Harum autem differentiarum atque proportionum cognitiones latent nos. hac de caufa etiam fubiunxit: οὐδ' ὁμοίως. vt forma diuerfa diuerfas effecerit effectiones non folùm fpecie, fed etiam modo. Τὸ δὲ πλῆθος. Explicat etiamnum clarius multitudinis differētias: vero numero ne comprehendi quidem poffe. Πολλοὶ γὰρ τῶν καρπῶν. Quia fructus funt quafi plantarum partes: & funt futuræ plantæ: iccirco pofuit ad exemplum. Duo dixit: πολλοί, quod refpõdet illi, πλῆθος: &, ἀνόμοιοι, vt intelligatur vera diuerfitas, non ex fubiectis folùm, fed etiam ex propriis effentiis. Tum vt excludat illos ab harum comparatione, fubdit: οὐδαμῶς ἐμφαινόμενοι: qui non apparent, neq; percipiuntur in terrenis illis. explicat deinde qui fint illi. Αὐστηρὸς, δριμύς. Aftringentem amouet à terrenis. talem tamē vides in glebis, Armenica, famia, lemnia, rubrica vulgari noftrate hac Pyrenęa. negat etiã acrē. Nõ funt acres, vt piper. vt aptè dixerit: οὐχ' ὁμοίως, vrunt tamen fauces aliquót, vt fulfur. quod autem addit, ἄλλοι δὲ πλείους: intelligit miftos alios, non autem è fimplicibus. Nam cæteros fimplices omnes reperias in terrenis.

Εἰ μή τις λέγοι. Ponit obiectionem quam diluet. obiectio. In iis quoque terrenis illos effe, verũ minus explicatos, ac quafi in ipfis principiis inuolutos. Nã qui terrenis in fuccis funt, ii funt illorũ principia, qui funt in plãtis, quos illæ à terris hauriunt, aut occultis aut manifeftis: & fortaffe

tutius, atque commodius dicendum: tam plantas, quàm terrenos succos quibusdam principiis communibus in naturæ primordiis cõstitui; quæ primordia sint in generali rerum idea, & additis differentiis diducantur in species. Propterea intelligit eos esse genere eosdem. diluit obiectionẽ sic.

Οὕτω δ' ἂν εἴησαν ἄπειροι. Essent igitur infiniti. quasi velit dicere: ne in terrenis quidem futurum vt sint simplicia principia, sed ex aliis cõposita, & aliunde. Infiniti ergo viderentur. nisi hunc ad modum interpretere, non procedit refutatio. Quid tum postea? etiã si in plantis non fiunt ex illorum terrenorum mistione, nihilo secius infiniti sapores fuerint: quo sanè modo infinitum dicimus impræscriptum. Nusquam enim infinitum in natura, sed ignotum nobis numerum modorum. Ἄπειροι γάρ. Minor propositio, qua futurã probat saporũ infinitatẽ. hæc enim est conclusio, quum velut absurdam obiicit obiectioni. maior erat suprá, sapores esse à mistionibus. Καὶ ἔτι δέ. Alia differentia à gradibus, secundum magis & minus, vt loquuntur. Οἱ δὲ ὁμογενεῖς. Non solùm eæ differentiæ sunt inter sapores terrestres, & plantarios: verumetiam inter congeneres ipsas species. vt sorbi, quàm cydonii succus magis astringit. pinguior in adipe, quàm in lactę. amara magis aloe, quàm Absynthium. Glycyrrhizæ dulcior, quàm fico. Quamobrem rectè veteres dixerũt: infinitos esse sapores: quia sint infinitæ mistiones. hoc est, quod aiebat: ὅθεν οἱ παλαιοί. interpretatur eorũ axioma: non specie, sed gradu infinitos esse. Ὁ ποῖα γάρ. Suprà distinguebat naturales à non naturalibus: hîc simul confundit naturaliũ cognitionẽ cum iis, qui sunt à putrefactione. Οὐ μὴν ἀλλά. Intercedit huic decreto. Melius, inquit, si finiti intelligantur. Ἐκ τούτων δ' ἤδη. Rectè respondet ad illam disceptationẽ: fiunt ex mistionibus mistiones infinitę: ergo & iis assẽtior, inquit: sed finitos aio primarios, tum ex iis alios enasci, atque cõfieri. Proinde dixit: ἐκ τούτων scilicet finitis. &, δέ: quia disiungit quod sequitur à priore. Facit enim infinitos ex finitis, propter momentorum variationem: quæ momenta consistunt in omnibus intelligibilibus portiunculis qualitatum, potestatum, efficientium causarum, in terra, aqua, aere, igne, cælo: quæ quidem sunt numerabilia, sed sicut arena maris. & dixit ἤδη, iam: quia principia consistunt, & quasi stant. mistio est motus ab illis, tanquam à terminis ad finem. Ἴδιος γοῦν. Hactenus audacter, & aptè obequitauit: nunc ad χάσμα peruenit. Est enim in re difficultas: & in codice fortasse maxima labes. Primùm illud angit. ex terra, inquit, salsus elicitur, tanquam ex principio. Hoc vti dicebamus, non videtur verum: non enim terra, nisi adusta, salsa est. Deinde si terra est primum salsuginis subiectum: erunt item aliorum saporum subiecta elementa alia. ergo non erunt nisi quatuor. Quòd si non est necesse aliorum alia esse subiecta prima: igitur non erit nisi vnus sapor primus, nẽpe salsus ille. nõ erunt ergo congeneres sapores, sed longinqua essentia disparati. Arbitramur tamen, dulcem saporem fuisse primo loco à natura excogitatum: siquidem gustus animalis affectus est propter cibũ: cibus propter vitam: gustus obiectum, sapor: saporum princeps, dulcis. Alia quàm plurima, & quàm optima argumẽta suo sunt à nobis loco declarata. Ὁ δ' ἐλαιὸς γάρ. Vides duo falsa simul, & inepta. negat, vllo in putamine salsuginem. Quid si argumentere? omne salsum à terra: nullum putamẽ salsum. Sequitur necessariò, nullum à terra putamen esse. Ait prętere nullum esse fructum salsum. at fructus cùm sint maximè terrestres, non sunt salsi, sed acerbi, aut acidi, aut austeri. Ad hęc, cicer salsum est, fructus est: omnino vide: quasi fructus nullus sit terrestris: quasi putamen vllum aliud sit penè quàm terra.

Lego γνώριμον δῆλον ὅτι διὰ τάς. Et γίνεσθαι τοιούτους: non autem, τόπους.

Theodorus: ἐν τῇ γῇ: in gremio terræ. agnoscis fimbrias. Κρᾶσιν, Confusionẽ, multis locis ostendimus, malè interpretatum. φυσιολόγων, naturæ interpretes: valdè bene. qui naturalium rerum inierunt rationem. Ἐκ τούτων δ' ἤδη. Hisque descriptis, constitutis, cognitis, designatis.

Ἐκ τῆς γῆς. Conditio terræ suũ habet. nõ habet saporem conditio: sed terra saporis habet cõditionem.

CAPVT VI.

VI. Capitis argumentum. Saporum, odorum, colorum, numerus septenarius: si non separetur salsus ab amarò. an eorum quidam sint tanquam principia: alii tanquam priuationes. dulces sapores non omnes hominibus cibi ratione conuenire. excursus de ciborũ modis è saporibus.

Αἱ δὲ ἰδέαι τῶν χυλῶν. Antequam disputet de saporũ causis in genere plantarum, positis (vt videmus) saporũ causis generalibus, digerit nũc species, atq; enumerat, in prima parte. in secũda quęrit: sintne sapores quidã quasi principia, vt dulcis: alii verò sicut priuationes. dubitationis ratio: quòd dulcibus alimur, aliis non item. Tum iucundo admodum excursu disputat: non esse capiendum à nutrimẽto cognitionẽ habitus, & priuationis in saporibus. Quę oratio, quia est ad finẽ vsque candidissima, particulatim dispicietur. hæc enim summa est. Ἰδέαι. Nequis arbitretur Platonica tantùm figmenta illa pensilia, tanquam oscilla, designari: meminerit, & ab hoc Philosopho, & à Præceptore vocem hanc sæpenumero positam pro eo quod est, εἶδος: quemadmodum ab eodem, ἤδη, ad significandas formas illas Platonicas separatas. Non enim aduersus nomen disputat Philosophus, sed impugnat Hippocẽtaurum. Ἐπιδὰ λοκοῦσι. Modestè, vt semper. sic & diuinus Præceptor. Καθάπερ καὶ ὀσμῶν. Hoc profitetur ex Præceptore, nobis diligentiam laudantibus, ingenii dexteritatem admirantibus, detestantibus securitatem. Insectatur Archigenẽ Galenus, quòd nouis nominibus doloris species appellauit: ridebitur fortasse, qui austerum vocabit odorẽ. & tamen sunt odores astringentes quidam. sed quoniam non est hîc disputationi locus: assentiamur in præ-

in præsentia magnis viris: ne importunis, ac prolixis disputationibus aliorum tractatis distrahatur. De coloribus longè alia ratio. non enim sunt, nisi toto colores, quot nequeunt miscendo in alios transire. Itaque albus & niger, veri colores. in exotericis, vter esset pro priuatione, disputatum est. Præter hos duos, illi quoque non minus erunt veri, qui per se sunt, non autem ex iis constituuntur: vt viridis, & ruber. ex istis quatuor & lucis additamentis cæteri omnes fiunt. Sapores autem tres: dulcis, amarus, acris: reliqui sub his, aut ex his. Idem genus amaro, ac salso: idem acerbo, acido, austero. Nam pinguis, vti dicebamus, omnino affectus est, non sapor ab aliis separatus: sed aut ipse, aut eius contrarium semper cum aliquo saporum. Τοῦτο δ' ἐάν. Septem modò sunt: si salsus, & amarus vno sint sub genere. Sanè genus illud nomine certo aliquo cognitum oportuit: neutrum enim sine alterius iniuria rationem generis aut appellationem sustinere possit. & salsum volet amaro præferri, tanquam minus à dulci distans. Amarus illi se iubebit anteponi, velut elaboratius, & extremum naturę gradum, & quasi vnum ex principiis: directo enim exaduersum est principio vero, ac confesso, nempe dulci. Καθάπερ καὶ τὸ φαιόν. Modò nequis, inquit, separet ab amaro salsum: quemadmodum ne separatur quidem à fusco niger. Quippe componitur ex albo, & nigro fuscus, vtroque alterum diluente. At salsus non est amari gradus, sed simplex sibi suus, vt quidam voluere, aliis repugnantibus: propter quod hæc dicuntur hîc. Sensilia verò media non esse in natura ex extremis composita, sed simplicia omnia, satis demonstrauimus in exotericis, ex Aristotelis prima philosophia: verum tamen est, quosdam ex mistione fieri, odores, sapores, colores: at non semper transit per hũc aut illum natura, vt eos creet qui medii dicuntur.

Ἐὰν δὲ χωρίζῃ, si distinguatur: cõtinget hunc saporem octauum esse, non quidem ordine, sed enumeratione, illorum opera, qui segregant ab amaro: nanque vero ordine amarus erit extremus, salsus proximus: ergo septimus. Dixit, ἀριθμοῦνται: quia ex vsu loquitur philosophorum. Sic etiam dixit, προστίθενται: quorundam scilicet sententia. Οἴονται δέ τινες. Additio alia de vinoso.

Ἔντε γάρ. Illorum probatio: quia multis in fructibus inuenitur. Sanè ficus aliquos esitauimus nihil penè diuersos à vino: item persica sanguinea, & mora, & vina factitia. Καὶ ἐκ τῆς γῆς. Alia probatio. Quoniam de terrenis succis dixit suprà: nunc à terra, inquit, aquas interdum scaturire, sapore similes. De his suprà nos: nempe ab alumine subacidæ sunt. Quod autem sex, septémve sint primarii, satis ex eo constat, quòd omnia, quæ saporem habent, vnum ex his habent, tametsi priuatim à speciei forma suum teneant peculiarem. Nam vbi nullus alius à speciei primordiis suppeditatur: omnino ibi palàm profitentur naturæ suæ principatum. Quòd si vinosum pertinacius statuas seorsum: ego etiam à fico, etiam à pepone, pyro, pane afferam. Dixit, ἀναπηδᾷ, exit: exuit se. τὸ κατά, est, quasi subierit terras. Indicat scatebrarum materiam: vt vult Aristoteles, aerem, & vapores: vt nos addimus, etiam mare.

Ἔτι δ' οὐδ' ὥς. Alia ratio. subdendũ esse aliis, qua ratione lacteum dulci. Οὐδ' ἂν ὁ οἰνώδης. Ratio: in quodã vino sapor inuenitur, qui sit dulci contrarius. Parenthesis est illa tota: καὶ γὰρ ἂν ἔστιν ἐν ἐνίοις ὡς εἶδος ἀντιθεῖτο τοῦ γλυκέος. & sic continuantur alia: ἔτι δ' οὐδ' οὕτω τὸ οἰνῶδες τῶν ἄλλων τινὶ προσνεῖμαι ῥᾴδιον, ὡς ὁ γαλακτώδης εἰς τὸν γλυκὺν ἀντιθεῖν. Aliquis obiiciat ei sententiæ, quæ vinosum addit pro genere separato. obiectio hæc. si vinosum addas: addidero ego lacteum. diluit obiectionem. non est eadem horum duorum ratio. nanque lac reducitur sub dulcem: vinum non potest sub eo statui: quia vinum aliquod est suo sapore sine vlla dulcedine. Ἀλλ' ἰδία τις ἡ φύσις. Plus etiamnum facit. ait enim esse naturam priorem istis vulgatis, ac receptis; quæ natura recipere queat alios quoque sapores, dulcem, acerbum, asperum. Ideò dixit, καθ' αὑτὴν, separatam, nec ab aliis pendentem. Hanc opinionem non confutat, sed incerto iudicio penè profitetur negligentiam. Hoc nihil, inquit, refert πρὸς τὴν τῶν ἄλλων θεωρίαν. Quid igitur hęc tam minutè tractas: si nihil faciunt ad aliorum cognitionem? nos verò dicamus: nõ esse naturã ὑπάρχουσαν aliis saporibus, ita vt sit sapor genericus. Sed vini substantia suo prædita est sapore, quemadmodum suo quoque oleum, pix, piper, alia. Omnis enim species suum obtinet saporem à sua differentia inferiore, & à forma generica superiore genericum sensile vnum ex iis septem: cuius affectus sit pingue, aut eius priuatio. Ac quemadmodum genericum ambitum, ita obtinet formaliter species, vt eum sibi astringat: ita genericos affectus sensiles, speciei sensilis affectus adiunctus comitatur: veluti risibilitas sensibilitatem: quoniam humanitas animalitatem. Ὁ δ' ἀριθμός. Excludit rationes illas populari persuasione sola. Is, inquit, numerus septenarius maioris partis philosophorum receptus est. Duobus autem commendat verbis: καιριώτατος, siue (vt fortasse legendum) κυριώτατος: opportunissimus, aut melius, certissimus: καιριώτατος etiam commodissimus. Altera vox, φυσικώτατος, naturalissimus: id est non controuersus, sed sequens rerum primordia naturalia. Πότερον δέ. Secunda capitis pars, qua quęritur: sint ne omnes sapores principia & habitus: an quidam habitus, vt dulcis: quidam priuationes, vt alii. appellauit ἀρχάς, non generationis quidem. Cuius igitur erunt principia? nẽpe aut quasi materialia ad mistionem: aut quasi efficientia actionum. Quónam ergo iure censebuntur inter priuationes? hunc ad modum institutam decuit disputationem: cæterùm suo more aliter. Οἷον γλυκύ. Explicat quos quis existimare possit habitus. dulcem, & pinguem. At cùm addit, σύστοιχοι: quósnam intelligamus affines dulci, ac pingui? nondum sanè mihi venit in mentem. Quare

de speciebus intellige, vt in fico & lacte.

Ἐκ τούτων. Probat esse principia. quia sint principia generationis & alimenti. Probatio non est falsa, sed mala oratione explicata. *γένεσιν* hîc, sequutus præceptorem, accepit pro generatione partis quæ fit in nutrimento. Non tamen sunt principia transmutationis cibi in corpus animalis: sed illices ad appetendum cibum: valde sanè longinquâ motione. Primariæ verò qualitates, calor & humor sunt eo modo principia ad eiusmodi generationem, quomodo esse potest instrumentum quo fit apparatus ad formæ receptionē.

Ἢ πάντας φυσικούς. Altera quæstionis pars. Appellat *φυσικοὺς* quia principia sunt omnia naturalia, ac natura ipsa huic & huic administrabilis à rectrice natura, quę sapientia Dei est. Priuationes autem etsi sunt in natura, & propter naturam: non tamen sunt naturæ partes, sed respectus potius quasi quidam. *Ἔοικε μὲν.* Ratio pro dulci, aduersus alios. Videri naturam esse in solis dulcibus & pinguibus: quia sunt *ἄριστα.* vbique diuinus Præceptor, plurimis locis in libris de partibus: naturam *μηδὲν μάτην: τέλος τὸ εὖ ἑκάστου.* naturam semper *διὰ τὸ εὖ: διὰ τὸ βέλτιον: τὸ ἄριστον. τοῦτο ποιεῖσθαι, ὅτι τὸ εὖ: ἄλλως δ' οὔ, ὅτι οὐκ εὖ.* & profectò nisi naturæ institutum semper tenderet ad optimum: penderet semper opus. nisi vltimum nancisceretur finem: nihil esset, sed omnia fierent. Quòd autem præstantissimi sint sapores ii duo declarat: quia per alios nihil videtur ali generaríve. Ita vides demonstrationis propositiones, probationes, cōclusionem. *Εἰ δ' εἰς τὰ πλείονα.* Superioribus aduersa ratio: quæ fundatur super eo, quòd aut semper, aut omnia, aut maiori ex parte, aut maiorem partem natura facit. Itaque ait: quòd si rerum frequentia magis interest naturæ, quàm paucitas: citius dicemus alios esse naturales, & magis quidem, aut non minus saltem, quàm illi duo: propterea quòd hi plures: dulcis autem, & pinguis, pauci. Non enim videtur natura paucis constitutis multos aduersarios opposuisse. Hæc oppugnatio multas habet difficultates. Nanque in omni natura vnum est summum & rectum: cætera, quæ ab eo declinant, analoga dicuntur à Philosophorum principe: quę desciscunt, habentur loco priuationum. hoc subtilius est in prima Philosophia declaratum. Exempla apertissima: virtus, scientia, sanitas. Hæc omnia in medio, vnum. artes non sunt virtutes, sed ab eis vt declinant: ita ad eas pro portione reducuntur. Nam fabrica censetur assecla prudentiæ: cauet enim incommodis tempestatum. vitia verò desciscunt. Itaque sunt priuationes, & contraria. sic de scientia, & sanitate: ne longa excurramus atque importuna satagentia. Cæterùm illud imprimis ad rem facit, quod in medicina disputatum est an vni sanitati plures sint ægritudines contrariæ. vna enim videtur oculi sanitas, morbi multi. Hanc quæstionem contra Auerroem, & recentiores compilatores exactius suo loco expediuimus. Totidem nanque sunt in oculo principia sanitatis constituentia, & constituta, quot sunt deprauationes. Vitium enim corneæ, est oculi vitium, quia oculi cornea est. Et liberalitati aduersatur auaritia, quia retinet quod illa dat: contraria est prodigalitas, quia dat quod illa retinet. Duo sunt ergo principia in liberalitate medium illud constituentia, & à recta ratione constituta. Dicemus ergo non esse ducendum à multitudine argumentum. quare cum ipso ad reliqua transeamus. *Σχεδόν.* Nunc ex similitudine quæstionum faciet pro omnibus saporibus, eósque tanquam habitus agnoscet. Inquit: similis quæstio est, cùm quærunt: inter animalia an homo sit tanquam principium, reliqua veluti priuationes. Sic stultis chymistis aduersati sumus, qui aurum semper à natura intendi blaterabant, cum amentissima temeritate vocarent illum metallorum finem. *Πρὸς τὸν ἄνθρωπον. πρὸς* significat respectum, & proportionem.

Καθάπερ γάρ, æquat similitudinē. Nemo negat: in cæteris item animalibus suam cuique formam esse peculiarem. Quo nanque modo forma sit alterius formæ priuatio? Iccirco dixit: *ἴδιαί τινες αἱ οὐσίαι.* articulus est nota *ὑπαρχούσης* essentiæ. Etenim denotat ipsam, & illorum fit, & propria, non autem dependens à forma hominis. Tum auget, cùm ait. *Καὶ τῶν φυτῶν.* Et quod plus est, etiam inferiores naturę suę sibi sunt, vt in plantis.

Εἰ μὲν οὖν. Demonstratio validissima, cuius hæ sunt propositiones. priuatio est defectus: in animalibus non est defectus. probatio: *γεννᾷ καὶ ἐκτρέφει*, generant, & educant. At hoc est *φύσις*, gignere, & genita conseruare. Est enim natura principium motus & quietis: generatio est mutatio. Deinde est quies facta generatione: quietis continuatio, nutritio. *Τὰ ὅμοια.* Argumentum excludens fortuitum: quoniam est ordo, & stata lex. id verò natura est. sed addit: *καὶ ἰσχυρότερα.* quinetiam sunt homine valentiora. igitur minus in priuatione. hîc iniuria subest captionis. Non enim naturę finis est robur: sed dei communicatio in fruitione, quę beatitudo appellatur. Alioqui faueret argumentum magis adhuc lapidibus.

Ἔπειτα γε φυτοῖς. Aliud argumentum. si amaritudo esset defectus: in magno defectu magna esset amaritudo. at non est. probat: est autem minoris probatio propositionis in Absynthii exemplo. Argumenti vis est in comparatione eiusdem cum seipso. Minus enim amarus est eius fructus per initia, magis autem vbi perfectus est. Igitur amaritudo comes perfectionis. *Ἅμα συμβαίνει.* Sunt ergo simul *τελεοκαρποῦντα*, & simul *ἧττον πικρά.* quo magis excoctum ac perfectum semen, eo minus amarum.

Καὶ τῶν τοιούτων. Vt Abrotoni, Matricariæ.

Ὡς ἐκεῖνοι. Explicat efficaciam argumenti. videri potius dulcedinem in hisce defectum esse. Nam si nondum perfecta semina, & minus amara planta: videtur ad amarorem tendere natura: quia perfectis fructibus, ita tùm demum amarior est, est autem in genere hoc ratio: coquendo à sole exiccantur magis, quæ

quæ natura sua sicca sunt admodum. at sicciora amariora. *Ἔλλειψιν πέψεως.* Dulcedinem hîc præ se ferre defectum coctionis. Est sanè affectus comitans imperfectionem. *Ἀεὶ γὰρ ἡ φύσις.* In id semper intendit natura, vt quod efficit, fiat simile subiecti. Nam quod facit, est subiectum ipsum, cùm generat. In substantia generata siquid agit: id est accidens, vt hîc est amaror, cuius subiectum planta est. at nullum accidens est simile substantiæ. Similia nanque sunt in prædicamento relationis fundata super qualitatibus. Vult dicere: *ὑποκείμενον*, propositum, institutum. naturæ finis Absynthium est, tali cum amaritudine. illud est ei *ὑποκείμενον*: idea scilicet, sicut idea domus in intellectu fabri, est operæ subiectum. sic dicimus apud poetas & oratores, *ὑπόθεσιν.* an voluit *ὑποκείμενον τὸ ὑπάρχον*; vt subiectum sit corpus ipsum quod alitur. Et quia aliis aliæ partes egent alimentis: etiam sapores ipsi propterea sunt à natura instituti, vt ex similitudine fiat transmutatio. Atque ita videtur intellexisse: ait enim statim, *γίνεται τροφή*: &, *τὸ λαμβανόμενον.* hoc enim significat cibum. sic cùm planta sit amara, id quo alitur, vult natura illi esse simile. quod & infrà dixit capite nono: *πέψεις φαίνονται πάντα ἐξομοιοῦσθαι καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ τοῖς ζῴοις.* vt sit *τὸ ὁμοιούμενον* ipsum alimentum, *τὸ ὑποκείμενον* ipsa planta: laxè sanè. nulla enim substantia cuiusquam substantiæ subiectum est: quæ fuit causa, vt dubitaremus.

Ποιεῖται γάρ. Quodcunque comparatur ad animatarum vitam rerum, vertitur in alimentum, quoties ab altrice facultate superatur. hoc dicit, perstans in vestigiis diuini Præceptoris: qui alimentum partim simile docuit, partim dissimile. *Κρατηθῇ.* Theophrasto verbum vsitatissimum. in transmutatione vincitur id, quod transmutatur. *Τὸ λαμβανόμενον*, cibus. Frequens medicis vsus vocabulorum: vnde, *ἀναλαμβάνονται*, & *ἀναληπτικὸν* Hippocrati.

Εἰ δ' ἔνια. Aliud argumentum. actu calidis ali quædam: ergo & potestate calidis ali, item nonnulla, fatendum est. ergo & constare: amara, & acria, calida: non ergo priuationes. non enim priuationes substantiæ: at omne alens substātia. argumenti tota vis in eo est: nō solis dulcibus alimenta constare. *Διαθερμαινομένοις.* Cibis calefactis, vt homo: id adeò, vt Hippocrates etiam *διαθερμαίνεσθαι* procuret. *Ὥσπερ ἡ γένεσις*, nimis iam inculcatum. *Οὐδ' ἂν ἡ τῆς τροφῆς.* Non erit à cibo validum satis argumentum: *πίστις ἱκανή.* haud plenam faciet fidem sumptum à cibo.

Πρὸς τὸ κατὰ φύσιν. Vt probetur qui sit naturalis sapor, qui non: *Οὐδὲ πρότη.* Neque primus rei status satis persuadet. Appellat primā rei *σύστασιν*, conditionem affectæ rei quæ nondum perfecta est: à qua non potest argumentum capi. verbi gratia: cùm fructus inchoatur, acidus est: vbi fuerit adeptus perfectionem, dulcis. Ergo defectus acerbus, dulcis habitus. haud ita est. quia minus tetra sunt Absynthia nouella, vetula sunt amariora. Ecce vacillant ex iisdem locis ad contrarias conclusiones. *Ἀλλ' ἑκάστη.* Multa dicit. *ἑκάστη*, scilicet *σύστασις* cuiusque saporis. multa dicit. eorum itaque adæquat conditionem, quoad id quod quæritur. *μεμερισμένη*, ex aceruo communi dispensatio fit sua cuique rei naturali. *Κατὰ μίξεις*: respondet superioribus, vbi statuebantur in misturis saporum differentiæ, secundum illarum differentias. *Ἔπειτα δ' οἱ γλυκεῖς.* Aliud validissimum argumentum. est enim aduersariorum ratio detorta contra illos. Aiebant: dulcem esse habitum, quia sit naturalis: naturalis, quia solus aptus ad alendum. at, inquit, fallacia hîc est. concludis enim ex particularibus vniuersale. Aliquod dulce alit: ergo omnia dulcia naturalia. tantum abest, vt verum sit: vt sint quatuor dulcium differentiæ. hæc vna, quam prætendis, & aliæ tres non naturales. Vna est eorum quæ non nutriunt, non tamen nocent, vt aqua Antimonii. Vna est eorum, quæ aliquo modo nocent, vt succus Lactucæ. Vna est letalis, vt succus Solani. Ipse sic ordinat. *οἱ μὲν ἐκστατικοί.* quidam mentem agitant, ac mouent, vt radix ea, quæ Scolymo similis est. de Turcarum Asseral, & Amfiam Indorum satis alibi dictum est. est etiam, quod Mastlac illi vocant. fortasse nostram Solanum furiens vnum ex illis est. de Stramonia quoque, & Hicca, suis locis. *Οἱ δ' ὑπνωτικοί.* Vt Opium, & Mandragora: quem qui nuper phileris immiscuit, ex patriis libris hausit fabulas, succum non est expertus.

Ἔνιοι δέ. Alii mortiferi, *ἐπιθάνατοι*: paulò antè, *θανατηφόροι.* illud *ἐπί*, significat, post saporem. & dixit, *ὁμολογουμένως*, quod alibi, *ἁπλῶς.* quia testatum vult se non expertum hæc flagitia, sed ex aliorum scribere sententia. *Πολλοὶ δέ.* Pastorum historia: qui voratis radicibus, ad prima tentamenta illecti dulcedine, vitam cum voluptate commutarunt. *Καὶ ἄλλα.* Hîc non dixit dulcia, sed *ἡδέα, καὶ ἄλυπα*, suauia, & iucunda: quæ sunt in dulcium analogia, & ob suauitatem *τρόφιμα*, id est, alendo esse deberent, & communi argumento illo superiore. Hactenus obiectiones dulcibus: nunc deinceps aliorum commendationes. Ergo ex his dulcia videbuntur defectus, non habitus, ac verò plusquam defectus, si perimunt. alii verò fuerint habitus, si iuuant. Itaque dicit, *Ἔνια δὲ πάλιν.* Contraria obiectio ab vtilitate aliorum, qui sunt insuaues, & amari, vt Intuborum: acres, vt Cepe: acidi, vt Cerasi: asperi, vt Sorbi: salsi, vt Brassicæ. Adde etiam penè insipidos, vt Portulacæ: neque ex iis vllum præ se ferunt carnes multæ.

Ὠφελοῦντα, iuuantia. prę stitisset tamen astringere verbum hoc ad cibum: non enim quadrat pro exemplo Centaurium. Absynthio vescuntur in Ponto pecora. laxauit autem hanc vtilitatē ad medicamenta vsque, sanè commodé. Eorum nanque vsus adeò naturalis est, vt hęreat proportione generationis, cum alimento comparatorum. Nutritione reparatur defectū membrū: medicamentū aufert, quod impedit, aut tollit, aut deprauat alimoniam. Tantum abest vt insuaues sapores

ſint priuationes. Exempla petes ex theriacis, & alexipharmacis, quorum ſapor & odor non ſolùm inſuauis, ſed etiam abominabilis, vt Ariſtolochia, Gentiana, Galbanum, Caſtoreum.

Τῶν δὲ καὶ ὅλως. Aliud argumentum fieri nequit: vt quod errores corrigit in natura, ſit præter naturam. At intinctus corrigunt cibos minus aptos: vt ſal, Acetum, Omphax, Citria, Origanum.

Ἄτροφον ὤν. Sumit hoc pro confeſſo. fortaſſe verum non eſt: Sinape nihil alere: ſed detur, vel pro vero, vel pro exemplo. Argumẽtum eſt à maiori. ſi quod nullum affert momentũ ad alimoniã, tamẽ eſt naturale: eſt autẽ naturale, quia cõmendatiorẽ facit cibum: quanto magis id quod per ſe cibus eſt? Οὐδὲ γάρ. Probatio, quod ſit ἄτροφος ὁ χυλός. ſi enim ſucci ii ſumantur ſoli: hoc eſt, ἀκράτου: nequeunt à nobis confici: hoc eſt, κρατεῖν. exemplum de ſale ponit: non enim ſolo ſale nutricari poſſet homo. ſiccaretur potius. Ἔνια ζώων. Quibuſdam animalibus ſal inutile. vidimus auiculas mori eſitata ſalita carne: etiam maiuſculas, vt picas: pſittacos nequaquam. Dixit ἔνια: quia non ſolùm tolerat, ſed etiam delectatur: neque ſolùm voluptas percipitur, ſed etiam ſequitur conſeruatio: vt in Æthiopia. Etenim ſi non vtuntur ſale, tabeſcunt. itaque prodeſt etiam pecudibus: piſces verò penitus aluntur: fatui negant. Et iam de quibuſdam plantis declaratum eſt.

Τούτοις παρέχομεν. Aſſociamus his aliis ſapores: παρασκευαζόμενα. Ἔνια δὲ καὶ αὐτό. Confirmat. dicat aliquis: ars hæc eſt: de natura loquere. potuit reſpondere: artis non eſſe, niſi miſtionem: horum miſtorum naturas conſtare natura: ſed maluit occurrere hiſtoria. Tam, inquit, eſt naturalis apparatus horum embammatum, & condimentorum: vt aues ipſæ ſibi ſponte quærant naturæ ductu. Sanè columbi tum quærunt, tum perſequuntur ſalem, & ſaxorum ſcobem putridorum, atque à ſole aduſtorum vorant. duas poſuit voces vſitatas valde, ac ſignatas: πρόσφορα, commoda, vtilia, conuenientia: ad verbum, quæ conferunt: præſertim ad victum. Altera vox ἐπικουρίαν. plus eſt quàm παρασκευή. apparatus ἥδυσμα tantùm deſignat: at ἐπικουρία eſt adiumentum ad emendationem neceſſarium. Quaſi velit: ſalem non ſolùm delectare guſtum: ſed etiam (quod ſanè facit) in ventriculo prohibere corruptionem. Hoc igitur auxilium appellauit. Ὥσπερ καὶ οἱ ὄρνιθες. Etiam muſtela Rutam. de ſerpentibus infrà. dixit ἤδη deeſt verbum, quo Præceptor vtitur in hiſtoriis, ὡμμένοι εἰσὶν, ex obſeruatione, aut caſu. Καὶ φανερόν. Colligit concluſionem, quam etiam nouis fulciet rationibus. non eſſe μεμειγμένα ſcilicet τὰ τῶν χυμῶν: quia principia pertinent ad ſaporum conſtitutionem, ἁπλῶς, id eſt ſine differentiis eſſentialibus, ſed per gradus tantùm habitus, & priuationis in eodem genere. Quia quod nobis vſui eſt ad alendum, aliis non item. μεμερισμένα: quoniam ſpecies partes ſunt.

Ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ἄτροφον. Argumenti ſuperioris explicatio: cuius fundamentum eſt: quod eſt habitus, non eſt priuatio. Atqui nobis cibus non eſt. at cibus aliis eſt. aliud porrò fundamentum. Priuatio non eſt in prædicamento relationis ita, vt dicere poſſimus, quod eſt huic habitus, eſſe huic poſſe priuationem: ſed omnium ſequitur eſſentiam prædicamentorum: quæ eſſentia cùm abeſt, illud abeſſe dicitur priuatio: cuius eſſe eſt, non eſſe: neque aliquid eſt, niſi in intellectu. Itaque abſentia toxici ab homine, cuius non eſt cibus, non poteſt eſſe ſubſtantiã cuiuſpiam animalis. & ipſum toxicum ſi nihil eſt ad hominis cibum, ſi poteſt eſſe aliquid alicui ad cibum: exempli gratia viperę: non erit defectus niſi homini, at non ſimpliciter, & in natura ſua. Τὸ δ' ἑτέροις. Conuertit propoſitionem: vt vniuerſaliter ſibi ipſi veritas conueniat. Ὥς γὰρ αἱ φύσεις. Inſiſtit ſuprà iactis fundamentis duabus enunciationibus. hæ verò ſunt. Sapores exiſtunt in temperamentis. Ex quibus conſtamus, iis alimur. hîc τὸ καθ' ἕκαστον ſignificat ſpecies, non autem indiuidua. quia dixit, αἱ φύσεις. at natura εἶδος. Ὁμοίως δέ. Amplificat veritatis cognitionem. Non ſolùm alimentũ, ſuæ quicque ſpeciei deſtinatum à natura, verumetiam tum animi affectus, tum eorum curationes. Vtrunque poſuit contrarium, λύπας, ἡδονάς: vt reſponderent, & conuenientiæ, & contrariis ipſorum ſaporum. Propterea quòd ἡδονὴ, ſit naturalis, λύπη, non ſit. Quamobrem addidit etiam θεραπείας: ait enim βοήθειαι: aduerſus moleſtias adiumenta. Item duo πάθη, καὶ διαθέσεις. quia πάθος patientis tantùm eſt, διάθεσις etiam agentis.

Ὃ καὶ φανερόν. Suauiſſima loquutio. alius dixiſſe, ὥσπερ καὶ δῆλον ἐκ τῶν ὑπὸ τῶν ζώων ποιουμένων.

Οὐ πρὸς τὰ συμβαίνοντα. Quia nunc nobis res eſt cum ſaporibus: quos vt ſpeciebus oſtenderet à natura diſpenſatos, demonſtrat & affectus, & affectuum moderationes eſſe attributas animalibus. Vtrunque nunc explicat, idque duobus modis. Quippe tum ipſis naturalibus affectionibus occurrere, tum fortuitis. Naturales intelligit, puta morbos. Iam vulgatum eſt de Aro, cuius eſu purgetur vrſus: Hieracio, & accipitre: nepeta, & fele: Elaphoboſco, & ceruo: Fœniculo, & ſerpente. Fortuitum verò: veluti cùm muſtela rutam vorat cum Vipera pugnatura. ideò dixit οὐ μόνον αὐτομάτως, ſed etiam ἐπιόντα, inſuper aliud quippiam vorantia. Etiam τὸ αὐτόματον: omnino caſum ſignificare, videmus in exemplo quod ponit de anguibus. eos, ſi quid ederint noxium, rutam quærere & vorare; ſi allium vorarint. vbi naturæ miraculum non eſt prætereundum. Muſtelam à ſerpentibus liberare ſe ruta: ſerpentes eadem ruta tollere allii noxam. Rutam eſſe homini præſidium aduerſus venena: non minus allium, & ſi alia ratione. & quæ allio proxima, σκοροδόπιν.

Ἐγὼ καὶ γὰρ ὢν ἔτος: non autem, ὤν. Et τῶν ἄλλων θεωρίαν: non θεραπείαν. Et εἰ δ' εἰς τὰ πλεῖστα: non autem οὐδ' εἰς τό. Et ἐκείνοις γε: non autem, ἐκεῖνο. & fortaſſe verbum, δεῖ aſcribendum. εἰ δὲ δεῖ εἰς τό.

Theodorus: ὡς ὁ γαλακτώδης, aliter intellexit, ac nos. Lectori ſtudioſo ius erit conſulere veritati. non enim candidiorum intereſt ingeniorum cum autoribus pugnare, ſed cum ſententiis conferre ſententias ad communem vtilitatem, quæ in ſola veritate ſita eſt. dura Latinitas illa. lactis ſapor redigendus ad dulcem, minus appareat.

Πέψεως ἔλλειψιν. Incoctionis defectus. imò coctionis. Nam incoctio aut denotat vel locum, vel loci proportionem, vt incoquere ficus defruto: aut ſignificat priuationem. Σκόλυμον, carduum. at Latini fullonicum tantùm hoc nomine agnoſcebant. Cinaram. Τῶν κατὰ τὴν προσφορὰν ἡδέων, ἢ ἀλύπων. quanquam guſtu ſuauia, aut certè facilia. προσφορὰς guſtum interpretatus eſt. pro cibo ſemper Hippocrates. & ἄλυπον, facilem, minus bene. Quanquam cibo idonea propter ſuauitatem, nec iniucunda. Φαρμακωδεστέρους: Venenoſiores, peſſimè medicatos. Οὐ δυνάμεθα κρατεῖν ἀκράτου, niſi temperemus, exuperare non poſſimus. ſi quis Latinorum hæc percipiat, vicit diligentiam noſtram. Κράσεις: conditiones. nimis ſecurè. Nam quæuis ἄρτυσις conditio eſt: κρᾶσις, temperatura: quæ non eſt conditio, ſed habet conditiones, regionem, ætatem, gradum.

Λύπας, anxietates. ἀγωνία ſignificat angorem: λύπη, offenſionem, moleſtiam, triſtitiam.

CAPVT VII.

VII. Capitis argumentum. Odores quoſdam quibuſdam animalibus conuenire, aliis eſſe noxios. olfactus officium, ac vim eſſe variam. odorum diuerſitatem non exiſtere in parua, magnáve corpuſculorum quantitate.

ΕΧΕΙ δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀσμὰς ὁμοίως. Capta occaſione ſimilitudinis inter odores, & ſapores, quòd aliis alii vel proſint, vel obſint, deducit narrationem per diuerſos gradus tam odorum, quàm olfactus ſecundum ſpecies. Tractus orationis per ſingulas portiunculas clarius patebit. Hîc ſecuimus caput cõmodius, quàm Theodorus mox: hinc enim eſt initium diſceptationis, quæ ad odores pertinet. Quemadmodum ſapores erant ſalubres quibuſdam, aliis pernicioſi: ita odores quoque. Ἐναντίαι καὶ οὐ πρόσφοραι. Figura aſſeuerationis familiaris etiam Peripateticæ breuitati: vt ſæpe monuimus. Καὶ οὐ μόνον. Duo ſunt alienarum rerum modi: vnus, quando non proſunt. Itaque non dicimus carere nos iis, vt Ariſtolochia ad cibum. ideò dixit μὴ γὰρ δεῖσθαι: quæ eſt appetitus cauſa. μὴ δὲ ζητεῖν: quæ eſt διάθεσις & propenſio, & ὁρμὴ, ſequens appetitũ. Alius modus eſt contrariorũ, bifariam: vel cùm aliquo modo nocent, vel etiam cùm interimunt. hoc eſt, ἀναιρεῖσθαι. & addit, ἐπὶ τῶν ἡδίστων ἡμῖν. extrema cõtrarietas: ſuauiſsima: nocentiſsima. vulturum ponit exemplum, quibus officiant vnguenta: & ſcarabæorũ, quibus Roſę. ſic ſuprà allium ſerpentibus. Amaris tam infeſtatur vulpes, vt eiuſmodi Amygdalis interire eas, memorię proditũ ſit. Certè Aloe deuorata vnam mori vidimus. Vpupa facit in ſtercore nidum, ſcarabæus etiam intra ſtercus. At ſuibus & canibus etiam pro cibo eſt. & de Cyprii bouis merenda, verſus Ennii. Ὅλως μὲν γάρ. Poſt eam collationem excurrit per totũ genus animalium, à quo penè vniuerſo colorum excludit voluptatem. Ab eis appeti odorata, negare non poteſt: flores enim ſentiunt ex longinquis apes locis, & muſcilliones vinum: at neutiquam mouentur ob odorem, ſed ob pabulum. Proinde ait, αὐτῆς χάριν. & ne controuerſaretur, moderatus eſt vniuerſali. cùm dixiſſet οὐδὲν: correxit, ἢ βραχύ τι. Ἐν τοῖς ἄλλοις. Nequis putaret: hæc ſola tria genera bonis ab odoribus excludi. Nam fœtidos aliqua ſanè non ſolùm patiuntur, ſed etiam perſequuntur: vt ſus lutum.

Ἀλλ' εἴπερ. Odorata affectant apes, non odores: itaque odores per accidens, quia ſunt in pabulis. ſicut albedo in lacte non appetitur, ſed dulcedo. Πρὸς ταύτην, ſcilicet τροφήν. at accidẽs non alit. Eſt ſiquidem alimentum corpus animalis poteſtate. πρὸς ταύτην. Nota finis: acquieſcunt enim potiti. Mouebantur, vt potirentur, καὶ ταύτης, vt materiæ. appetunt ſanè, vt viuant. Εἰ δ' ἄρα. Excuſat: ſi quis tam vniuerſali ſuccenſeat negationi: atque ait. quòd ſi quis aliquod eſſe putet animal odoris appetens: eſto. id nos pro comperto non habemus. Videri tamen ita eſſe: modò verum ſit quod circunfertur de Panthera. Eam eſſe cæteris animalibus odoris iucundi, quo miſerè illecta voretur illa. multæ ſunt in Gallia viſæ: nulla bene olet. Quòd ſi quis, vt hic quoque ſentire videtur, nobis obiiciat: non percipi ab homine pantheræ odorem illum: quia ſenſus is homini ſit obtuſiſſimus omnium animalium: bis errat. Primum quia Feli eſt longè obtuſior. præter enim murinum odorem, vel propter nares poſitum vix alio excitatur. Deinde quia pantheræ notus odor nobis eſt. Quod verò eo delectentur bruta, ratio eſt, vt in cæteris, non autem in occulta natura. Ἐπὶ τὴν μὲν πάρδαλιν. An pardalis Græca ſit ſemper noſtra Panthera, ſuo loco docuimus. Nota loquutionem. poſtquam nomen poſuit, pronomen adiunxit in fine, αὐτήν. in eodem caſu, non eſt flagitium: at optimo cuique Græcorum σόλοικος peculiaris ad elegantiam, & Atticiſmũ, notatus eſt pluribus è locis à nobis, in familiaribus exercitationibus. Euripides in Cyclope. καὶ πῦρ ἀναίδων χιόνος οὐδὲν μοι μέλει.

Ὅταν καταγηράσκῃ, anus facta, viribus defecta, & quo plurimum poteſt, ſaltu, fit illex odore.

Προσαγομένη, adducens, id eſt præ ſe ferens, προσαγωγὴ quid ſit Hippocrati, in commentariis declarauimus. Ἡ μὲν δέ. Negat Philoſophus ſibi bene olere: profectò ne mihi quidem, præter ferum quiddam, vt & Feles. Simul oſtendit, quod & in ſaporibus, aliis alia olere bene, maléve: & quòd plus eſt, etiam nihil. Εἰ μὴ κἀκεῖνον. Iam diximus longè deterior olfactu Feles vti. Cæterùm acutius id obſeruandum. quoſdam odores quibuſdam animalibus eſſe notiores: veluti de mure ac fele dicebamus. Nam murem vel pro-

cui olfacit illico: frustum bubulæ, aut veruccinæ A vel propè positum non sentit. id quotidie experimur. Longè aliter canis: haurit enim statim, ac repentè mouetur ad vestigandum. De aliorum verò animalium odoratis nihil certi vel negando, vel affirmando statui potest. Quis enim de equo iudicet? An bene procul cætera percipiat, atque odorem equæ? Οὐδ' ἄν τι δόξειεν. Omissa obiectione, quæ fieri posset aduersus opinionem de Pantheræ odore, quod restat, quærendum est. Restat autem id in animalibus sensum hunc vegetum, atque integrum. hoc receptum est. Quare igitur non sentiunt odores bonos? videntur autem non sentire, si non appetunt. Respondet: sentire quidam, sed non appetere: non appetere, quia non oblectentur. Id quod sanè vsuuenit etiam hominibus quibusdam: eis enim moschus admodum displicet, B & ipsi ei displiceret, si sensu esset præditus: quippe rusticis nobilis. Neque verum est, quod dicebant quidam iis esse infestum, quibus esset calidum cerebrum, ac siccum. Nobis enim cerebrum igneum est: cor etiam plusquàm igneum: mirificè tamen moschi odore delectamur. Σαφέστερον. ἀκριβέστερον, exactius. translatio à visilibus. Vult dicere: nobis compertum esse, cætera pollere odoratu. Τὰ ἔντομα πάντα. Oleo necantur insecta omnia: eius odore abiguntur. Βαρύνεται: insectis oleum graue.

Ἔτερα δέ. De oleo communis natura. fortasse, inquit, etiam sunt alia, quæ molesta sint insectis: sanè acetum. Mirum à muscis vrinas appeti.

Ἄλογον. Aliam vult amouere dubitationem. C suprà erat ὑπόθεσις: dulce esse naturæ conueniens. At pinguis sapor est dulcedinis assecla: & sanè oleum dulce. Quare igitur insectis infestum adeò, vt vel solo necent odore? Respondet. Hoc item obiici posse hypothesi superiori, quæ volebat, solum dulcem esse principium cum pingui. Non enim omnibus est: nempe non insectis. non ergo natura vniuersalis. vbi crassiorem videmus disceptationem. non enim à dulcibus abhorrent insecta. de lacte manifestum. quinetiam muscis appetuntur adipes. Itaque in oleo quiddam esse illis noxium magis quàm quod in eo inest dulce, appetibile. Nota loquutionem: ὁ λιπαρὸς τοῦ γλυκέος χυλός. Ἔνια δέ. Subtilius persequitur. quædam insecta persequuntur dulcia. Cur ergo fugiunt oleū? quia quærunt dulce sine pingui: vt mustum. D hoc quoque falsum. pingue enim lac, & mel, atque etiam musta quædam. In seuo autem quis nō videt insidentes muscas inde sibi suggere sine pernicie? κνῖπες, culices. Οὐδὲν γάρ. Est igitur in oleo quiddam ὑπερβάλλον, quod offendit insecta: alioqui non obesset, quatenus dulce. Quia dulce non officit, si cuipiam conuenit, nisi præter modum eius fuerit vsus: id quod euenit ab aliis quoque succis, ac saporibus. Orationis tractus concisus, & scrupeus, atque, vt ita dicam, saltuosus.

Ἀλλὰ τούτου. Conuertit se ab excessu illo, quem dicebat ὑπερβάλλον alias ad causas. In oleo præter dulcedinem esse acrimoniam quandam: sanè verum est. Itaque tum neruos mordicat, tum oculos. Ὥσπερ καὶ τῆς ὀριγάνου. Exemplum valde diuersum. iccirco addit: καὶ τῶν τοιούτων.

Ἅπαντα γάρ. Quærendum: cur fugiant apes origanum, quæ thymum, & thymbrā, & saliuncæ vtrunque genus persequuntur? etiam tum rhaphani, tum Spondylii flores delibare videmus: ne nunc Batrachium obiiciamus. Τὸ δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι. Destruit illam opinionem, quæ auferebat odoratum ab insectis: quam etiam damnat Præceptor in historiis. Partiebantur autem naturam illi sic, vt animalia grandiora essent apta ad percipiendos odores quosdam: minoribus autem aliorum sensiones essent peculiares. Εἰ μὴ ἄρα. Opinionis illius excludit confirmationem. poterat enim statuere in insectis, propter exiguitatem, meatus angustos adeò vt odor sese inferre nequeat. Hoc dicebant ii qui corpusculorum erant autores, Epicurus, Democritus, Leucippus: vt eorum magnitudo ab angustiore aditu prohiberetur. Hanc reiicit rationem, illis verbis: οὐχ ἱκανήν. non enim in meatibus esse causam, sed in affectibus, ac temperatura: rectè vtrunque. crasis est ipsa mistio: διάθεσις, est affectus à mistione procedens. πάθος est ipsa sensio. & ἀπάθεια eius priuatio: veluti cùm dicebat, à nobis odorem non percipi qui putatur esse in Panthera. Potest aliquod acrius iudicium ἀπάθειαν addere: sicut τῷ κωφῷ additur τὸ εὖ, & fit ἀκρίβεια: facilitatem ad sentiendum: atque etiamnum acutius, δυσπάθειαν, molestam sensionem. Quamobrem dixit: λυπηρόν. nō enim est ἀπάθεια, sed alterum extremum τοῦ πάθους sicut alterum, τὸ ἡδύ. Ὥσπερ συμβαίνει. Maximum argumentum. Quid mirum in speciebus, si in eiusdem indiuiduis speciei diuersitas hæc inuenitur? Nempe homines aliis alii delectantur.

Ἀλλὰ μᾶλλον, circunscribit sententias. bonis odoribus non eodem æquè modo afficiuntur homines: maleolentes auersatur totum genus humanum: qualia loca sunt sub graui cælo, & à corruptis aquis, aut tetris exhalationibus. Quin hosce fœtores haud æquè omnibus displicere. hoc illa sonant: ἔνιαι γε πᾶσι. Nam si quidam mali odores sunt infensi æque omnibus: videntur ergo aliqui non esse infensi æqué. Declarat autem qui sint: qui letales, inquit, exhalant ab antris. Sanè si mortem afferunt, toti naturę humanæ aduersarii sunt. Tales sunt ad Mephitim, & olim ad Hierapolim Syriæ. Solos eunuchos eius pestis expertes fuisse: vt natura mala frui potuerint, quibus fuisset ablata bona. Εἰ δ' ἄρα. Doctissimus Philosophus amplificat cognitionem. Animalia omnia vti beneficio spiritus ad refrigerationem: alia spiratione vera: alia sola transpiratione, vt insecta. An verò fœtidi odores ii solis noceant animantibus, quæ spirant? hæc appellat hîc ἀναπνευστικά. respondet: odores omnibus omnes aliis alios esse peculiares. Imò profitetur hoc pro re manifesta, quemadmodum patet in saporibus. Hæc est prima propositio. alia: manifestum item, quòd odoribus, præter hominem, nullum tangatur animal,

mal, nisi quoad cibum. moderatur tamen hoc: ὀλίγοις, ἢ οὐδέσι. pauca, ac fortasse nulla. Nota vocem. οὐδέσι: quomodo etiam oratores dicunt, οὐδένες, magna ambitione. sic nos: nulli imperitus vsus peritiæ tyrannus est. Sequitur alia propositio. Εἰ δὲ δή τινι. Affértne illis aliquid vtilitatis, sicut & nobis? nam præter voluptatem, etiam iuuamur. Est sanè bonus odor spiritus materia. In animalibus, inquit, non est id compertum nobis. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο. Castigat meritò: qui naturæ thesauros aperuerit alieno loco. Nihil enim hîc cum animalibus. Ideo seipsum monet: eò, vnde digressus est, reuertendum esse. Ita etiam vides: quanto commodius, atque prudentius hæc tractata essent ab ipso in commentario de odoribus.

Lego ἔχει δὲ καὶ κατὰ τὰς ὀσμὰς ὁμοίως. non, κατὰ τούτας. confert enim cum saporibus odores. Et μεμυρισμένοις: non, μεμερισμένοις: vnguento delibutis infestas esse. Et ὅταν καταγηράσκῃ: non, καταγῇ. Et τῷ ἁρμόττειν, ἢ μή: deleta priori negatione.

Theodorus Græcissauit ibi: οὐδέν, ἢ βραχύ: nullum, vel certè breue admodum est. nemo Latinè dicat: pauca animalia: breue. Κατὰ συμβεβηκός: per euentum. alibi fusius castigauimus. At non euenit culici, vt odor in vino sit. Ὥσπερ ἡ τροφὴ τοιαύτη. Cùm scilicet cibus reddit odorem. malè expressit Græcam sententiam. Semper enim edit odorem suum quisque. Quorum animalium cibus odoratus est. Προσαγομένη, alliciendo: commodissimé. Ὑπόθεσιν: positionem. sententiam propositam. Τῷ ἁρμόττειν, C ἢ μή. Simpliciùs legit Theodorus. quod minus congruerent. Τῶν τοιῶνδε αἰσθάνεσθαι. Parua sentire, quæ paruis conueniant. explicauit per paraphrasin. Τότε πάθος, καὶ τὴν ἀπάθειαν, sensatio, & insentatio. potius sensitio. commodius sic: ab affectu, & temperatione euenire, vt sentiant, aut non sentiant. Λυπηρὸν, insuauitas. plus est, offendere, quàm insuauem esse. est insuaue languidum vinum; sed non est λυπηρὸν, molestum.

CAPVT VIII.

VIII. Capitis argumentum. Propriis separatas differentiis esse saporum species. dulcem magis omnibus conuenire. fortasse ne hunc quidem omnibus.

ἝΚΑΣΤΟΝ τῶν χυλῶν. Postquam omisit, quæ extra propositum essent, vt redeat ad institutum in generibus plantarum: agit in communi de diuisione. Quemadmodum animalium species disiunctæ sunt differentiis, ita disiunctos esse sapores in plantis, secundum cuiusque temperamentum. Dulcem tamen esse naturæ magis peculiarem. hoc à fine. dirigit enim ad cibum. Deinde opponit dubitationem de odore. an odor consequens dulcedinem sit præter cæteros conuenientior naturæ. hoc ibi miserè soluit. Latere nos. at si latet, non iuuat: non enim percipi A tur. Dati nanque sunt sensus, vt appetamus. non appetūt, nisi quorū sensionis ideas habent: & quæ futurum est, vt actu sentire queant. sentire autem nequeunt, nisi actu sensile sentiatur. Itaque dicendum: Odores, qui dulcia comitantur, non esse modi vnius: puta vino, lacti, adipi, Ficui, Strobilis, Amygdalo, melli, saccharo: neque horum quicquam æquè appeti. Et in acribus esse odores magis idoneos aliquot ad cerebri corroborationem, spirituum recreationem: vt Galangæ, Macis, Cinnamoni. & in Rosa est aliquid amari. Alius in Viola sapor, de quo pauci periculum fecere. Primùm enim præ se fert sub odore palustri dulcedinem: deinde subest nescio quid linguam vellicans: quod agnoscere cogimur in terreis partibus. Tum alius est in Cydonio, alius in B Citrio, quàm dulcis: quæ mihi omnia olent suauissimé. Post hæc repetit propositiones illas castigationum. dulcia καθόλου, καὶ κοινῶς: id est omnibus communia magis ad alendum. Negat esse, de dulci quod dicebatur, verum: περὶ γλυκέος οὐδ' ἀληθές. & addit, ἴσως: quia quod multis argumentis suprà confirmabat, hîc importuna affecit negatione. Ἑκάστου τῶν χυλῶν. Separandum vnumquenque saporem ab alio certa differentia.

Ὥσπερ καὶ τῶν ζώων. Odiosam sanè comparationem. substantiarum nanque differentiæ manifestiores: accidentium essentiæ obscurissimę. Id adeò, vt in quarto primę Philosophiæ disputatum sit: accidentis essentiam penitus esse à substantia: atque propterea inhærentiam esse formalem eius differentiam. nos tamen aliter. Nempe accidentium sunt genera & differentię, & propria distincta essentialiter ab omni essentia substantiæ. Ἡ πρὸς ἕκαστον. Ostendit: quare cum animalibus compararit. Non tam vt compararet, quàm vt intelligamus: quemadmodum nō eadem cuique crasis animali: sic ne sapor quidem conueniens. Quamobrem sapores distinctos oportuit: quia distinguebantur animalium temperaturæ. Media propositio: quia in temperamentis sint odores, ad temperamenta quoque esse. Idem quoque suprà: ἐν ἀπομίξει ὁ χυλός. at ἀπόμιξις est κρᾶσις. ita hîc: πρὸς τὴν κρᾶσιν ἁρμόττειν: οὐ μὴν ἄλλως τι. quid? nullus ergo sapor erit omnibus communis? erit nempe dulcis, & affines eius: οἱ κατὰ τὴν αὐτὴν συστοιχείαν: puta pinguis, vt & suprá. Τροφιμώτεροι, abutitur. non enim sapor alit. Ἐναντίωμα δέ τι. D Concisa oratio, vt solet, suppresso verbo. sic nostri barbari suis in disputationibus: contrà, Cicero ad hoc vtitur verbo Occurrere, Aristoteles, ἐνστῆναι. vt contrarietas sit vel cum motu, vel persistendo. Τάχα δ' οὐκ. Obiectio in quæstione. an odor quoque sequatur hanc dulcis communionē. τὸ ἀνάλογον, intelligit odorem: iccirco subdit vtriusque explicationem. ὅτι χυλός: quia dulcis sapor omnibus commendabilis. Τὴν δ' ὀσμήν. At sub hoc genere non licet odorem statuere. dixit in tertio casu τούτῳ τῷ γένει: non in secūdo, γένους: quia est ἀκόλουθον & ἀνάλογον, non autem species saporis odor. dixit, οὕτω: id est, ἅπασι. Negauit autē no-

tum eſſe odorem ſub re dulci, rectiſſimè: quia, vt oſtendimus, multa dulcia variis odoribus.

Ἴσως δὲ.. Illius ſententiæ caſtigatio ſatis patet ex ſupradictis. Τὰ μὲν οὖν τούτων. Rurſus claudit τῆς ἀκριβοῦς πειρίας officinam: vt ſe conferat ad opus inſtitutum.

Lego aſpiratè ἢ ϖεὸς ἑκάστην: non autem, ἤ. Et τούτῳ τῷ γένει: non, οὕτω.

Theodorus: ἔστι τις φύσις. cuiuſque ſaporis, odoriſque natura eſt. Omiſit, τις: certa: vocem perneceſſariam. Κατ' αὐτὴν συστοιχίαν, qui in eiuſmodi genere conſociantur. Imò extra id genus in analogia. non enim eſt συγγένεια, ſed proportio pinguis ad dulcem, & coordinatio quædam.

Τάχα δ' οὐκ ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἀνάλογον. Quod ratione minus reſpondere exiſtimes: peſſimè. nam τὸ ἀνάλογον hîc eſt odor: qui non ſequitur τὸ καθόλου, καὶ τὸ ὅλως ipſius ſaporis. Λανθάνει: obliteſcat: ſuo arbitratu. Latini omnes: latet nos.

CAPVT IX.

IX. *Capitis argumentum. Bonam concretionem, eſſe ſaporis cauſam. dulcis ſaporis cauſam eſſe concoctionem.*

ΩΝ δὲ φυτῶν. Hinc iam incipit ſigillatim per ſpecies reddere cauſas, initium capiēs à dulci, tanquam à nobiliſsimo. Sic enim dabat tres prærogatiuas: nempe maximè communem, maximè naturalem, maximè nutrientem. Perfici verò maturitate: quæ non ſolùm eum creet ſaporem, verumetiam odorem inducat. Per initia nanque immaturi fructus inodori ſunt. Τῶν δὲ φυτῶν, addit: μᾶλλον δὲ πάντων. Amplificat doctrinam. ſed ita πάντα intelligit: vt aſtringat illis: ἐν οἷς οἱ χυλοί. τὰ ἔγχυλα. ſic præceptor vtitur. τὰ δὲ δύο, ἢ τέτταρας, ἢ πλείους ἔχει πόδας, ὅσα πόδας ἔχει. Διὰ τί μὲν ἕκαστα. Quare tres tantùm numeret, amarum, dulcem, pinguem, equidem neſcio. Alii nanque item inſunt quibuſdam plantis, acidus, aſtringens, ſalſus, acer. At ipſe dixit demonſtratiuè, τούτους, quos illico diſtribuit. Τὴν πρώτην. Primam conſtitutionem. id eſt, prima principia. quia quod formã dat, dat ea etiam quæ formã conſequũtur. tanto minus aſtringat ad illos tres. etenim multæ σύστασις horum habent nullum. Ita verò explicatiſsimè digeremus partem hanc. Tres ſunt opiniones: vna per figuras: altera per concretionē: tertia per coctionem. prima in illis, γὰρ ἧς. ſecunda ibi: ὁμοίως δὲ. εἴ τις ſcilicet Philoſophus ἔχει ἀποδοῦναι ἴδιον λόγον κατ' αὐτὴν, ſcilicet σύστασιν: quam ſuprà, modò κρᾶσιν, modò μίξιν appellabat. tertia ibi: οἱ δὲ κατὰ πέψιν.

Αἰτιατέον. Si dulcedo ſola fit per coctionem: alii ſapores per cruditatem: ſola dulcedo erit habitus, alii priuationes. Propterea dixit: τάχ' ἂν δόξειεν κωλύειν. videbantur hæc prohibere, id eſt amouere à cœtu veritatis ea quæ paulo antè à nobis dicta ſunt. Πέψει γάρ. Aſſertio ſententiæ. Intendit natura vires ſuas eò, vt ſimile plantis efficiat opus ſuum: quod ſuprà dicebat, ἐξομοιοῦσθαι τῷ ὑποκειμένῳ. at plantæ natura eſt in dulci. ergo dulce finis eſt. dixit, πρότερον, ex propoſito. quia finis eſt primùm in mente artificis, vt mouens efficientem. Hanc ſententiam non impugnat, ſed ei aſſentitur illis verbis: ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ καθόλου. non tamen eſt vniuerſalis. etenim quædam ſpecies acidæ ſunt, vt Ceraſorum, aliæ acres, vt Fœniculi: quibus maturatio ſapores affert illos, non autem dulcem. Altera ſententiæ pars de odoribus, vera eſt: omnia nanque matura odoratiora. Item pars altera de ſaporibus, cùm dicit, εὐχυλότερα: ſi de ſucco intelligit ſiue de ſapore: ſucci nanque plus in omnibus maturis, & plus ſaporis. Ὡς τῷ γένει λαβεῖν. Vt excluderet ſpecierum quarundam obiectionem.

Ἐκ τέρων πεπεμμένων. Odore ſcilicet, atque ſapore. Κατὰ τὴν ἰδίαν. Quia coquitur aliter in aqueo humore ſapor, aliter odor in igneo.

Theodorus, πέψει τινὶ γίνονται, καὶ κατεργασίᾳ. confectione, concoctionéque prouenire. quid illa ſit confectio, haud ſatis perſpicuum eſt.

Ὁμογενεῖς. Quæ genere copulantur eodem. concluſit ithyphallico cacozeliam.

Κατὰ τὴν οἰκείαν πέψιν. Modò ritu concoctionis ſuæ coqui occœperunt. οἰκείαν ritum, ridiculé. Inſaniunt verborum aucupia in rebus Philoſophicis. Et infeliciſſimè addit: occœperunt. Raro apponit verba de ſuo, ſine ſententiæ periculo: ſæpe puerili ambitione. Videtur enim è clauſtris monachus aliquis ineptire, cùm dicit: audimus, habetur, agit, cernitur, pateſcit, alia infinita: & nunc occœperunt. Quin maturatio, ſiue coctio, non eſt in ipſa incœptione, ſed in perfectis.

CAPVT X.

X. *Capitis argumentum. Saporum mutationes ad maturitatem vſque. vnam plures pati mutationes. Moro ſuccum peculiarem acidum eſſe. maturos fructus eſſe humidiores.*

ΩΝ δ' ἄλλων. Expedita dulcis tractatione confert ſe ad alios. percurrit autem omnes in diuerſis ſubiectis. Conſiderationis huius ſummæ duæ. vnæ eſt, mutationum inchoatæ coctionis ad perfectam vſque. altera: quoſdam ſapores eſſe quaſi materiales futurorum: quoſdam verò formales. Nam qui ſunt in ipſo apparato, ac progreſſu, ii videntur eſſe materiales: non enim manent, neque ſunt finis. At forma eſt finis. ea nanque in materiam introducta ceſſat motus. Ergo maturatio cùm ſit finis: qui ſapores ſimul cum ipſa proueniũt maturatione, ii quaſi formales ſunt. qui verò ſunt, vel hi, vel illi, patet inductione. Ex amaro fit pinguis in olea. amarus erit ὑλικὸς: pinguis autem οὐσία. his enim vocibus vtitur, non

exactè digerens, ſed populariter loquens. Materia enim eſt ex qua fit aliquid, & in re effecta manet. at amaritudo abit ſuperueniente pingui. Ex acerbo fit tranſitus in acutum, aut dulcem: vt quibuſdam pomis & baccis, qualia ceraſa. at in vna com plures contingere mutationes. Primùm aquoſus eſt, deinde acerbus, tum acidus, poſtremò dulcis. Addes exempla diuerſi exitus auſteri, tum è cydoniis, tum ex Iuglande, tum ex Caſtanea, tum ex Sorba, & aliis. ex aſpero cydonium fit ſubacidum. ex aſpero Iuglans fit ſubpinguis. ex aſpero Caſtanea ſubdulcis. ex aſpera Sorba fit vinoſa. Poſt hæc, quod Vua patitur, vinoſos quoque fructus pati dicit: exemplum eſt in Moro. ibi diſcutit dubitationem. inde oſtendit: maturitate conſequi ſucculentum quid. Vbi verſabitur illa dubitatio, quæ in libro de miſtorum affectibus agitata eſt: an coctio fiat condenſando. Poſtremò explicat illam, quam tetigimus, diuiſionem: quoſdam eſſe ὑλικούς, alios οὐσίας. Quo in loco non ſupinè accipienda conſideratio hæc. Quippe acidus quibuſdam finis eſt, vt Ceraſorum generi: in vna materiales. ſic aſtringens erit pars omnibus materialis: in Sorba manet cum dulcedine, non totus abit: in glande cum pingui terreo: in iuglande cum pingui aereo: propterea ſiticuloſa eſt. Nunc particulatim experiamur. Τῶν δ' ἄλλων. Dicit λαβεῖν: quia non eget probatione. His ita conſtitutis, cauſa poſtea fuerit veſtiganda. Ὁ δὲ κοινὸν Meritò primo loco: quoniam commune eſt plantarum ſubſtantiæ. hîc οὐσίαν eſſentiam totam intelligit, id eſt materiam informatam, quæ ſpecies dicitur naturalis. alibi capitur pro materia, vel pro forma ſola. Infrà in extremo capitis abutetur ſuper accidente: cùm dicet, ſaporem οὐσίαν. verùm ibi videbimus quomodo. Μεταβάλλει μετὰ τὴν πέψιν. Non poſſumus hunc tueri locum, quin pro corrupto habeatur. Non enim μετὰ τὴν πέψιν, ſed κατὰ dicendum. quis enim non videt: poſt coctionem ſapores non mutari? iam ſuprà dixit, coctione ſaporem acquiri dulcem. Iam mox dicet, poſtremum eſſe dulcem. ergo eſt coctio poſtrema, poſt quam nulla fit mutatio. hanc mutationem duplicem exequitur: primo loco vniuerſaliter dicit, ὡς ἁπλῶς, ſimpliciter, ſcilicet à priuationibus in ſpecies. Nam quæcunque apparantur ante generationem, ſunt priuationes. nondum enim eſt quod erit. Iccirco appellauit στερητικά, non verè: quippe hoc ſuprà confutauit: ſed comparatos ad eum qui poſtremò imponitur. Εἰς τοὺς κατ' εἶδος. Quoniam ſunt, ſicuti ſuprà dicebat, κατὰ φύσιν. at εἶδος, & φύσις hîc idem, & mox οὐσία. infrà dicit, οἷον οὐσία: hîc κατὰ τὴν οὐσίαν. tum declarat vtrinque qui ſint: ἐκ τῶν στρυφνῶν. Ὁμόστοιχος. Qua voce etiam ſuprà vtebatur, de affinibus primariæ claſſi. ſunt enim gradus. Ὡς δὲ καθ' ἕκαστον. Singulas ſcilicet ſaporum ſpecies, non indiuiduorum.

Ὡς ἂν ἡ διάκεισις. Quia ſuprà ex conſtitutionum diuerſitate variabat ſuccos: ita hîc διάκεισις, ex diſtinctione naturarum. ídque duobus modis: τὰ μὲν πλείους, vt in Vua: τὰ δ' ἐλάττους, vt in Olea. Ἐκ πικροῦ. Amari exemplum ab Olea. Συμφαίνουσα τὸ σῶν: quia miſta eſt in ea pinguis cum aſtringente.

Ἐκ στρυφνοῦ. Exemplum acerbi in multis. Itaque generaliter ait, quæ natura habent acorem, in eam mutaſſe acerbitatem, quæ ipſis infuerit ab initio. hic eſt πλειόνων: primùm acerbi, deinde acidi, tum dulcis, vt in Vua: cuius analogiam, vt ſucci, ita ſaporum agnoſcit in aliis quibuſdam: vt in Moro. Demit autem ὑδατῶδες, quod erat in Vua: quia lignea Mora ſunt per initia.

Τῆς οἰνώδους, axioma. acor vinoſo proximus. quamobrem tollit quæſtionem. Οἱ ἀπορῶντες. Mora, inquiunt, dum rubeſcunt, acidiora, quàm antè: & tamen tunc proxima ſunt maturitati. Οὐκ ὀρθῶς. Nullus, inquit, locus dubitationi. Primùm, quia iam dixit acidum ſaporem eſſe vino proximum. deinde quia cùm rubeſcunt mora, tunc in eo ſunt vt matureſcant, quo tempore vinoſa quoque ſunt. Itaque acor ille peculiaris propter affinitatem. at ante id tempus, cùm etiamnum alba ſunt, acerbitas magis diſtat à fine. ἀπηρτημένη, ſuſpenſa.

Καὶ κοινότερα. Propterea quòd Moro peculiaris acor eſt ad vinoſum: acerbitatem cum multis habet communem. Hoc ita dixit ipſe. mihi verò videtur ipſa quæſtio nihil quærere. Nanque acerbitas penè omnibus primus gradus eſt ad maturitatem: aciditas quibuſdam etiam finis: quare illam hæc conſequitur. Præterea Mora matura non ſunt acida, ſed dulci aqueo diluta. Procedit igitur in hiſce natura, ſicut in Vua. Διὰ τοῦτο. Proſequitur Mori mutationes. initio album, acerbum, durum: in proceſſu coloratur, mitigatur, diluitur. Καὶ ἐστὶ γένεσις. Poſitis affectibus mutationum, ponit cauſam materialem. ait enim ſucci affluxu corrigi duritiam, & acerbitatem. qui ſuccus poſtea calore domitus dulceſcat. Ideò dixit, ἐπιρρέοντος: vt materiam deſignaret: & διαρθρωμένου, quò materiam introductam indicaret. Dura tamen eſt metaphora: ſuccum dearticulari: ad animalium ſimilitudinem, cùm efformantur. Pertinet enim ad figurationem, ſicut apud Præceptorem, τὸ ῥυθμίζεσθαι. at hîc eſt ſimplex qualitas in excoctione. Iccirco addidit, ὥσπερ. Καὶ ἀεὶ συναύξοντος. Augeſcente, propter materiam. & σῶν: propter aſsimilationem, atque vnionem. Στρυφνά, velle videtur, acerbitatis cauſam, quaſi formalem eſſe ſiccitatem. Vtinam hanc in omnibus inſtitiſſet viam.

Ξηρότατά τε δοκεῖ. Quia dixit, ξηρά: videretur cuipiam miſcere contraria. Nam ſi ſucci ſunt quomodo ſicci? ſuccorum enim affectus, liquiditas. Sunt, inquit, humores quidam ſicci, propter conſiſtentiam: quia craſsi. Hos appellat ὀπώδεις, ſuccoſos, & lacteos, vt Fici.

Τούτοις μὲν οὖν. Hæc eſt illa diſtinctio materialium, & formalium, de qua dicebamus.

Ὑλικαὶ κατὰ τὰς στερήσεις, Materiales, quia forma nondum inuecta est: videatur penitus à partium pendere concretione. qui verò cum forma, ipsa introducuntur aut formam consequuntur, præter materiam etiam nonnihil essentialis habere videntur. Ita duas euertit opiniones: & eam, quam pro figuris Democritus commētus fuerat: & eam, quæ concoctioni vniuersam essentiam attribuebat; à forma nanque vult etiam quippiam proficisci. Igitur illos tum suprà, tum hîc στερήσεις appellat. Rationem & iam diximus nos, & hîc declarat ipse: ἐξ ὧν ἡ μετάβασις εἰς τὴν πέψιν. si enim haud sistitur in hisce natura: non sunt habitus ii, sed ad habitum. Τοῖς δ' οἷον οὐσία ταῦτα. τοῖς, scilicet fructibus. ταῦτα, mutato genere more suo. Sapores. οὐσία: quia perfectio. οἷον: quia non verò οὐσία: non enim substantiæ sunt, sed accidentia. Sic etiam Philosophus accidentia vocat aliquando formas accidentales. Καὶ τέλη. Non fines essentiæ, sed fines operum naturæ. dat enim primò natura materiam: mox præparat: inde formam imponit: postremò saporem, qui consequitur formā. Πολλοὶ γάρ. Ponit respectum. Aliqui sunt quibusdā materiales, & preparationes priuatiuæ, vt acerbus: priuatiuę inquā: quia non consistit ibi natura: cæteroquin haud sunt priuationes, sed ἕξεις. Aliqui verò fructus hosmetipsos habent pro fine: quoniam talis est eorum natura. Iccirco frigidi sunt, non dulces, vt Mala, Mora: item acerbi, vt Cydonia: acidi, vt Cerasa: asperi, vt Sorba. Ὧν ἐξ ἀρχῆς ἧττον. Quibus ab initio insipida natura est. Minus sapida, ἧττον ἔγχυλος: vt suprà dicebat, ὑδατώδεις: vt & hîc agnoscamus gradum. Quemadmodum aciditas est aliquibus gradus ad dulcem: ita quibusdam, insipiditas gradus est ad aciditatem.

Lego, vt dicebam: κατὰ τὴν πέψιν: non, μετά. Et ἔτος λαμβάνει: non, οὕτω. Et ἐγγυτέρω τῆς πέψεως ὄν: non, ὄψεως.

Theodorus, ὁμόστιχος, consociatilem, eiusdem classis, eiusdem ordinis, vt Terentius.

Ξηρὸν τὸ πρότερον ἀνυγραίνεται, siccius albescens, humectius est cùm rubescit: malè, non enim humectius est, sed fit. Quod per initia siccum est, humescit rubescendo.

CAPVT XI.

XI. Capitis argumentum. Fructus aliquos per initia similes esse plantis suis: alios non item. Mutationes in succis esse aut ab vno, aut à pluribus. Maturationem fieri à natura, in quibusdam per separationem partium, in aliis per coactionem.

ἍΠΑΝΤΕΣ δ' ἔπως ἐμφαίνουσι. Postquam declarauit progressum mutationis ad succos, qui debentur maturitati: quia dicebat, acerbum per initia inesse maiori plantarum parti: nunc causam declarat. causa est, quoniam sua referunt principia. principium planta est. planta lignea: ergo sicca. At iam à sicco acerbum constituebat. Igitur cùm etiam dixit: maturitatem euenire propter affluentem humiditatem, & calorem elaborantem: Iccirco id etiam conuenit quod ait hîc: magis per initia similes esse plātis, postea verò minus: minus enim sicci sic. Propterea verò quòd non est verūm in omnibus: non enim in frugibus. Aqueus nanque, & lacteus earum est per initia succus: ideò partitur disceptationem hanc per ἐπέτεια, & arbores. In annuis enim lac illud esse, in arboribus non esse: mox corrigit huiuscemodi constitutionem. quippe in arborum quoque natura lac illud inueniri: nempe in Amygdalis. In quibus natura secernat succos, qui suis in principiis existunt confusi: è quibus crassos ad putamen excernat: tenues cogat in medullam. Atque ibi duos agnoscit naturales modos generationis: hunc per segregationem, & alterum per compositionem. in succorum autem generatione non esse compositionem ex aliis, vt inde fiat dulcedo: non enim amari, neque aliorum ex amaro & dulci, non enim esse principia. Tum iis de principiis quædam. hæc est totius Capitis σύνοψις, more nostro.

Ἅπαντες δέ. Periculosa propositio: ἅπαντες. sed rationem reddit. ὅθεν ἴσως ἀναγκαῖον ἐξ ἐκείνου γ' ὄντες. necessarium fortasse: vt quale principium est, talia sint ea quorum illud est principium. dixit fortasse: quia mox aliter in frumentaceis. sanè si semen est vltima coctione laboratus succus: quo ex succo planta constabit, ex eodem & fructus. Ὠμοὶ μὲν ὄντες. Aufert obiectionem. nihil dissimilius Pruni stipiti, quàm Pruni pulpa. Ita, inquit, est in fine: per initia non ita. sic dixit: πεπεμμένοι δ' ἧττον, minus, cùm sunt maturi. Minus: non autem, omnino negatiué. retinēt enim in se talia principia: vt ex ipsis maturis queat planta porrò gigni. reddit autem rationem: quare minus similes sint, cùm sunt perfecti.

Ἅτε καὶ τῆς ἐκκρίσεως. Quia terrestres partes separatæ sunt. sic enim fit in animalium generatione. in semine genitali, & in ouo sunt confusæ partes omnes, quas architecta natura separat, cōstituit, ordinat. Καὶ τῶν μὲν τοιαύτη. Quorum τῶν? si dixit ἅπαντες: quomodo potuit inferre: ἐνίων δέ? voluit dicere, τινῶν. Ἐνίων δέ. hîc contra. Longè enim maximè dissimilis ratio, quippe astringens est Tritici stipula: at herbescenti lac in fructu, non aciditas. Poterat aliquis occurrere, At fortasse mox aciditas subit. haud ita est, inquit: sed Ὧν καὶ τελέως ἡδύς. Protinus ab ea teneritudine progrediuntur ad dulcedinem, quæ haud procul est ab illo lacte. Διὸ καὶ φαίνεται. Quod suprà dicebat de duplici progressu, repetit. Erat autem progressus, aut cum mediis, aut sine mediis. Itaque duplicem dat mutationem. Cæterùm obturbat, vbi dicit: κατὰ τὰς συγκειμένας φύσεις. non enim cùm ad dulcem ab aqueo procedit vini generatio per acerbum, & acidum, dulcis ille fit per horum compositionem,

sed

sed per abolitionem ac mutationem. Ἡ δ' ὠ- … ἄχυλος. Simplicem mutationem ab insipido & insuaui. Insuaue id intelligit priuatiué. Διὰ τὴν ὑποκειμένην φύσιν. Obscurè satis. Tamen sic intelligimus. Tanquam sit subiecta natura, id est ad dulcedinem parata, sine multa mutatione. Ὧν ἑκάτερον. Diuidebat per modum mutationum: nunc per subiecta. Alterum frequentius est in frugibus, scilicet simplex mutatio. Alterum in arboribus. Adiungit causam. Propterea quòd sunt arborum fructus operosiores. Id illa significant. ὡς πλείονος δεομένω πέψεως.

Τάχα δ' ἀληθέστερον. Corrigit hanc θέσιν. Fortasse non per fruges & arbores partiendum: quādoquidem in arboribus quoque simplex sit mutatio, vt in Amygdali fructu. Quocirca non secundum genera illa duo, sed secundum temperamenta mutationum incundam esse rationem: quo iure suprà quoque perfecti sapores constituebantur.

Ὑδατώδης ἕως ἂν ᾖ χλωρός. Dum viride est, aquosum est. Deinde viride mutat in siccum. ξηρότερον γενομένη, id est minus fluida λίπος λαμβάνει, pinguedinem capescit. Suprà dicebat, in fructibus fieri maturitatem per humoris affluxionem. Itaque fructus humescere qui prius erant sicci, atq; idcirco acerbi. Nūc dicit siccari. Quoniam fructus illi de quibus suprà verba faciebat, erant in altera parte diuisionis huius. Amygdala verò sunt in posteriore in qua & frumentacea, quorum maturatio fit per exiccationem. An subtilius dicendum. Coactionē fieri, non exiccationem. Exiccatio duobus fit modis, aut exempto humido, vt in pane cocto: aut coacto humido, vt in pane gelato. Quare postea si calefiat panis ille, rursus humescit. In Amygdalo verò & Iuglande non fit congelatio, sed alia vi maturantur: nempe calore naturali spissatio fit. Itaque non pauciores, sed plures sunt in Iuglande matura partes, quàm in recenti cùm lactescit. Atque ita soluitur obiectio. Καὶ ἄλλα τινά. Comprehendit omnis naturæ cognitionē summo Nucum genere. Ea est (vt in putamē terrea pars excernatur) siue acidum sit: vt Amygdali & Abellinæ: siue astringens, vt Iuglādi & Castaneæ: aereæ verò partes exprimantur in nucleū. Ἡ δ' οὖν φύσις. Quia dicebat ἐκκρινομένου, demonstrat duplicem modū maturationis: quippe alteratio illa cum motu locali partium fit. Appellat autē ἁπλοῦν, partem puriorem ob fructum: nō quòd sit simplex, sed quòd defæcatior. Ἣ καὶ δόξειεν His verbis adit ad aliū modum qui fit congregando. Itaque dicit: Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις. Per mistionem sapor in aliis fructibus. Nimirum simul omnes in eadem massa manent, velut in farina. Haud tamen mihi satisfacit. Nanque & in Amygdali nucleo terra est, sed tenuior: & nihilosecius in Tritico videmus corticem. Est & in homine cutis, & in conchyliis testa, & lorica in Crocodilo, Tatto, Rhinocerote. Nec minus offendit cùm existimat ex excrementis esse putamina. Quippe in animalibus ossa quoque essent περιττώματα. At non sunt, sed στηρίγματα vel maximè necessaria. Huius ratio fulturæ plurimùm respondet sibiipsa tum in fructuum natura tum in generibus animalium. Munimentum est, Cerato, Oleæ, Palmulæ, intus: Pistacio, Iuglandi, Strobilo, foris. Ossa intus homini, iumētis, pecudibus, sepiæ: foris ostreaceis & lyræ pisciū: lyra furcatus ille noster est. Testudini vtrobiq;. Partim ad firmamentum intra corpus, partim ad munimentum, extrà. Quæ omnia cùm suos habeant fines, neutiquam ex excrementis constituta fuisse intelligimus. Habent enim partes illæ vtilitatem: quare & finalem causam actiuam. At excrementa solam passiuam causam habent: nempe solam expulsionem, vt iis liberentur partes vtiles in natura. Ἐν τούτοις δέ. In nucum genere. ἐκχωρήσεως iam dixit. ἐξαφαιρέσεως. Non quòd à toto partes auferantur, sed quòd in omni separatione confusorum permultæ fiunt ablationes. Καὶ ἐνθάδε μέν. Subtilis sententia. Etenim vbi fit compositio & mistio, fit ex pluribus. Ideo dixit ἐκ τῶν ἀρχῶν. Vbi verò fit seiunctio, aufertur ἡ ἀρχή, scilicet pars principalis in qua sunt primordia generationis: nempe nucleus ab excrementis. Separatur ergo παρὰ τῶν παρέργων τὸ προὔργου. Sed ipse τὴν ἀρχὴν τὸ γλυκὺ dixit: quia est in ipso principio, scilicet medulla. Nā putamina censebat acida aut astringentia. Tum addit: Τούτου δ' ἡ πέψις. Crassiusculè attribuit dulci coctionem. Non enim coquitur accidens, sed substantia: quam sequuntur accidentia. Proinde addit ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. Ἔπειτα κἀκεῖνο. Confirmat eam partem quæ statuit de excretione: non enim fieri posse aliorum compositio ex amaro & dulci, quemadmodum corpora ex elementis. Πάλιν δέ. Sed neque totum hoc ita fouendum (vt excludamus compositionem) ex iis enim sanè fit aliquid. Ita diuisionis asserit vtrunque membrum. Censet ex amaro & dulci tanquam ex duobus contrariis principiis naturalibus alios cōponi quosdam: alioqui non essent principia. Ob id illa dixit, οὐ γὰρ ἀρχῶν ἡ τοιαύτη φύσις. Non est principiorum natura, nihil vt ex eis fiat. Intelligit principia quæ dicuntur elementa: ea nanque insunt in iis quorum sunt elementa, & propriè στοιχεῖα dicuntur, quòd inter se sunt ordinata non solū in mūdo, sed etiam in composito. ἀρχὴ tamen propriè de efficiente dicitur, αἴτιον de fine. Sed de his alibi. Εἰ μὴ ἄρα. Nihil statuit, sed & permittit & vellicat, ac soluit per dubitationem. Nihil officere quin esse queant ἀρχαί: neque tamen quicquā ex eorum mistione cōponatur: propterea quòd principii nomen sit æquiuocū: quod & in 2. Phys. & in 5. diuinę sciētiæ. Nēpe etiā priuatio suo quodā iure principium est, & motus, & locus, & tēpus, & occasio & alia. Sic dulce fuerit sensionis principium, non autē compositionis saporum. Hoc ita dico, vt exponā Profectò ex amaro & dulci fit aliquod medium, vt in Cichorio. Cæterùm non est is vnus ex illis generibus quę recensebamus, acido, acri, aliis. Illi nanque omnes sui sunt. Dixit πλεοναχῶς, multifariam: vt comprehendunt sua significata: κατὰ πλείους τρόπους, vt eorum vtimur significatis.

Lego ἅπαντες. De fructibus enim loquitur.

non ἅπαντα. Et ἐξ ἐκείνου γεόντες, non autem γνόντες. Et καρυωδῶν, non κυρσιωδῶν. Et ἐναντίως ἐπὶ τῶν ἄλλων: deleta coniunctione.

Theodorus legit ἐκρύσεως καθαρωτέρας, non ἐκκλείσεως, effusio. Suprà nanque ἐπιρρέοντος. Et alibi sæpe συῤῥοή. Tamen ἔκρυσις significat extrá. hîc non est. At fit ἔκκλεισις, vt infrà ἐκκλείνει. Οὐ λαμβάνουσαι πλείους μεταβολὰς, antequam fiant plures mutationes: pessimé. Videretur enim sic seipsam præoccupare natura, si dulcedine præueniret aliã imminentem mutationem. Cæterùm nullam neque molitur, neque expectat, neque anteuertit.

Τῶν καρυωδῶν. Theodorus omisit: quia legisset κυρσιωδῶν: quod nihil ad rem. Γεώδους, terræ callum. sanè ex eleganti ingenio. Nondum tamen calli quicquam concreuit cùm separatur. Περίττωμα, sordes. Excrementa potius. Sordes enim, nonnisi quæ penitus abiiciuntur. σῶρος δόματος, cumulantur enim vt eiiciãtur. At hîc περίττωμα est, quod superest purioribus partibus propter nucleum cõparatis. Chlamydum illa multa millia in Luculli opulentia, non erant sordes, erant περιττά. Ὥσπερ κατὰ συστοιχείαν, per consolationem. Puto esse librarii culpam.

CAPVT XII.

XII. *Capitis argumentum. Saporum mutationes fieri aut in contrarios aut in medios. Disputatur contra Democritum. Maturis fructibus quibusdam sapor manifestus, aliis non item. Liberata putamine corióve pulpa sinceriores esse omnes.*

Αἱ δὲ γενέσεις τῶν χυλῶν. Hactenus de mutationibus & earum modis: nunc earum vult assignare causas. Ac primùm quidem terminos docet in genere. Omnis, inquit, saporum mutatio fit aut ad contrarium, aut ad mediũ. Deinde designat eorum materiam, idest subiectũ, quod esse dicit humorem. Tertio loco, efficientẽ statuit calorem. Nam saporis formam siue quiditatem edere, solius interest metaphysici. Suprà verò finem posuit cùm dicebat, τροφίμους quosdam, ad cibum scilicet: alios ἡδύσματι, ad condituram. Calorem verò duplicem docet, internum & à sole. Hoc posteriore plãtas opus habere, nõ animalia. Non reddit rationem, quoniã manifesta videbatur. Plantarum nanque alimentum rude admodum, ac brutum multa eget interpolatione. Plantę verò calor modicus: non enim percipitur actu vllus. Ita & à magna patientis resistentia, & ab agentis imbecilla facultate videtur excitata natura ad aeris ac solis subsidia. An verò animalibus quoq; calor conferat externus? Quis dubitabit? Quam tamen in disceptationẽ acerrimo iudicio adornãdam censeo. Hyeme nanque ventriculi calidiores. In æstibus multi mortales ita resoluuntur, vt deterius appetant, minus commodè concoquant. Itaque sic intelligendum. Omnino animalia nihilosecius egere fauore cæli, sed sanè alia ratione. Robustos autem homines iuuare circumstante frigore ad concoctionem, imbecillis noceri. Contrà, caloribus foueri debiles: fortiores minus corroborari. Post hæc contra Democritum disputat

A hunc ad modum. Si mutantur sapores, non erunt ex figuris compositi. Nanque aut mutantur figuræ (quod est contra eius placita) corpusculis enim illis sua cuique delineatio extremorum est, cáque immutabilis: & composita variantur ex illorũ solo concursu fortuito. Aut si non mutantur, vel introducuntur quædam vel excernuntur. Atque ibi prosequitur hanc expugnationem. Deinde ait, omnes sapores inesse in quaque planta potestate: actu verò vt sint, effici à calore. Huic enuntiationi addit τὸ ἐνδεχόμενον. Posteaquã maturuerint, quibusdam sapor extat manifestus, vt Vuæ: aliis obscurus, vt vinosus in Myrto. Ex Myrto nanque vinum premebatur, tum aliis, tum fœminis Romanis, quod Murrhinam vocabant, non à Myrrha

B quæ amara est, neque potibus idonea. Sanè Myrtum μύῤῥινον vbique vocat ipse Theophrastus. Ab his alium describit affectum. Detractis operimẽtis puriores esse succos è mera pulpa. Hinc vinum protropum, quod non sentit acinorum expressionem. Idem consequi etiam procedẽte ætate, quia exhalet aqueum: terrestre subsidat. Ea capta occasione transibit ad peculiares animaduersiones vini, sicuti proximo capite videbimus. Ἐκ τοῦ εἴδους. Intellige mediam speciem. Nam etiam contrarius sapor εἶδος est. Hîc deducuntur termini mutationis, à quo & ad quem. Κοινὴ δέ. Causa materialis. Et sanè subiectum est humor saporis, non materia. Accidens non habet materiam, sed

C esse: non formam, sed essentiam. Esse saporis est, hoc ipsum quod ipsa mistio: essentia verò id quod ex ipsa mistione conflatur, puta dulcedo. Sic ingeniis acrioribus, esse sanitatis est ipse concursus atque cœtus qualitatũ: essentia est ipsa qualitas quæ creatur ex consensu illo. Ab ipso deinde esse, & ab ipsa essentia saporis, procedit propri⁹ affectus, qui est certa ratio mouẽdi gustum. Verùm hęc altiora atque ex prima Philosophia repetita. Ἀλλοιοῖ καὶ ποιεῖ. Rectissimè ποιεῖ: quia efficiens causa calor est. Et ordo verborum accuratus. Prius alterat, pòst constituit. ἀλλοιοῖ, quia mouet vt faciat: & mouet sic, vt faciat hoc. Τὸ ἐν αὐτῷ καὶ ὁ ἥλιος. Duplex calor. Τοῦτο γάρ. Vbique addit solem in libris superioribus. A terra, & imbribus, & aeris altera qualitate materiam, scilicet humorem: ab altera, id est à calore, & calore solis, & interno ca-

D lore, efficientiam. Formam verò à matrice forma. Bis enim suprà dicebat, ἐξομοιοῦσθαι τῷ ὑποκειμένῳ.

Δημοκρίτῳ μέν. Tria proponit aduersus Democritũ. Duo primũ destruit: quod tertium relinquitur, impugnat. Primùm, aut nihil intrat, nihil exit, sed quæ insunt intus, mutantur inter se figurę, ita vt ex scalenis & acutangulis euadant orbiculares. Quónam igitur abierint illi anguli? Sunt enim ἄτομοι. Secundum, aut intus illis ibi manentibus, alia subibunt. Hoc non impugnat ipse, magna sanè culpa negligentiæ. Sed dicendum, cùm dulce vinum acescit: si nihil exit, & alia subingrediuntur corpuscula, fiet corpus vini maius. at fit minus. Reliquum est igitur vt exeant quædam. At hoc impugnat frigidè cũ dicit, omissam esse ab eo causam agen-

agentem, id est autorem illius expulsionis. Quid tum postea? Eodẽ se tuebitur errore pertinaciæ, quo illa congregat. Adurit enim fortuitum motum. sed acrius nos. Exire aliquà: detur. Quandoquidem & in schola nostræ naturæ exhalant quędam. At quibus machinis sese inferant in profundum maximi dolii roboreis septum tignis? Hæc trita & ad manus. Illud aduersus atomorum naturam vniuersam. Non potest ἄτομον esse triangulũ, quia est difforme. Omne autem difforme partibile. sed de his alibi. Μεταῤῥυθμίζεται. ῥυθμίζειν, est secundum commensus delinente. Verbũ Præceptoris in quinto diuinæ Philosophiæ, vbi ait, æs statuæ ἀμετάβλητον καὶ ἀῤῥύθμητον. Transfigurari πάντων ἐνυπαρχόντων. Ἢ ἐκκλείνεσθαι. Non omnia, sed quædam modò: ea scilicet in quibus causa saporis est qui aboletur. Quædam verò ὑπομένειν. θάτερα, reliqua remanere: nempe illa quæ sunt causa saporis remanentis. Hoc est secundum. Tertium: Τὰ μὲν ἐξιέναι. Pro iis quæ exeunt, alias subire nouas. Ἐπεὶ δ' ἀδύνατον. Quod suprà μεταρυθμίζεσθαι, hîc μετασχηματίζεσθαι. Vt idem sit ῥυθμὸς καὶ σχῆμα. De hoc etiam diximus in Poeticis. Τὸ ἄτομον ἀπαθές. Probatio, quòd nequeat mutari figura. Omne enim indiuisile est immutabile quoad terminos. At figura terminorum est. Ἄμφω δέ. Vtrunque, scilicet ingredi & egredi. Non tamen λόγον adducit, quare sint ἄλογα: nisi quòd reprehendit Democritum, quando non assignauit nobis autorem ingressionis & egressionis. Iam diximus quid ille respondeat. Ἐργαζόμενον καὶ ποιοῦν. Duo verba pro causa efficiente. ἐργάζεσθαι, designat operam & tractum effectionis. ποιεῖν, opus ipsum atque factum. Ἀλλὰ γάρ. Non est hîc immorandum: pertinet enim ad libros de principiis. Τῶν δ' ἄλλων. Aliorum autem opinio tertia quæ maturationem pro causa statuit, triplicem affert modum vnde fiunt hæ mutationes. Vnus est in separatione & exhalatione: quemadmodum fit ex vino vapa. Alter est condensando & sistendo. quod fit in dulcedine. Tertius est in attenuatione, vt euenit in acerbis quorum terreæ partes attenuantur. Τὰ δ' ὡς ἁπλῶς. Quattus igitur addetur, cùm introducitur calor aut frigus, ex quo acritudo aut acor. Ideo dixit καθάπερ καὶ ἐν τοῖς πυρουμένοις. Ὅλως δέ. Ex illis hoc effatur. Propterea dicit ληπτέον: sumit enim ex illis hoc, in corporibus sapidis omnes sapores inesse potestate. Sanè de superioribus elicitur. Nam si ἐξατμίζεται inerat, & quod relinquitur suberat, προϋπῆρχεν Ergo vtrunque συνυπῆρχε. Προσιούσῃ μεταβολῇ. Quum adest mutatio. Actu verò fiunt tales iis quos dicebat modis. Itaque quod in Democrito reprehendebat, cauet. Addit enim agens τὸ ἀλλοιοῦν. Et nominauit τὸ πῦρ: vt calorem intelligamus. Πεφθέντων δέ. Affectus hinc duos enarrat. Primùm, perfecta maturitate simul extare sapores mamifestó. Alter est de saporum puritate. Ἀποπιεζόμενος. Vinum expressum continuò amittit saporem dul-

A cem. Καὶ χωρισμός. Quod alibi χυλισμός. χωρισμὸς, à motu, separatio. Separata nanque alium acquirunt locum, χώρα. χυλισμὸς, à substantia: quia succus est. Οἱ δ' οὐχ ὁμοίως. In aliis succus ille ac sapor magis hæret cæteris partibus, atque obscurus est, sicut in Myrto vinosus. Et pinguis etiam minus. Hunc enim quoque Myrto attribuit: quinetiam vino ipsi. Quare transcolato vino lectum esse ad vsum lucernarum. Et in Problematis diximus, vinum & mare ardere. Vtrique enim aliquando supernatare oleum visum est. Ἐφίσταται τῷ οἴνῳ σακκιζομένῳ. Saccis transmisso vino supersidet. Ἀκρατέστεροι δέ. Alius affectus. Si tegumenta detrahantur, fieri sinceriores. Popularis sanè animaduersio. Perinde

B ac si quis dicat, quod minus mistum, plus purum. Atque is vnus est modus puritatis. Alter, si seruentur. Tres nanque sunt in oleo, melle, vino, lacte substantię: tenuis, crassa, media. de iis alibi. Oleum è summo: mel ex imo: vinum è medio. Iam hæc peruulgata sunt. Ideo dixit: Τῆς ὑδατώδους ἀποπνοή. Intelligit χρονιζόμενον aliquatenus. Nam diuturniore vetustate non aquea solùm pars, sed etiam ignea abit: vnde fiunt acida vina. Καὶ τὸ ὅλον. Hoc non iam facit πρὸς τὸ ἄκρατον. Hoc inquam, est extra illam puritatem. Nanque si exhalet calor ille naturalis, fit vini cadauer. Quare videtur deesse verbũ quod idcirco addidit Theodorus. Ἔτι καὶ ἀφαιρεθέντων. Non solùm exuitur aliqua succi pars quum exprimitur ex V-

C ua, sed etiam in Vuis ipsis. Ἀλλοιοῦται. Fiunt enim passæ & crassæ. Passæ, quia secedit aqueum: crassæ, quia τὸ γεῶδες nequit transmittere corium. Καὶ τά γε κάρυα. Amplificat doctrinam à vino in succos alios. Est autem hîc obscura similitudo, & quæ penè dissimilis videatur. Oleum aereum est. Igitur oleosi fructus seruati quomodo plus edunt olei? Nanque maturi decerpti sunt: & eorum maturitas finem habet suum in oleositate: ibi nanque sistitur. Cur ergo plus olei vltra finem olei? Dicendum, quod & in oliuarum tractatione dicebamus. Vberioribus pluuiis pulpæ multum in oleis, olei parum. Non enim domari atque euinci potest aquæ nimium à natura oleum affectante. Ergo in tabulato seruatis oleis abit aqueum, non exiens, sed abit, id est mutatur occulta coctione: quemadmodum porrò

D coqui seruata semina suprà dicebamus. Ipsa quoque Sorba & Mespila reposita maturescunt. Oleum tamen illud minus probum, quia crassius.

Ἦ καὶ φανερόν. Atque ex iis sicut è superioribus illud repetit quod dicebat, sapores omnes potentia constare simul in omnibus. Cuius rei facit fidẽ, quòd mel quoq; tametsi dulcissimũ, vetustate aut excoctione amarescit. Erat igitur int⁹ amaror cum dulci à quo vincebatur. Exacto dulci relinquitur amarũ. Contra Galenum, qui amaro causam frigus dat. Nõ enim semper verum est. Et mel excoctũ calidius. Vbi diffundẽdũ est iudicium ad aliorũ cognitionẽ. Sic enim suspicari posse videremur in coloribus: nanque excoctione mutantur,

Cæterùm res longè aliter se habet. Nanque ex æ-re quod rubrum est, fit ærugo viridis: quæ postea in emplastra indita rubescit rursus. Si enim abiit in prima coctione rubedo, quo iure deintegro redit? Non sunt igitur in potentia sicut statua in lapide, quæ educitur ablatione superflui: sed receptione, vt pictori tabula. Atq; ita esse censeo, quẽadmodum cùm educitur ignis è lapide per elisionẽ: quod barbaris quidem, sed nõ inutilibus verbis dicit Auerrois esse in capitulo generationis, non autem separationis. Ita nõ separatione dulcis amarum fieri mel, sed ignis impressione & æquabilium partiũ adustione: sicuti de maris salsedine atque cinere scribit Philosophus. Ridiculè verò quis arbitretur, in viuẽte cãcro ruborem obduci fuscedine, qua per ignem sublata rubor emergat. Tanto minus in Corneola gemma, quæ ad Limadura Cãbaiæ regni eruitur lacteo colore: ignis verò vi rubescit. De mellis affectu ratio. Partes in melle crassissimæ, dulcissimæ: quæ porrò densatæ igni multũ terræ adustæ habẽt. Vinũ autẽ eò plus dulcescit quo plus excoquitur: propterea quòd aduri nequit, sicut mel: sed abit aqueum quo dulcedo diluebatur. Εἰσὶ δέ. Nihil aliud quàm repetit. Mutari succos aut in melius aut in peius: etiam corrumpi æquè intra suos folliculos, pulpas, coria, putamina, atque expressos.

Lego ὥσπερ τῶν ζώων, τὸ ἐν αὐτοῖς. Et ἄτομον ἀπαθὲς, non ἄτοπον.

Theodorus αἱ δὲ γενέσεις, generationes actitari. Quasi si essent comœdiæ. Τὸ τοῦ ἡλίου. Omisit: & dixit externus: puto, vt aerem quoque complecteretur. Ὀξυγωνίοις, ex acuto constantibus angulo. Flagitiosa oratio in mathesi, vno angulo figuram constare, nisi sit curuilinea. Cæterùm non sic Democritus. Miror quare non sit ausus dicere, acutangulis. Est enim vel ipsa Græca felicior vox.

Ἐνυπαρχόντων, inhærentibus. Non negamus accidentia inhærere: at ἐνυπάρχειν aliud omnino designat. Potest aliquid superficiei tantùm adhærere: qua ratione tum fiet perfacilis ingressus, atque egressus ille quem idcirco nequeat hìc damnare. At ὑπάρχειν, significat subesse, & ἐν, intus. Etiã Ciceroniani dicere malunt adhærentia quàm accidentia. Verùm haud temere sapientes Græci, συμβεβηκότα: tum quia substantiis adueniunt, tũ quia è substantiis eueniunt, tum quia cum substantiis cõueniunt. hoc notat illud συ. Non autẽ omnia adhærentia sunt accidentia. Adhæret parieti manus: non autem accidit. Ἄτομον. Theodorus legit ἀσώματον: pessimé. Corpora nanque illa sunt Democrito. Nos ita emendauimus. Προσούσῃ μεταβολῇ, cunctos sapores inesse potentia immutatione̓que: malé. Non enim insunt mutatione. Sed Græcè sic, cùm adest mutatio: id est dum mutantur. Προσγιγνομένῃ. id est subesse potentia: detegi mutatione. Concisa breuitas. Σακκιζομένῳ, cùm saccelatur. Sanè cedimus illi hac diligentia.

Ἐφιστάζεται, residet atque innatat. imò insidet. Resident fæces. Ὑδατῶδες, diluta pars. Aquea potius: non enim intelligerem. Nam aqua vinum diluit, non autem diluta est. Καὶ ὅλον ἡ τοῦ θερμοῦ ἐν αὐτῷ δύναμις, in totúmque calor intestinus corroboratur. Non malè addidit verbum, quod sanè deesse videtur.

CAPVT XIII.

XIII. Capitis argumentum. Vini tractat naturales mutationes, atque earum causas. Item ab arte: veluti cùm mare additur.

ΜΆΛΙΣΤΑ δέ. Ex declaratis mutationibus, capta occasione de vino, cuius posuit exemplum, eius recenset mutationes tam naturales quàm non naturales, eásque duplices: partim enim sunt in natura, sed vitiosa: veluti cùm pinguescit, mucescit, acescit: partim sunt in natura arte adiuta: veluti cùm miscentur. Marinas enim addebant aquas in terra Græcia, quò essent tum valentiore sapore, tum diuturniore. Itaque in Cantabria & Medulis vina vegeta: propterea quòd solum subest salsum. In Achaia etiamnum picãt dolia. Alii origanum imponebãt, vt est in Problematis. Quibusdã locis etiam gypsum addunt: hìc nonnulli calcẽ ad tollendã oleaginem. Creticum etiam quod aduehitur dulce, aiunt coctione tale factum. Μάλιστα δέ. Ex tribus liquoribus qui maximè faciunt ad vitam mortalium, mutationes hæ potissimùm in vino patẽt. Dixit κατὰ πέψεις καὶ κατὰ φθοράς: & exequutus est τὰ κατὰ πέψιν, cùm dicebat seiungi succos ac purificari: nunc exequitur corruptiones. Intelligit autem corruptionem non exactè, sed quancunque mutationem qua definit vinũ esse sincerum. Duos ergo digerit modos. Vnum ait esse naturalem. Sic etiam profitemur naturalem morbum senectutẽ. Ita senescens vinum fit acrius, contrà quàm animalia. Ratio. Quòd animalia humectantur accidentali humiditate: intus tamen siccescunt æqué. Vinum item exiccatur vetustate, ac terrestre fit. quare partes igneæ euadunt acriores. Humectatio verò extrinsecus accedit nulla. Hæc igitur corruptio naturalis est. Præter naturam verò, quum acescit. Vtriusque causas dat. παρισταμένος, καὶ ἐξιστάμενος, καὶ ὅτι γηράσκων. παριστάμενος, denotat motum propinquum & primum. ἐξιστάμενος, motum vltimum, & ipsam mutationem. παριστάμενος, euaporãs. Assistens, sonat Græca vox. Id est commodùm exiens. In væstibulo mutationis. ἐξιστάμενος, pristinã exuens naturam. γηράσκων, significat totum illum ætatis supremæ tractũ. Et quia metaphora est ab animalibus, addidit moderationis notã ὥσπερ. Nulla non gens dicit vinũ nouum & vetus. Ἐν ὡρισμένοις. Certis deficit gradibus. ὡρισμένοις, quia designatis circumscribitur differentiis acor & mucor. Ipse tamen τὸ πικρὸν solum agnoscit. Hæc est prima pars diuisionis, quã indicabat illis verbis εἰ μὲν κατὰ φύσιν. Quibus addidit ὥσπερ. Propterea quòd naturalis est mutatio ab internis principiis: non naturalis, quia vini finis est in vsu hominis. Vt ad alimenti proportionẽ. ob alimẽtũ suauitas. Suauitas

tas autem deprauatur ætate inuecto amarore. Ὁ δ' ὥσπερ βίᾳ. Eadem ratione addidit ὥσπερ, qua & suprá. Quia nõ ab externis tantùm fit acor, sed etiam ab internorum deprauatione, quẽadmodum & in animalibus morbi. Παλαιούμενος. Pro causa est vetustas. Non quòd tẽpus aliquid efficiat, quãtitatis enim actio nulla: tantominus affectũ ipsius. At tempus est affectus motus. Sed quia sub ætatis tractu fiunt mutationes in mistis naturalibus propter contrarias qualitates. Ἐκπικροῦται. Effectus ipsius causæ, qui est affectus subiecti. Nota tẽpus perfectum in verbo: significat enim effectionẽ absolutam. πικρὸν hìc accipit non pro vera amaritudine, sed pro acrimonia. Sic πικρὸν, piper. Τοῦτο δὲ συμβαίνει. Causam reddit, quamobrẽ τὸ πότιμον educit aer, id est propter quod vsui erat ad potãdum.

Ὁ ἀήρ. Non satis habuit: addidit τὸ περιέχον. Illa coniunctio καὶ est ἐξηγητική. Vbique enim alias τὸν περιέχοντα dixit ἀέρα. Aliquãdo etiam sine additione, sicut & Galenus. Dubitatur, an ignauus in subterraneis cellis aer spississimas penetret ac vegetet. An vis illa vini potabilis exhalet spõte sua: id quod sanè putamus nos. Itaque dicere maluit ἀπιόντος, quã ἐξαγομένου. Τὸ γεῶδες καὶ πικρόν. At suprà dicebat à terra esse salsuginem. Dicendum, hìc in vini terrestri parte portiunculas esse igneas. Ὁ δ' ὥσπερ βίᾳ. Sibi similis in scribendi ratione Philosophus accuratus. Suprà vitia plantarum partiebatur bifariam, κατὰ φύσιν & βίᾳ. Sic nunc in vino τὴν πικρωσιν censuit κατὰ φύσιν: alteram verò mutationem, βίᾳ. Et addit ὥσπερ, quia latet obscurius causa mutationis. Siue ita intelligas vt referatur ad procatarcticas, quæ cum internis motibus nullam vnquã habuerint naturalem necessitudinem. Τοῦτο δ' ἐναντίον. Acidum contrariũ est. Ita sibi constat autor. Nã & suprà inter naturales mutationes ad perfectionem consequendam, mutari dicebat succos aut in proximas species, vt acerbũ in acidum: aut in contrarias, vt amarum oleæ in dulcem siue pinguem. Sic nũc in vitiis & corruptionibus, mutabitur vinum dulce in amarum. Perpendendum etiam id, quomodo sit ὀξὺ vino contrarium: quando suprà dixerit, acutum dulci proximum natura sua. Dicẽdum, hoc acutum ab illo tota differre specie. Illud enim est naturale, & in gradibus saporum qui sunt per species constituti: hoc autem non naturale. Et vt accuratissimè dicamus, est quidem cum illo in summo genere idem: at secundum subiecta æquiuocatur. Quemadmodum albedo quæ est in cadauere, alia est secundum speciem ab ea quæ erat in viuente. Ἔχει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Fortasse alia quoq; subiecit exempla: sed corruptus est codex. Sequitur autem causæ nobilis explicatio. Initium ad perfectionem, acor. Perfectio, dulcedo. Regreditur igitur ad idem. Ideo dixit ἐκ τοῦ ὀξέος εἰς τὸ ὀξύ. Quemadmodum senex rursum fit puer. Quibus vox illa παριστάμενος, quæ erat initio Capitis, explicatur. Vt sit πάρστασις ingressus mutationis: ἔκστασις autem exitus ipse. Καθάπερ εἰς τὴν ὕλην. Sic & suprà reliquos omnes ὑλικοὺς: dulcem autem εἶδος & οὐσίαν. Sistitur enim in eo motus progressio. Est autem generatio cuiusque rei formæ vltima indiuisilis, & momentanea introductio. Μεταβάλλειν. Alius affectus. An verò cùm ab ea desciuerit perfectione, rursus ex illa ecstasi reuertatur atque restituatur pristinæ integritati? Raró, inquit. Ideo dixit ἀποκαθίστασθαι πάλιν. Et ὡσαύτως. Similis enim progressui regressus est. Καὶ μάλιστ' ὅταν. Si mari mistum fuerit. quoniam in sale sunt principia conseruationis. Itaque non permittit sal vehementem fieri corruptionem. Hoc est quod aiebat, οὐ γίνεται σφοδρόν. Quemadmodum etiam cùm vi Sirii conturbatur. Ideo addit præpositionem περὶ, ipsi verbo denotanti mutationem περικινήσῃ.

Theodorus παριστάμενος, procedens suo vigore instans. Ὁ ἀὴρ ἐξάγει, aere circumfuso exactum fit. Sanè verbi vis eadem vtrobique ἄγειν, agere. Cæterùm Latinis vsus alius. Exigere, non semper extrahere significat, nisi in debitis & vectigalibus, εἰσπράττειν. at (vt hìc) nequaquam. Quippe dicimus exactos reges, exactas fabulas, expulsos illos, explosas hasce. Hìc aer exemit, non exegit. Τὸ πότιμον. Theodorus, Tenue addidit de suo: pessimé. Non enim potabile illud tenue est, sed τὸ ὑδατῶδες. Neque totum potabile tenue, neq; totum tenue potabile. Et amaror qui relinquitur, fit à partibus tenuissimis in terrestri igneis. Theodorus illa omisit omnia, περὶ εἶναι τὴν ἐκστατικὴν ταύτην.

Οὐ γίνεται σφοδρὸν, nisi vehemens sit. Imò verò vehemens non est illud vitium: vel quia fortis resistentia, vt ab aquæ marinæ salsugine, quæ non patitur putrefactionem: vel ab imbecillo motu, qualis fit ab æstu caniculæ.

CAPVT XIIII.

XIIII. Capitis argumentum. Affectus comitantes alterationes & corruptiones. Corruptiones, aut alieni mistione, aut proprii exemptione, aut alteratione. Maturationem fieri à calore: à frigore in quibusdam, alia ratione.

Ἡ δὲ φθορά. Post expeditas vini mutationes quas peculiari interposuerat Historia, redit ad vniuersalia. Idcirco prudenter (vt opinor) abscidimus Caput hoc. Primùm affectus narrat qui eueniunt in mutatione, quæ corruptio nominatur. Duos ostendit. Vnus est in partium constitutione: colliquescũt enim fructus cùm procedunt ad corruptionẽ. Alter est in qualitate: fiunt enim acidi. Sanè amisso calore naturali subit putridus. Aristoteles ita vult omnia putrescentia prius refrigerari, postea suscipere calorem peregrinum, qui deinde corrumpat naturalem humiditatem. Γηράσκον δέ. Alius modus ab ætate, sicut & suprá. Qui si non colliquentur, durescunt amisso humido naturali ac terreo relicto. Hoc frequens est in Vuis passis: duriores enim fiunt ac ligneæ pené. Dixit autem in neutro, vt omnia cõprehenderet γηράσκον & φθειρόμενον, in singulari: exẽplo rariore, in plurali vsitatius. Ὅλως δέ. Altera pars de causis corruptionũ. Tres assignat: vnam, cùm quid admiscetur extraneũ: secundam, cùm egreditur quippiã: tertiã, cũ sine motu locali

peregrinis afficitur qualitatibus. Τοῦ οἰκείου. non cuiuslibet partis, sed quæ est natura peculiaris. At τὸ ὑδατῶδες est vino peculiare, ex quo naturaliter constituitur. Eius parte abeunte præstanstantius euadit vinum. Itaque τὸ οἰκεῖον hîc intelligitur τὸ κύειον. Αἱ δὲ καταμίξεις. Mistionum duos dat modos: vnum vulgarem, cùm quid ingreditur extraneum: alterum ex adytis Philosophiæ: νοσήσαντος τῶν αὐτοῦ τινος, καὶ πλεονάσαντος. Sanè duo puncta naturalia in morborũ causis: vnum à qualitatibus, νοσήσαντος: vnum à quantitate, πλεονάσαντος. Vna pars calorem accipit, ac mouetur ita, vt cum aliis misceatur. Ob id dixit, πλεονάσαντος: cùm exuberat, & vincit: est enim tunc πλεονασμὸς οὐ κατ' ἔγχυσιν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν. quanquam etiam κατ' ἔγχυσιν. Efferuescẽdo namque fit partium attenuatio, quibus necessariò maior locus occupatur, quocirca etiam rumpuntur vtres. Τάχα δ' ἀληθέστερον. Hac secunda monitus affectione tertiã fabricat. Fortasse, inquit, omnino ex motu cuiuspiã partis & corruptione. quare à corrupto corruptio facilis euasio. Sed hoc quærimus: nẽpe illius corrupti prioris causam. ob id ait κινηθέντος. aliquapiam parte mota. Motum autem intelligit duplicem, tum localem verum, tum non verum alterationis. Sic enim & alibi loquitur, & alterationem ipsam in superioribus motum appellabat. In succis esse potest vtrumque motus genus, propter partium mutuam cessionẽ: in fructibus nonnisi alter: id est alteratio. quod & illis explicat.

Οὕτω γάρ. Sic enim fructus corrumpuntur, scilicet alteratione. Καὶ τῶν ὑγρῶν. humida vtroque motu. Οὐδὲν δ' ἧττον. Nunc explicat fines ac terminos mutationũ, sicut & suprà, cùm dicebat, εἰς εἶδος καὶ εἰς ἐναντίον. Hîc seruari ordinẽ in corruptionibus nihilominus atque in perfectionibus seruabatur. Et iam tetigit hoc, vbi dicebat, vinum ab acido promotum ad dulce perfici: à dulci in acidum defici. Hîc autem, omnino in quãcunque abierit speciem, in contrarium mutatum iri. Est enim contraria corruptio essentiæ & existentiæ: essentiæ, per accidens: existẽtiæ, per se. Non enim corrumpitur verè species, sed indiuidua. Proinde ait, οὐδὲν ἧττον τεταγμένη. Nihilominus seruatur ordo, tametsi non naturalis. Acescũt enim. Et acor ille contrarius est nec naturalis.

Αἱ δ' ἐναντιότητες. Contraria multa. An verò vni queant esse plura contraria? Verum est in moralibus, extrema duo, vnum medium. At in naturalibus? Etiam in naturalibus, sed alio modo. In coloribus vni extremorum omnes medii. Quid metaphysico? nequaquam. Vni enim vnicum est contrarium. Sed de his alibi. Ἡ δὲ πέψις. Tertia capitis pars. Repetit causas maturationis, de quibus toties suprá. Duas dat: calorem per se eúmque duplicem, internum & externum: externũ duplicem, à natura & ab arte: à natura, soli, solis, aeris: ab arte, fimo, aqua calida, quod suprà docebat ad Cucumeres. Altera causa est à frigore per accidens: quod & suprà de Oleis. Et nunc capiet occasionem ad earum historiam peculiarem. Fri-

A gore quoque Vuarum genus quoddam maturescere scribit Plinius: & videmus ad Rhenum. An verò frigus ingrediatur opus naturæ, satis est alibi disputatum.

Theodorus ἐν τεταγμένοις πάθεσι. Corruptio verò & alteratio accidere cæteris vitiis solet. Non est verum ex sententia Theophrasti: & est falsum apud metaphysicum. Dixit enim Præceptor, nullum accidens accidere alteri accidenti. Et sanè accidens non est subiectum corruptionis, sed apparatus & ipsamet tandem corruptio. Idem sanè est albedo & dealbatio realiter, formaliter tantùm differunt. Ita vitium ipsum est corruptio: non autem corruptio accidit vitio. Nihil accidit sibiipsi. Cæterùm & Theodoro & eius intempe-B stiuis admiratoribus dura hæc. Cæterùm Theophrastus haud dicit hæc, sed ἀλλοίωσις ἐν τεταγμένοις πάθεσι. Alterantur affectus, id est vitia in vino habent pro causa alterationem ordinariam. Malè verò omisit τεταγμένοις. Vult enim certos esse ordines mutationum, vt suprà dicebat. Itaque primùm diluetur, deinde acescet. Idcirco addidit πολλάκις δὲ ὀξύνεται. Διὰ χρόνον, temporis causa. Sæpe monuimus, temporis nullam esse actionem. Αἱ δὲ καταμίξεις, pereunt verò permistiones. imò fiunt. Et perit succi substantia mistione: non autem perit mistio. Καὶ αὐτῶν τῶν ὑγρῶν. Omisit Theodorus. Fortasse sperauit se satisfacere quum dixit, generis eiusdem.

Τεταγμένη, certa. Multa sunt certa quæ non C sunt ordinata. Hîc intellexit ordinem mutationum. Γίνεται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, vi subministratur caloris. γίνεται, aliud est quàm subministratur. Ministratur quod ab alio fit, aut iam factum est: vt à calone, lixa, cacula, militi ligna, aqua, tela. At γίνεσθαι, designat autorem. Ἀντιπεριιστάμενον, dum circumobsistit. imò verò obsessus.

CAPVT XV.

XV. *Capitis argumentum. Recitat ex aliorum sententia, augeri oleum in oliuis sub arcturum vsque: post arcturum nihil accessionis fieri. Dubitatio. Quî fit hoc? Nam augetur humor ex imbribus. Solutio. Pulpam crescere, non oleum.*

Ἔλαιον δ' ἐπὶ τῆς ἐλαίας. Suprà dixerat, ἐπιρρεούσης τῆς ὑγρότητος ἀνυγραίνεσθαι ἅμα τὸ πληρούμενον, εἶτα πέττεσθαι. Ergo si maturitas euenit af-D fluente subinde succo, videbatur id esse in omnibus debere. At non est: non enim in Olea. Quippe esse in factorum opinione positũ: tota æstate augescere oleum quoad arcturus oriatur. Post id tempus non augeri: & tamen debere videri propter imbres. At aquas esse succorũ materias toties dictum est. Hæc est prima Capitis pars: ex cuius postrema ratione oritur secunda. Ibi nanque adducit contradicentium opinionẽ, ob eã (quã diximus) materiæ adiunctionem. In tertia parte soluit sic. Succum quidẽ accedere, non tamẽ vinci posse ita atq; transmutari vt ex eo fiat oleũ: deest enim æstiuus calor ille qui abierit cũ æstate. Verùm

Verùm enim pulpa fit. exẽpla percurrit, quę videbimus. Hæc est totius Capitis periocha. vbi duo animaduertenda. Primũ: penè totum hoc etiã suprà fuisse tractatũ: quorum locorũ ne importuna ambitione lectorem occupemus, verba sibi, qui volet, simul & sententias conferet. Alterum: non hîc de succis agi: suprà namque actum fuit idoneo loco, hîc autem de saporibus. quare videtur alienum totum caput hoc. Dicendũ succum esse subiectum saporis. Et quia pinguem statuit inter sapores: hîc in oleo pinguedinis causam perscrutatur. Nota loquutionẽ, cõmuniter dicitur τῇ ἐλαίᾳ συμβαίνων. Sed quia de succo loquitur, pulpa, nucleo: dixit ἐπὶ, propterea quòd insunt. Partes enim dicuntur aliquo modo in toto esse: tametsi cum ipso sunt idem: vt in quinto Metaphysices.

B Οὐδὲν πλέον. Loquitur de potestate: & idem valent verba hæc, quòd illa mox: μεθ' ὃν οὐκ ἔτι δύναται. Notabis & hanc loquutionẽ. οὐκ ἴσχει πλέον τοῦ ἐλαίου. οὐκ ἔχει ἰσχὺν τοῦ ποιεῖν ἔλαιον. Verbum felix: quasi dicas, Oleari: sicuti veteres, Oliuari: inde namque Oliuitas. Non habent eiusmodi facultatẽ, qua possit Oleum concreari. Ἢ ὅσον λαμβάνει ὅσον, scilicet ἔλαιον. Nequit post arcturum augeri Olei quantitas, quæ per æstatẽ cõparata est.

Ἅμα δέ. Non temere verba facit de ossis duritia superueniẽte. Simul, inquit, os fit durius. Duæ sunt hîc latitantes causæ, quare Oleum non accrescat: vna est materiæ subductio. namque in os abit succus. Rationẽ dat nullam: cùm tamen causas profiteatur. Fit autẽ, propterea quòd frigus superuenit, quo nequit succus elaborari. introrsum C ergo adigitur ad os. altera causa est à fine. Videtur enim iam naturæ defunctum: neque ferè quicquã studere aliud quàm ossis perfectionẽ, ad propagãdam è semine speciẽ. Is enim est primarius plantæ finis, vti suprà dicebamus: secundarius autem, ob vsum humoris. quãobrẽ hoc expleto illud curat. igitur haud amplius intendit Oleo faciundo.

Μεθ' ὃν. scilicet arcturum. Pòst id tempus nequit Olea promouere ad Oleum operam suam.

Ὡς εἰ μὲν. reddit causas dupliciter. Primã appellat physicam: quia facit autorem calorem, quem ipse nominat paulo laxius, ignem. Et scriptũ est à Præceptore: naturã igne vti, & tanquam materia, & tanquã instrumẽto. Τῷ συμπλώματι τὴν ὄρεν λαμβάνειν. perplexè admodũ. Vult dicere: D terminũ coctionis illius, qui constituitur sub arcturum, ignis, id est caloris progressu præscribi.

Εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ. alteram causam ab anni tẽpore. Quasi verò tẽpus quoque non sit naturale: ita distinxit ipsum ab illa causa, quã physicam agnoscebat. Quin tempus ipsum pro maxima rerum naturaliũ conditione statuerunt. ideo dixit: vtrũque concurrere causa vnica. quia tempus calidũ. calor autem coctionis autor. proinde ait: διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. & τοῦ μὲν δὴ πληρουμένου. quasi tẽpus coquat. temperauit audaciã attributionis illa voce, δὴ. Διαμφισβητοῦσι. Secunda pars quæ exagitat sententiã illam. Τῷ εἰκότι προσάγοντες. à verisimili, quasi dicere velit: ἐπάγοντες: quia sit pars in-

A ductionis hæc. inductio verò illa. Pyrus, Ficus, alia maturescunt affluxione succi: ergo & Olea.

Εἰκός. simillima sunt, ἐπαγωγή, παράδειγμα, παραβολή, σύγκρισις, εἰκών. Quæ omnia digessimus accuratissimè in libris Poetices. Μὴ πληθύεσθαι. axioma in hac negatione. Non impleri succo, succi affluente materia: quoniam succus Oleum esse oportet: at materia aqua est quę nequeat trãsmutari. Ἄτοπον, absurdũ. non esse locum in natura huic propositioni. Τῆς τροφῆς. Si aquæ sunt alimenti materia: videtur alimentũ accedere, cùm accedit aqua: plenitudo accedit, cùm accedit aqua: plenitudo accedit, cùm accedit alimẽtũ. Non probat: quia vel fortuita manifestũ fit sensione vel consulta experientia. Siquis enim affundat aquam, deprehendet repleri succo fructus. Itaque duplex argumentũ à casu & ab arte ad probandam naturã hanc. Aliud addit experimẽtum. Siquis immaturas premat Oleas, minus prodire succi. Eas designat à calore: λευκὰς enim vocat.

Πασῶν δὲ ἄριστα. Contrà, quæ postremæ omniũ lectæ fuerint, Olei plurimùm exhibere. hîc animaduertendũ, ne subsit fallacia. Namque immaturis maturæ cõparatæ plus effundunt. At (si, quod aiunt illi, verũ est) vtræque maturæ cõparatæ, & quæ sub arcturum, & quæ pòst lectæ fuerint, non erunt posteriores prioribus pinguiores.

Διὰ μὲν γὰρ τὴν τελείωσιν. Hîc tota vis argumẽti latet: quam, vti videbimus, tollere nequit sequẽs iudiciũ. explicemus. Solùm possũt huic obiicere, succum illum superuenientẽ non coqui in Oleum, C quia calor desit. hîc igitur hunc prætextum tollit. ait igitur, ab ipso frigore perfici. hoc erat illud διὰ τὴν τελείωσιν. dic modũ hunc perfectionis. dat τὸ κεχειμάσθαι. Hyemis frigore exercitus. Dic effectionem & causam mediã inter frigus & maturitatẽ. dicit. ἀφῃρημένου τοῦ ὕδατος. Ecce: quantum aquæ nimiũ prohibet oleitatem, tantum exuggitur Hyemis frigore. Reliquũ verò perficitur: hoc est, λοιπὸν ἐκπέττεσθαι μᾶλλον. & dicit μᾶλλον: quia minus pensi commodiùs perficitur. Et sanè sunt fructus quidã, qui volunt Hyeme tangi: vt Olea, Zizipha, vuæ genus quoddam. etiam Cydonia sera sunt.

Ὁ μὲν οὖν λόγος. in hac tertia parte statuit iudicium suum. partitur autem bifariam. Primùm ostẽdit, Oleum priùs inesse, quàm nigrescant. Iam hoc nihil destruit: illi enim quoque sic sentiebant: D sed minus. Iccirco addit καὶ καθαρώτερον, & purius, vt vtrum sit illud Oleum. Illud autẽ quod fit post imbrium accessionẽ, impurius: multum enim trahit Amurcam secum. Ἐκ γὰρ τῶν φαυλίων. Ex Phauliis quod fit acerbum, album est. nigredo igitur postea. vbi & id notabis: etiam in cruda inesse Oleũ. Non igitur à coctione perfectio. si Oleum est perfectio: & Oleum ante coctionem dicendum, esse Oleum inchoatum. Τὸ δ' ἐμφαίνειν. vult obiectionẽ tollere. inquit: non esse absurdum: quòd id ipsum album Oleum subamarũ sit. Hoc enim indicat illud πικρά. Siquidem cessat ea postea amaritudo: quoniam per se Oleum maturescit. Sic & suprà dicebat, aliquando coctiones

fieri per partium separationẽ. Ergo nõ erat prius coctum, si coctio fit per segregationẽ: & nondum facta segregatio est. Tũ si postea maturescit, non erat antea maturum. igitur imperfectum. proinde perfectius in posterioribus oliuis. Τοῦτο γάρ. dicerent illi. Ergo minus est Olei, si posteaquam factũ fuerit, etiamnum abit aliquid. Nam ex maturo quicquã decedere, necesse non est, vt amaritudinem deponat. Ad hoc dicit: hanc amissionẽ partiũ quarundã, non esse propter Olei naturam, sed ambientis aeris fieri vi, quod & vasa faciunt ipsa. Ideo dixit: ἀλλ᾽ ὅτι συναποκλύσαι τι καὶ ὑπὸ τῆς πείξ τοῦ χυλοῦ. Circunstantia intelligit, aerẽ & vasa. ὥσπερ καὶ τῶν ἀγγείων, scilicet ὑπό. Ὅτι δ᾽ οὐκ ἀναμένει. validum argumentũ. Non esse expectandũ vltimam coctionem pro perfectione Olei. Probatio. fluit enim ex albis. Dicent illi esse Oleum imperfectũ: quare & amarum & mordicante acerbitate sua, quemadmodum cùm ex vua premitur immatura succus. ita digessimus hanc disputationis fluctuationẽ. Nam cùm hactenus videatur pro Oleo, tanquã de perfecto agere, subdit. Ex his apparere, nõ esse quæstionem discutiendã per actum & potentiam. Quasi Oleũ in immaturis sit potentia, quod futurũ sit actu Oleum in maturis. Mihi tamen optima videtur illa distinctio. siquidem ait materiã Olei futurã. Vtinã verò vnum quempiã ex Scotistis & Vualteristis audirem tractantẽ hæc: paucissimis verbis plura, meliora, ordinatiora, quasi ex ipsis rebus expicta longè commodiùs perciperemus. Τίς οὖν ἡ αἰτία. Hac portiuncula partis huius tertiæ quærit causã: quare vel nulla, vel perpusilla fiat accessio post arcturum. Et sicuti suprà dubitat atque cõmittit aliorũ fidem (εἰ ἀληθὲς) ita hîc moderatur illis verbis. Ἢ ἁπλῶς, ἢ ὡς βραχεῖ τινι: vel nullum vel non magnũ fieri augmentũ. deest verbum αὐξάνεσθαι. Ἀμφότερα γὰρ ἄλογα. scilicet nihil augescere, & multum augescere. Primum: quoniam additur materia. Secundum, quia multa cùm sit, mutari nequit. Μεῖζον δὲ θάτερον. familiarius dixisset, μᾶλλον. Nam si dicas, μεῖζον ἄλογον: erit ἄλογον substãtiuum. Vtrũ verò sit illud, non declarauit. puto maluisse, nihil fieri. Ἢ πρότερον. Problematicè soluit. An, inquit, alia est pulpæ, alia succi maturatio? Pulpa sanè ad vtrunque, sed vsu diuerso, vel ad esum vel ad Oleũ. nãque ad cibũ opus est amaritudinis abolitione. Ideo dixit: τοῦτο γὰρ δεῖ, in neutro: cùm tamen referat τὴν ἐδωδήν. Τοῦτο δ᾽ ἐν ἀλλοιώσει. Indicat quomodo gustui apparetur idonea. in terrestris substãtiæ alteratione, quam quidã σῆψιν appellarint. Ita consulit eruditioni: vt etiam errores afferat antiquorum. Stultè namque detorqueat ad putrefactionem, ad vsum, aut significatum ad rem naturalem. Καὶ γὰρ δρυπεπεῖς. Demonstrant illi Druparum exemplo, quæ sunt putrefactione aptæ factæ ad edendũ. quæ ostentatio fatua est. Aliud enim matura Oliua, vt Drupa: aliud marcida. nam quæ marcescunt è Drupis, item abiiciemus. Hæc igitur est pulpæ maturatio: illa verò succi. Τὸ δ᾽ ἔλαιον. Oleum verò succi mutatione: id est hu-

A moris, non carnis. At humor excoquitur multo calore, quo laboratur ante arcturũ: minore verò pulpa, quæ post arcturũ crescit. Ergo quia est Oleum operosius, diuturniore ac validiore opus habet opifice. χαλεπώτερον, operosius. δημιουργεῖσθαι, cõfici. Quia naturalis calor architectus est à solo & aere, materia & instrumentum. Καὶ ἀδύς. tempus declarat ante arcturum. Quia præuenitur conturbatio illa totius massę terrestris, & aquæ quæ contingit post arcturũ. itaque amurcæ plurimúm. Ante arcturum fluit puriùs: quòd declarauit voce illa, ἀναπομίκτῳ, impermisto. Quasi subeat aqua multùm terreas partes, quæ iccirco in amurca fiant ignauæ. Nãq; in Olea immatura solidiores non miscẽtur succo. Ἄμφω ταῦτα. ante arcturum, vtrunque vnum: Olei elabora-B tio à calore: alterũ constantia terrestrium partiũ pertinax, quæ propterea succo misceri nequit.

Πρὸς ἀρκτοῦρον: ἀντὶ τοῦ, περὶ ἀρκτοῦρον. ad arcturum. Ad, enim vt est adiectionis nota, ita & exclusionis. Ad parietem, prope parietẽ simul est, & extrá. Ὅτι δέ. concludit contra obiectionem, pro prima sententia. Olei copiã neque in alimenti copia, neque in Oliuæ pulpæ consistere multitudine. probat clarissimis exẽplis. nã si pluuius annus sit, minus Olei. hoc à natura in tempore. Item ab arte: si rigentur Oliueta: minus Olei. Aliud argumentũ à natura in specie, quod priori coniunctum oportuit. Cęterùm isti Gręci semper in suis disceptationibus patiuntur iactationẽ: id quod ad fastidiũ vexati, ad fastidiũ monũimus. A specie igitur argumentum. Quarum os paruum, Pulpa multa, minus edunt Olei. & nomine designat spe-C ciẽ. tales Phauliæ. non ergo in Pulpa. Addit axioma, id ita naturæ ordine laboratum. Nisi mauis dicere: naturam laborasse potius quàm elaborasse: id est non potuisse vtrique sufficere. Id nãque sonant verba illa: ὡς τῆς φύσεως κεκμηκυίας. Vt & aliorsum, & aliunde sit tum pulpa tum Oleũ. Sequitur aliud à locis argumentum. Οὐδὲ δὴ ἐν τοῖς ψυχροῖς. Neque in frigidis multùm præstare queunt Olei. ergo à calore. ἰσχύουσι. non rectè valent. quasi Oleæ robur Oleo censeatur. Ἀλλὰ σάρκα πολλήν. aut tẽpus, aut ipse vorauit verbum.

Ὁ καὶ ἀπορεῖν. eadem breuitas. Non enim, quod nunc hîc dicit, dubitant: sed ex iis omnibus patet, quid in quæstione sit sentiendum.

Lego ἢ ὕστερον, non ἢ. quæ amaritudo cesset postea. Et συναποκλύσαι τι καὶ ὑπὸ τῆς πείξ τοῦ χυλοῦ: nõ, vt corruptissimè legitur. Et δρυπεπεῖς, nõ D ὑδρυπεπεῖς.

Theodorus legit τοῦ ἀεὶ λυπηρόν, non πυελ admodum placet. Εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ. Theodorus legit οὐ δὲ τῇ ὥρᾳ: & addit de suo: qui certè pro casu habendus est: pessimé. Quis enim casu putet arcturũ occidere? Neque negauerit Philosophus: qui illico fatetur, vtramque causam vnam esse.

Et omisit διὰ τὸ κεχειμάσθαι. at tempori conuenit post arcturum. Quare conferenda sunt hæc cum superioribus vbi tractantur hæc eadem.

Ὀλιγότητος, parsimoniæ. pudet lapsus. Nam cui par-

cui parcit natura tanquam hæredi? Ἢ πρότερον μὲν. at non eadem. puto scriptum reliquisse an.

Εὐσαρκία, pleno corpore. nemo intellexerit multa pulpa. quare non, carne? an Vallam metuebat? Ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλή, πυρὴν δὲ μικρός. Theodorus non instituit hanc propositionem ad apparatum conclusionis: sed formauit quasi sententiã cum causæ nota, sic. quia multa caro, nucleus paruus. At hæc non pro nucleo profitetur Philosophus, sed per carnem & nucleum, de Olei exiguitate, neque verum est. Nucleus enim grandis in maioribus quibusdam. Κεκμηκυίας. Sequutus est rectissimè secundam interpretationem.

CAPVT XVI.

XVI. *Capitis argumentum. Cur gelidis locis Vua succo non careat, Oliua careat. Solum calorem efficere succum Oleæ. frigus autem etiam vini.*

ΔΙΑ' τί ἡ μὲν ἄμπελος. Ex hac dignotione causarũ in succo & pulpa Oleæ, texit corollam pulcherrimam in eius comparatione cum Vite. Quærit ergo quare in locis gelidioribus Vitis fructus succum habeat, id est vinum reddat: Olea non reddat. Respõdet ex prædictis. Olei naturam opus habere calore multo: vinum etiam à frigore posse confici in ipsis vuis. Itaque patet quare liceat hoc hîc quærere. Vtrunque enim dixit iam: à calore Oleum, à frigore etiam vinum aliquãdo: quemadmodum ad Rheni ripas. In vltima Capitis parte redintegrat memoriam illius effati, quod & suprà dicebat. Repetit autem exemplo Ægyptiarum Olearum. Qua in terra quæ Oliuæ sint plus corpulentæ, minimum reddant Olei: quæ minus, plus. Ἐν τοῖς χειμεριωτάτοις. χυλὸς hîc & succum, & saporem simul significat. cõmodiùs dixisset χειμεριωτέροις. Namq; superlatiuum illud vtriusque plantæ naturam excedit. Si dicas, loca gelidiora: comparatio fiet locorum similium in ferendo, dissimilium in æquè ferẽdo. Duas causas dat. prima iam dicta est: facit syllogismum. Caro conficitur, non succus sine calore. In vuæ carne succus est: in Oleæ carne non est, sed separatus. Duo cõiuncti syllogismi. Conclusio duplex, quæ erat in proposita quæstione. vua succum dat: Olea non dat. Totius rei momẽtum in eo est: quòd vuæ caro est ipsemet succus: siquidem expresso vino remanet nihil præter folliculos: quod sanè animaduersione dignũ sit. Id verò loræ multo alioquin humore perpauxillũ saporis dare quit, succi penè nihil. ideo dixit καὶ ἔτι πρότερον. Ἴσως, non solùm in carne est, sed etiam fortasse prius quàm caro ipsa. An hoc verum sit: animaduertere dicet in ipsis vuarum primordiis. Suprà quoque dicebat, initia vini esse aquea. At è cõtrariò, succus Oleæ longè posterior est ipsa pulpa, & omnino aliud ab illa. itaque fracces admodum carnosi. Addidit autem καὶ κνειότερον: quia nõ sine periculo potuit profiteri: succum antecedere

A pulpam in vua. Videtur enim caro statim post flores in acinulis ipsis absque succo. Ait ergo præstantius esse, & in quo potissimùm laboret natura. at secus in Olea. Nam tametsi præstantior itẽ succus est quàm pulpa: pulpa tamẽ ad hominis vsum nobilis admodum. ne hoc quidem explet animum. Nẽpe detractis vtrobique succis, tam fracces quàm flocces nobis ad cibum nulli vsui sũt. Antequam verò exprimantur, in vuis quidem recẽtibus penè nihil aliud quàm succus: in Oleis nihil penè succi. In passis vuis caro, non succus, quẽadmodum in Oleis passis: quibus vescitur durissimi victus gens Calogerorum. Ὅτι ἡ θερμότης. Vltima ratio eius, quod aiebat: ὅτι ἡ δύναμις εἰς τὴν σάρκα: hîc idẽ aliis verbis. ἡ θερμότης, est B expositio τῆς δυνάμεως. Et ποιοῦσα ἔλαιον, valet illud εἰς τὴν σάρκα. Eò namque natura tendit Olei opere frustrata. Ἢ εἰ μὲν γάρ. Probat quòd valido calore opus habeat Olei creatio. Affert autẽ duas ad magnitudinem conditiones. & intensum esse oportere, & diuturnum. Omnis enim impressio est, aut à valida vna, aut à non validis multis continuatis actionibus. Vbi verò vtrunque est, magnum opus ex magnis ac multis operis euenire, necesse est. Quamobrẽ Vere nullũ fit Oleum, quia calor exiguus: in Æstate non bonum, quia nondum regnauit satis: in Autumno fit, quia calor & inualuit Æstu præcedente, & diu institit. Fuit enim vigor in Æstate, diuturnitas ad Autumnum. Quæ verò sequuntur verba, quorsum euadant, C me sanè latet. Ait enim: οὐκέτι γὰρ δύναται κατακρατεῖν ὁ ἥλιος. Non quit amplius dominari sol & vincere atque immutare. at hoc potiùs aduersatur sẽtentiæ. Si enim fit à multo calore, tunc fieri decet, quum sol multus est. quid ergo commendat solis imbecillitatem? Sed iam pugnauit: in gelidioribus non fieri. Simul dicit: Æstate fieri non bonum, sed Autumno: quo tempore mitigetur Solis violentia. Deinde subdit: Æstate fieri: quoniam succum aqueum, qualis est vini, coquere frigus queat, à quo nequeat Oleum coqui. Τὰ ὕδατα δέ. repetitio superiorum. A quis augeri pulpam: nẽpe & concreari: aquis verò tam cęlestibus quàm per rigua demissis. Τὸ δ᾽ ἔλαιον ἄμικτον. sicuti quãdo factũ est Oleũ, separatũ videtur à pulpa: ita intus quoq; aliud est à pulpa. Quãobrẽ si est aliud, non fit ab eadẽ causa. Nõ igitur ab aquis, vt à materia D quę locis frigidis abundat: non à frigore, vt ab efficiente, quo loca illa cælesti vitalia sunt. Ἐν Αἰγύπτῳ δέ. species Olearum Ægyptiarum ἀνέλαιον, inquit, est: Oleo faciẽdo inepta: non enim Oleosę sunt. Θάτερον δ᾽ ἐλαιῶδες. Alterum genus vtile & pingue. Necessariò posuit: nequis arbitraretur, id à regione fieri: quæ calida quum sit, eo nomine multum Olei profiteri debet. Alias igitur species in eadem regione ferrę. Nota loquutionẽ θάτερον. Atqui Olearum permultæ species: hîc est nota duarum tantúm. Intellexit alteram partem diuisionis: ἀνέλαιον, ἐλαιῶδες: per quam constant fastigia summa duo: sub quarum altero, scilicet Oleifero, multas esse species agnouit: ait enim, πολ-

λὰ γάρ, dicuntur autem AEgyptiæ,non quòd vel ſolę,vel ſola in AEgypto reperiantur: namque & illi vtuntur oleo elegantiſsimo: & illę,aut eis ſimiles tum in Africa,tum in Hiſpania,grandiores ad cibum,non ad ſuccum: ſed à Græcis ita nominabantur, quoniam in Græcia non eſſent, aut eò tranſlatæ ab AEgypto.

Lego χυλὸν ἔχει: non autem ſine verbo:vt mutilè vulgò legitur:neque ἄχυλον,vt peſſimè ſcribitur à quibuſdam. Et μεγάλων ἀνέλαιόν ἐστι, non autem ἔλαιον.

Theodorus,χυλὸν ἔχει:ſapore non caret.χυλὸς hîc ſuccum, non ſaporem. de vini & Olei loquitur ſubſtantia, non ſapore. Ἀλλὰ τὸ μετόπωρον. Autumno meliorescit. Adiunxit verbum παραφερεστικῶς,quia dicebat τὸ δὲ θέρος οὐ καλόν. B Theodorus,quum legeret ἔλαιον:non,quemadmodum emendauimus nos,ἀνέλαιον:neque videret expediri ſentẽtiam poſſe, ſuſtulit: magna iactura diſputationis. Vult enim,quod & ſuprà iam bis,demonſtrare:vbi pulpam,ibi minus Olei.

CAPVT XVII.

XVII. *Capitis argumentum. De aliis agit plantis, quæ cum Olea communem habent proportionem, ad Oleoſæ naturæ generationem.*

ΠΕΡΙ᾽ μὲν οὖν τῆς τοῦ ἐλαίου γενέσεως. Poſt explicatas cauſas generationis vtriuſque liquoris,Olei ſcilicet ac vini.procedit ad ſimilem naturã aliarum arborum Oleoſarum, de C qua nonnihil ſuprà: vbi totum genus illud καρυώδη,ſicut & hîc appellabat. Ait harum fructus Oleum continere poteſtate quadam:procedẽte poſtea tempore actu conformari Oleum intus.

Τῶν λίπος ἐχόντων. Quia ſi ab Olea Oleum,à Nuce Nuceum dicetur analogia. Ideo genus ad omnia dixit λίπος:quod adiectiuũ apponit Homerus Oleo. Συμφωνοῖτ᾽ ἄν. omnia conueniunt. Quippe anno pluuio macræ Iuglãdes,itẽ alia naturę ſimilitudo. Vetuſtiores Nuces plus Olei dare,ſicut & Oleas. Quòd ſi,inquit,aliud Oliuis tẽpus, aliud Nucibus atque Amygdalis conſtitutũ eſt à natura,id non ex Olei concreatione,quæ calorẽ ſibi requirit, ſed ex arboris ſpecie factũ eſſe, atque etiam ex ſuccorum differentia. Ideo dixit: διαιρετέον ἢ τὰς φύσεις ἑκάστων, ἢ ποῖόν τι τὸ λιπαρόν. D Nẽpe Iuglandes tẽporius matureſcunt: propterea quòd eſt aerea pulpa magis. Amygdala etiamnum citius.iccirco eſſe Iuglãdis Oleũ craſſius. Quoniã craſſitudo non eſt in pulpa retenta,quẽadmodũ in Olea dicebatur. Amygdali verò ſubſtantia tenuior tota:ideo maturius perfici. Ἢ τὸν τρόπον. Tertia animaduerſio à modo generationis. Quoniam gignitur in Iuglande alio modo quàm in Oliua:nempe cum pulpa magis confuſum. Iccirco vetuſtate ſeparatur:fermenteſcit enim intus:tũ educuntur partes tenuiores. Fortaſſe verò,quemadmodum in ſeminibus quibuſdam agnoſcebamus,calor internus non tam educit immiſtas illas

A tenues,quã attenuat craſſas. Argumẽto eſt: quòd Oleum facturi priùs torrent ipſas Nuces.

Δυνάμιν ἔχει. quod & ſuprà dicebat. Tum addit, quod ſtatuebat, quorundam modum. dicit modum. Ὑδατώδους ἀπογινομένου. abeunte aqueo.item συνισταμένου τοῦ λιπαροῦ.rectè ſané. Non enim conuenit inter aqueum,& pinguem: ſed abſiſtit pinguis atque in vnum coit.Tertia conditio πεπηρωμένου,concocto. Quia non omne pingue Oleoſum,antequam Olei formam induat.

Τῶν δὲ καὶ κομιδῇ. Videndum an verum ſit,horum καρυωδῶν ſiccam eſſe pinguedinem. Amygdalo namque, ſicuti dicebamus, admodum aerea. itaque dulcior quàm Oliuis. Sed intellexit: minus Olei reddere.rationẽ non dixit.ea eſt. Quia miſta magis & minus expreſſa in ipſa cõſtitutione. B Huius rationis ratio à fine. Nempe cibo potiùs apparata quàm ad ſuccum à natura. Εἰ μὴ ἀέρ. Niſi,inquit,calor internus coerceatur,qui conficiat eam ſeparationem. Id fit per tẽporis tractũ ab aere obſidente: quamobrem etiam ranceſcũt. Rãceſcunt autem magis aere calido circumfuſo: quod eſt additamentum aduenien naturali ad exceſſum. Iure verò ſecreuimus hæc à ſuperioribus certo Capite: quia materia ſeparata eſt τῶν καρυωδῶν,ab ea comparatione quæ fiebat inter Oleum & Vitem. Potuiſſet autem multas alias item recẽſere naturas ex fruticum ſeminibus, Sinapis,Eryſimi,Rapi,Lini, aliis. De Indicis Oleis ſatis alibi diximus.

Theodorus illa verba: συμφωνοῖτ᾽ ἂν ἐκ πάντων: C retulit ad conſenſionem atque concordiam Philoſophorum,qui tractarunt hæc.quemadmodum inter omnes conuenit autores: nos verò ad vtriuſque naturæ conditiones. Eas enim eſſe perſimiles, longè ſanè iudicio meliore. Vt,ἐκ πάντων, ſignificet, omnino & vndecunque. Ταῦτα γὰρ δύναμιν μὲν ἔχει,τὴν δ᾽ ἐνέργειαν ὁ χρόνος ἀποδίδωσι. Cùm tamen diu manſerint,ceu Nuces,vim certè obtnent:actionem verò temporis ſpatium educit.nõ rectè digeſſit. Attribuit enĩ illis vim Theophraſtus ſemper,etiam ſi non diu ſeruatæ fuerint: actu verò fieri Oleum ex ipſa diuturnitate. Itaque τὸ χρονιζόμενα ſeorſum eſt, quòd ipſe commiſcuit. Præterea non eſt actio hîc, ſed actus ἐνέργεια, longè maxima differentia in ſcholis Philoſophorum. Non enim tunc agunt nuces, ſed in ipſis agitur: id D eſt elicitur Oleum,vt ſit actu. Eſt autẽ actu quod per ſe eſt, & ſeiunctum à ſuis cauſis. ita vt non habeat opus aliquo adiumento, vt hoc ſit quod eſſe debet. Nam antequã ſint vetulæ, earũ Oleũ adeò eſt cum pulpa miſtũ, vt eſſe queat ſeorſum ſeparatum.nondum tamen eſt. Itaque dicitur eſſe intra ſuã cauſam, id eſt ſub imperio eius facultatis quæ ipſum ſeparabit. Hęc aliquãdo faciet, vt ſit ſegregatũ:& tunc erit,vt loquuntur Metaphyſici,ἐνεργείᾳ ὄν. Aſt actio eſt cauſæ: Olei autem paſſio. idẽ hîc eſt ἐνέργεια, quod & alibi ἐντελέχεια. nemo verò dicat ἐντελέχειαν actionẽ. item ἀποδίδωσιν aliud valet quàm educit. Non enim educit actum tẽpus, ſed exhibet.

CAPVT

CAPVT XVIII.

XVIII. *Capitis argumentum. Odorum partim ſimul ipſis cum ſaporibus ſentiri: partim nonniſi affricato ſubiecto. & quare. Non habent neceſſariam communionem appellationum ſapores & odores. Olera quædam eſſe odorata:quædã non eſſe. Dulcem ſaporem non vehere odorem ſecum. Amara eſſe odorata.*

ΑΠΑ΄ΝΤΩΝ δ᾽ ὅσα. Hîc omnino inſtituit aliam materiam,nempe odorum ſaporúmque affinitatẽ:quamobrẽ demiror,cur Theodorus non hæc diuerſis item Capitibus deſignarit. Docet igitur odorũ ſaporúmque neceſſitudinem,multis modis. Vnus eſt ex ipſa cauſa:quaſi videãtur à ſaporibus odores naſci. controuerſum hoc: confeſſum illud:eſſe comites. Alter modus ab efficacia docet odorum differentias. Quoſdam illico in veſtibulo guſtus ipſius apparere ac quaſi extare. Alios nõ ſtatim,neque niſi manſa deferente vtrunque ſubſtantia, aut affricata.tertius eſt ſecundum appellationes. Tametſi quidam quibuſdam ſint odores aſſeclę ſaporibus: non tamen ſaporum nomina ſequuta eſt odorum ratio per eaſdem voces. Quartus,per ſubiecta in iiſdem generibus. In omnibus Oleribus ſapores eſſe:in quibuſdam odores item ineſſe,in aliis non ita. Quintus cognationem ſtatuit odorũ aliquot certis cum ſaporibus. Ait enim:cum dulcibus nõ eſſe,cum amaris eſſe. Ἁπάντων δ᾽ ὅσα. Sanè non erat odorum natura ſaporibus aſtringenda. Ineſt enim quibuſdam corporibus naturalibus, ac non paucis quidem,quæ tamen nullius ad vſum cibi recipiantur. recente glebas & lapides,& metalla,etiam nonnihil animaliũ. Cæterùm hîc cum ſaporibus ſunt coniuncti:quia de plantis agit,quę ſapores afferunt,vel tanquam cibariæ,vel tãquam medicatæ. Θλιβόμενα.nonniſi fricata & mota. Intelligit motionem partium tenuiorum,quæ fit,aut fricando aut miſcẽdo,aut ſuccutiendo. Velut liquida quędam ſpirant magis agitata vel conturbata. ſunt tamẽ,quibus ad nares olent æquè omnia, quæ ad palatum. Καὶ πάλιν. oſtendit planè mutuum affectum. Nam quemadmodum ſapida manſa odorẽ excitant:ita odor excitat mãdentibus ſaporem. Hæc ita fieri:propterea quòd valde vicini cohæreant ſenſus ii. Mihi verò nondũ vel ſenſu, vel intellectione potuit capi: quomodo faciat,odor ſaporem. niſi velit dicere de ſimilitudine. Vt qualis percipiatur odor antequam guſtentur:talis quoque guſtantibus ſentiatur ſapor.

Ἀλλὰ τρόπον τινά. Quinetiam ſenſilia ipſa eſſe affinia & proxima, modo aliquo. Senſum enim vtrúmque ad palatũ eſſe:guſtum ſubtus, Olfactum ſuprà. Sub palato cùm afficiunt ſapores, ſuprà palatum eodem tempore odores afficere.

Ἢ καὶ οὐ κακῶς. Quibus vltro citróq; cognitis,rectè ſtatui poſſe:odores eſſe pro ſaporum modo. Κατὰ χυλοὺς,ſecundum ſaporum rationem,odores τελεῖν, perfici. at ſuprà mutua dicebatur affectio. Nempe & à ſaporibus odores & ſapores ab odoribus excitari. Nota ꝗ̃,frequens huic Phi-

A loſopho.vnde,quare,quocirca. Quòd autem rectè ſentiamus:non debere intelligi,odores è ſaporum natura conſtitui, ſed ab aliquo tertio vtrunque:ita vt τὸ κατὰ non ſit nota cauſæ,ſed ratio modi: non,inquam, vt dicatur, à ſaporibus odores prodire:ſed pro ipſius odoris modo,eandem cauſam, quæ talis tantíque odoris autor extiterit.talẽ,tantúmque ſaporis imponere. Quòd,inquam,ita ſit, patet ex conſequentibus. His, inquit,elicitur eorum opinio, qui eos aiunt eſſe congeneres, atque ab eodem principio conſtitui. ideo dicebat ἀπὸ ταὐτοῦ γινομένων.ſed addidit πως:quia non ſunt penitus idem.non ergo penitus eadem cauſa. Sed vult dicere: inter alios duos ſenſus nullos ita conuenire. Ἃ δὴ καὶ δεῖ διελεῖν. accuratius duo conſideranda. Vnum,quomodo iidem ſunt:alterum, B ſi non idem:quatenus ergo differant. Hanc tamen dimiſit hîc diſquiſitionẽ: quia eſt vniuerſalis contemplationis,& pertinet ad libros De ſenſu & ſenſilibus. Οὐ μὴν ἴσως γε. Alia pars quę dicit: tametſi inter ſe conſequũtur,tamen non habere cõmunes appellationes. Hæc quoque pars ſuperiori adiungenda eſt,non in aliud caput traiicienda: ſiquidem mox eandem ſocietatis atque affinitatis tractationem continuabit:tum generationem per ſubiecta:veluti cùm dicit,aliter atque aliter ſe habere in Oleraceis. Tum per ipſorum eſſentiam, cùm dicit dulcem & amarum non eadem ratione odorata eſſe. Πικρὸν γάρ.ex vſu arceſſit notiones. Nõ fuiſſe in more poſitum, vt amarus aut ſalſus diceretur odor. Dicimus enim Abſynthii, & Maris & Olei,& Sorbi odorem: at de iis neq; amarum. neque ſalſum, neque pinguem, neque a- C ſtringentem. Ita gratũ Galeno facit: cùm Archigenem impugnat ſatagentem nominum eorũ quę pertinent ad dolores. Οὐδὲ γὰρ οἱ χυλοί. Suprà conuertebat mutuò naturas:nẽpe reciprocè inter ſe ſapores & odores excitari. Hîc dicit odores accedere ſaporibus:non tamen odorũ nomina nominibus hærere saporũ. Id volunt illa,οὐδὲ γὰρ οἱ χυλοὶ πάντες. dixit πάντες: quia ſanè acres odores feriũt nares:quemadmodũ ſapores acres feriũt palatum. Ὡς οὐδὲν ἧττον. Tametſi nomina non communicantur: res tamen ipſæ proximæ ſunt.

Ἑκάστου. Suprà ſcribebat de lacteo,& vinoſo controuerſiam: eſſẽtne ſpecies ſeparatæ,an confeſſis generibus attributæ. Nunc etiam mel addit,& quod plus eſt,aquam: quæ tamen ab omnibus,illa quidem pura,pro inſipida cenſetur. Quæ ſequũtur,clara ſunt ex ſuperioribus: ſunt enim re- D petita. Repetit autem,vt oſtendat diuerſitatem odorum. Ταῦτα μὲν οὖν. Tranſit ad aliã partem,in quã eſt illorum aſſertio:cùm dicebat de odoris excitatione, quæ fit à ſapore. Per ſaporem odorem ſentiri, non eſſe præter rationem: quippe ἄστομα dici quædam quæ in guſtu referant odorem quoque.leuicula ratio. Non enim fit à ſapore id, tanquam in eo ſit odor:neque à guſtu,quaſi ſit is cauſa,quomodo loquuntur,actuans odoratum: ſed per accidẽs. Motus enim & partium attenuatio, cauſa eſt vt percipiatur odor ille. nam hoc

quoque à tactu fit. Suprà ſanè profitebatur; quędam ſtatim odorem ſpirare: quædã nonniſi affricata. Hęc erat vniuerſaliter enunciata propoſitio: nunc ad Olera tantùm aſtringit. Anethum & alia nonnulla ponit in prima claſſe: in ſecunda lentem ſtatuit, & alia prætertim ſi ſicca ſint. vbi videmus ſupraſcriptæ definitionis delineationem. aiebat enim eſſe τὴν ὀσμὴν ἐν χυλῷ. Hic contrariũ in contrario: τὰ ξηρὰ minus odorata. Τὰ λαχανηρὰ verò extendit ad Legumina quoque: cùm lentem addebat & Cartamum. Καὶ διαθερμαινόμενα. Eſt enim in definitione illud quoque, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ.

Ἐμφαίνεται. etiam in hoc notat ſimilitudinem. Ait enim ſaporem quoque mandendo excipi. ſanè hoc vel ipſis capellis non incompertum.

Ὡς ἐπὶ πᾶν δέ. Poſtrema Capitis pars: vbi B coniungit ſpeciem cum ſpecie. namque generaliter hactenus loquutus eſt. odorata penè omnia eſſe amara. Huius cauſam dabit poſtea. πικρὸν nõ eſt verum, niſi confundas cum acri. Nam omnium ciborum qui ſunt odorati, maxima pars acris eſt: amara non multa. Item dulcia odoratiſſima, mala Apiola, Melones. Ἐκ δὲ δυοῖν. adhuc preſſius agit. Bina coniungit genera, duos habitus: amara cum odoratis ex vna parte: ex altera, cõtrariorum habitum cum priuatione: nempe dulcem cum inodoro. eleganter verò loquitur. Τῆς εὐχυλίας ἀρχήν. Cùm ſint duo contraria, dulce & amarum: alterum, id eſt dulcem, eſſe principiũ boni ſaporis: alterum, id eſt amarũ, eſſe principiũ boni odoris. Vt dulce ſit principium conſequẽtium ſpecie- C rum in ſuo genere. Eſt enim χυλὸς genus, εὔχυλα ſpecies, vt loquũtur, ſubalterna: ſub qua ſunt multi gradus, quorum principium & caput ſit dulce: amarum autem eſt principium non ſub ſuo genere, ſed proximo: quippe principium odoris.

Ἔργον λαβεῖν. Difficile quicquam odoratum inuenire, quod idem non ſit amarum. Cæterùm præter particularem hiſtoriam, quæ cõtrarii tum teſtis tum iudex eſt: etiam ratio nos amouet ab huius opinionis aſſenſione. Si enim verum eſſet hoc: odoratiſſimum eſſet amariſſimum. Hoc autẽ falſum, ſiue ſummum capias in moſcho: ſiue ſuauiſſimum in Viola: ſiue mediocrem per cæteros gradus. Eſt illud animaduertendum: hîc omnino velle ſaporem eſſe odoris formale principium. Componit enim cùm dulci, quod ſanè ſtatuitur pro for- D mali principio τῆς εὐχυλίας. Quoniam verò non rectè veritati ſatisfacit hoc, explicauit quid intelligit εὔχυλον. Multa, inquit, ſunt εὔχυλα commendabilis ſaporis quæ dulcia non ſunt. Hîc etiam quæramus: ſi ſalſa & acida participant εὐχυλίαν (ſanè verò adeò in hoc cenſu ſunt, vt etiã dulcibus anteferãtur) quónam modo dulce ſit horum principiũ? Profectò minus exquiſita hæc diſceptatio eſt: tanto minus, quum εὔχυλα facit ὀσμώδη: & dulce, principium τῶν εὐχύλων: & amarum, principiũ τῆς εὐοσμίας. Ipſemet oſtendit eſſe popularem, non autem exactam collationem hanc. Nam poſteaquam comparauit, addidit magis eſſe principium τῆς εὐοσμίας amarum, quàm dulce τῆς εὐχυλίας. Valde enim eſſe difficile, reperire quicquam odoratum, quod item amarum non ſit. at multa εὔχυλα, A quæ non ſunt dulcia. Voluit igitur dulce eſſe principium τῶν εὐχύλων, non omnium, non plurimorum: amarum autem maximę partis odoratorum. Expeditiùs diceret: dulce non eſt principium τῆς εὐχυλίας: ſi multa εὔχυλα dulcia non ſunt.

Σχεδὸν δὲ πάντα. Quoniam ſubtraxit à principiis dulcedinis hæc εὔχυλα non dulcia: attribuit ea principiis odoris. at odoris principiũ erat amarum. Igitur εὔχυλον habet partim dulce, partim amarum pro principio. Poſt hæc etiã quod dulci attribuit εὐοσμίαν: ſed addit σπανίως. Atqui etiã ſi in vno ſolo inueniatur, excludet illã negationẽ. Ita videmus, neq; amara omnia odorata: neq; omnia o- B dorata amara: & nullũ amarũ εὔχυλον. Dulcia oĩa εὔχυλα: non omnia εὔχυλα dulcia: pauca dulcia odorata: εὔχυλα, quæ non ſunt dulcia eſſe odorata. Κατὰ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν προσφοράν. eſt expoſitio. Ad guſtum & cibum: quia guſtus cibi gratia.

Legitur καὶ ὑδατώδης ἔτι. Aut delendum verbum aut addendum, vt addunt, τοῦ γλυκέος εἴδη ἔτι.

In codice Theodori legitur: permulta: corrige, permota, κινούμενα, agitata. Εὔστομον. quod agnomen à gratia palati accepit. elegantiſſimé. Μύειδος. Theodorus legit ἴειδος. At Iris non venit ad cibum, ſed Myrrhis: σμυρνίδα vocat alibi: Chærephyllon fortaſſe eſt, atque eadem cum Cicutaria: omnino verò congeneres ſunt: Cicutaria namque agreſtis. Καὶ μᾶλλον ἔτι C τῶν ξηρῶν, ἀόσμων δέ. Atque etiam latius illa ſignificant, quæ præarida ſunt. quid ſignificent, neſcio.

CAPVT XIX.

XIX. Capitis argumentum. Diſputat an ſuccus ſalſus ſit in plantis, ſicut cæteri. Ait non eſſe. In ſalſo nihil gigni, aut parum. Siquid ſalſi inſit, id extra fructum eſſe, tanquam expulſum à natura. Ex aduerſo aſſerit naturalem ſuccum ſalſum quibuſdã. Etiam agriculturæ præceptis ſalem aſpergi.

ΈΠΕΙ' δ' οἱ χυλοί. Nouo modo quæſtionem tractat. Non enim quærit, an ſalſus humor ſit in plantis: ſed illico ponit hypotheſim negatiuam: cuius cauſam quærit ſic. Cùm omnes alii ſapores in plantis inueniantur: quare ſalſus inſit nulli. itaque obturbat admodũ. D Primùm occurrit cuidam obiectioni. ea eſt: in fructibus quibuſdam ſalſedinem inueniri. Reſpondet: non eſſe intra fructum, ſed in coriis ac putaminibus. Deinde cauſas reddit multas in hac prima parte: quaſi non inſit. Poſtea diſputat in ſecunda pro aduerſario. Atque oſtendit, eſſe quibuſdam ſuccum naturalem: adeò verò naturalem, vt etiam arte quæratur. Hæc ſumma eſt: argumenta verò videbimus ſigillatim. Ὁ δ' ἁλμυρός. Ecce accipit aut ſtatuit pro vero: non ineſſe. neque dubitat, an ſit: ſed cauſam quærit. In ſecunda tamen parte dicit ineſſe. Οὐδὲν γάρ. Occurrit ei quam dicebamus, obiectioni. Non eſſe intra fructum ſalſuginem, non enim in Cicere ſed in corio: at eorum carnem dulcem eſſe. Αἴτιον δ' ὅτι.

Primum

Primum argumentum ab eſſentia & fine. quia A ſalſum inquit, non alit. Καὶ ἀγέννητα. & inepta generationi. Eadem namque vis alendi & gignendi Peripateticis: quia nutrimentum fit per generationem. An verò ſit eadem facultas quæ facit ſemen in animali, & quæ gignit carnes in eodem: alibi ſubtilius diſputatum eſt. Probat autem eſſe ἀγέννητον, argumento vtriuſque, tum cauſæ, tum effectus. quia ſalſis in locis nihil gignitur. Ratio vlterior: διαθεῖ τὰς δυνάμεις, erodit facultates. nouum verbum. Καὶ ἐξαιρεῖται. Igitur his δύναμις & forma, & materia. Corrumpit enim vires, quæ ſunt à forma: & eximit materiam: deſiccat enim ſal. Sic & infrà dicit: facere quendam μειωσμὸν in Braſſica. Ἐδίει, accommodatum verbum ſali etiam vulgó. Etiam exeſas ſale Chalcidas, ait Columella. Itaque ſubtracto humido non poteſt rei generabilis fieri concretio naturalis: eſt enim humor glutinum ſiccorum. Et opportunè compoſuit præpoſitionem διά: quia ſubdit ac diuidit. iccirco indurat. vnde illud: durati ſale terga ſuis. Ὁ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις. Argumentum ab vniuerſali cauſa. Quod in aliis prohibet generationem, ipſum vbique videtur eius autor incommodi etiam ſibi. ideo dixit: μὴ δὲ καθ' αὑτό: quod reſpondet illis: τοῖς ἄλλοις. Quod aliis incommodat, etiam à ſe ſibi inutile. Intellige, in natura: nam in vita ciuili] contrà vſuvenit. Augeſcimus enim nobis aliena iactura. Neque aliis rationibus hodie res fit.

Ἐπεὶ καὶ τά. occurrit. Negabat in ſalſis gigni quicquam. At in mari tum piſces, tum plantæ. Reſpondet: & adducit id quod eget maiore C probatione. Hoc enim priùs quærendum: an in mari gignatur aliquid. nam hoc hîc falſò negat. Deinde ſiquid gignitur: ex marisne materia generetur, an ex alio ſucco. Et confuſè dixit: primùm γλυκύτητι, deinde ἄλλοις τισι. Quare tu igitur, quænam ſint illa alia. Decuit tamen afferre ad probationem. Nam ſi ſcit, dicat: ſi neſcit, nolit obturbare. Ad excitanda verò iudicia texamus & nos aliud argumentum eodem filo. Dicebat: Id quod eſt inutile aliis ad generationem, inutile quoque ſibi futurum. Dicamus & nos. aqua ſibi non conſiſtit: & eſt materia rei conſiſtentis, nempe ſalis. Præterea motus ſeipſum non calefacit, alia calefacit. Ad hæc animal maſculum in alio generat, in ſe non generat: fœmina in alio: in ſe non. Animaduertamus & inconſtãtiam. Primùm D negat in ſalſis quippiam gigni. Mox concedit, ſed non ex ſalſis. At multis in locis de marinis ſcribit plantis, ac de rubri maris inſulis, in quibus ſata rigant marinis aquis etiam poſt imbres. Vbi quum ſcribit, id illarum naturæ deberi, tanquam aſſuetæ ſalſo ſolo: quid aliud, quàm dicat, ſalſis ali? omnino verò alendi opus à natura. A natura igitur tales creatæ: nam & Bryon marinum, quam Corallinam dicimus, tam eſt ſalſum, quàm ſal ipſum: ſed opponit latenti obiectioni piſces, quum ait. Καθάπερ ἰχθῦς. nam ſanè piſciũ caro dulcis aut inſipida. vbi etiam conſiderandum. Marini piſces dulces quidem videntur: ſi tamen fluuialibus comparentur, neſcio quid in ipſis deprehendatur. & omnino in cancris, atque oſtrearum cirris ipſis: maximè verò in carnibus cetaceorũ.

Καθόλου μὲν οὖν. Appellat cauſam vniuerſalem: quoniam argumentum ſumitur à tranſmutatione propter alimentum & generationem. Iccirco dixit: Δεῖ γὰρ ἐξ οὗ τι μέλλει. Id quod alicuius materia futurum eſt, neceſſariò eſſe oportet μεταβλητικὸν, tranſmutabile. Sanè demonſtratiua propoſitio hæc habet ſui cauſam priorem illam propoſitionem: generatio eſt tranſmutatio. Tum hæc adhuc in illam reſoluitur priorem. quod fit, neque eſt: quod erat, neq; quod fu- B turũ eſt. Poſtremò hæc in illam vltimam, quod fit fieri potuit ſuapte natura. Hæc omnia deſignat vnicum verbum illud, μεταβλητικόν. Subdit autem minorem ſyllogiſmi.

Τὸ δ' ἁλμυρὸν ἀπαθές. Salſum non eſt μεταβλητικόν. inconſideratæ enunciationes. Plura enim ſignificat τὸ ἀπαθὲς quàm τὸ ἀμετάβλητον. Nam etiam ſi non eſſet μεταβλητικὸν ad generationem: at intelligeretur παθητικὸν ad alia multa. Et quia fit ab interno calore naturali mutatio naturalis in generatione, atque iccirco opus eſt humoris attractione, qui humor alimentum plantæ futurus ſit: & is plantæ calor non valet ſurſum trahere ſolus, ſed adiutus à ſole, quemadmodum iam ſæpè dictum eſt: ideo cùm vult probare quò ſalſum eſt ἀμετάβλητον: hæc apponit:

Ὅλως δὲ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα. In ſingulis ſatis C patet, quòd ex duabus rebus, altera fit, altera eſt. Fit quidem attractio à ſole ſucci lenioris: eſt autem ſalſum omne terreum; & graue, ideo poſuit vtrunque attrahens, ἥλιον καὶ τὸ θερμόν: & vtranque materiam, tum leuem, κουφότατον, ac propterea τροφιμώτατον: tum grauem, atque iccirco ἄτροφον. ac illud quidem non nominauit, γλυκύ: quia ſapores quoque alios intelligit: hoc autem nominauit, ἁλμυρόν. quæ tamen ratio nulla eſt. nanque mox dicet: in corticibus eſſe ſalſedinem, ſicuti ſuprà in corio Ciceris, non in pulpa. Ergo plus penetrat, & plus trahitur: neque fit à ſalſo dulcedinis ſeparatio, ſed à dulci ſalſedinis, quæ illam relinquat, & ſubeat. Dixit, ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, in materialibus: quia ſuperius argumentum circa ſpecies verſabatur.

Ἐν τοῖς παρακολουθοῦσι. In accidentibus D quæ conſequuntur idem, quod ἐνδεχόμενον, quia excipitur: quod συμβεβηκός, quia contingit: quod σύμπτωμα, quia ſimul accidit. Ἔπειτα καὶ ἄσαπες καὶ ἀναλλοίωτον. Placet vt ſit argumentum ſeparatum. ἔπειτα, adhuc.

Ἄσαπές. Peſsima deductio, & triuialis. Non enim putrefit ſemen, vt ex eo fiat vel planta, vel animal, ſed perficitur. Ideo paſsiones duobus modis euenire dicebat philoſophus, in primo de anima; quaſdam deſtruere, vt putrefactionem

A & mortem: quaſdam perficere, vt intellectiones. Sic ſemen perficitur, & fit actu, quod eſt potentia. Quòd verò ſalſum ſit ἀλλοιωτὸν alterabile, duabus rationibus cognoſci poteſt. Vna eſt de accidente ipſo, id eſt ſalſedine: alia eſt de ſubiecto ſalſedinem deferente. Vtroque modo falſum eſt. Nam ſalſedo vel ipſius Theophraſti legibus diluitur in cibis piſcium. Dulces enim è ſalſis facti: ſiquidem dulcibus aluntur. Mutatur igitur accidens. Sin de ſubiecto, & ipſa loquitur materia: nihilo magis verum. Quippe ſalſæ carnes mutantur à concoctrice. Καταλειπόμενον οὖν. Concluſio. quod non trahitur, remanet. Hoc eſt, οὐ συνελκόμενον, ſimul ſcilicet cum dulci. Ergo non miſcetur: ſi ne ab radicis quidem vi trahitur.

B Ἔτι δ' ἐπειδὴ. Aliud argumentum à fine. maior propoſitio ſubticetur. ea eſt. Quod non minus euacuatur, non multa eget recreatione: non igitur multo alimento. Ponit minorem. Planta eſt ἀπερίττωτον, non habet excrementa, ſicut animalia: quæ in fame coguntur τῶν τυχόντων ἀπολαύεσθαι: adeò vt etiam detractis ſcutorum pellibus milites, obſeſſi Hebræi liberorum carnibus, alii putridis cadaueribus vitam ſuſtentarint. Itaque plantæ, inquit, non coguntur quicquam ſuggere, quod inutile ſit ad alendum. Ne hoc quidem argumentum multum facit. Non enim quia menſtrua ſoluit mulier, plus vorat. Non quia deiicit animal, cibum appetit: excernit enim inutilia & aliena, atque etiam noxia: ſed quia conſumitur C id quod ſumpſit. At idem in plantis. augeſcunt, fœtant, ſuperfœtant. Etiam gummi extrudunt, Nucamenta, Fungos, Gallas, Cachryas, Culices, alia multa. Quamobrem quicunque fuerit præſtò ſuccus, is ſubſtituetur. Itaque etiam ſimpliciter effatum hoc falſum eſt. Habent enim ſua quoque excrementa plantæ. Nam quemadmodum in homine & gallinis pediculos videmus: ſic in illis vermes, vt in fraxino Cantharides. Et ſanè ſua quibuſdam perittomata, vt φάσκος Cerri. Duo verba inculcauit, ἐπισπᾶσθαι καὶ ἕλκειν, euellere & trahere. σπᾶν, cum difficultate. quòd ſalſugo ſit inepta ad ſubeundum. Ἔδει γάρ. Probatio, quòd non inſint excrementa plantis. Videamus verba. Excernerentur, ſi ineſſent: non autem in ſuperficie reſiderent, à ſolis vi leuata atque educta eouſque. D Puto & in his nonnihil, & in ſequentibus multum eſſe, quod nos obturbare queat. Hoc primùm agamus. Videntur permiſtæ rationes, & ſimul admittere quod inficiatur. Inquit. Si eſſet planta excrementoſa: ea excrementa excerni oportuit. at non excernuntur. ſanè procedit. Non enim ſoluit aluum aut vrinam facit. demus. Addit. Neque ea reſidere in ſuperficie. Scilicet ſalſum reſidet in putaminibus, vt aiebat, & coriis fructuum. eouſque attractum à ſole. Ecce, quàm multa. Iam fatetur ineſſe ſuperfluum: iam attrahi à ſole: iam penetrare ad extrema vſque. Reliqua que ſequuntur minus mihi nota ſunt: nam & auehuntur ab inſtituto, & Δημοκρειτίζει. Quòd Democritum agat: patet ex ineptiis figurarum. Quod ſint aliena? videtur ex eo quod ait: ſuperflua & excrementa liquoribus ſupernatare: puta, cadauera & maris ſordes. Hoc eſt, τοῖς ὑγροῖς ἐπιφέρεσθαι. Quid ad rem? Erit enim ſalſedo à ſole attracta ad ſuperficiem. Cæterùm inepta ſimilitudo. Supernatant cadauera iam putrida, & aere turgida. Sordes autem tum ea cauſa, tum quia ſpumeæ etiam antequam putreſcant. Præterea multæ ſordes in fundo æſtuariorum & ſtagnorum. Salſedo autem eſt in ſuperficie, quia eſt terreſtris excocta, ſicut in mari dictum eſt à Philoſopho. Sibi verò in eo conſtat: quoniam ſuprà quoque dicebat, corticis ſubſtantiam eſſe excrementum nuclei eſculenti. Eſto. Quid ergo ſcribebat: relinqui ſubtus, neque trahi ſurſum? Quas verò ponit excrementorum conditiones, haud facilè percipio quorſum euadant: & videntur inter ſe minus conuenire.

Πλατέα, lata: quia latitudo eſt etiam in puſillis corpuſculis, vt ſquammulæ minimorum piſciculorum. Addit μεγάλα. vt etiam ſint fuſæ latitudinis. Tum apponit harum conditionum conditiones: ἀσύμπλεκτα καὶ ἀκόλλα. incomplexa, & facilè ſeparabilia. Quæ ſunt propriæ quorundam piſcium in ſquammis. Non ſolùm non complectuntur inter ſe, quia non ſunt continuata, verumetiam ne pertinaciter quidem cohærent. Vult dicere non eſſe vnum corpus, vt in Lenticula aquatica, ſed plura, eáque tum lata, tum fuſa. Hoc ideo poſuit, quia ſuprà aiebat: ſale σύστασιν prohiberi. Quare verò ſint lata, duplex ratio eſt: nimirum ab eorum natura, & à natura liquorum, in quibus natant. nam liquores plani ſunt. Hìc eſt proportio loci & locati. At eorum natura eſt, in ſuperfluo atque inutili: vnde finis eſt, expulſio. Si expelluntur, ergo æquabiliter expellentur: ſiquidem vniformia ſunt: plana igitur. Sunt autem magna: quia tota exiguntur. neq; ea natura ſuſtinet inire ſecum ſocietatem. Hæc ita hìc ſomniare cogimur iucundis diſquiſitionum deliramentis. & omnino Democritea mihi ridicula.

Διὰ τὸ μηδέν. Haſce naturas eſſe tales, & ſuperficiem tenere, quia nullum ſit ſcalenum, ſed anguloſa. Penitus verò ſtomachus hìc. Quaſi verò ſcalenum non ſit anguloſum. Quod autem ſequitur, καὶ πολυκαμπῆ, oſtendit infelicitatem ſæculi. Fortaſſe legendum περιφερῆ. parum refert: ſunt enim nugæ. Nam ſi non ſummerguntur, quia non ſunt ex ſcalenis conſtituta: neceſſe eſt vt dicat: omnia quæcunque ſcalenis conſtituũtur, ideo ſubmergi: & è contrario. At pila ænea ſummergitur: & ſcalenum ligneum non ſummergitur. Sed hæc poſuit hìc Philoſophus ad voluptatem, non ob doctrinam. Itaque ſubdit. Ταῦτα μὲν. Hæc, inquit, an prohibeant, quominus plantis ſalſitas admiſceatur, hinc licet contemplari. Notabis σκαλιῶς noua forma: ſi mendum non eſt.

Πρὸς δὲ τὰ πρότερον. Manifeſtiſſimũ iam hìc eſt quod ſuprà dicebamus: præpoſteram eſſe tractationem

tionem. Priùs enim ſtatuit hypotheſim: in plantis non eſſe ſalſuginem. In ſequenti mox tractu & aſſeuerauit & cauſas adduxit. Nunc quærit cauſas, quibus inſit in plantis ſalſugo. Simillimas labyrinthis animaduertimus apud hoſce Græcos errationes. Videntur enim tanquam clauſis oculis circumferre ſeſe, quoad oſtium nanciſcantur. Interea offendunt ſæpe ipſi: auditorem verò ad cruces ſiſtunt. Quanto præſtat habere quæ velis dicere, omnia in numerato, tanquam milites, quos illico paratos in acie diſponas? Διὰ τί ποτε ἐνίοις. Videndum an ſatis exactè loquatur. Ἐγγίνεται, ingeneratur: id eſt, init ſubſtantiã. Tãtùm in ipſius ſubſtãtiæ generatione: ἢ ἐπιγίνεται: aut pòſt accedit generatis. quæ diſiunctio haud temere accipienda eſt. Namque omne accidens naturale poſterior eſt quàm ipſa ſubſtantia, natura ſua: ſimul autem cum ipſa, tempore, nõ omne. Quædam enim ſimul, vt color carnis: quædam pòſt, ídq; duobus modis: nempe aut ex principiis ipſius eſſentiæ: vt videre, quia viſiuus: aut extraneis, ídque dupliciter: quippe aut à natura, vt apricantibus colorari: aut arte, vt ſemimedicus, qui barbam tingit. Neque mirum, accidentia poſterius euenire: quando etiam ſubſtantiæ agnaſcuntur, vt dentes, & cornua, & oſſa bregmatis. Ita hìc: ἢ ἐγγίνεται ἅμα τοῖς χυλοῖς ἁλμυρότης: ἢ ἐπιγίνεται: vt Braſſicæ addito nitro. Εἰ μὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς. tractat vtrumque. ὑπάρχειν, vt alibi diximus, ſignificat eſſe ὑπὸ τὰς ἀρχάς. Si natura hæc eſt ſub principiis: erit verum nutrimentum. Nemo negare poteſt quin ſit pars. Sin extrinſecus accedit: quærendum eſt, vnde accedat. Duæ poſſunt agnoſci cauſæ materiales: vna ab aere qui ſeſe induerit in meatus: altera à vaporibus humorum qui ab radice attracti, ſurſum efferuntur. Τοῦτο μὲν ἧττον. Magis accedit ad hanc ſententiam, quaſi communi conſenſu recipiendam. Ait enim, minus dubitandum id: extrinſecus accedere ſalſilaginem quibuſdam.

Ἐκεῖνο δ' ἄν τις. Ad illud diſquiri poſſit: vnde inuehatur. Πόθεν, locum ſignificat & principium. Aliud enim à terra eſt, aliud ab aere.

Καὶ ὑπό τινος. vel agente, vel materia. Ἢ κατὰ τὰς ῥίζας. Duo ponit loca, terram & aerem: tres materias, aeream ab aere, tenuiſſimam quæ ſeſe induat exhalationem à terra, mediocrem quæ aſcendat: humorem aqueum à terra, qui propter craſſitiem non aſcendat, ſed trahatur à radice. Ἐξανθεῖν. Adhuc perſtat in opinione illa: ſalſuginem in ſola eſſe ſuperficie. Metaphora à floribus, qui ſemper ſunt in ſummo pediculo. Sic effloreſcit è ſaxis ſalſugo, nitri imitatione. Sic ἐξανθήματα puſtulas dicimus, & id genus. Τὸ ἐξ ſignificat πόθεν, non à primo principio, ſed à ſecundo, nempe ab internis plantæ partibus. Nec minus eam fouere pergit opinionem, quæ putat excrementum eſſe. Appellat enim hìc quoque περίττωμά τι. Quædam quaſi ſpecies: ideò dixit τι: alioqui non prodiret, ſed retineretur à A natura. Φαίνεται δ' ἡ ἅλμη. Salſuginis intereſſe, conſiſtere in ſuperficie. Τὸ φαίνεται, deſignabit, aut naturam talem, aut ſenſum tantùm. Id eſt ſenſu percipitur: ipſam eſſe ſuperficiariam, non intra pulpas. Ob id ait, καὶ ὅλως: quaſi dicat, penitus excluſam. Εἰ μὲν οὖν. rotundiſſima breuitas. Si igitur altera pars vera eſt, ſcilicet quod accedat: ἐπιγίνεται, μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἐπισυμβαίνει. Alteram autem ἄτοπον, ſcilicet συγγίνεσθαι. Διὰ τί. Quærendum, inquit, porrò: quamobrem in eorum ſuperficie: neque in omnibus, ſed in Cicere & aliis quibuſdam.

Μόνοις. duo poſſunt intelligi. Solis omnino ita vt alia nullam habeant ſalſitatem: & μόνοις, quatenus ad ſuperficiem: vt alia quoque ſalſa ſint, B ſed non in ſuperficie. Nota verbum & eloquutionem καταλαμβάνει: ſalſedo cõprehendit. Quoniam aduenire vult poſt generationem. Hoc de verbo. Phraſis illa: περὶ ἐρεβίνθων καταλαμβάνει. Quaſi τὸ περὶ deſignet ipſam ambientis corii ſuperficiem. Et quia iam bis in Cicere ſalſedinẽ agnouit pro naturali: neque ſolùm conuenientem, vt mox appellabit, οἰκεῖον, ſed etiam neceſſarium: ſiquidem imbribus elota interea plantã Ciceriſera. Ideo remouet obiectionem, quę de Roſis præſtò erat, illis verbis. Ὅσα γάρ. Namque ſuperuacaneum eſt, de ſale obiicere, quòd noceat Roſis. Nunc enim loquimur de ſucco naturali, non de morbis. Equidem non interſeruiſſem hoc: nihil enim ad rem.

Καὶ οἰκεῖον, καὶ χρήσιμον. Imò verò ἀναγκαῖον, καὶ C κύριον πρὸς τὴν ζωήν. Eſt enim vitæ ſi non principium, at principiorum munimentum. Nota verba ἀπολουθέντων: elotis, ſicut & ſuprà, imbrium vi. Ὅταν ἀνθῶσι. quia tunc πονοῦσιν: opere ipſo laborant. Ἐκφῦσι. tertius caſus. ἐκφυῶντες. abſolutè quum flores exeunt. Ἄρτι συνισταμένοις. nouellis. Tunc enim laborant, non opere alieno, veluti quum florent, ſed pro ſeipſis: propterea quòd tum primùm initiantur vitæ ſacris.

Ἀπόλλυνται καὶ διαφθείρονται. Mirum ſi intereunt, quin corrumpantur. Quin priùs corrumpantur neceſſe eſt. Cæterùm more ſuo cauſam ſtatuit poſt effectum, vt alibi de Præceptoris imitatione dicebamus. Eſt autem corruptio cauſa mortis, præſertim quum aſtringit modo & ſpecie: ait enim σφακελίζοντες. Vbi, ſi mendum non D eſt, actiuum poſuit pro paſſiuo. Fortaſſe ſcriptum fuit σφακελισθέντες.

Ὥστε πρὸς σωτηρίαν. Colorat adhuc opinionem, admittit & interpretatur. Non eſſe ad ſuccum aut ad conſtitutionem, ſed ad præſidium. ſcilicet ſal prohibet corruptionem. Itaque iam conſtitutis ἐπάγει, ſuperinducit ſalem, vt ſuillis tergis œconomus. Igitur acutiſſimè interpretatum intelligeremus: niſi addidiſſet, τὰ τοιαῦτα συγγενῆ. Si enim eſt ſalſilago Ciceri cognata, & συγγενής, non eſt ἐπακτή. Neque ad præſidium ſolùm, ſed πρὸς τὸ εἶδος quoque: genus enim eſt tanquam materia ſpeciei.

φαίνεται δέ. Omnino non ſolùm diſcutit quæſtionem, ſed etiam excutit tum hypotheſim, tum corollaria, & interpretationes. Hypotheſis erat: non ineſſe plantis ſalſedinem. Corollaria & interpretationes erant, eſſe in ſuperficie: non ſimul gigni, ſed à natura induci tãquam tectorium. Nunc oſtendit, in quorundam & foliis & ramis reperiri. Argumentum: quòd guſtu manifeſtò deprehendatur in aquam tranſmiſſa, qua elota ſint. Ita quod ſuprà dicit ἀπολυθέντων, hîc ἀποπλυθέντων. Et addit, non in iis ſolùm, ſed in fructibus quoq;. Addit ὅλως, quod cõiunges cum ἔνδηλος: id eſt ſine controuerſia. quum hæc adiunxit, rurſus fluctuat, dicens, ἐν κελύφει: vt in putamine ſit, non in carne intus: ὡς ἐν τῷ ἐκτός. Ac repetit officium præſidii, quum inquit: καὶ συνδιατηρεῖ πρὸς τὸ ἄκοπον εἶ(ναι). Κόπος hîc φθορὰν ſignificat ex morbo. Accuratius conſideremus. Principiò ſtatuebat, omnem ſuccum omnémque ſaporem ſimul eſſe: poſtea ſeparari, atque abire inutile in tegumenta. Haud ita dudum dicebat: ſalem neque à ſole, neque à natura trahi. hîc ait eſſe in putamine. Quis non videt, eius legibus priùs in nucleo fuiſſe? præterea quis putet putaminis ſale nucleum ſeruari? non eſſe verum, palàm eſt in carnibus. Quæ circa os ſunt in pernis rancideſcunt: propterea quòd ſal eò non potuit penetrare. at circumfuſum eſt. Καὶ φαίνεται. adornat ſuam præſcriptionem. Ait, eſſe in eo naturæ ordine, atque ſi conſiſteret intra nucleum.

Ἤγουν καὶ πεφυκότος. quaſi eſſet innatum. Καὶ γὰρ ἐν ἀμφοῖν. Mira orationis argutia: ſi non deleas præpoſitionem illam ἐν. Ait: in vtroque eſt: in putamine πεφυκυῖα, in nucleo non πεφυκυῖα: ſdque ob conſeruationem. Χλωροῦ μὲν ὄντος. adhuc fluctuat. Dum viret. in caule & ſiliqua eſt: quum exiccatum fuerit putamen id remanet. ergo, quod obiiciebamus, ſimul fuit. ergo vt alimonia. Non enim datum fuit ei ſal, ὡς ἥδυσμα, vt homini ad ciborum condimentum. Et quare non reliquit intus natura, quod & commodius ſeruaret & commendabiliorem guſtui faceret? Neque intus gignerentur animalia, quibus opus illud hominis gratia paratum corrumperetur.

Ὡς ἂν ἀλλότρια. Ait id à natura conſultò factum, hæc vt ita diſploderentur: quoniam eſſent aliena. Quomodo ſal Ciceri alienum, illud ſi viridis continet medulla: ſi Braſſica præſefert: ſi palma requirit: ſi Crethmon exigit: ſi Soda tota penè ſal eſt, adeò vt etiam *Salſola* vulgò dicatur.

Καθάπερ. adducit exempla non ſimilia. nempe de Cucumerum amaritudine. At longè alia ratio amari eſt: nullo enim modo expetitur, neque pro cibo, neque cum cibo. Itaque à Cucumere excludendus amaror, non à Cicere ſal fuit.

Καὶ ὡς ἐν Καρίᾳ. Quid in Cariã pyra quæſitum, quæ lanuginem habeant ἀνιώδη? Equidem & amplector hiſtoriam, & habeo gratiam: afferat Iuglandis putamen, amariſſimum.

Οὐδὲν δ' ἄτοπον. Ne nobis, inquit, negotium faceſſat, quòd alia pleráque ſint eiuſmodi. tollit obiectionem. Inquiet aliquis: Amaritu- A do quæ longior eſt quàm ſalſitas, alienior à natura cibi, fructibus ineſt. Reſpondet ſola autoritate (αὐτὸς ἔφα) οὐδὲν ἄτοπον. At oſtendere nobis rationem, qua natura patiatur amaritudinem, ſalſitatem non patiatur: cùm tamen amarum in quibuſdam ſit ſalſo elaboratius. Exempla ſunt in Bulborum apicibus, & in Cucumeribus ad pediculum: & in Glande, quà cuppula tegitur. Nota hîc bulborum partem ſummam peculiari voce dictã, κορυφήν. etiam πηλεῖαν, quòd alibi πηλεῖται. & τὸ διῆκον, Allii columellam mediam, cui hærent ſpicæ: παρὰ τὸ διήκειν: quaſi ſit veru tranſmittens. Simile verbum in Cyclope apud Euripidem.

Ταῦτα μέν. quia non quadrant. Nemo enim eſt qui tollat à plantis amarum: palàm eſt in Intubis: B neque acidũ: eſt enim in Oxalide & Trifolio: at tu ſalſum. Hæc, inquit, perinde atque ad hiſtoriæ ſimilitudinem dicta ſint. Ὅτι δὲ φαίνεται. Nunc iam deinceps contra hypotheſim diſputabit: non enim ἐπιγίνεσθαι, ſed συγγίνεσθαι. Alluſio apud Græcos elegantior eſt: non adnaſci, ſed connaſci. Ideò dixit φυσικὸν, ex naturæ ordine. Nam etiam ſi arte ſal addatur: natura ſalis ſalſum faciet, non ars. Ars mouet loco tãtùm: natura mouet mutatione. Addit συγγενές. non eiuſdem generis & eſſentiæ, ſed eiuſdem momẽti in generatione. Simul enim cum forma ſalſedinem introduci. Probat autem ſic:

Ὅπου ἂν σπαρῇ. vbicunque ſeratur. addit καὶ φυῇ. ſcilicet etiam non ſatum ſicubi oriatur. Nam ſi verbum hoc illi eſſet additum priori, ſic: vbicun- C que ſeratur, modò naſcatur: ridicula eſſet oratio. Quis enim ignorat: ſi non naſcatur, non futurum ſalſum? & ſcitè occurrit obiectioni. Dicat ille: à ſoli natura id fieri: velut in ſabuletis Vibiſcorum. Diluit hoc illis. Κἂν μὴ τοὔδαφος. etiam ſi ager non fuerit ſalſus. Ἔτι καὶ τά. Namque à ſolo ſalſugine cõparari: nihil mirum, cum in aliis, tum in Halimo. id à terra quiſpiam tractum dicat. At in gleba dulci ſalſa naſci planta nequit, niſi ab eſſentia. Hoc quoque aduerſatur argumento illi ſuperiori: nihil in ſalſis naſci: aut ſi naſcatur, ex dulcibus confieri. Namque Halimon & in ſalſis naſcitur, & ſalſum eſt. Aliud ſubdit argumentum à gradu. Ἔνια καὶ εὐχυλότερα. Quædã ſalſa non ſunt, at ſalſis fiunt meliora. Hoc etiã ſuprà dixit in præceptis agriculturæ, Braſſicarum exẽplo. Tria tolli D incommodãtia guſtui, acrimoniam, amaritudinẽ, duritiã, beneficio ſalis. Eam ſanè acquiri teneritudinem, vt ſi in terram cadant, frangantur. Miram profectò, ac vitream friabilitatem: quæ mirum in modum vt in Radicula commẽdatur, neutiquam alliſa terræ diſſiliunt partes. Itaque dixit: ἅμα δὲ μεισμόν τινα ποιεῖ. ſimul digerit partes. Nẽpe ſalis illud intereſt vt excedat humidũ, ſicuti dicebamus. eodẽ modo ſimilẽ conficit gelu teneritudinẽ. Cõcreſcere nãque facit humorẽ, quo cohibẽtur cohærẽtes partes. Iccirco Lutetiæ ſic indicãt per vicos, Ad meos caules gelatos. Queſtio hîc nõ inepta. Si cõſũpto humido tenerior Braſſica fit: quare tũ ipſa, tum Radicula, itẽ alia veteraſcentia, ſucco amiſſo fiunt vieta? quia lentor ille terreſtrium partium

partium eſt cum puſillo humido: plurimùm enim aeris calore abiit reſolutus in vaporem. At in recenti Braſſica, quæ nitroſis fuerit aquis rigata, ineſt humiditas facta nitrea vitri concretione. Εὐχυλότερα, dixit ad guſtum, βελτίω etiam ad vtilitatem: quippe acrimonia & amaritudine depoſita plus alet. Et rectè, περιαιρουμένη, auferens humiditatem, ſcilicet τὴν πλείω. Δεινοὶ γὰρ ἅλες. minor ſyllogiſmi propoſitio. deſiccando quit ſal abolere humiditatem. Ἐμφανὲς δέ. probat teneritatem. Ὅταν οὖν. Oratio manca: ſed ſenſus eſt. Igni melius domari: quoniam in ſe habeat iam principia inchoatæ temeritatis atque dulcedinis. Ἐπεὶ καὶ εἰ τὸν λίτρον. hoc arte fieri nitratis aquis. Eſſe tamen naturæ imitationem artem hanc, & parum quiddam poſſe. hoc eſt illud, ἐξ ὀλίγου. At idem moliri naturam, plenìſque adeò viribus, ac paulatim. Nimirum opificis tum prudentiam tum felicitatem: primùm vt multùm valeat: deinde vt pedetentim agat. Qui verò irrigat, is totam ſimul affundit, ac per interualla. At natura nitroſum ſuccum particulatim per opportuna momenta ſubminiſtrat.

Ὅθεν οὐδὲ τοῦτο. Affectus idem alia de cauſa. à tempore, ſolſtitio: à loco, Eretria. Quippe illo tempore alibi peius habet Braſſica. Quænam igitur eſſe poteſt in Eretrienſi agro cauſa? fortaſſe terra mollior ibi atque vliginoſior. Namque in ſolo ſolidiore tum Braſſica, tum Radicula ligneæ ſunt anni ſquallore. contrà Pepones anno pluuio peſſimi. Ratio: quia Caulibus & Rhaphano acritudo cognata nimis acuitur: ſiccitate. Peponibus humor tollitur exuberans, & quantum naturalis relinquitur, commodiùs excoquitur.

Κατ' ὀλίγον. Cauſa par, quamobrem paucis anni diebus in Ægypto Braſſica fit commendabilis ſaporis. nempe ob ſiccitatem.

Ἡ δ' ἁλμυρίς. Hæc poſtrema pars venit ſubſidio huic ſententiæ poſteriori contra ſuperiorem, quæ negabat ſalſedinem poſſe vel ſolis vel interni caloris vi ſurſum euehi. Hæc quæſtio etiam à Plutarcho in conuiuialibus tractata, à nobis in Commentariis de plantis iudicata. præter hæc argumenta, illud etiam arriſit. Non poſſe propter craſſitiem ſal per plantarum anguſtos meatus commeare. Quaſi verò quicquam ſit ineptius ad motum, & ad ſubitionem lentore ipſo reſinarum: quaſi verò quicquã ſit viſco moroſius & tamen vtraque natura hæc ſubiicit ſe in altiſſimas arbores: viſcum verò etiã in ſummis regnat.

Lego ἔδει γὰρ καὶ ἔκκρισίν τινα, non ἔγκεισιν. Et ἀλλὰ γωνιώδη τε εἶ(ναι): id eſt anguloſum: non autem γωνιοειδῆ. Nihil enim eſt angulo ſimile, niſi angulus. Et ipſum ſcalenum eſt γωνιοειδής: at non eſt γωνιώδης in angulorum multitudine, ſed pentagonum & decagonum. Et ἅλμαις νοσηματικῷ, vt emendant: non autem ἅλμαι νοσηματικῷ.

Et οὐδὲν δ' ἄτοπον: addita coniunctione: ſicut & ibi: καὶ τοῖς βολβοῖς. Et μεισμόν τινα ποιεῖ: non autem ἀμείσον. Et ἀμφοτέρους τρόπους, non τόπους.

A Theodorus, ὥστε καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτον ἔχειν. Scilicet ita vt in ſe ſortiantur talem ſaporem. ambitioſiſſima loquutio. Κωλύειν τὴν σύστασιν. facultas generandi vetetur. Σύστασις humoris ſignificat concretionem quæ prohibetur à ſale: quoniam vt mox dicet, facit μεισμόν. nihil hîc ad facultatem generandi. non enim tollitur facultas. Ad hæc nemo Latinè dicat: vetatur tibi ſcribendi facultas.

Καταλειπόμενον οὖν καὶ οὐ συνελκόμενον ὑπὸ τῶν ῥιζῶν, οὐκ ἀναμίγνυται τοῖς φυτοῖς. Quæ quum ita ſint: auerſam penitus à plantis eſſe qualitatem eius ſaporis neceſſe eſt. Vides interpretis fidem. Et facit ſuſpitionem, ſe accepiſſe τὸ καταλειπόμενον, pro illatione: veluti quum dicimus: reliquum eſt, vt & cætera. & aliud eſt, οὐ συνελκόμενον quàm B auerſam eſſe. Denique verba illa omnia deſignant rationem impeditæ generationis. Ἐπισπᾶσθαι καὶ ἕλκειν. alterutrum vacare putauit.

Ἀνάγεσθαι, prouocari. euocari potiùs ac produci. Ὑγρεῖς ἐπιφέρεσθαι. humoribus inferri. nunquam ex hiſce intelligas, ſupernatare. φορὰ motum quemuis ſignificat Græcis: ἐπὶ, in ſuperficie. Neque ὑγρὸν rectè dixeris hîc humorem, ſed liquorem. Et addit illa (Democrito placet) non leguntur in exemplaribus. Γωνιώδη. Theodorus maluit, vt vulgò legitur, γωνιοειδῆ. angulos imitantur. ſunt ergo rotunda. Nihil enim angulum imitatur præter lineam flexam. vnde veteres circulum dixere, μίαν γωνίαν. at ille non erit πολύγραμμος. Ἐγγίνεται ἢ ἐπιγίνεται. innaſci aut ſubnaſci ſolet. imò adnaſci. ſic ἐπιγιγνόμενα μέτρῳ: dentes, cornua. Κατὰ τὰς ῥίζας C ἑλκυσθέν. radicibus tracta per ſumma. addidit falſam ſententiam. Non enim quæ in radicibus ſunt, per ſumma ſunt. Sed poſteaquam ſurſum tracta eſt, & exigitur à medulla, atque erumpit ad corium, puta Ciceris. Ὅταν ἀνθῶσι καὶ φύσι. Theodorus aliter in flore fructúque prouenienniente. Sed φύσι prima producta ſignificat, prodeuntibus, non autem fructificantibus. Fructus enim perficitur poſt. ita non poteſt dicere in fructu. Tãto minus, cùm additur καὶ ἄρτι συνισταμένοις. Si enim tum primùm conſiſtunt flores: non ſunt informati fructus. Συνδιατηρεῖ πρὸς τὸ ἄκοπον εἶναι. reconditum atque incorruptum ſeruetur. nihil ibi facit reconditum.

Ἐν τῷ χνοΐ. per ſummitatem. per ſummam lanuginem. Ἀνιώδη. Theodorus legit ἁλμώδη. ἀνιώδη, triſtem. vt triſtes ſucci apud Poe- D tam. Μεισμόν τινα. fragile quiddam efficit. legit ergo μεισόν. ſi non eſſet τινα, acquieſcerem. Περιαιρουμένη. trahendum & abſumendum. Prius participium falſò ac temere appoſuit, vel vt interpres, vel vt Philoſophus. Nam neque id ait Theophraſtus: neque verum eſt ſal trahere. Ἐξ ὀλίγου. non pridem. imò verò, parũ, neque perpetuò. Ὑγρότητος ἐλάττονος, humor cõtractior. orationem obſcurauit ambitio. Nõ contrahitur, ſed abſumitur. Eiuſdem magnitudinis quę contrahuntur, ſunt, Limax, Erinaceus,

Squilla, Manus, Vrtica. Κατ᾽ ὀλίγον δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ. Theodorus sustulit, κατ᾽ ὀλίγον. Et asseruit in Ægypto fieri optimam. quocirca sunt autores consulendi.

CAPVT XX.

XX. Capitis argumentum. Omnium saporum principiũ esse siccitatem, tametsi ab humido aliqui pendere videantur. De succorum extractione.

ἘΚΕΙ͂ΝΟ δὲ ὡς οἰκεῖον. Suprà duorum sensilium, totidémque sensuũ tractauit affinitatem, scilicet saporis & odoris. cui diligentiæ subdenda erant statim quæ post hoc B Capitulum sequuntur: quorum initium est, ὑποκειμένων τούτων: vt mox videbimus. Cæterùm discidit materiam ac dissipauit, interposita quęstione illa de salsedine. Qua absoluta commiscet alia nihilominus aliena: nempe de saporum principiis. Duo verò cognoscit, humidorum & siccorũ, pro materia. Id quod patebat etiam in definitionibus; in quibus calor erat quasi forma quædam. Acutum & austerũ, esse humidi soboles: acrem & dulcem, sicci. Ratio: quia humida spissata dulcescant. At acerba & astringentia sicciora sunt, veluti fructus: tum vbi dulces euaserint, succulentiores fiũt. Exempla vulgò cognita in Pyro, Vua, Ceraso. Solum Amygdalum primò videtur aquosum & acidum, postea spissatum dulcescere. Quàm verò absurda sit hæc separatio, atq; horum attributio C principiorum, satis ex eo patet, quòd etiam amarum indidem deducit, vnde & dulcem. Itaque tandem quasi quæsierit, non quasi docuerit, infert: omnes ex duobus fieri absq; præscriptione. Quòd si discrimen aliquod sit: id esse, quòd alterum sit quasi materia potiùs, humidum scilicet: siccum autem magis formale. Vbi actionem sicco attribuit aduersus placita Præceptoris, in libro De affectibus mistorũ. Tandẽ verò cõcludit porrò: ab vno esse omnes: quippe à sicco. Ita videmus indigere saporũ constitutionẽ forma dirigente qualitates. Si enim siccitas est principium duorũ contrariorum, dulcis & amari: non poterit esse nisi materia. Forma igitur aliud erit à qualitatibus, cõtra stultos Alexandreos. Hæc est prima pars. In secunda triplicem docet modum extractionis succorum. D Quod videtur ab iis alienum, nisi concinnemus: vt videatur ostendere, sapores esse in liquore. Atque hîc finem facimus huius Capitis. Redibit enim ad superiorem contemplationem, de necessitudine odoris & saporis. Ὡς οἰκεῖον. Sic habetur scientia: vt de subiecto demonstrentur affectus per principia, causas, elementa. Δοκεῖ μᾶλλον. Quia etiã in sicco est acidus: dixit, magis in humido. Παχυνόμενα δ᾽ οὖν. Ratio quæ persuasit, dulcẽ esse in sicco: quia liquida densiora facta dulcescant. Ὁ δὲ ἄτοπος. Dubitãter: quia videtur absurdũ: duorũ contrariorum vnum esse principiũ. Γινομένων δὲ. rectè. Nã si omnes fiant ex duobus, A amarus, ex alterutro fiet: non ex humido: ergo ex sicco. Vidẽtur tamen orationis particulæ coniunctiuæ corruptæ. Εἰ μὴ αὐτῆς. Quia dixit, omnes ex duabus fieri qualitatibus: addit præscriptionẽ: vt altera sit potiùs materialis. Suprà docebat: quos putaret sapores materiales, quos formales: nũc quas qualitates: sanè humidũ. quasi siccitas sit humidi priuatio, humidũ habitus. De hoc amplissimè in Exotericis. Nã hîc siccum formale quid potiùs facit: saltẽ, vt ita loquar, actuale. sed obturbat more suo sic. Πάντες ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Quomodo ab eodẽ: si sunt prĩcipia duo? quia ab sicco. Addit enim: πάντες ἐν ξηροῖς. Cæterùm τὸ ἐν, materiã subiectã potiùs designat. At siccitas non est materia: quippe in humore sunt omnes, à siccitate modificati, à calore educti, sub formæ potestate. Ἀλλὰ περὶ μὲν. Hæc est altera pars: de succorũ extractione: vt ostendat in humorẽ transfundi siccitatẽ. Ita humidũ, quasi materiã: siccum, quasi formã. exempli gratia. Aqua Ficubus imposita Ficuum induet formalẽ qualitatẽ: indita vuæ acinis, vinosam. tripartita pars hæc est. Prima est, per expressionem, vt in vino & Oleo. οὐ πρὸς τὴν χρείαν ὁρῶντες: alio quàm cibi vsu. hoc est χωρίζειν, separare. Secunda est per affusionẽ. In aquã enim abit fructuum sapor, qua ipsos maceramus. Nota verbũ ἀκρόδρυα. Ab his enim Ficus separauit: ἀκροδρύων καὶ συκῶν. Tertius modus est, per corruptionẽ: veluti in Zytho sapor Hordei. vbi & vsũ attribuit Ægyptiis, & nomen, atq; appellat minus apud alios vsitata voce, ζῦθος. Ἁπάντων δὲ. explicatio est familiaris. Arte separationẽ atque eductionẽ, aut aliud quid esse in his. Separata verò & educta, ea esse naturæ principia. Hæc de duobus prioribus. Tertium, quod erat in putrefactione, vtrunque habet à natura, & putrefactionẽ, & rem putrefactã. Sic subtiliùs dixisset. Ἀλλὰ περὶ μὲν. Suprà sæpe statuit agriculturæ fundamenta his ex contẽplationibus: nunc dat initia præceptionum, tum œconomiæ, tum medicinæ, tum culinæ, expressionibus, infusionibus, aliis succorum confectionibus.

Theod. οἰκεῖον, accõmodatissimũ: pessimé. Accõmodata, sũt vtilia quidẽ, sed extrinsecus applicata. Περιττὸς δεῖ διαιρεῖν. declarãdũ: malé. diuidẽdũ. Partitur enim, vt distribuat, his siccũ, his humidũ. Et non necessario addit illa: quam siccitatis, quam humiditatis. Et omisit verbũ modestiæ, πειρατέον. Ὁ δὲ ἄτοπος τάχα οὐδὲν αὐτῆς διαφέρει. Hæc omisit Theod. & illa substituit: ni fortè hæc pro nihilo putãda sunt: illúdq; melius dici possit. Et addit illis ἐξ ἀμφοῖν: dispositionem, vt suprà, sic: hoc est ex humiditate siccitatéque. Hanc paraphrasin cõmodiùs eò distulisset: vt declararet, vtra esset, humiditas, an siccitas: sic materiã magis repræsentet: scilicet humiditas. ita ab eo aliquid didiscemus. Ἀκροδρύων, Nucũ. Vidẽdũ accuratius vocis huius vsum. Nõ enim Nuces perfundimus: vt earum sapor in aquã transmittatur: sed præmimus, vt exprimatur succus.

CAPVT XXI.

XXI. Capitis argumentum. Non iisdem in partibus est omnibus gratus odor & sapor. Flores, folia, radices, aliis alia bene olere. Radices esse plantarum ventres. De Teda & Pini suffocatione repetita.

ὙΠΟΚΕΙΜΈΝΩΝ οὖν καὶ διῃρημένων τούτων. Redit ad id quod intermiserat de odoribus. Suprà dixerat, odorum saporúmque necessitudines, inter se comparatis eorũ naturis. Nunc ostendit eorum à se ipsis differẽtias subiectorũ ratione. Idq; agit per quęstiones, quas non soluit. Prima est, non in iisdem partibus esse odorem & saporem iucundum in omnibus plãtis. Neque ponit exempla, neque dat causas. Exempla sunt in Arancio. Cortex odoratus non est edẽdo. Succi odor minimus, sapor maximus. Sic in Persicis & aliis. Sphondylium enim odoratos habet B flores, sed sapore horribili: radicis odor & sapor æquè ad panaceam. Causa est in Arancii cortice terræ multum: in succo aquæ plurimum. Hæc est cõparatio duorum inter se. Alia, cùm idẽ sibi comparatur. Dat partium exẽplũ in genere. Odor, inquit, aliis in summo, aliis ad radices. Neq; hîc exhibet historiã. Est in multis: Caryophyllata, albo Chameleone. Ita de saporibus. Gẽtianæ radix, Aristolochiæ. Hoc deinde diuidit iterum. Etiã quorũ superiores partes odoratæ sunt. At non omnes. Nanq; aliis fructus, aliis folia sunt odorata. Peculiare illud Persico. Florẽ olere penè quod nucleũ: pulpã longè aliud. Ratio à forma: quia idẽ est flos quod semen: neque differunt nisi partium dispositione, actu & potentia. Potes per te transmittere C per tã variam naturã vim ingenii ac iudicii. Quin minutius diuidit atque ait, hanc diuisionem maiorẽ esse in odoribus quã saporibus. Illius causã mox dabit, coctionẽ. Quæ partes igitur magis erũt coctæ, minus dilutæ humido, plus habebunt sicci, eæ magis erunt odoratæ. In aliquibus igitur eueniet, vt radices magis excoctæ sint quã partes aliæ. Sanè ratio manca. Nanq; & Cepullarum & Cyperi radices plus habent succi, plus saporis, plus odoris quã folia. Item & Rosæ & Violarum flos succulentior atq; odoratior. Contrà, Lilii radix succosior, flos minus: & tamẽ odoratior. Aliter in Iride: succus in radice insignis, strigosus flos: vtrobique odor: sapor in humidiore acrior. Hæc de partibus. Ad aliam quæstionem. Quare maior est odoris quoad partes, quã saporis varietas. Quia plãtæ sapor est ob cibũ: odor est accessorius. Hoc à fine. D A forma: quia recipere potest plures mutationes: est enim ἁπαθέστερον, quia partiũ tenuiorũ. Quod autem addidit, in ramis quoque. Non memini, ramos esse cuipiam odoratos, folia nõ esse aut cortices. Itaque ab horum affectibus non puto separandos. De Carpesio videndum: nunc enim nobis ignotũ est. Post hæc ait, odoratas herbas minimè habere flores odoratos, exẽplo Serpylli. Sanè neque Ocymi flos æquè spirat quod folium. Ratio: quia illius odor in aquea substantia. Idcirco rigationes amat perpetuas, etiam sub sole ipso. In floris partibus tenuioribus non consistit odor eiusmodi. Maximè verò mirãdum hoc, odoratissimorum A florum plantas inodoras esse: Rosæ, Violæ, Lilii, Iesemini. Non affert causam. An tota vis in vnum apparatur? An ea vis in humido igneo, quod suapte natura petit extrema? Earũ plãtarum humidũ in flores à calore tractũ, subuectum, attenuatum? Post hæc abit ad dubitationẽ de radicum odoribus: cuius causam statuit à coctione. Inde nactus occasionẽ, quẽadmodum transeat ad historiã Tedæ, quam hîc repetit non necessariò, videbimus.

Ὑποκειμένων. Scilicet quibusdam principiis quæ sumpsit à Philosopho naturali in libris vniuersalibus: Ideo sæpe dixit λαβεῖν δεῖ, ληπτέον. Καὶ διῃρημένων. Quoniam ex acceptis aut cõstitutis principiis multa deduxit. Ἐν τοῖς κάτω καὶ περὶ τὰς ῥίζας. Oportet hæc postrema verba esse priorum expli B cationẽ. Nequis putet ad imũ trunci odoratas esse, radices intelligit. Diuisit enim per cõtraria ἄνω, κάτω. τὰ ἄνω declarauit per flores, fructus, folia, ramos: τὰ κάτω, per radices. Ἐν τοῖς περικαρπίοις. Sanè in multis fructuum cortices sunt ipsis pulpis odoratiores, vti suprà narrabamus. In quibusdã nõ ita: nõ enim in peponibus vel odor vel sapor cortici, quã pulpæ maior. Sic Cinnamomi cortex odoratus de ligno nihil cõperti habemus: cõtrà, Sãdali cortex nulli vsui, lignũ odore insigni. In corio & pulpa & nucleo tũ Persico tũ Armeniaco: Prunis ferè in nucleo solo. Καὶ μᾶλλον. Hoc iã declaratũ est. Ἐν τοῖς φλοιοῖς. Sicut in Cinnamomo & Casia. Habet enim cum trunco proportionis necessitudinẽ cortex, quã corium ad carnes in fructu. De li C gno verbum nullum. Est tamẽ in Agalocho, Sandalo, Gaiaco, Cypresso. An quia cortex nimis exustus? Excessus enim aduersatur vel odoris vel saporis mediocritati. A nimia siccitate non est quicquã vel vaporabile ad odorẽ, vel solubile ad gustum. Καίτοι κατὰ λόγον. Quia dixit flores esse maxima ex parte odoratos, ostẽdit rationẽ quæstionis in Serpyllo. Nam si Rosæ planta dicitur odorata propter florẽ: quare plãta Vere odorata florẽ nõ habeat odoratum? Argumenti vis hæc. Principia maiora & fusiora etiã parti decuit communicata. Ratio quęstionis. Floris odor à radice. Eius materia si quit ascendere, plantã relinquit odore spoliatã. Si non est vaporosa, residet infrà, nec florẽ occupat. Ita solutæ sunt quæstiones duæ. Ἔχει δὲ. Trãsit ad reddẽdam causam de radicis odore. Ratio quęstionis est: odor fit à coctione: radix minus D cocta: partes extantes coctiores. Nẽpe æquè à calore intimo, ab externo plus, aeris & solis. Quamobrẽ naturali videtur aduersari conditioni: quòd minus coctum plus sit odoratum, plúsq; saporis habeat: de radice hæc. Ideo dicebat ἄμφω μὲν ταῦτα, scilicet odor & sapor, γίνεται πέψει. Deinde apponit maiorẽ propositionẽ sic, Quod semper nouã recipit materiã nutrimẽti, atq; aliis trãsmittit, minus eã laborare videtur atq; conficere posse. Radix est huiusmodi. Inde sequitur conclusio obiectionis. Ὡς αἱ τῶν ζώων. Exẽplo ventriculorũ in animalibus. In iis enim est nonnisi inchoata coctio. Dicit autẽ radicem esse plãtę ventrẽ, quẽadmodũ & Præceptor dicebat in 2. de partibus. Accipere

à tellure τῇ κατεργασμένῃ τὰ φυτά: in radice confici τὴν πέψιν, ὥσπερ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῶν ζώων. Ita radix quatenus accipit, os est: quatenus exceptum coquit, ventriculus. Sic in 1. Historiarum. ῥίζα δ' ἐστὶ τὸ τροφὴν ἐπάγεται: καυλὸς δ', εἰς ὃ φέρεται. Vbi ori similẽ facit radicẽ, caulẽ ventriculo. Περὶ δὲ τούτων. Secunda pars, in qua aggreditur solutionẽ. τούτων, quę dicta sunt. τοιούτων, quæ dici possunt: puta de colore deq; figura. Inter multas quæstiones illa est insignis. Quare superiora plãtarum exiliora? Ratio quæstionis. Videtur enim accõmodari debuisse ad leges totius. Totũ autẽ ipsum hoc est globus. Globus fit è pyramidibus inuersis. Quocirca quæ intus continẽtur, similia esse decuit. An est hîc obratiocinatio? Non enim plantę sunt mundi partes, tanquã globi constitutrices, sed tanquã species. Exilitas autem procedẽs ad summitatẽ euenit, quia abscedit à materia alimenti quæ à terra trahitur aut subit. An hoc in omnibus verũ non est, sed iis tantũ quę ramis carẽt, vt spartum & iunci quidã. Nam quibus insunt rami, si ramorum materia cum trunco superiore comparetur inferiori, longè maior inueniatur? An est aliud αἴτιον in tã multiplici natura? est. Tribulo enim aquatico crassiora sunt superiora. Ratio est, quia plus alatur aqua minus mista. Talis autẽ est supra fundum. sed ad Philosophum. Vt soluat, duo sumit principia: quorũ alterũ sæpe adduxit, saporũ atq; odorum principium esse maturationẽ: alterum est, radices esse plãtarum vẽtres. Probat autẽ sic: quia in illis alteratur succus aliquo modo. hoc est τὸ πῶς. Quia non vltima coctione quæ fructibus debetur, sed sua. Et sanè radix alitur: ergo sibi quoq; venter est, non solũ plantæ reliquæ. Sic & truncus sibi alterat, non foliis aut floribus tantũ. Sic meseraicæ dicuntur ali sanguine, qui nõdum subierit iecur. Sed & aiunt seipsum ex primo succo alere illico vẽtriculum. Omnino verò Galenus acceptum, vt omnia bona, ab Aristotele professus est, ali mẽbra omnia succis iis quos ipsa continent. Illa verò verba, εἴτε καὶ τοῦτό τις θείη: & illa, ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερῶς οὐκ ἔχουσιν εἰς τὸ πέττειν: neq; faciunt ad rẽ: neq; sublata quicquã mutilant: neque agnoscuntur à Theodoro. Ταύτας δ' οὔσας. Cùm sint ventres, nihil prohibet, in se & saporem cõtinere & odorem. Quia si os tãtùm essent, acciperent ab aliis formatum succum atq; per venas transmissum: quemadmodum sibi sumit os animalis per vtrasque venas à iecore & à corde. Quanquam subtilius intuenti satis patet non esse necessarium, vt sint odoratæ ventres esse. Satis est vt sint partes, quod nemo negare potest, vt negare potest ventres esse. Quid, nõne quæque pars suos habet succos, suas qualitates? Nõne etiã ossa ipsa? Quapropter lõgè melius dicetur sic, radicẽ à cordis vicario potestatẽ accipere, qua succum à toto receptũ post certã primã concoctionẽ, porrò concoquat pro suo sibi. Sic enim plus perficiet: ergo plus cõparabitur saporis & odoris, quã si dicatur in illa prima rudi coctione maiorẽ euenire odoris perfectionẽ, quã quanta sit in flore quoad saporẽ & odorem. Non improbamus Philosophi sentẽtiam: sed hęc afferimus exercitationis causa. Ὅσα γ' κρᾶσιν. Quia sapores in crasi constituerat, ex crasi iudicat radicum sapores. Demonstratio est cõcludẽs ab essentia rei. Secũdum igitur tẽperaturę modum ipsos itẽ tẽperat & odores. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς. Et similitudo est, & argumẽtum à maiori. Similitudo vẽtriculorum in animalibus: argumenti efficacia: quia tametsi, inquit, in vẽtribus animaliũ sunt excremẽta: tamẽ inest etiã succus vtilis quidam. Sanè eum esse vtilẽ, intelligimus ex illorum confessa omnibus nutritione quæ fit per succum ipsum: ac præterea ex lumbricorum generatione. Est enim idoneus naturæ vel ad conficiẽdas animãtes. Ideo vocauit ἀρχυλίαν: & addidit τινά. Non qualis à sanguine, sed certa sua. Quare ait ibi factã esse alterationẽ illã: non enim aliunde acceperunt. Καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων. Cõponit nunc partes cõparationis: explicátq; in arboribus similitudinẽ. Totã repetit Historiã de Pini teda, tametsi satis suprà: à qua stranguletur, sicut à pinguedine animalia. Teda verò in radice. Radix ergo sibi cõficit. Hoc nemo negat, vti dicebamus: sed vidẽdum, ex primóne illo rudi atq; inchoato succo teda confiat in radice: an accepto per venas aliunde, fit enim humorum commeatus: quẽadmodum apparet in hypostasi manifesto. Ὅτι τὸ θερμαινόμενον. Ostẽdit in radice vim esse concoctricẽ, sed obscuris verbis. Sic declaremus. Vbicunq; fit inspissatio, fit per calorẽ: ergo coctio. In teda fit inspissatio: est enim pars densa pinguis. Et teda est in radice. In radice vis igitur coquẽdi. Καθαρώτατον ὄν. Quia purum est & à turbido separatũ. Vt etiã secretionẽ attribuat. Et sanè teda purissimarum est ac tenuissimarum partiũ admodum aereis nec parũ igneis. Ideo dixit προσίζει, hæret. Eius enim auida natura non expellit. Quocirca non submittitur, sed insidet. Ex eo insessu alio super aliũ subeunte succo, necessariò fit coagmẽtatio atq; condẽsatio. Hoc est illud ἀθροιζόμενον: & quod sequitur πυκνωθέν: qui est affectus substãtiæ tedæ, scilicet πύκνωσις, quẽadmodum & πιότης. Pingue enim est aqueum aereũ modica terra dẽsatum. Τὸ δὲ ἴδιον. Quod verò cæteris partibus est peculiare, sursum fertur ad earum alimentum. Οὐ διὰ πιότητος. Non ascendit arboris alimẽtum ab radice per hasce partes pingues, quæ tedæ appellãtur, sed per alios meatus. Quapropter & nostræ rationes superiores valebũt, cùm dicebamus, posse radicẽ per meatus quosdã humorem à terra haurire ac transmittere: per alios verò succum alibi laboratum recipere, quẽ sibi cõficiat peculiarem. Itẽ ex iisdẽ verbis aliud. Quippe cũ tota radix abierit in tedã: Pinum morituram. Non enim amplius suppeditabit ad alẽdum, occupatis omnibus aditibus atq; infessis viis ab illa pinguedine. Hæc vna causa interitus, humoris defectus. Alia mox. Intercluso, inquit, spiritu. Vbi nanq; non potest commeare spiritus, aut absumitur ab interno calore, aut computrescit. Ignea nanque natura nisi ventiletur, extinguitur. Hoc volebat illud δίοδον τῷ πνεύματι. & συμπνιγόμενα. Ὅτι μὲν οὖν, Amplificat doctrinam more suo, atque dat causam

sam propter quam Pinus ita suffocetur: aliæ plantæ non item. nempe iis aut nulla pinguedo, ὅλως: tollit totam substantiam illam: λιπαρότης in oleis: πιότης in resiniferis: aut si inest, haud ita multa. Vna ex causis, multitudo vel concausa potius.

Μὴ δὲ σωματώδης. Alia causa, spissitudo. Non corpulenta, sed diluta. Eæ plantæ, inquit, non patiuntur hanc πάχωσιν. Non fiunt obnoxiæ huiuscemodi concretioni. Οἷς δ' ἔνεστι. Hîc dat materiam, πιότητα: ibi efficientem, θερμότητα: illic efficientis modum, ἰσχυρᾶς. Oportet esse humorem, esse pinguem, esse multum, esse corpulentum, esse calorem, esse validum.

Lego ὅτι τὸ διαθερμαινόμενον, non ἔτι. Et πιότητα & πιότητος, non ποιότητα. Et πόρους, non τρόπους. Et ἡ αὐτὴ μὴ πολλή, non ἡ αὐτή.

Theodorus δεδειγμένων, exploratis: pessimé. Aliud est δεῖξις, aliud ἀπόδειξις. Aliud explorare, aliud demonstrare. Ἀπορήσειε, per duo expressit verba, dubitauerit quærétque. sed malè modos variauit. Κλωνί, in rami summitate: malé. Nulla planta in rami olet summo, quæ non in toto itẽ ramo. Κρέον. Interpretatus est infelici verborum ambitu. Confusione tali elementorum conditæ. Καθόλου πεύκη. Pinus enim agit radicem totam teda refertam. Tot addit, & frustra, & non ex fide, & falsó. Non enim hîc opus est tota radice tedata. Satis est tedam concipere. Hoc mox dicet. Ἐπεὶ ποιεῖ τινα πιότητα, pinguedinem reddit. non: sed efficit. Non reddit pinguedinem, nisi expressa aut vstulata, aut è lãbico stillare coacta. Calor autem densat & conficit. Ἴδιον, reliquum. sanè reliquum. Cæterùm si non legit λοιπόν, paraphrasis iam hæc, non versio est. Nam refert vtrum scripserit, intelligere. Quippe teda non solùm non est ἴδιον, sed etiam φυσικὸν παρὰ φύσιν. Est enim alienum peculiare. Et quomodo erit ἴδιον, si necat? Non est hîc ἴδιον, οἰκεῖον. Subtiliori iudicio ita digerendum est. Morbus non est ἴδιον: at pati morbum est ἴδιον. Itaque succum qui arborem aleret, ἴδιον appellauit. Σωματώδης, callosa. Quasi ex commentario. Quia σῶμα, callum alibi vertit. Etiam callosam pinguedinem dicere ausus est. Est tamen corpulenta etiam prius quàm concrescat in lignum.

CAPVT XXII.

XXII. Capitis argumentum. Arborum truncos potius quàm summas torqueri partes. Nouellis rarius accidere. Causam esse humoris residentiam. Eandem causam esse quare tedescãt arbores.

TAPO'MOION. Capta occasione abit ad aliam materiã. Quia de humore ad arborum radices residente verba fecit: propter quẽ stipites arborum torquentur: de hoc agit nunc. Postea simul ostendet hanc itẽ esse causam, quòd in arboribus teda concipiatur. Inde redibit ad radicum sapores & odores. Quamobrẽ scindemus ibi caput. Hæc enim intempestiuè sunt interposita. Οὐλότητα. οὖλον significat crispum. De capillis Aristoteles: & de flexione ἡ δὲ βλαισότης οὐλότης τις. Crispitudo enim est affectus flexuositatis. nempe frequẽtia flexionis. Ait ergo, stipites ab imo esse minus rectos. Duas facit comparationes: vnam, stipitũ cũ ramis, quos dicit esse minus rectos: alteram, stipitis partium inter se. Superioribus inferiores esse flexas magis. Καθάπερ καὶ παχύτατα. Medius terminus hîc ad syllogismũ, & fundamentum proportionis, sic; Quod est crassius & dẽsius, flexuosum fit. At stipes ad ramos relatus, talis. Item pars inferior superiori collata, talis. Est enim crassitudinis proportio in his par, stipitis ad ramos, & imę partis ad summã: quia stipitis ratio est inferior. Συμβαίνει δέ. Reddit causam vltimam, scilicet densitatis & crassitiei. Quia plus immoratur ibi alimentum, & diutius consistit: ac propterea patitur à calore, rapitúrque in suam naturã à parte ipsa. Verũ adhuc reddenda causa duplex homini acutiori. Prima, quare plus immoratur? Quia perpetuò suggeritur à radice: & antegressa minus truditur. spissatur ergo. Hinc elicitur altera. Quemadmodum fluuiorum flexus, & in ęs impacti plumbei stili reflexio propter obiices: sic fiet in lignis. Succus enim ille perplexitatibus anfractuum, qui ex ipsa stipatione contigerunt, distinetur. Quocirca radices quoq; arborũ venas habent crispiores: quales Oleæ, Larici, Taxo. Ὅπερ ὅλως. Verba aut iniuria temporis, aut affectata breuitate odiosa. ὅπερ, quod scilicet συνίσταται, τοῦτ' ἐστὶν ἡ εἰς βάθος αὔξησις, est augmentũ quo fit crassitudo. Quia si alitur ibi, nec ascẽdit, dilatabitur. Deinde sequitur, εἰς τὸ ἄνω δίδωσι. Augmentum crassitudinis ascendens ad superiora. Vides orationis peruersitatẽ. Vult dicere, quæ materia cũ immoretur infrà, fit alimentum ad crassitudinẽ: ea sursum subiens fit longitudo. Ἐφισταμένης οὖν. Moram igitur trahente fit crispitudo. Sed non explicat rationem quare conuoluatur & in seipsam insinuetur. Ἐκείνη δέ. Illa verò quæ in summo est, semper procedit porró. Atqui moderanda hęc sentẽtia. Nã quẽadmodum quę erit in summo procedet, quæ erit in imo succedet. sed ratio est in alia subtilitate. Quę propius radicem sunt, ea plus humoris habẽt, plus terrei: itaque plus consistit materia: minus ascendit. Quæ iam causa est, quãobrẽ plantæ fiant sursum versus seipsis semper exiliores. Διὸ καὶ ἐκεῖθεν. Deductio alterius syllogismi, In nouellis non est crispitudo: quia semper augescunt sursum versum. Vbi considerandum quòd in iuuenculis succi sunt dilutiores: ac propterea densantur minus. Hoc conuenit superioribus, vbi tedæ succus erat σωματώδης. Quòd si tenera in ætate amputatis ramis præmaturè crescere cogantur, fiunt item flexuosæ: propterea quòd sibiipsis partes oneri sunt. Nondum enim robur sibi compararunt in crassitudine. At vetulæ cùm crassescunt, quare crispæ fiunt: nõ autem cùm sursum crescunt in longum. Videtur enim hoc potius esse debere, quia facilius dilatatur humor aqueus quàm ascendit. Dicẽdum, cùm desierit sursum efferri, intendere ad crassitudinem. Hæc enim reliqua est naturæ. Tum succedente a-

limento ab radice, ſtipari ſuccum: quia nõ ampli⁹ aſcendit. Hoc videtur etiam in Iſiciis. curueſcunt enim farcta nimis. Ἀλλ᾽ ὅταν στῇ. Sicut & in animalibus. Ne applices integram comparationẽ: è contrario nanque fit. Creſcunt in craſsitudinem quidem animalia, poſteaquam deſierint proceriora fieri. Cæterùm ex Vacciis euadunt recta quædam, maxima pars ſaltem, rectiora. Ratio eſt in acquiſita firmitate. Ἡ αὐτὴ δέ. Altera Capitis pars, quæ fuit cauſa vt diuerſus in hæc abiret. Cùm enim de teda ſermo incidiſſet propter vẽtres arborum: atque tedę cauſam agnouiſſet eſſe alimenti copiam: ex ea copia partium inferiorum, quarum erat affectus teda, affectum hunc alterum craſsitudinis deduxit. Ideo comparat. Nam ſicuti nouellę arbores non afficiuntur criſpitudine, quia ſurſum tendit alimentum: ſic in iis non ingeneratur teda propter eandem cauſam. Ἡ αὐτὴ καὶ σύνεγγυς. Duæ voces, eadem & proxima. Eadem, quia abitio alimenti. proxima, quia effectus diuerſi. Alioqui nugatio ſit apud Philoſophum: cùm idẽ quippiam dixeris, proximum idem dicere. Nam idem quæ ſunt, neq; loco, neque accidente, neque ſubſtantia differunt. At proximum neceſſe eſt, horum quopiam differre ab eo cui proximum eſt. Ὥστε δέ. Docta verba. Pinus vetulæ cũ deſierint fructibus luxuriare, concipiunt ab imo tedas, retẽto ſucco qui ſurſum ferri conſueuerat. Quamobrem, inquit, etiam dicitur repletio: Suprà vocabat πότητα, & agnoſcebat multam: nunc explicat nomine quo vtuntur medici, πλῆθος. Ἀφῃρημένην. Duas cauſas, quarum vna etiam ſuprà poſita eſt, ſcilicet robur caloris. Hîc dicit, robur radicum. Altera, cùm ceſſarit impetus creſcendi in longitudinem. Nota περίπτωμα φυσικόν, teda: ſicut in animali pinguedo. Nam ſubſtantia naturalis eſt: quantitas præter naturam: & hac ratione dicitur excremẽtum: non autem ſi reſpiciamus ad ſubſtantiam: pars enim eſt hæc arboris, illa animalis.

Lego καταλύειν καὶ συνίστασθαι, non autem ἀπολύειν. id eſt immorari. Nam contraria ſunt καταλύειν καὶ ἀπολύειν: ſumpta à nautis & viatoribus metaphora, diuertere & diſcedere. Si non ſit mendum, fruemur hoc.

Theodorus illa, τῶν δ᾽ αὐτῶν τῶν ἄνω: refert ad ramos. Vt ramorum initia craſsiora ſint ſummitatibus criſpiora: nos ad caudices: tu (ſi libuerit) ad vtrunque. Ἡ πυκνότης γίνεται, denſa ligna creentur: peſſimé. Non creantur ligna denſa aut criſpa, ſed in lignis iam creatis criſpitudo.

CAPVT XXIII.

XXIII. *Capitis argumentum. Quarundam plantarum foliis inutilibus radices eſſe dulces: aut quia folia ſunt diluta, aut quia ſicca nimis. Contrà, radicibus humidis odorem non ſpirari, ſiccatis ſpirari, ſed non nimis ſiccatis.*

TAYTA μὲν οὖν. Redit ad ſuperiora. Inſipidis & inodoris cæteris partibus, ſi radix fuerit odorata: id euenire propter cauſam ſupradictam. At quare non & folia & ſtipes? Videtur enim odor, quoniam ſit in partibus tenuioribus potius aſcendere. Sic & ſapor. Hoc in quibuſdam, quarum tota moles talis eſt vt Fœniculi. Et aliis etiã quibus non tota, extrema ſunt odorata, vt flos & radix Iridi. Magis mirũ, cæteris partibus inodoris florem ſolum eſſe odoratum, vt in Roſa. Quod ſuprà quoq; admirabamur. Odoris hîc ratio tota eſt in partium tenuitate. At ea in flore ſolo, non ſanè quadã humiditate, qua totã carere plantã, & ſenſus docet, & argumento ſunt ſpinæ. In præſenti verò tractatu duas cauſas aſsignat contrarias eiuſdem affectus. Duarum cauſarum ratio vna, extremitas: quoniam ſapor & odor ſit in mediocri, non in nimis humido: quia ſiccæ partes obtunduntur, quæ erant in vtriuſque definitione: non in nimis ſicco, quia fieri nequit ſicci trãſmiſſio, quam vocabat in definitione percolationem.

Ταῦτα μὲν οὖν. Theodorus ita vertit: quaſi deſignẽt hæc excuſationem quòd hæc interſeruerit. Quaſi ſignificetur hoc verbis illis, ἔλαβε τὴν χώραν ταύτην. Quæ de criſpitudine diximus, hunc locum occuparunt: propterea quòd criſpitudinis erat eadem cauſa, quę & coagmentationis ſucci ad tedam. De qua loquuti ſumus: quoniam erat in radicibus arborum: & de radicis vi retentrice atque alteratrice verba fiebant. Nos antequam Theodori verſionem legeremus, arbitrati ſumus ea verba, ταύτην τὴν χώραν, innuere radicem ſic. Cauſa vtriſque eadem: id eſt vis valida retinendi & alterandi fecit, vt tam teda quàm criſpitudo fierent in locis inferioribus. Expoſitio noſtra & acutior & doctior. Et mos eſt huic Philoſopho, perturbare atque interſerere, abſque vlla excuſatione: quod nimis ſæpe vidimus. In ſecunda verò parte procedit ad aſſeuerationem propoſitæ ſententiæ. Humidum odori eſſe impedimento. Idcirco radices aliquas odoratas plus etiamnum odoris halare cùm ſiccatæ fuerint, modò ne nimis. Ita ſemper mediocritate quadam tẽperat abiectis extremis. Ἡ δ᾽ ἀχυμία. Primùm poſuit ἀχυμίαν, deinde γλυκύτητα. Quia iucundus ſapor etiam in multis aliis quæ dulcia non ſunt. Et quibuſdam hominibus dulcedo inſuauis. Hippoſelini quoque radices (quarum ponit hîc exemplum) non tam ſunt dulces quàm ſubacres: quin etiam væſtigium retinent nonnullius amaritudinis. Φανερὸν δέ. Quia de maioribus loquutus eſt: de humilioribus etiam dicit.

Κυπείρου radicem ait dulcem. Hîc apud nos ſapor alius mihi videtur dominari, ſicut in Apio & aliis. Folia quoque ſaporem & odorem habent, cæterùm dulcia non ſunt. Et quoniam diuerſus eſt horum ſapor foliorum, à ſapore Betæ, Graminis, Cyperi: idcirco non determinatè, ſed confuſè innuit in negatiua illa οὐχ᾽ ὅμοια. Cæterùm ne ipſę quidem radices. Quæ ſequuntur perſpicua ſunt. Ὑδατώδη. Tria ponit: duo, vt cauſas inſipiditatis, aquoſitatem ac tenuitatem: tertiũ, cauſam ipſius aquoſitatis, μὴ ἔχοντα πέψιν. Tenuia verò non magis ſunt Betæ quàm Apii, & aquoſiora. Graminis verò tenuiora & ſicciora. Ἐς

ἡδονήν,

ἡδονήν. ſanè bené. Nam ſuum illa quoque ſuccum habent, tametſi minus gratum. Et dixit ἔνδηλον, propter Betarum fatuitatem. Ἢ πάλιν. Altera cauſa cõtraria. Prima erat ab humore nimio: hęc à nimia ſiccitate. Τὰ καλαμώδη. Colligit in ſumma, quarum ſtipes calamaceus, nempe ſicuti Cyperi. Notabis calami vocem etiam ad iuncos. Sic & apud Dioſcoridẽ. Quia medulla iuncorum araneacea. Χυλὸς δέ. Hoc eſt illud axioma quod eſt mediũ fundamentum harum duarum cauſarũ, quæ inter ſe cùm ſint contrariæ, vnum tamen & eundem pariunt effectum. Neque in ſicco neq; in humido nimio. Σισυρίγχιον. Traſi noſtri (noſtri enim ſunt, non in alia, quod ſciamus, Italię parte) radice dulciſsima, folio caricis, inſipido. An ſit Siſyrinchus, cognoſci poſſet ſi priſcorum diligẽtia cognoſci poſſet. Sed Theophraſtus nihil, præterquam de radicis auctu paucula in 7. Hiſtoriarum. Dixit καθάπερ ἄχυλα: nõ autem ἄχυλα ἁπλῶς: habent enim omnes plantæ ſuum ſaporem. Ταὐτὸ δέ. Alius modus. Prior erat foliorum inſipidorũ: hîc acriorum, radice nihilominus dulci. In quibus radices agnoſcit σαρκώδεις: quia contrà, illarũ folia λεπτὰ ſuprá. Item ibi folia ἄχυλα καὶ οὐχ᾽ ἡδέα: hîc εὔοσμοι radices. Ἅπαντα δέ. Colligit vniuerſalis naturæ conditionem. Vbi ſuccus, ibi ſapor. Vt oſtendat, ſiccitatem eſſe odoris ſaporiſque priuationem. Nam etiam in ſiccis plantis quæ pars ſucci pluſculum potuit capeſcere: eam quoque ratio ſequuta eſt, qua poſſet eſculenta eſſe: exemplo Ægyptiæ arundinis, cuius Aſparagi ſucculentiuſculi manduntur. Dixit καὶ ἄλλως, quod nos, alioqui. Quanquam ſuapte natura ſicca. Quoniam verò natura plantæ vniuerſalis ſicca eſt, præponderat illi portiunculæ. Idcirco parum durat vſus eius partis, ἀλλ᾽ ἐπὶ βραχὺ πάντων: minimè omnium talium. Quippe ætas id præſtat dum muſtea eſt. At calamus Ægyptius ſucculentus eſt, διὸ τὴν ἀτροφίαν, ſui vſum retinens. Quin & in ſummo & in radice idem, quòad ſiccentur. Vt etiam hîc oſtendat vel ſuperuenientem ſiccitatem, nedum naturalem, tollere ſaporem. ſanè, quia etiam ſuccum.

Διὸ καὶ τὸν καυλόν. Eadem in caulibus ratio, vt ad certam vſque ætatem vtique ſint edendo. Eum temporis tractum, quum eorum natura viget ad vſum, appellauit ἀκμήν: καίριοι nanque tunc ſunt, id eſt tempeſtiui. Ἡ δ᾽ ἀκμή. Secunda pars, in qua exequitur odorem. Nam in principio capitis ponebat vtrunque ſimul, ἀχυλίαν καὶ ἀοσμίαν. Expeditæ ἀχυλίας tractationi adiungenda fuit altera propoſiti pars. Quare miror quo conſilio diſiunxerit à ſuperiori membrum hoc Theodorus. Confirmat ergo quod iam dixit, neque in ſicco neque in humido nimio conſiſtere vel odorem vel ſaporem. Id quod etiam patet in radicibus. Nam virides quædam ſiue recentes inodoræ ſunt, reſiccatæ olent: ſed aliquatenus exiccatæ, non exuctæ. Ita neque ſuccoſæ neque aridæ. Proportio quædam eſt in putridis lignis: ſpirant enim iucundum neſcio quid, ſicut & muſcus arborum & boletorum puſillorum genus, quod ob odorem (opinor) vocant Vaſcones *Moſcherons*. Ἀνάπαλιν. Quare dixit ἀνάπαλιν, equidem neſcio. Non enim fit è contrario: imò ratio, natura, euentus, par. Sicca folia inſipida erant. quæ nimis ſicca nimiſue humida: at idem in radicibus de odore: inodoræ nãque tum ſuccoſæ tum exhauſtæ ſucco. Τῶν καλάμων. Scilicet odoratorum. Ἀκμὴ δέ τις καὶ τούτων. καί, quia ſuprà quoque dicebat, μέχρις οὗ ἂν ἀποξηρανθῶσι. Illa nanque eſt ἀκμή. Sic in odore vigor non duret in ſiccitate, niſi quandiu durat in mediocritate ſiccitas. Ἀπομαραινόμενα, exucta.

Lego ἢ γὰρ ὑγροτέρα, non autem ἡ. ſicut mox item ἢ πάλιν. Et διὰ τὴν ἀτροφίαν, non autem ἀτροφίαν. Aduerſaretur enim ſententiæ, ſiquidem miſerè aleretur, atque idem eſſet ſucculentum. Et χλωρὰ μὲν οὐδέν, ἢ οὐχ᾽ ὁμοίως.

Theodorus εὔοσμα, bene olida: perinde ac ſi diceret, bene fœtida. Τῶν λημματικῶν, fructibus. Corrige, fruticibus. Ἔνυγρα, roſida. Non ſanè radix: rori nanque hauriendo inepta. Ἐπὶ πλεῖον, parte ampliore. malé. Non de eorum agitur quantitate, ſed de temporis tractu. Μέχρις ἄν. Addidit, ſtatim: malé. Non enim inueniuntur huiuſcemodi momenta in natura. Ἀπομαραινόμενα, ſiccentia. Incõmoda vox. Prouecta ad ariditatem. Medicorũ voces, μαρασμός, μάρανσις. An rectè dicatur marcor, alibi diſcuſſum eſt. Ἔνδοσιν. Theodorus omiſit, vt corruptum locũ. Senſus tamẽ elicitur, folia nõ recipere diſtributionẽ, ſed à radice ſuccũ diſtineri.

CAPVT XXIIII.

XXIIII. *Capitis argumentum. Sapores in ſuccis eſſe tum radicum tum aliarum partium. Succos ab iis exire vel natura vel arte. Alios eſſe liquidos, alios ſpiſſos. Quomodo ſit idem, ſuccus & lachryma.*

OI δὲ χυλοί. Poſtquam dixit de ſaporibus & odoribus partium: declarat cuiuſmodi ſint in portionibus partium, nẽpe in ſuccis. Id quod maximè facit ad rem: propterea quòd aiebat in liquido ſapores tranſmitti. Agnoſcit ergo primùm, in quibus ſint. quippe in radicibus & aliis partibus: maximè in radicibus acrium, vt Allii & Cepullæ. Hæc in genere ciborũ. Altera pars verſatur in medicamentariis. Folia ſuprà dicebat inſipida propter tenuitatem. Hîc ergo ad ſaporis cognitionem, carnoſa. Poſt hæc addit ætates, poteſtates, principiũ, augmentum, ſtatũ. Omnino verò augeri vim reſiccatione. Exẽplum adducit ſuccorum. Qua capta occaſione per eorũ excurrit naturam, tũ per ſe tum arte paratam. Inde modũ extrahendi perſtringit potius quã exequitur. Aliter enim extrahitur à Pinu reſina, aliter ab vua ſucc⁹, ab olea, cẽtaurio, glycyrrhiza. Tum monet, inſpiſſari ſuccos exẽptos ob perfectionẽ. In poſtrema Capitis parte docet, quid ὀπὸς ſit, quid δάκρυον. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. Non ſicut odores in radicibus ſolis, ſed etiã in aliis partibus. ſanè minus accuraté. Nam etiam odores in aliis quàm in radicibus. Τὰς δυνάμεις. In plurali, quia de odore & ſapore. Et hîc χυλὸς ſuccum ſignificat. Οὐ μὴν ἀλλά. Explanat.

A (quod & ſuprà) μέχρι οὗ: & quod aiebat ἀκμὴ δή. Hoc enim eſt διαμένουσι. Εἶτ' ἀκμάζουσι. Inde vigent. Ergo διαμένουσι, deſignat æquabilē tenorē quendā. ἀκμάζουσι autē vires conſtātiores. Itaq; dixit εἶτα, non autem ἅμα. Ἔπειθ' ὅλον. Quin poſt ἀκμὴν addit vigorem inſuper. Sanè nouam loquendi rationē, vt ἀκμὴ ſignificet incremētū. Nota modum aduerbiorum εἶτα, ἐπεὶ εἶτα: hoc enim eſt ἔπειτα. Sic Latini, inde, deinde. Διὰ τὸ ἀφῃρεῖσθαι. Abolito aqueo, quo ſunt vires marcidiores. Spiſſati nanque validiores. Ratio, quia plures partes in eodem ſpatio. Ideo dicebat, οὕτω καὶ οἱ ὀποί. οὕτω, id eſt ſiccati.

Χρήσιμοι. Ita demum probatur vſus ſuccorum, cū fuerint ſpiſſati. Hoc ſignificat σωματωθέντες, corporati. Ἡ δὲ σωμάτωσις. Syllogiſmi propoſitio minor hæc. B Maior illa, aquei fiunt validiores excretione. Tum illa ſequitur. Spiſſatione excernitur aqueum. Διὸ καὶ περισκιάζουσιν. Quare vt ſpiſſare queant: aut exprimunt, hoc eſt ἐγχυλίζοντες: aut faciunt vt effluant, planta ſcilicet ſciſſa. Scindendi verò non vna ratio. Leges etiam de Balſami ſuperſtitione. Ὅπως ὁ ἥλιος. Ratio quare ſiccant. vt ſole ſiccentur. Ἔστι μὲν δή. Quia dixit, eſſe tum in radicibus tum in aliis, & ſuccos & ſuccorum poteſtates: explicat quæ ſint illa alia. τῶν ἄνω. & paulò pòſt ἐν τοῖς καυλοῖς. Vnde in Silphio, ῥιζίας, καυλίας. Ἐὰν μὲν ῥίζας. Ab vtriſque ſuccos cient, ſequuti rerum præſentem vtilitatem. Si radices nacti fuerint habitiores, ſecant radices: ſi ſtipitem, ſtipitem. Οὐκ ὀπίζουσιν. A radicibus lignoſioribus non exigunt C ſuccum. Ὁμοίως δέ. Hactenus ab arte: nunc à natura. Quippe quod in reſinis eliciendis facit ars, idem & natura. Τούτων δέ. Quia dixerat, in lachrymis & ſuccis eſſe facultates: excipit nunc aliquot. Nam gummi (quod Arabicum dicimus vulgò) neque ſapit neque olet. Sanè neque à Ceraſo, neque à Pruno, neque ab Amygdalo. Καλοῦσι δέ. Has craſsiores, lachrymarum agnoſci appellatione: liquidiores autem, ſuccos nominari. Genus vtriſque communi carere nomine. Ὀπὸς, vocabulum eſt vbi ad Cyrenaicum deſignandum inuenias: etiam ad Pauerinum. Ἢ ἡ ὑγρότης οἰκεία. Aut eſt ſine nomine: aut dicatur, proprius humor qui ſuſcipit excoctionem eámque variam. Nanque viſcidiores ſucci plus concreſcunt: dilutiores, minus. D Quidam verò etiam opus habent adminiculis ſocietatis ad ſpiſſationem: quemadmodum etiam in vnguenta addebatur Aſpalathus & Balanus. Sic mel additur ſucco Centaureæ.

Lego οἵ τ' ὀποὶ πάντες χρήσιμοι. Et περισκιάζουσιν αὐτοὺς, non αὐτοί. Et οὐκ ὀπίζουσι, non autem οὐ κοπρίζουσι. Et ἢ ἡ ὑγρότης, non autem ὑγρότητος.

Theodorus φαρμακωδῶν, venenoſis: malé. Non tractamus venena, ſed medicamenta. Medicatos, dictum oportuit. Ἐγχυλίζοντες, ſuccantes. Non expreſsit certum ſignificatum. ἐγχύλισις enim eſt per expreſsionem tantùm ſuccatio, quoquo modo. Dicamus & id, melius dixiſſent Græci ἐκχύλισιν, quàm ἐγχύλισιν. Hoc vtilius docuiſſet Theodorus, defectos eſſe Græcos prudentia: potius quàm quereretur non inueniſſe verbum Latinum, quo Græcum redderet. At Latini ſeplaſiarii ac pigmentarii neſciebant quibus verbis dicerent, ſuccorum expreſsionem? Οὐκ ὀπίζουσι. Non exprimunt radices ſiccas: fruſtra nanque tentarent. Sic vertendum eſt. Theodorus deprauatè legit κοπρίζουσιν, vt vulgò circumfertur. Ait enim, nunquam ſtercus diſponunt. Alia verò deprauata loca prudens omiſit, τε τῆς πίνου, καὶ ὁ ἄρρην. Notabis duo verba, χυλίζουσιν, ὀπίζουσι. Σωματωδέστερος, calloſiores. Perſtat infeliciter in errore manifeſto. Quis enim reſinæ quæ fluida eſt, callum attribuat?

CAPVT XXV.

XXV. Capitis argumentum. Repetit radicum ſuperiorúmque partium comparationem. In radicibus eſſe potiſsimùm vim medicamentorum.

Ὅτι δὲ τὰ μὲν ἐν ταῖς ῥίζαις. Caput hoc nihil aliud quàm repetitio eſt. Rurſus enim radices confert cum partibus ſuperioribus. Quare abſcidimus à ſequentibus. Si par ſit in vtriſque natura comparationis, pares quoq; futuras poteſtates. Si in alterutrum natura vergat, in illo futuras potiores. Sanè tractatio admodum popularis. Sed nota, quibus verbis expediuit primū membrum, in quo declarat æqualitatem. ἡ φύσις ἑκατέρων σύμμετρος εἰς τὴν δύναμιν. Quibus natura in vtriſque commenſu conuenit. Quid tū poſtea? ἔνθα μὲν ὑγρὸν ἱκανόν. In altero humidi quantum ſatis. Perge. ἔνθα δὲ ἔλαττον ἔχουσα, καὶ ξηρὸν ὡσαύτως. Ecce, in altera non eſt æqualitas, ſi minus habet. Itaque fortaſſe legendum ἀσύμμετρος. Inæqualis vbi fuerit natura, inæquales erunt poteſtates. Atque ita reſpondebit expoſitio. ἔνθα μὲν: hîc enim quantum ſatis, ibi verò minus. Cæterùm ſequens membrum idem quoque ſonat. Quo natura recipit, id eſſe validius. Ἔτι δ' ἄν. Alterum membrum inæqualitatis. Natura enim vel ſecundum ſpeciem in alteram tantùm vergit, vel ſecundum ætatem. Secundùm ſpeciem, iam declarauit in Cypero. Radix enim vtilis, folia non. Secundùm ætatem, veluti de Pinu dixit. In adoleſcente ſurſum fertur ſuccus, in vetula ſubtus retinetur. Hoc eſt quod aiebat, καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦτ' ἔστι. Οἱ μὲν γὰρ σικυοί. Exempla hæc ſunt à ſpeciebus. Quibuſdam ſuperiora melioris habitudinis, vt in Peponibus. Quedā è contrario, vt Bulboſa, quorū ſummum genus appellat κεφαλόρριζον, cōplectēs etiam Rapum, Apion, Lilium, Leontopetalon, & alia. Ὅπου γάρ. Vbi acrimonia taliſve ſapor ſit, in ea planta radicem magis præſtare. Eſt etiam in nō capitatis, vt Ariſtolochia, Gentiana, Pæonia, Panacea. Quin etiā in tenuibus, vt Celticæ ſpicæ, Aſaro, Elleboris. Ideo dixit, Ἐπὶ τῶν φαρμάκων πλεῖστον. Quale Raued & Rhacoma. Ἡ δ' αἰτία. Repetit & hoc toties inculcatum. Cauſam, in mediocritate qualitatis. Vtriuſque, ſiccæ & humidæ.

Eam

A eam confieri à coctione. Ab altera immodica ſuperari coctionem: nimis eſſe in hoc materiæ: alteri deeſſe materiam, ſcilicet nimis ſicco. Πέψις δ' ἑκάστου. Eam coctionem non eſſe in omnibus eādem, ſed ſecundum cuiuſque formā ac ſpeciem, quam appellat οἰκείαν φύσιν.

Lego ὧν γὰρ ἡ φύσις: addita coniūctione, vt correxere. Et οἰκείαν, non εἰκείαν. Et ἀσύμμετρος, non σύμμετρος.

Theodorus, ἑκατέρων, vtrunque vertit. Ait enim: quorum natura minùs parte vtraque modica eſt. potiùs: vtrauis: aut alterutra. ſic mox ἐφ' ἑκάτερα: in alterutram. Si enim in vtraque eſſet immodica humiditas: in vtranque natura reperet. At in alteram ſolam vergit.

CAPVT XXVI.

XXVI. Capitis argumentum. Perſequitur adhuc partium differentias. In ſaporibus & odoribus eaſdem fere eſſe: differre autem gradu. In aquoſis maiores eſſe differentias. Foliorum & florum non eandem eſſe materiam. Materiam diuerſam propter diuerſos fines. Quarundam folia gratiore ſapore, fructum minus. In aliis contrà.

Ὅτι μὲν οὖν ὥσπερ ἐναντίως. Abſoluta comparatione duarum diuerſarum partium ſecundum ſitum: cōfert nūc partes ſuperiores cum ſeipſis, ſecundum ſpecies non omnium ſpecierū partes ſuperiores eſſe ſimiles. Superiores accipit, ſtipitem, folia, flores, fructus. Oſtendit tamen cuiuſmodi ſit ſimilitudo. In ſpecie quidem ſimiles eſſe: puta, acrimonia, amaritudine: at gradu non eſſe. Nempe fructus maiori parti valentiores, vt oleraceis multis. Quin euenit etiam, tota vt ſpecie differant: velut in citro. Semina enim amara admodum: arboris folia non item: pulpa dulcis: cortex acriuſculus. Ita Perſici frondes amaræ, item nucleus: pulpa dulcis. Hoc factum, mox dicet, propter finē: quia ſemina propagationi, pulpæ cibis paratæ ſunt à natura. Deinde vt harū cauſam reddat diuerſitatum, periculoſam adiungit enunciationem. Ea eſt, Non eandem eſſe foliorum fructuúmque materiā. Iccirco addidit: fortaſſe. Non eſt eadem materia proxima, ſicuti neque oſſis neque carnis. Anima enim adeò diuina res eſt: vt non ſolùm, licet vna ſit, multa diuerſáque faciat præter aliarum formarum leges: vna D enim vnius tātùm operis artifex eſt: verumetiam contrariorum autor eſſe queat. Mouet enim ſurſum & deorſum, ac præter elementorum naturam omnem omnium etiam dextrorſum, ſiniſtrorſum, rurſum, prorſum, nec minùs circulariter: vt & hinc diſcant inſani Alexādrei: non poſſe formam hanc ex formis confieri elemētorum: vt temerè nugantur. Adhæc architectatrix eſt. fabricat membra calida & frigida, quantitatē certam dat, numerum, figuram, ſitum, ordinē. Poſtrema Capitis pars, vti dicebamus, à fine recognoſcit temperaturas inſtitutas à natura. Ὅτι μὲν οὖν. Colligit dicta. Parat enim μετάβασιν ad ſequētia. Καὶ ἁπλῶς. Simpliciter hîc ſignificat, in ſumma alias poteſtates intelligit, cætera ſenſilia, odorem, duritiam, aſperitatem, alia. Appellat autē δυνάμεις: quia ſenſus recipiendo ac patiendo perficiuntur: ſenſilia agendo perficiunt. Οὐ πόρρω. Quoniam hîc quoque ſequuntur craſes. Vt quæque pars tēperata fuerit, ita odorata erit, atq; ita ſapiet. Dixit σχεδὸν: propterea quòd non eſt penitus tam lata ſimilitudo. Quoniam quibus erant folia ſicca, radices iis erant craſſe maxima ex parte. Hîc autem non tam ſæpe tam ſulla eſt differentia. Iccirco dixit ἔχει τὴν ὁμοιότητα: & διαφέρει κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Ἐμφανές. Hoc palàm eſſe in plantis quæ ſunt puriores. Ἀκρότερα vocat, quæ in quopiam excellunt extremorum: vt B Ficus acrimonia, Pinus odore. Nam quibus remiſſi ſunt odores aut ſapores: iis mediocritas ineſſe videtur ſecūdùm miſtionis modum. Sic quibus retuſa penitus vis ſaporis aut odoris, ac propterea dicuntur inodoræ, & inſipidæ: cuiuſmodi plurimæ ſunt aquoſæ plantæ: ſiue dilutæ, vt Lactuca & Beta: horum priuatio eſt in extremo miſtionis. Quocirca vocātur à Græcis ἄχυλα καὶ ἄοσμα. aut ſi ſunt ἄοσμα, ſunt δύσχυλα. Quoniam ἄοσμα & ἄχυλα, non ſunt percocta propter humorem nimium. Quæ verò ἄοσμα: ea percocta ſunt aliquo modo. Sunt enim δύσχυλα, ingrati ſaporis: exemplum in Lampſanis & Corchoris.

Καὶ διαφέροντα. Addit multa verba ad eundem ſenſum. Αἴτιον δέ. Hîc eſt maximè conſiderandum. Non enim verum arbitror, quod ait: C quarundam folia non eſſe ſapida, fructum eſſe: propterea quòd fructus ſit coctus, incocta folia. Nemo dicat, Peponem coctum, folia non cocta. Non enim eſſent folia, ſed ſemper ἐν τῷ γίγνεσθαι. Neque natura, cùm fecit folia, voluit tunc fructum facere, & fruſtrata eſt. Abſit procul à nobis hæc væcordia. Adiantum enim eſſet, quod non eſt: & non eſſet quod eſt. Semper enim eſſet imperfectum. Nullum autem ens ſpecificum, eſt in potentia ens. At eſſet, ſi ita eſſet. Ideo adiungit illam emendationem. Τάχα δὲ μᾶλλον. Coctum vtrumque, atque ab eodem opifice, anima: in eadem naturæ fornace, ſed non eodem igni. Ita panis coctus dicitur, & lateres alio modo, & panis ipſius partes aliter atque aliter. Quin ſemina quædam inſipida, & inodora, cuiuſmodi Maluacea ſunt. Quis dicere audeat eſſe nondum à natura cocta: à quibus tamen exit planta ſuæ ſpeciei? Sunt igitur partes illæ ſibi coctæ, ſed diuerſo modo, quia diuerſa materia, diuerſa forma particularis, diuerſi fines.

Ὥσπερ ἐκ καθαρᾶς. ex pura & ſincera materia. Ὥσπερ: quia tota plantarum materia turbida, ſuprà dicebatur, ac terrea. Sed ita eſt: quemadmodum ſiquis dicat: bonum virum Ligurem.

Ἐξελουέστερος. Niſi ſit mendum: vides immoderatam metaphorā. ἐλαυνὸν eſt truculentū. Quòd & ipſe Lucretius: aſper, acerba tuens. παρὰ τὸ σάλλειν καὶ σύρειν τὼ ὄσσε. Eadem tamen infrà vtitur voce, Capite vigeſimo nono

I.i.

De paluſtribus ſaporibus & odoribus. Triſtem igitur dices aſpectu. Ὥστε ἀνομοίων. Quia ſunt diſſimiles materiæ, ſunt etiam diſſimiles fines. Imò verò è contrario: quia diſſimiles fines, diſſimiles formæ. quia diſſimiles formæ: diſſimiles materiæ. mouet enim finis. Ideo dixit.

Ἴσως δ᾽ ἀνάπαλιν. Non erat addendum aduerbium illud dubitandi. Πρὸς τὴν ὑποκειμένην. Hoc modo ſuprà quoque loquutus eſt. Ad naturam ſubiectam omnia inſtituta, apparata, ordinata, ſecundum propoſitam Ideam, non ſanè Platonicam illam ſeparatam: ſed ſcit Deus, quid, quorſū futurus ſit homo: ergo ex quibus & qualibus, & quomodo. Ἡ δ᾽ ἀναφορά. Vox percommoda ad finem deſignandum: referri namque ad eum dicuntur omnia. Πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. Ad ſenſum noſtrum: quia ad cibum.

Ἐν ταύτῃ. ſcilicet ἀναφορᾷ. Pro modo rationéque finis fiunt partium diuerſitates. Ideo dixit: Οὐδὲν γὰρ κωλύει. Nihil impedit quin foliorum temperatura parata ſit ad cibum, vt in oleribus: in arboribus nequaquam. Folia namq; ſunt vice fructus in oleribus. Καὶ σφοδροτέραν. Explicat quomodo ſit ἀσύμμετρος ad guſtum. Quia cùm guſtus admittat acerbitatem & auſteritatē, vt in Oxalide & Sorbo: nullus in iis exceſſus horum eſt, qui amoueat ab vſu ciborū. Nota, αὐστηρίαν, ſicuti ſuprà, πικρίαν. Ἢ κατὰ πικρότητα. Quia in intubaceis amaritudo non ingrata, & in Oliuis. alia in Abſynthio, Centaurio, Gentiana. Ὥστε σχεδὸν: ita eſt in oleribus. Contrà in arboribus: fructus eſculenti, frondes non. Dixit σχεδὸν: quoniam non æquè in omnibus oleribus. Nam Rhaphani folia non edūtur, neque ſinapis. Semina quædam eduntur, Aniſum, Fœniculum, Anethū: quanquā condimenti lege potiùs quàm cibi. Alia diſſoluuntur ad intinctus, vt ſinapis: alia emedullantur ad iuſcula, vt Cucurbitarum ſemina, Anguriarum, Cucumerum, Peponum: ex aliis Oleum premitur: quædam non niſi ad medicamenta. Τῶν μὲν οἱ καρποί. Declarat fructuū differentias in arboribus, tum ad olera, tum inter ſe. Ὅμοιοι. Seligit etiam quaſdam arbores: quarum natura ſequatur olerum naturam, vt Tilia. Eius frondes eſſe dulces. Fructus nulli cibo vtiles. Ἐπὶ τούτων. nempe λαχάνων.

Ἐκεῖνο μὲν γάρ. Folium ex ſincera & pura materia. ἄκρατον, immune ab alieno, non autem priuatum temperamento. Εἴτε γάρ. explicat dyſcraſiam. Primas qualitates, nimis ſiccum: ſecundas, lignoſum: tertias, aſtringens & maleolēs: quartas, ſub vocabulo δυσχερείας: abominabile.

Τὸ δὲ φύλλον. Contrà, folium tenerum: quia ὑγρότερον καὶ κεκραμένον. Non habet illam terreſtrē puritatem, ſed cum humidi neceſſitudine coniunctam. ex humore teneritudo. Ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ φύλλου. Illud relatiuum ὃ, non deſignat totā hiſtoriam de folio & fructu, ſed naturam hanc excocti folii. Suauem namque & fructum, & folium, quia tenera ſtatim: tenera, quia humida. Cauſa vtilitatis: συμμετρία. Remittitur acrimonia aquei miſtione: vnde fit ſapor quidam ſuper ſicco. Ἀποξηραμένου. aſſeueratio: Iuuari ſiccitatem humidi temperatione. Ideo dum recens eſt Laſerpitium, edendo eſt: vbi promouerit in ſiccitate, vehementiùs fit, quàm vt guſtui conueniat: id quod ſuprà dicebat ἀσύμμετρον. Magis verò ſemen eius: propterea quòd ſemper etiam ab initio, natura ſua ſiccius. Augetur ergo ſiccitas ætate.

Lego κεκραμένον, nō κρεμαμένον. ſic mox κεράσαι. & ſuprà, ἄκρατον, cui hoc reſpondet.

Theodorus in illorum verſione, τὰς τοιαύτας δυνάμεις, adeò ſui ſimilis eſt, vt à me non intelligatur. Ait enim: vires eiuſmodi aliis ſuper alias ſubter haberi. Οἴναρον. Pampinus. folium hîc. Εἰλικρινὴς τινος. malè omiſit, τινος. Vox aquę propria, quæ à luto ſecreta eſt. Βλοσυρωτέρας. calloſiorem. peſſimé. Σύμμετρον τῇ γεύσει. modicum guſtui. licet modus ſignificet μέτρον: non tamen hæc loquutio conuenit Latinitati. Ἐπὶ φαρμάκου λόγον. Modus loquendi Græcis: λόγῳ, δίκῃ, τόπῳ, μέρει. Theodorum nō intelligas. medicaminis dari rationi. Commodiùs: ea pertinent hac ratione ad vſum medicamentorū. Κρεμαμένον. emēdauimus κεκραμένον. Theodorus vulgarem ſequutus lectionem vertit, penſilis. Quid? nónne & fructus penſilis?

CAPVT XXVII.

XXVII. Capitis argumentum. Repetit, De commendatione ſaporis, & cibi vſu in nouellis. Vires eiuſmodi in foliis ac fructibus earundem arborum. Inde comparat horum vſum quoad nos, & quoad animalia. Poſtrema pars Capitis reſpondet initio. contrà, quædam fœtida ad cibos vſurpari, viridia eſſe inſuauia.

ὍΛΩΣ δ᾽ ἐν πολλοῖς. Capitis huius prima pars nihil aliud quàm repetit, quæ iam dixit dudum. Secunda verò quæ iam dixit ſuprà: non eundem eſſe eſculentorum vſum nobis, & brutis. Tertia ſtatim ſuperiori Capiti debuit adiungi. Nam cùm dixit: recentia magis commendari propter teneritudinem: hîc ait, contrà in quibuſdam euenire. Aridiora namque magis eſſe grata: viridia non attingi. In extremo Capitis quædam de fructibus repetit, ſanè frigidiuſculé. Διὰ τὸ ἀναμεμῖχθαι. Cùm ſint hæc, vt vides, repetita: referantur ad ſuperiores explicationes. Τινῶν ἀκανθωδῶν. Sicut ea, quam vulgus noſtrū Criſpinum vocat, dum tenella eſt, māditur in acetariis: adulta ſpinis horret inter Acanaceas. Σχεδὸν δέ. Reducit hæc minutiora genera ἀκανθωδῶν, quæ carent ſpinis: & χεδροπῶν, quia tum ſunt dulciora, ad quoddam genus ſummū. Ea ſcilicet, quorū ſucci ſunt amariuſculi, aut acriuſculi, ſunt dilutiora, ſi nouella. Dat exemplū à baccis Myrti, non importunè. ſcilicet maximæ partis contraria natura æſt. Nouelli namque fructus & acerbiores & amariores, maturando dulceſcunt. Sed oratio peſſimè habet. Quid enim eſt κεραννύμενοι? nónne χυλοὶ, miſti, ac temperati aqueo ſucco. Sequitur tamen: βελτίους καὶ γλυκυτέρους ποιοῦσι τοὺς χυλούς. Sanè deprauata.

Εἰ δέ πῃ. Hoc etiā ſuprá. tametſi quarūdā arborū fructus ſunt eſculenti, folia inſuauia: non tamen tollitur, vt quo minus in arborum item eodem genere ſummo ſint ſpecies contrariæ: quarum folia ſint vſui, fructus non ſint. Καθάπερ εἴρηται. Quare igitur repetis? Παραπλήσιον. Suprà dicebat: ob inſipiditatem, aut ariditatem carere ſapore, vt Betam, nunc cauſatur aliud. Quia, inquit, ſunt ſpinoſæ, vt Eryngium. radix enim mandi poteſt. Noto loquutionem. βρώματα ἔχοντα. imò ipſamet βρώματα ſunt. Διαφορά. Finis plantæ ſementiferę ſemen eſt. Huius finis duplex, vt toties dictum eſt: vnus omnium communis, propagatio propter ſpeciem: alter non omnium, alimentum, propter indiuidua. Ille eſt propter ſe: hic propter aliud. Animalium verò ſpecies quia ſunt diuerſæ, diuerſa quoque alimenta alia ab aliis plantis. rectè hactenus. Porro aliud ſubtilius. Nam cùm formę animalium non ſint inter ſe contrariæ: quomodo fit, vt eorum alimenta dicantur inter ſe contraria? de ſturni cibo, & conturnicis, & hominis, vulgatum eſt. Canabis ſemen quare gallinas fœcundas facit, hominibus affert ſterilitatem? non edit homo Vlmi folia: bos illis ſaginatur. cauſa quam addit, & ſi quibuſdam conuenit, non tamen in cæteris ſatiſfacit: ait enim. Διὰ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν ἐργασίαν. Quia bruta robuſtiora ſunt tum ad mandendum, tum ad conficiendum. Exemplum in glandibus, & fœno, rubo, carice, carduo. atquędam ſunt & ſuauia guſtu, & facilia tum dentibus, tum ventriculo, veluti Turdus, & Aſcalopax. iis nos iucundè veſcimur, canis fugatur. fructum ferè nullum attingit felis: abhorret à vino canis. Itaque alia porro cauſa quęrenda eſt: quam diſcuſſimus ſuo loco. Χαίρει γάρ. Nunc diſtinguit haſce differentias, per qualitates teneri, ac duri, ſiue viridis, & ſicci. cuius rei dedit luculentam rationem. teneris enim ineſſe liquorem, atque in eo ſaporem: qui fiat deterior ipſius abitu, cùm ſiceſcunt. Hæc illico poſt ſuperiora illa fuerant ſubnectenda. Itaque repetit, vt ſubiungat cōtrarium. repetitio illa eſt: χαίρει ἁπαλοῖς: contrarium, ἔνια δὲ ἀνάπαλιν. ſicciora quædam gratiora: quia inchoata, ſunt amara: poſtea verò dulceſcunt maturando, autore ſole. Exempla dat Seſami, & Eryſimi: quæ viridia non appetuntur ab animalibus. Ξηρανθέντων δὲ μᾶλλον. dixit, μᾶλλον: quia etiam ex viridibus vorant, ſed aridorum penuria. propterea dicebat, δοκεῖ. Οἱ δὲ καρποί. Harum autem fructus non ſolùm meliores, ſed etiam ſuauiores: Seſami ſcilicet ac Eryſimi. Nam de fructibus, qui ad cibos quærūtur, mox. cæterùm ii quoque gratiores, paulo ſicciores. ſicut etiam Ficus, & Vuæ, & Amygdala, & Iuglandes. Iuglans enim recens, inſipidiuſcula, paulo magis vetula magis ſapit. Οὔ τοι γάρ. De aliis fructibus, quos τροφίμους vocat. Nā illi erant ἡδύσματα. horū, inquit, alia ratio. ex puriore nanq; conſtare materia: atque iccirco non opus habere illa quaſi decapulatione. eos itaque comprehendere maximum ambitum differentiarum, quæ in foliis, radicibus, ſeminibus recognitæ ſunt, eæ erant, ab ætate, à partibus, ab vſu animalium. arida folia quædam pręſtabant: alia contrá. ſic folia fructibus, aut radicibus, & contrá. quædam verò quibuſdam animalibus. fructus tam recentes quàm ſeruati: tam in exteriori parte quàm interna. Hoc eſt, μᾶλλον ἁρμόττειν: & πλεῖον ἁρμόττειν. Nam Glande ſues ſaginantur, capellæ amittunt viſum. caneri caput grauant homini, caput grauatum leuant ſuibus.

Οἷον ἐξηνθημένοι πως. Quaſi lecto naturæ flore conflati. ſicut Aelius ſextus Ennio, flos delibatus Populi. & flos ætatis. Nam florem vini, qui putant eſſe quod nos Moſchatellum dicimus, bene conſulunt eruditioni viri docti, & boni. non tamen ita eſt: ſed lectiſſimum vinum intelligitur, cuiuſque generis. Illud autem eſt ἀνθοσμίας.

Lego λυομένης τῆς κράσεως: non, βρώσεως. Et μορίων πικρῶν: non, μικρῶν.

Theodorus, τῶν ἀκρεμόνων, ſtipitum: malé. ramorum. Τὸ πικρόν: Amaritudinis. addidit, difficultatis: quaſi legerit: καὶ δυσχερές. ſuper hac lectione, ſic verterem. Excreto atque percocto ſolis opera, quantum in eis fuerat amari, ſaporem acquirunt commendabilem. Δυσχυλίαν. Propter amaritudinem, & grauitatem ſaporis. videndum an grauis dicatur ſapor, vt odor. Ἐξηνθημένοι. Liquati legit ergo: διηθημένοι. Pindarus tamen ſæpe ἄωτον ponit in rei purę, atque excellentis deſignatione. quod ſignificat leue, & quod cadens ſtrepitum non faciat, ſicut flos.

CAPVT XXVIII.

XXVIII. Capitis argumentum. Medicamentariarum plantarum partes aliis alias præſtare iiſdem de cauſis quibus & alius vſus ratio. hanc excellentiæ differentiā eſſe etiam inter ipſas ſpecies eodem ſub genere, atque iiſdem ſpeciebus ſecundum regiones.

DVOS plantarum fines ſuprà cùm ſtatueremus: non rectè videbamur omittere tertium. duo erunt. Prorogatio ſpeciei per indiuidua, finis vnus erat ad propriam vtilitatem. Alter eſt conſeruatio indiuiduorum alieni generis. is erat cibi vſus ad animalia. Ille per ſemina perficiebatur, per radices, per ſtolones: hîc fit per omnia. Nulla enim pars inuenitur, quæ in aliquo genere non ſit vtilis cuipiam animali. cortice veſcuntur capræ, cuniculi, ſorices. Ligno, coſſi, tineæ: aliorum natura ad eiuſmodi vſum ſatis patet. Eſt autem tertius item finis vtrique horum annexus. Nempe aliuſmodi conſeruatio quā per cibum. Ac plantarum quidem à plantis, veluti de vicinia dicebamus. Scilla nanque, & Panicum, & Auena adſcritur quarūdā radicibus. Alter eſt modus ob animalia aduerſus morbos, nec minus propter plantas. Nanque oleo & reſina tollunt noxia, quæ bonis incōmodant: & vino rigabāt Platanos. Animalib⁹ verò præſidio eſſe, vel ipſa nomina teſtantur, Chelidonium, Elaphoboſcū. hęc hîc ſatis frigidula opera Philoſophus attingit: quippe

sola proposita quæstione. Cur alia pars alii præstet. A Atque in eius rei reddenda causa nihil aliud, quàm repetit de varia coctione, ac cæli viribus. Cæterùm cùm alius quoque præter hosce tres sit plantarum finis: de eo fuit etiam nonnihil agendum. Quippe in historiis ad ędificia, carbones, fomites, escharas, eorũ vsuum causas diceret. diceret etiã de duratione. quare sit leuior abies, quare pandatur palma. quare crepet Euboica. quare sub aquis Alnus incorrupta. quare sub aquis nigrescat quercus. quare curuetur igni lignum. quare abies transuersa tignis vtilior, recta quercus. Vbi de crispitudine scripsit, etiã de rectitudine ageret. quare quibus materia laxior, nodi solidiores. quare cupressus mascula sparsa, fœmina collecta. an dẽsitas in lignis sit causa grauitatis? Et alia innumera, quæ malũ fatum, vt penè alia infinita, ex manibus nostris excussit: ne nos è tenebris excuteremus. sed ad rẽ. B Ἀλλ' ἐπὶ τῶν φαρμακωδῶν, καὶ ὅλως κατὰ τὰς δυνάμεις θεωρητέον, εὐθὺς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν ἀρχόμενοι. sic digerendum. nam illa sunt interiecta. καὶ γὰρ ἐν τούτοις οὐθ' αἱ αὐταὶ δυνάμεις, οὔτ' ἴσαι πάντων. est enim totum hoc vice procemioli. & sanè quod hîc agit, penè nihil est. Nã de saporibus cùm profiteatur: nihil refert, quo sapore sit medicamẽtum, si vsum spectes. & de his nihil. Nam de viribus, non est hîc locus. illud scribere licebat. amara penè omnia laxantia. perpauca aliusmodi, Myxa, Casia, Manna. in aliis omnes sapores inueniri. Οὔτ' ἴσαι, decrescit oratio. nam si non semper eadẽ sunt: tanto facilius fiat, vt haud semper sint æquales. Εὐθὺς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. A radicibus incipiẽdum. C Maxima nanq; plantarum pars medicinæ destinatarum pręstat radicibus, vel odore, vel sapore, vel viribus. Οὐ δὲ δή. Quanquam iubet à radicibus incipiẽdum: haud tamen statim exequitur: sed subdit: quemadmodum in radicibus sunt diuersi sapores, & ad alias partes cõparatis, & ad alias species respiciẽtibus: sic etiã in partibus superioribus, ramis & fructibus dat differẽtiã: μᾶλλον καὶ ἧττον. & addit: non esse sine ratione. ἔχει τινὰ ἀλογίαν. non explicat tamen. Id ex superioribus colligendum: quia diuersa partium materia, diuersa forma coctrix.

Τὸ δὲ ὅλως. Tertia differentia à priuatione. prima erat à diuersitate, vt loquuntur, positiua. Secunda à gradu potestatum. hæc à priuatione. ita seipsum sequitur in methodo, quam statuebat in primo historiarũ: πρὸς τὸ ἔχειν, καὶ μή. ideò dixit, ὅλως. quia illa erant, μᾶλλον τε. contradictiora nanque sunt: aliquatenus: D &, vt Latinissimè dicam, protinus. Aliquatenus, secat totum: protinus exequitur, quãtum est. Τὰ τῶν ῥιζῶν. Exequitur propositum. semina, & caules non posse, quod radix possit. exẽplum in Elleboro. contrà πάλιν. quod possunt folia, non posse fructus, & radices. hîc non dedit exemplum: & oportebat. Quippe facit admirationem, quãdo sub vna sunt forma. exemplum autem erit Vlmi. eius folia grata pecori, & vtilia. cætera nihil. sic & lactuca, & brassica sine controuersia. hoc in cibis. in medicamentis autem, malobathrum. Τὰς δ' αἰτίας. Repetit causas à temperamento. Τὰ μὲν συντήκειν. Declarat sapores per facultates, à quibus

illorum trahebat essentiam suprá. Liquefacere, segregare, coquere, calefacere, frigefacere, siccare. hæc iam satis, nimisque. Τὸ δὲ δὴ μάλιστα. Medicamentarios fructus potissimum esse tales meritò. ratio. sibi similis tota in plãta natura est, tametsi vna: at differt secundũ materiam, & potestates: vt maiorem, minorémve coctionem. Καὶ ὅλως. Vt doceat differentias: dicit, quædam cocta, quædam nõ. Et sunt facultates particulares, quæ ex alio ramum creant, ex alio frondem. quare tum apparatum statuit similem futuræ substantiæ, tum creatæ iam parti comitatum assignat, qualem oportet. Ait ergo, cocta pluribus constare. at suprà, coctionem aliam per compositionem, aliam per exemptionem agnoscebat: vbi efformabat saporem ex amaro dulcem. Præterea intellige, ἐκ πλειόνων, scilicet συμβεβηκότων. non enim substantiarum principiis distat à compositione prima, quæ fit ex elementis, ea materia, quam secundam dicimus, sed accidentibus tantùm. ideo subdit. Διὸ καὶ τοῖς χυλοῖς. Quia pluribus ex accidentibus sunt constituta: nimirum pluribus quoque constabunt facultatibus. sanè verò pluribus constat planta, quàm lapis conditionibus, colore, sapore, figura, cremento, alteratione, generatione. Ergo & facultatibus actiuis, excedendi, vrendi, complanandi. Τοῦτο γάρ. Hîc quoque duas ascribit differentias medicamentariis, satiuas, & agrestes. feruntur enim multa ad vsum medicum, vt Papauer, ob Opium in Asia, & Indiis. Exempla posuit ab iis, quarum radices amaræ, & succulentæ, fructus dulces. Quasi radix ex incoctis constet partibus, ex bene coctis fructus. præstat semper in superiore opinione: amarorem confieri à cruditate. nos iam castigauimus. Quibus in plantis excoctis dulcor futurus est, iis amaror per initia queat esse argumentum cruditatis. At amarorem in aloe priuationem maturitatis indicare, falsum omnino est. Sicut in problematis quoque disputatum est: non omnem fœtorem à cruditate, sed à multa ac vehementi coctione multos. Quibus verò sint amarę in hortis radices, cum fructibus dulcibus ad vsum comparatæ medicamentorũ: nondum in mentem venit. Itaq; non de medicamentariis hęc, sed de cibariis dicta puto. quia subdit: ταυτὸν δ' ἐν ταῖς φαρμακωδῶν δυνάμεσι. cæterùm tanta est accuratæ, explicatæque orationis huic autori negligentia, vt nihil diu percipere queam, quoad totum fuerit absolutum. Ταυτὸν δέ. Procedit à notioribus. Sicut in satiuis amaræ sunt radices, fructus dulces: ita & in medicamentis. simplicissimè dici potuit statim post explicationem superiorem, sic de cibariis hæc. Eiusdem quoque naturæ affines sunt medicamentariæ. Distant enim facultatibus inter se partes, tribus adeò modis: nempe aut diuersis, ídque, vel specie, vel gradu: aut priuatione, quia nihil penitus possunt reliquæ, quod vna potest. & quia de sapore loquitur, quem potestatem vocat: intelligamus partes aliquot insipidas esse. Quarum exemplum in medicinis inuenire, fortasse facile nõ est: Papaueris radix nunc in mentem venit, nec laboro. Nam Viola Martia, quæ dilutissimi saporis exi-

stimatur, primùm dulcicula, mox subaspera est gustanti. οὐκ ἄλογον. Iã hoc non opus habuit tot deductionibus: aliorsum radices, aliorsum alia spectare. iam enim dictum est. Et verbũ, ἰσχύειν, videtur de medicamentariis facultatibus intelligẽre: quia dicit εἰς ἔνια: non de saporibus tantùm. Id quod magis patet mox, vbi de Elleboro disputat. Ἔτι καὶ ῥίζαι. Magnum argumentum videtur hoc. Radices aliis aliæ sunt valentiores: & tamen eiusdem vltimæ speciei: quanto magis, diuersarum partium diuersi poterunt affectus esse? Quam tamen huic argumento causam addit, ea nequit alteri communicari. quippe ait: terrarum qualitatibus id euenire. Igitur Elleborus Parnasi minus vtilis, quam ab Oeta: quia terra huic, non illi fauet. At in eodem solo quæ planta viget, B non potest habere causam hanc diuersitatis.

Ὥσπερ καὶ ὁ σῖτος. Hoc quoque narrabat in superioribus. οὐ μακρόν. Auget miraculum. tametsi nec multum loca distent: tamen admodum diuersæ sunt eædem viribus species, quæ in iis oriuntur. explicabamus rationem. sicuti statim sub insulis quibusdam, ac scopulis subest mare: ita in terris aliquibus illico sub saxis solum optimum, absque vllius mediæ naturæ interuentu: sic multos obseruamus agros, cum certis tæniis, tum diuersis à cætero tractu: vt in hisce natura, tanquam in maculis Camelopardalis lusisse videatur. Ergo ne semipede quidem plantæ distabunt illæ, tam diuersæ, quàm sunt terræ non eædem. Deinde addit de fructuum varietate ob easdem causas. Iam hoc & suprà satis, & hîc C præter propositum. Agit enim περὶ φαρμακωδῶν. ergo quid hîc fruges faciant Bœotiæ cũ sua grauitate? Non enim adducit pro exẽplo, sed deducit quasi nouam ex prædictis conclusionẽ. Fructus quoq; talia pati, quia & radices. Σκληρότητι. Quia eidẽ aeri suprà toties attribuebat μαλακότητα. Ἀλλὴ δέ. Iam millies dixit. Ἔνια γάρ. Expedit locorũ diuersitates: qua partitione respondet superiori. Dicebat: quasdam esse partes ab aliis diuersas, tum specie, tum gradu. sic in locis: non omnia vbique. Hoc de specie. de gradu verò dudum. etenim de Oetæ ac Parnasi Elleboro. Tertio loco, aiebat: quasdam partes ab aliis differre, τῷ μὴ ἔχειν qualitates. sic hîc. quibusdam locis nõ habere potestates. Ἀλλὰ μελεῖαι. Nondum inueni quid hîc vox hæc signi ficet. an legendum, ἀλλ' ἀμβλυναὶ, καὶ ἀδύνατοι: imbecillæ, & inualidæ. D quæ sequuntur, videntur obnoxia iudicio: ait enim. Ἧ καὶ δόξειεν. Nunquam mihi persuadeat: aere frigido medicamentarias plantas fieri meliores. de perflabili, assentior. Καὶ ὅτι τροφῆς. Hoc sanè verius. obtundit enim vires humor. Ἐν τοῖς ὄρεσι, conclusio. medius terminus est, εὐπνους. quia montes ventis expositi. Argumentum in proportione. si in montibus bona pharmaca: in altioribus meliora. medius terminus syllogismi est, altitudo. nos alibi aduersus Auenroin disputauimus huius sententiæ fautorem. fundamentũ castigationis est: palustria esse quæ-

A dam: alia vmbras malle. Auenrois addit causam illam: quia cælo sint propiores. si de qualitatibus elementaribus loquitur: falsa est probatio. in altis enim montibus niues, & gelu. Si de occultis: quibus Raued soluit hęc, & sic: ridiculum, fatigari cælestes species tractu viginti milliariorum.

Lego ἀλλ' ἀμενηναὶ, καὶ ἀδύνατοι.

Theodorus perstat in errore: φαρμακωδῶν: venenosis. satis explosum est. Κατὰ τὰς δυνάμεις. Quę vires obtineãt aliquas. pessimé. omnia nanque medicamenta virium aliquid obtinent. Non igitur hęc ita segregasset, quasi alia essent sine viribus. Longè aliter Theophrastus. addidit enim, quod vocant nostri barbari formalem rationem contẽplationis, quam hîc institui iubet. Ea ratio est, pręscriptio certorum terminorũ. Nã medicamenta B multis modis à diuersis artibus considerari possunt. Mathematicus agnoscet, tãta, & figurę talis: mechanicus ad pondera. agricola sub tempestatibus, locis, cultu, ad sationes, ortum, propagationes. Naturalis quatenus sũt mutabilia, loco, quantitate, qualitate, substantia. Hîc Theophrastus horum nihil, sed secundũ eorum potestates, cuiuscunque modi sint. Ὀπώδεις, lactuosæ. tamen lactucę radices amarę nullæ, neque Hircinæ barbę. & lactosum dicas: non, lactuosum. Βαρύτητι καὶ κουφότητι. Theodorus omisit, leuitatem.

Δοκεῖ γὰρ ἰσχυρότερος εἶναι. Validius enim illud esse putatur. maximus error. posuit (illud) quod Oetęum designat, pro (hoc) quod denotare debuit Parnasium. *Quod deprauatè legitur, μελεῖαι, hebetes, C vertit. μέλεος, quid significet, vulgò scitur.

CAPVT XXIX.

XXIX. *Capitis argumentum. De odoribus in communi. odores aliis alios inesse partibus. odores à saporibus pendere. de aquatilium odoribus.*

ΠΕΡῚ δὲ τῶν ὀσμῶν. Hęc est instituti secunda pars. Cùm enim sapores, odorésque proposuisset: illis absolutis hos aggreditur. suprà dicebat: odores effici à saporibus. Hanc sententiam quantopere probaremus, satis patuit. hîc nihilo felicius repetit. agit autem hoc primo partis huius Capite, de odoribus in cõmuni. ait: generatim sequi coctionẽ. Quę igitur fuerint partes coctæ magis, eas futuras odoratiores. coctas esse magis, in quibus minus prohibeatur coctio. prohiberi verò ab humore nimio. Ibi erD go recenset etiã gradus aquosarum, atq; ex iis odores. similis autẽ est Capitis huius tractatio superiori. Sicut ibi recognoscebatur saporũ ratio per partes, ita hîc odorum. Ἔτι καὶ αὗται. Causa est, quare subdat hęc superioribus. quia, inquit, odores quoq; sunt in partibus. quid? nónne omnes qualitates sunt in partibus, etiã colores? sanè si ita simpliciter intelligamus: frigidè procedit. sed animanda oratio hunc ad modũ. quia etiam secundũ partes variãtur. Iccirco, inquit, eædẽ agnoscendę causę, scilicet crasis, & coctio. quæ cũ haud ęquè sit in omnibus: in omnibus nõ ęquè effectus erit, i. odor. hoc est quod aiebat: ἡ γὰρ πέψις: &, κατὰ μέρη.

quia plantæ, vel totæ sunt odoratę, vel earum partes tantúm. de his hîc: de totis odoratis, infrà.

Τοῖς μὲν ὑδαρέσι. Quia porrò est inuestiganda causa diuersitatis. Quare coctio potius hîc quã ibi fit? non respondet planè atque expressè, sed crassiore minerua sequitur summa genera mistionum. In aquosioribus, inquit, plus excoquitur flos. Item in acrioribus. Item in iis quæ nõ sunt εὔχυλα, & odore grauiore. primi membri dat exempla de rosa & croco. Secundi nullum ponit. non enim Crocum est δριμὺ, sed subamarum potius. Tertii ponit Lilium, & Narcissum. quæ loca sunt, tum pro tota sententia, tum pro exemplis valde consideranda. Principiò non docet causam, quomodo aquosi flores sint odorati. deinde non est verum in omnibus. Tertiò videnda naturæ lex, secundum quam cum acribus aquosæ habeant eandem causam. Coniunxit enim, cùm dixit: ὑδαρέσι, καὶ λειμῶσι. præterea quod addit: odoratos esse flores, qui graueolentiam præ se ferunt aliquam: puerile sapit. Ac si quis ita dicat: homo crassum crus habens, crus habet. quòd si quis hunc ad modum tueatur: graueolentem plantam intelligere, cuius odorati sint flores: id neque in omnibus est: non enim in Lampsani specie, neq; in Spatula fœtida, neq; in Cotula. Neque sequitur filum superiorem. Nam cùm dicebat ὑδαρῆ: si florum affectum intelligebat: debuit hîc etiam intelligere βαρυοδμίαν. sin hîc plantam βαρύοδμον: ibi quoque plantam ὑδαρῆ. Tum exemplum non quadrat: non enim Rosæ planta ὑδαρὸς, sed ne ipse quidem flos. neque in secundo exemplo, Croci planta λειμώνια. ad hæc non dedit exemplum τῶν ἀχύλων. postremò si à sapore procedit odor: ἄχυλα φυτὰ quoque inodora erunt. at hîc τῶν ἀχύλων odoratos flores facit. exemplum esse quit in Martiis. Ἔνια δ' ὅλως. Apponit quasi exceptionem superioris enunciati. Et est quasi tertius ordo harum aquosarum. Modò scribebat de tantilla odoris grauitate, quæ in Lilio est: in Narcisso etiam substupefaciens. Is erat secundus gradus (nam primus fuit in Rosa) nunc tantùm agnoscit, vt etiam adimat ἀοσμίαν. eius causam non adiungit. Mirum ni adscripserit cruditati: quod & suprà diximus. cæterùm haud placet, vt ostendebamus. Καὶ φανερόν. Quod toties iam à sapore fieri odores. hoc hîc pro causa ponit. at nihil est. quærimus enim simul de sapore illo, quamobrem fœdus sit. Οὐκ ἔστιν ἀπηρτημένον. Non est abiunctus ab odore sapor. familiaris huic viro vox: procul pendens. Ὅσα γάρ. Quartus gradus aquosarum, quæ nihil vel olent, vel sapiunt. harum in hac natura maiorem ait esse quantitatem. Simul hanc classem digerit: simul ostendit, quod aiebat, horum duorum sensilium necessitudinem. & porrò materialem aperit causam τῆς ἀοσμίας. duæ sunt, inquit. Prima. Τῷ τε τὸν χυλόν. Cùm aquosa est tantisper planta. Altera. Τῷ πολύ. Vbi aquæ multum. sanè si aliquid aquæ causa est: tanto magis, multum. & quia suprà docebat: in mistione saporem situm esse, vult hîc demonstrare, non esse mistionem. quo loco valde facetus est, simul & acutus. Vtrunque, inquit, ἄμικτον. primum quidem, scilicet τὸ ἔχον τινὰ, non semper ἄμικτον, sed ὥσπερ: quasi immistum. Nã quis sui compos, corpus aliquod naturale dicat carere mistione? alterum autem ὑπὸ πλήθους ἀφανίζεται. aboletur sapor ab aquæ multitudine: quapropter hoc quoque ὥσπερ ἄμικτον. addidit autẽ huic quoq; τρόπον τινά. quia neque illud, neq; hoc, neq; vllũ aliud mistione caret. Omne enim compositum, constat ex quatuor elementis, in primo de generatione. vult dicere: partes alias, præter aqueas, esse veluti Megarenses. Ita ciuitas, in qua ἰσονομία non est, neutiquam mista videtur ex populo, & optimatibus. Substantiæ quidem insunt, atque earum mistio est: vires non sunt. ideò dixit ἐν μίξει δέ τινι. non in quacunque mistione, sed in ea, sub qua vires omnium certa valent proportione. Ὅσα δὲ ἐν τροφῇ. Hic est quintus modus, qui refert aliquibus vestigiis tertium: & est quintus, quia quartus is est modò dictus cum additione: nempe ἐν πλείονι τροφῇ. hoc idem cum illo erat: τῷ πολὺ τὸ ὑδατῶδες. sed fit quintus additione illa, βλοσυρωτέρα: sic quæ plantæ præterquam quòd aluntur aqueo, habent etiam illud aqueum triste, & inamabile, atque vt hîc lasciuè ludit, toruum: illæ quoque grauiter olent. Vt quæ in stagnis: cuiusmodi est istorum Acorus fœtidus. Cùm dixit: παραπλησίας ὀσμὰς ἔχει: perstitit in superiore sententia, de saporibus odores pendere. Cùm dixit: βαρείας ὀσμὰς: populari atque vsitato modo loquutus est. Cùm addidit, θολερὰς: adaptauit translationem. quid enim sit odor turbidus, haud facilè dixeris. cœnulentum intelligit. Ἐπεὶ οὖν. Conclusio. dixit: quibus sit in partibus mistio, in iis esse odorem. aliud infert. In arboribus flores minutos esse odoratiores. Profectò minus sunt materiales. non enim ibi πολλὴ τροφή. hoc innuebat illis: καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς δένδρεσι. Cæterùm quod infert, obscurius. Καὶ ἧττον ἐν τοῖς ἄλλοις. Quænam sunt ista alia? an aliæ partes arborum? non sequitur oratio. An aliæ plantæ? at non sequitur oratio: ait enim, ὅτι γεώδες πλέον. non est verum, in aliis minutioribus plantis plus inesse terræ. Omnino fruticum flores arboreis comparati, odoratiores. quare parit sequens Caput. Si enim hæc causa non est: alia quærenda est. quæret igitur. Intelligit aliarum arborum flores grandiores.

Lego: ὅσα τε αὐτῶν μὴ εὔχυλα. non autem, ὅσα δέ: non enim disiungit, sed copulat.

Theodorus diuersus abit in illorum versione. τῷ τε τὸν χυλὸν ὑδαρῆ τιν' ἔχειν φύσιν. ait enim: his duobus exordia qualitatis inolidę habentur. cùm & sapor natura quædam aquosa est, & humor aquæ nimium reddit. fateor me ignorare, quomodo humor aquæ nimium reddat. Imò χυλὸς accipit ab aqua quod habet. longè aliter Theophrastus. Duos enim modos ostẽdit aquositatis, quibus sapore priuetur planta. deinde temere addidit

illam

illam vocem: sapor. Nã neque est in codice, & sibi contradiceret. Aufert enim ab aqueis saporem. ait enim, ὑδαρῆ ἄχυλα, καὶ ἄοσμα. non hîc igitur, χυλὸς saporem, sed succum significat: τὸν χυλὸν ὑδαρῆ τιν' ἔχειν. Ἄμικτον. Misceri non potest. quid hîc verbum hoc agat, nescio. Imo adeò mistum est, vt alterum diluerit humor, alterum aboleuerit. Βλοσυρωτέρα. vehementiori. signatius, fero.

CAPVT XXX.

XXX. *Capitis argumentum. Tractat odores partium secundum genera plantarum, tamen per qualitates, humiditatem, suauitatem, acrimoniam, pinguedinem, dulcedinem.*

ΙΣΩΣ μὲν οὖν καθόλου. Generalem appellat superiorem tractationem, sanè secundum multum plusculum, modicum, minus, minimũ humoris. Item ab humoris qualitate graui & fera. nunc profitetur se causas odorum daturum in iisdem partibus, secundum plantarũ genera, arborum, fruticum, herbarũ. Descẽdit etiam ad species, abietem, cedrum, rutam, mẽtam. Tractus orationis simplex. itaque vt quicque sese offeret, explicabimus. Καθόλου. Quia secundum affectus maximè generales, qualis est humiditas. καὶ ἁπλῶς. quia genera sunt minus explicata, quàm species. ἴσως: quia ibi quoque recensuit genera inferiora: & hîc mox ipsa recenset genera sub fastigiis magis generalibus: puta, suauitate, acrimonia, pinguedine, dulcedine. Hæc fuit causa, quare secuerimus hîc Caput. Nam ipsemet quasi monet se καθ' ἕκαστα hîc tractare: superiora verò esse τῶν καθόλου. At hæc diuerso adeò consilio disceptantur: vt illos excitarint fluctus in pelago Philosophiæ: quid primum esset in natura cognitum. Οὐκ ἂν δόξειεν. Ait in floribus frequentius odorem esse. sanè intellige: fructibus aut exceptis, aut cum floribus acceptis. Nam multarum arborum flores, aut penè nihil, aut parum odoris spirant. minus verò suauiter Persico. Malè olent Ceratiæ: quarum fructus iucundo sunt odore. Οὐκ ἀλόγως. Docebit rationem. quoniam flori duæ sunt odoris prærogatiuæ in ipsa coctione. Nempe in radice prima inchoata: in fructu vltima. Altera leuissima, ἐλαφροτάτη. at in partibus tenuibus odor. modum dat alterationis: ἀποξηραινομένου. & subdit mutationem: μεταβάλλοντες. is erit syllogismus. Siccitas est odoris essentia. flores sunt ficciores: item, tenuitas est odoris essentia. flos est totius plantæ pars tenuissima. Οἷον πρώτη. Quia non est verè prima coctio, sed ea, quæ perfectior sit.

Ἅμα: Quia simul siccatur, simul mutatur, mutatione non substantiali quæ momento fit, sed ad odorem consequendum. Ὅταν δέ. Aliquis dicat, quod & nos suprá. de fructu quid; nónne in eo fit optima coctio? non, inquit, optima, quia non mediocris: nimius enim obtundit humor. Profectò locus maximè obnoxius disceptationi. Lac in animali sanguis est magis coctus, humidior, & odoratior. Nihil est magis, melius, æquabilius, exquisitius coctum semine: inodorũ tamen est. Præterea in hoc ipso plantarum censu. Persici fructus longè humidissimus, longè odoratissimus: flos minus hoc, minus illud. sic & Pyra superba, & Apia mala, & Pepones, alia innumera. Rosa etiam fructu ipso longè succulentior fructu suo. Cùm igitur hanc animaduerteret difficultatem: addidit. ἐφ' ὧν μὴ φύσει τοιοῦτος ὁ χυλός: ridiculé. sic enim omnia soluam. futurum tale, nisi repugnet natura. at naturam quęrimus hanc. vide sententiæ summam. Floris odori fructus erit inodorus, nisi fructus ipsius succus fuerit odoratus natura sua. At tibi dico, in plantis quibusdam esse vtrunque odoratum, vt Myrto, Citro, Fœniculaceis omnibus, aliquibus alterũ tantúm. Armeniaco fructus, flos non item: etiam Apiis malis, & aliis. Contrà, florem paucioribus in genere arborum, in fruticibus Rosam, Lilium, Flammulã. nonnullis neutrum, Glandi, Oleæ, Castaneæ. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν. Concludit pro vniuersa natura, in tribus. Nominat suauia, ἡδέα. secundo loco, εὔοσμα, propter acrimoniam. tum addit, pinguia. In quarto ponit dulcedinem, & excludit pro inodoris: quia fructus dulces crassiore sunt succo. at odor in tenui. hoc quoque accuratius animaduertendum. Nam si amara minus cocta: & amara odorata: & amara magis terrestria: & amara magis crassa: deducantur conclusiones. Præterea queunt esse in corporibus dulcibus naturalibus partes tenues, in quibus erit odor exemplum in melle, dulcissimo, & imprimis odore suaui. Tum quòd ait fructus esse crassissimo succo eos qui sunt dulces: si crassiore sunt quàm flores, succo; non erunt odoratiores. At sunt in Apiis malis, Pyris superbis, Citriis. ἡδέων exemplum ponit Malum: τῶν ἀσόμων, propter acrimoniã Cedrides: pinguis Abietem. non tamen pinguedo causa. ipsi nanque adipes nihil olent. Τῶν δὲ γλυκέων &c. Quia falsum sciebat: moderatus est, ὡς εἰπεῖν. & mox etiam, ἢ ἐπὶ μικρόν: parum durat. Ἅμα δέ. Optima excusatio. quasi dulcia neget, quatenus dulcia odorata esse: ait. Mala dulcia, quæ sunt odorata (sunt autem vel suauissimæ) habere præter dulcedinem succum vinosum quendam. cæterùm sic etiam de pinguibus diceremus. Non enim pinguia, vt pinguia, sed vt acria, velut in abiete. Plus etiam obturbat in causæ causa. constituit enim dulcem terrestriorem. vbi duo quærimus. Nemo negat: in omni fructu multum esse humoris. itaque si sit terrestris: erit siccitas, quæ regula est odoris. Deinde nemo concedit in terreo dulcem, sed in aereo, eóque maximè, commodissiméque cocto. at in coctione sapor & odor.

Ἄλλως τε. Præsertim in pulpa terrea natura illa est: quæ carebit odore. Quorum vtrunque falsum. Nanque Armeniaci pericarpium odoratum est. medulla non item. Præterea medulla

omnis ipſo pericarpio terreſtrior eſt, ſi ſit eſculentum. Adhæc, quis neſcit, Iuglandis pericarpium longè magis terreſtre, quàm medullam ipſam? eſſe tamen odore ſuo præditum peculiari: medullam nihil olere, & pinguem tamen eſſe.

Ἡ δὲ ὀσμή. Tres exigit conditiones ad odorem. tenuitatem, ſiccitatem, διάπεψιν: quæ nihil aliud eſt quàm coctio: excreto eo per exhalationem, quod inutile eſt. Ἐπὶ κεφαλαίων. Quia capita ſunt, faſtigiáque ſumma qualitatum.

Ἐν τοῖς γένεσι. Quia reduxit genera ad illa ſuprema quatuor. Atque hactenus quidem pro floribus. nunc de foliis & aliis. Τῶν δὲ φύλλων. Eadem in aliis, quæ ſuprà in floribus. ſed plus coegit arctiore gyro. Quippe aſtrinxit magis ad acrimoniam, & pinguedinem, & vinoſitatem: quæ omnia deprehenduntur in Myrti fructu. Eſt aliquid aromatis: eſt ſubpingue neſcio quid: eſt ſubuinoſum. eadem mox percurrit in coronariis, & oleribus: in quibus cauſas agnoſcit, ſiccitatem, acritatem, aſtrictionem. quæ repetita piget repetere.

Lego ὅταν δὲ εἰς τὸν καρπὸν: non autem, τὸν δὲ τόν. Et φύλλων, καὶ κλώνων. non autem, κλῶνες. Et ὥσπερ ἀμέλει: non autem, ὧν ἄσπερ. Et μυρρίνου: non autem, μυρήνου. Et καὶ ἐπὶ τῶν λαχάνων, potius quàm, τῶν ἄλλων.

Ludit nos Theodorus in illis, τῶν ἡδύσμων διὰ δριμύτητα: ait enim: quos acceptos vocamus. Et omiſit illa, ἢ ἐπὶ μικρόν. Διαπεπεμμένου. Apti diſſolui. non aſſequitur. Δένδρων καὶ ὑλημάτων. Arborum & plantarum. ſibi tam grandem fecit iniuriam tantus vir. ac ſi diceret: homines, & animantes. Στεφανωματικῶν. Herbarum, quas coronarias appellamus. peſsimé. non enim herbæ ſunt omnia coronaria, ſed maxima pars frutices. Στυπτικόν. Acerbitas: malé. aliud enim, στρυφνόν.

A ta omnino malè olere. In poſtrema Capitis parte odoribus attribuit odorum appellationes.

Εὐοσμότερα. Significat intenſionem beneolentiæ. ἡδίω, ſuauitatem: ne exceſſus ille ſit inſuauis: addidit hanc temperationem. Moſchus recens è vomica eſt εὐοσμότερος, quàm miſtus cum Gazellę ſanguine, qua vtimur. At non eſt ſuauior. ferit enim cerebrum adeò, vt etiam ſanguinem eliciat. Quamobrem puto, pro pharmaco ſumptum ſanguinem educturum. Καὶ ὅλα. Non fruſtra vtrunque coniunxit. nanque de ſaporibus dixit ſeorſum, quatenus ſunt in partibus: & ſeorſum, quatenus ſunt in totis. ſic igitur & de odoribus. Præterea partes quædam melius, peiúſve à locis habent: Iridis radix melior in Illyrio. de Croco patet. de Elleboro, ſuprá. de Tritico, vulgare. Τοῦ καταλοίπου. Abeunte aqueo terreum relinquitur, quod caloris vi fit odoratum.

B in ſicco enim odor. Ideo dixit: εὐπνόοις. quæ flatibus expoſita loca ſunt: in iis detergitur humor nimius. Καὶ μᾶλλον. Odorata maiore ex parte ſicca eſſe. dixit, μᾶλλον, propter odorata humida: qualia Mala, pepones, vuæ quædã, fraga, rubi genus, quod appellant Galli Flamboeſas, temere Ideus rubus creditus à quibuſdam. Cæterùm in iis quoque pars odorata in ſicco eſt: vt lixiuii acrimonia, & aceti mordacitas in ſicco. quæ per humidum diffuſa non percipiuntur: quia non eſt ſeiunctum, ſicut in cineribus. Ob eandem cauſam dixit: ἡ ξηρότης οἰκειοτέρα: quoniam etiam humiditas eſt, οἰκεῖα, ex vtroque miſtio: in miſtione odor. Σημεῖον δέ.

C Cum calidis comparat loca ſicca. ſi in calidis plures odores: ergo & in ſiccis: quia calor eſt autor ſiccitatis. Χλωρὰ δ' οὐκ ὄζει. Hinc accipit occaſionem ad earum hiſtoriam, quę partim ſicca, partim viridia minus olent, aut melius. quoniam dicebat, ſiccum eſſe odoris cauſam. viridia non olere, calamum, & iuncum, ſed ſicca. deinde ſtatuit alium porrò gradum. Τὰ δὲ μᾶλλον. Alius modus: quia hæc etiam viridia olent: ſicca verò magis: Iris, Inula. Addit exemplum florum: nequis ſuſpicetur, ob tenuitatem aboleri. non admittitur in Meliloto, quia lentiuſculus humor. Is procedẽte tẽpore caſtigatior factus, etiam iucundius halat. Οὐ μὴν πάνθ' οὕτως. Contraria hiſtoria.

D Ἃ δεῖ διαιρεῖν. Diuidet igitur in validiora, & imbecilliora. Quapropter vnico vtrunque Capite continuandum: nec ab hiſce abſcindenda illa: τὰ δ' ἀσθενῆ: vt fecit Theodorus. proſequitur enim. Τῶν μὲν γὰρ ἀσθενεῖς. Prima pars. quibus odor imbecillior: iis recentes ſpirant flores iucundius: vt Martia, Matronalis: exhalant enim. hoc eſt illud: διὰ τὴν ἀναπνοήν.

Ὧν δ' ἰσχυρότεραι. Alia pars validiorum duos harum facit gradus, alterum enim robuſtius. quæ terreſtre quiddam, & aqueum habent: hoc eſt, οὐ μέθηται τοῦ ὑδατώδους: cum terreſtri comes factus eſt aqueus: earum odor luculentior procedente tempore, non tamẽ penitus vetuſtarum: Ideò dixit: μέχρι τινός. exemplum Cydoniorum, & Abro-

CAPVT XXXI.

XXXI. *Capitis argumentum. Pro locorum caloribus, odoris plus minúſve in plantarum partibus eſſe. in calidis odoratiora. cur quædam ſicca magis oleant, quædam contrá.*

E'ΥΟΣΜΟ'ΤΕΡΑ δὲ καὶ ἡδίω. Hactenus cauſas deſcripſit à qualitatibus: nunc à locis. id quod agit prudentiſsimé. cùm enim coctionem ſemper adduxerit pro cauſa vltima: coctionis cauſam cælum: cæli verò inclinationes, atque ſegmenta aliis alia ſint locis: à locis etiam ſtatuit ſuas præſcriptiones. Rectè hinc igitur exorſi Caput hoc ſumus. aliud enim in cauſis principium. ait ergo: ſiccioribus odores melius prouenire. Item apertioribus. propterea quòd flatibus euerratur humor ſuperfluus. eius affert argumentum rei, quòd ſicciora melius oleant, amiſſo humido. ea capta occaſione pergit per hanc materiam. Quædam recentia, ac viridia minus olere: alia contrá. Nonnulla exiccata

& Abrotoni. Ἅμα γάρ. Declarat τὸ μέχρι τινός. quandiu duret aqueum illud. non enim percipitur in ſicco penitus. Καὶ ἡ τῆς τροφῆς. Sicuti decerpti fluctus melius olent, ceſſante alimenti affluxione: ſic poſtea aliquatenus ſiccata melius adhuc olent, abolito eo quod nimium eſſe poteſt. Propterea mox dicet: exempta ab arboribus, acquirere odorem: quia παύεται ἐπιρροή: ibi verò τροφή. idem ſuprà quoque dicebat de ſeminibus, quæ altero pòſt anno emergunt in plantã: percoqui à ſeipſis interno calore peculiari. Ideò dicebat: ὥσπερ πέψιν. quaſi maturationem capiunt ὥσπερ: quia ſunt extra matricem, à qua ſunt vitæ principia, & perfectiones. Συμβαίνει δέ. Hęc particula non eſt abſque obiectione. Primum: quia repetit. altera obiectio: velim ſcire, ὀπώραν, quomodo vocet Fœnum græcum. Παρίσταται.

B Abſiſtit. ſic infrà de eodem. τῶν πόνων παριστάμενοι, καὶ παχέων. ſic hìc, vinum abſiſtit à priore natura in aliam: Latinè, deſciſcit. Mutatur ab inodoro ad odorem cùm defęcatur. ſimul enim exhalat vapor aqueus. Τὰ δ' ἀσθενῆ. Redit ad primam partem: atque ait: debiles odores illos parum durare. exemplo Violarum. quin albis accedere virus quoddam vetuſtate. Πικρὰ καὶ κακώδη. Amarum odorem, ſicut infrà dulcem, & durum.

Καὶ οὐχ' ὥσπερ τὰ ῥόδα. Eſt hæc tanquam exceptio legis huius. Quemadmodum ſuprà dicebat: οὐ μὴν πάνθ' οὕτως. ſic hìc: οὐχ' ὥσπερ. non omnia ſuauiter olentia vetuſtate laborant: ſed quædam retinent: vt Roſæ. Πλὴν τὰ μέν. Adhuc horum gradus quoſdam ſtatuit. Quoniam re-

C centes Roſę procul olent: viget enim in eis humor is, quantum ſatis. At ſicca non olent: quia κατεσκληκότως: aliquo modo ſuccus intus induratus caloris abitu. Hebetatus non mouetur πρὸς τὴν ἀποπνοήν: ad exhalandum. Ἐπὶ πρός τε τὰς χρείας. Ab artis præceptis, atque euentu ſumit argumentum. Pigmentarii ſiccant, non penitus, ſed aliquatenus, vt aſciſcant odorem. Οὐ μὴν ἀλλά. Alius gradus. ſiccata olebant: recentia non. recentia olebant: ſiccata melius. ſiccata nihil olebant: admodum ſiccitata malè olebant Hoc iam tetigit in Violis albis: vbi etiam amarum vocauit odorem. Χείρους, Declarat, quomodo deteriores. δριμυτέρους, recté. quia ſenſile omne oportet eſſe mediocre, nempe hominis ſenſus mediocres: quando ipſe eſt ho-

D mo in mediocritate, feriunt enim nares αἱ δριμύτεραι. Καὶ σκληροτέρας. Dura ſanè metaphora, & quæ ſit clypeus Archigeni contra Galenum. Sed ita eſt, veluti cum vſitatè dicimus, molles odores: etiam mollißima vina legimus, non de guſtu: nihil enim alienum magis à vini commendatione, quàm ſaporis mollitia, qualis in re pingui: ſed ad odorem, aut ad vtriuſque mediocritatem. damnatur enim vinum guſtui aſperum, & pungens. ſic dixit, ὀσμαὶ σκληραὶ καὶ ἀγλυκεῖς. duri odores, & indulces. ita medetur vulneri vulnere. quid enim aſperius, quàm & vox, & ſignificatum ad odorem? Galli tamen & Itali vulgò vtuntur ad

A multa dulcedinis & voce, & ſignificato.

Ἅμα τῷ ὑφειμένῳ. Auget audaciam trãſlationis, vt etiam cum animi affectibus communicarit. appellat enim ἀνυφέσιαν, lenitatem, ac facilitatem. Ita comparauit agreſtia cum mitibus. Mitia præterquam quòd remiſsius ſpirant, id etiam habent, vt cum ea contentionis remiſsione coniunxerint lenitatem. hæc eſt, quæ vulgò ſuauitas nuncupatur. ita digeramus. odor. multus odor in agreſtibus. nullus in quibuſdam. inſuauis in aliquibus. remiſſus cum lenitate. Ἔστι γάρ. Aſſertio. in odoribus eſſe dulcedinem, ſicut in ſaporibus. addit & alias appellationes. Καὶ ὅσα. Quaſi iacta ſint fundamenta. Siquid præterea quæratur, peti poſſe ex iis quæ dicta ſunt, tanquã à principiis. & ad commendationem addit, ῥᾴδιον.

B ſi facilè fieri poſsit, nihil omiſſum videtur.

Συνιδεῖν. Sicut & ſuprá. ſic dicimus, σύνοψιν ſimul collata, & ordinata contemplari: ſimul intus in eorum ambitu ea quæ quæruntur, comprehendere.

Lego καὶ ὅλα, καὶ κατὰ μέρος: addita coniunctione. Et σχοῖνος, iuncus: non autem, σχῖνος lentiſcus. Et οἰνάνθης: non autem, οἰνοφάνθης. Et ἡ τροφῆς ἐπιρροή: non, στροφῆς. Et ταυτὸ δὲ τὸ αἴτιον: non, ταῦτ' οὐδέ. Et τῶν ποωδῶν ἔνια: non, ὀπωρῶν.

Theodorus, εὐπνόοις: placidi ſpiritus. non intelligerem Latinè. circumloquutione vtendum cenſeo. locis, quæ placidis afflantur auris. Θερμοτέραις, æſtuoſis. malé. hìc vult gradũ caloris intenſiorem, ſed tamen temperatum. æſtus eſt ex-

C ceſſus extra modum. Ἀσθενεῖς, exiles. videndum an expleat. Παρίσταται. Conſtans perficitur. ad verbum, aſsiſtit. abſcedens à priore ſtatu, hoc eſt ἀφίσταται firmatur, ſiſtitur. quia eatenus fuit in motu alterationis. Κακώδη, Maleolidę. ſatis: olidæ. Τὰ μὲν χλωρὰ καὶ πόρρωθεν ὄζει. Theodorus addidit. ſiccæ non niſi proximè admotæ.

CAPVT XXII.

XXII. *Capitis argumentum. In plantis odoratis, & in plantis inodoris inueniri florem inodorum. in his, quia tota natura talis: in illis, quia flos vlterius excoquatur. excoctione odorem aboleri: quomodo in planta ſatis coctus ſuccus, in flore nimis excoctus.*

D O'ΣΑ δὲ μὴ κατὰ μέρη εὔοσμα. Hactenus de plantis, quarum partes ſunt odoratæ: nũc de iis, quæ totæ ſunt odoratæ. Quamobrem non immeritò nouam tractationem noua Capitis ſectione ſeparauimus à ſuperiore. Hìc cauſam quærit eius, quòd ſuprà dicebat. eſſe admiratione dignum, quod non odoratarum flos eſſet odoratus: contrà, odoratarum non odoratus. Hæc enim membra duo ſunt naturæ huius. Alia duo illa non habent dubitationem: ſcilicet odoratarum eſſe odoratum, non odoratarum nõ eſſe. æqualis enim eſt in his natura. Quærit ergo: cur odoratis non ſit odoratus. quo in loco ſibi ipſe negotium faceſsit. Nam qui dicat: non per

partes esse hasce plantas odoratas, sed totas: quomodo dicit, earum florem esse non odoratum? nam tametsi flos non est plantæ vera pars, sed sicut fœtus inchoatus: tamen hîc totas cùm ait, semper includit flores. Hanc tamen leuiusculam offensiunculam acutissima pensat explicatione causæ. Fit, inquit, flos per vlteriorem excoctionem. Ergo si odorata planta est, suam habet excoctionem in succo peculiari: qui cùm ad florem porrò coquitur generandum, necesse est vt mutetur. Exilit igitur ex odore. Acuta sanè, ac tanto viro digna, falsa tamen. etenim si ita esset: nullius odoratæ plantæ flos esset odoratus. in omni enim fit mutatio: argumenti fallacia est in æquiuocatione mutationis, quibus inodorus fit, ii mutantur tota qualitate. Quibus odoratus permanet, fit substantiæ mutatio à succo ad florem non mutata qualitate. ratio potius hæc. plantæ odorem esse talem, id est in terrestri: cuiusmodi etiam Ladanum: cuius crassæ partes plurimæ certi quantitati admistæ sunt terminis, in quibus odor. Tales in plantis partes quibusdam ad flores excoqui nequeunt. Est etiam modus alius: cùm plantæ partes exiliores sunt: porrò, discoctæ ad florem, facilè difflantur. Ergo in præsentia vbi succus non est tenax & constans, amittuntur qualitates in mutando. Ἢ οὐ κατὰ λόγον. Duplex hîc sensus. Primus: vt sit interrogatio, & reprehensio dubitationis, sic: an non rectè quispiam dubitet? apponit causam, quare non rectè. ἐνδεῖ γάρ. Nanq; floribus deest odor in aliis itẽ plantis, quę non sunt odoratę. Alter sensus. non est odoratus flos: aut non quantũ exigit plãtę ratio. vt hoc sit οὐ κατὰ λόγον. priorem fouet sententiam Theodorus: nos posterioris autores sumus, nec temere fortasse. Primùm: quia non sequitur ratio reprehensionis. Nam tametsi plantis inodoris inodorus flos est: non propterea tamen à dubitatione absistẽdum est: quæ quærit, in plantis odoratis quare sit inodorus flos. Imò magis, quàm cur in plantis inodoris sit odoratus. hîc enim perfici natura videtur omnino. Hæc est prima ratio. altera: quia fortasse verum non est: aliquam inueniri plantam totam odoratam, cuius flos absque odore sit. Iccirco addidit: inodorus, aut saltem minus quàm planta. vt sit: οὐ κατὰ λόγον τοῦ λοιποῦ φυτοῦ. sicuti mox: ὀσμῶν δὲ ὄντων, ἧττον εὔοσμον ἔσται τὸ ἄνθος. ecce, ἧττον, idem quod οὐ κατὰ λόγον. non respondens plantę proportioni. & in fine, vbi concludit, vtitur iisdem verbis: λελυμένην, καὶ θηλυτέραν τὴν ὀσμήν. & vbique dicit, ἄνεσιν, remissionem. Ἐνδεῖ γάρ. Non est ratio, quare quispiam temere dubitaret: quia scilicet etiam in aliis inodoris plãtis inodorus sit flos: vt putauit Theodorus: sed ratio dubitationis: quare meritò quęratur: cur in plantis odoratis sine odore sit flos. Nam tametsi hoc quoque videbatur in aliis quæ carent odore: at ibi non est dubitandum: propterea quòd tota natura sibi similis in illis. at in plantis odoratis quærendum: propterea quòd in illis odoris natura subest. Cur igitur flores non concomitatur? hoc est quod aiebat: τούτοις δὲ μάλιστα διὰ τὸ προϋπάρχειν τὴν φύσιν. ὑπάρχει, natura subest in toto subiecto. &, πρό: quia prius in planta quàm in flore: flos enim plantæ non est pars, sed fœtus. quæ causa est etiamnum vt quęramus, cur non similem sibi fœtum facit: præsertim quando ex ipso flore fit fructus, ex quo deinde creatur planta, quæ odorata est. Ἐνδεῖ γάρ. Deest odor floribus etiam non odoratis.

Αἴτιον δέ. Altera Capitis pars: in qua causam, eo quo diximus modo, expedit. Πέψις τις ἡ ἄνθησις. Minor propositio, quę gratum faciat inanibus sophistis: cùm idẽ ait, florere, & coquere. Maior illa: πέψις μεταβολή. conclusio: ἄνθησις μεταβολή. alius syllogismus. ἄνθος εὐῶδες. minor: μεταβάλλεται ἄνθος. conclusio. μεταβάλλεται τὸ εὐῶδες. Tum statuimus hanc ipsam conclusionem pro minore tertii syllogismi: cuius erit maior hæc: τὸ μεταβαλλόμενον μεταβάλλεται εἰς ἄλλο, ἢ εἰς τὸ ἐναντίον. Postremò: τὸ ἄοσμον, ἢ οὐ κατὰ λόγον ἐστὶν ἐναντίον: ἢ ἐναντίον πως τῷ εὐώδει. quare sequitur quod petebamus ad quæstionis conclusionem. Iccirco dicebat illa omnia. Ἐν μεταβολῇ τοῦ ὑπάρχοντος. Fateor subesse naturam plantę, sed aio mutari. Ὅσα μὲν οὖν. Simul explicat rationem alterius naturæ, simul agnoscit potestatem. Quibus plantis odore carentibus flos odoratus est: iis excoquitur humor plantæ porrò, ex quo fiat odor: est enim in coctione. quæ verò sunt odoratæ: iis ratio eadem, quare flos sit talis: quia æquè mutatus est succus. Ergo ad contrarium, sicut & in illis. Ideo dicebat: ἐπείπερ ἡ πέψις ἐν μεταβολῇ. is enim medius est terminus, communis ad vtranque probationem. Ἧττον εὔοσμον. Quod suprà dicebat, οὐ κατὰ λόγον. minus, quàm planta ipsa flos odoris habet. Ὥσπερ ἐξάνθησις. Cùm plantæ mutatur succus, vti flos fiat, tunc non fit ἄνθησις: id est non generatur flos, si odorem spectes, sed si spectes corpus. Fit ergo, quoad odorem, floris potius degeneratio. ἐξάνθησις: egressio floris à natura sua. & quia de odore intelligit hasce floris exuuias, iccirco addidit: τῆς προϋπαρχούσης ὀσμῆς. quasi floris odor, & in planta subsit & in planta remaneat. Dicamus apertius. cùm succus progressus faciet ad floris generationem: tunc exuet odoris naturam illam, quæ flori debebatur, si per inconstantiam licuisset. Cæterùm propter tenuitatem diluta est, aut exhalauit, aut ob crassitiem domari non potuit. hoc enim addimus nos. Διὸ καὶ ἀντίφασιν. Argumentum quo sæpe vti solet, à communi consensione, vel populorum, vel artificum. Ideo potius quàm floreant, aiunt eas partes bene olere. Τοῦτο μὲν οὖν. Semper suo more cunctabũdus, amplius deliberandum censet. non enim esse argumenta paruifacienda. Φαίνεται δέ. Scitissimam à saporibus similitudinem. imperfecti sapores excoctione perficiuntur. In quibus autem perfecti sunt: ii vlteriore coctione vitiantur. Simile est Hippocratis

Hippocratis aphorismo περὶ τῶν ἀξιῶν. Τῶν ἐν τέλει. Alibi significat honorem & dignitatem: hîc eadem origine priuato vsu, perfectionem.

Ὅταν πυρῶνται καὶ ἡλιῶνται. Si puro igni, soléve afficiantur, amittũt prioris succi gratiam ii qui sunt perfecti: imperfecti perficiuntur. Necesse enim est eos mutari quare cùm vltrà τέλος nihil sit in quaque natura: alioqui penderet semper, qui pendet à nullo: qui sunt ἐν τέλει, eorum progressus fit ἀτελές. Ὃ δὴ καὶ ἐν ταῦτα. Figura, quam vocauimus in Poeticis, Comparationis applicationem. Si mollior sit odor: in ea namque mediocritate perfectio eius est, fit ἄνεσις. Ergo aboletur. ex paupere penu facilis inopia. pusilli vasis citò fundus apparet. Τοῦ ἀκράτου. Quod purum est, vitiatur remissione. Regressio namque fit à fine. Tunc enim pars altera fit validior. ἀσύμμετρος ergo. Ἅμα δέ. Quia nimia vel siccitate remittitur, vel humiditate, vel etiam amittitur odor ipse: æqualitatis illius remissione, odoris amittet prærogatiuam flos odoratæ plantæ, ad aliquod extremum. De duobus ille tantùm. De sicco dixit in exemplo, πυρῶνται: quod Hippocrates, φώσκειν. De humido nunc, In aliquibus haud generatur flos, nisi humoris accessione. Quare floris naturam cùm oporteat siccam esse: hoc enim floris proprium: nimirũ vitiabitur. hoc est quod aiebat: ξηρὸν ὂν φύσει. quod flore siccum debet esse. Et ἂν ἡ γένεσις ἐκ ἀνδ τούτων: scilicet qui à sicco transeunt in humidum. & κἂν τούτῃ γίγνοιτο τις ἄνεσις. ταύτῃ, sic. quemadmodum, ᾗ, quatenus, & quamobrem. Sic, inquit, id fiet, quod remissionẽ appellamus: remittitur enim siccitas. & εἰ δὲ μὴ ὑγρότης: aut fit remissio humiditatis in aliquibus, quam oportebat in flore esse, nec est, vt esset odoratus. Hæc est obscurissimorum sententia verborum, morosa sanè, & quæ parum gratiæ ineat ab eruditis iudiciis, nisi sit mendosus codex.

Ἀλλ' ἡ γλυκύτης. In summa siue siccitas, siue humiditas remittatur: intelligimus τὸ ἄκρατον remitti, de quo suprà: id est puritatem illam mistorum, quæ nihil haberet gradus alieni. sic infrà: ἐὰν δὲ ὑπερβάλλῃ θάτερον: ἐπιζητοῦμεν τὸ ἐλλεῖπον. Omnino enim oportet, ἐν κράσει odorem esse. Illud mediocre declarat nunc per γλυκύτητα, quæ ex illo confletur. Demonstratio est à posteriori. Deprehenditur mistionis æquabilis temperatio à dulcedine duobus principiis. Vnum est magni ambitus, ac propterea periculosi: ἅπαντα ἐκ γλυκέος γίνονται. Hoc suprà discussum: an omnia è dulci fiunt. Alterum liberius est: maximam florum partem esse dulcem. Hęc igitur illi derogat, si non est vniuersalis. Non enim, si hæc vera est, generabũtur ex dulcibus omnia. Fit enim in flore omni coctio materiæ, quæ si dulcis erat, dulcis erit item in flore, quæ in fructu dulcis quoque futura est.

Καὶ τοῦτο κατὰ λόγον. Conclusio respondens propositioni, quæ dicebat, ἢ οὐ κατὰ λόγον. Hîc solutum, non vegetum odorem, λελυμένην. Καὶ θηλυτέραν, effœminatam, eneruatam, non contentam, spirantem. Vtitur hoc loquendi modo alibi quoque. Sic Pręceptor, νεανικὸν transtulit etiã ad meatus seminis. Cùm autem dicit κατὰ λόγον, non aduersatur superioribus: vbi dicebat οὐ κατὰ λόγον: quia suprà accipiebat, non secundum plantæ proportionem. Hîc intelligit, fieri secundum naturæ rationem: quæ excoquendo mutet ac remittat ita vt emergat contrarium.

Lego τούτοις δὲ μάλιστα. Et alia multa opus habent emẽdatione: verũ non licet absque fide exẽplariũm.

Theodorus, διὰ τὸ προϋπάρχειν τὴν φύσιν: quia ratio naturáque odoris præcesserit. Non præcessit, sed substitit, in planta scilicet. Εἰ δὲ μὴ ὑγρότης. Theodorus aliter exponit, nec placet. Nõ enim flos vllus generatur in dulcedine, aut ad dulcedinem sine humoris accessione.

CAPVT XXXIII.

XXXIII. *Capitis argumentum. Syluestria melius olere quàm mitia, suo quæque genere. Dulcia minus olere. Saporis æquabilem commendationem in coctione perfecta constitui: odorẽ in inchoata. De vini saporibus & odoribus.*

ΔΙὰ τί δ' οἱ ἄγριοι καρποί. Comparatæ sunt partes inter se: nunc etiã genera. Quærit: syluestria mitibus in genere suo cur sint odoratiora. Verbosissimè tractat hanc materiam. Dicere poterat: quia sicciora, ea tamen siccitate, quæ non tollat, sed patiatur, quantum humidi sit ad odorẽ necessarium in natura. Sed abit diuersus: quasi syluestria minus cocta sint. Tãdem concludit, saporem in perfecta consistere coctione, odorem in imperfecta. Itaque eo quoque lapsus est: vbi credi vult, Mala melius olere immatura quàm matura. Admoue tu naribus Pepones, Cydonia, Persica, Armeniaca. Inde per vini sapores & odores excurrit. Postremò concludit ad id reuersus, quod proposuerat. Καὶ αὐτῶν δέ. Duæ comparationes eadem proportione. Prima est agrestium cum mitibus. Secunda est, agrestium acerbiorum cum minus acerbis. Similis enim est responsus: Quemadmodum plus olent agrestia quàm mitia, quia fera magis: ita quæ inter agrestia magis erunt fera, erunt propterea magis odorata. Καί τοι διαπέπτου. Ratio quæstionis. Suprà statuebamus in coctione odoris naturam: at agrestia minus cocta. Signata vox διαπέπτου, propter præpositionem: significat enim perfectionem. Περὶ δὲ τούτων. Altera pars Capitis, qua instituit solutionem. Respondet primum è natura communi. In duritia iacit odoris fundamẽtum. Esse autem agrestium naturam omnem duriorem, non solùm plantarum. Hoc innuit illis verbis: τὰ αἴτια σκληρότερα: plantæ scilicet.

Καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις. Intelligit, quodcunque agreste: puta etiam animalia. Aut intelligit qualitates alias: non solùm odorẽ, sed etiam saporem, & partium constitutionem ad tactus obiecta. alia responsio non assignat causam, sed methodum ad

inuestigandum. Propiùs contemplandum: siquid intereit inter causas, quibus sapor, & quibus odor constituitur. Itaque dicebat per dubitationem, Εἴπ δυνατὸν διελθεῖν. Siquid, aut siquis distinguere possit coctiones. Quod est secus, ac suprà dicebat: odores à saporum natura pendere:

Ἐν τίνι κατέρα. Penes vtrum sit ratio potior odoris statuendi. Oratio paulò duriuscula: præsertim cùm quærat: vtrum ab vtro constat. Nam si differētiæ sunt diuersæ: neutrum ab altero. Ideo subdit φαίνεται γάρ. Omnino videtur esse diuersa constitutio, eaque manifesta: si inueniantur esse diuersa principia: vel occultior, si vtrūque pēdeat ab vno efficiente. non declarat se. ita tamen explicari potest: Non ambigendum: esse diuersa sensilia, & in diuersa crasi, affini tamen: ac propterea ab eodem penè, non tamen sub eodem momēto. Quia profitebatur: odorem esse in affecta temperatura, saporem in perfecta. Ob id ait:

Εἴθ᾽ ἑτέρων ὄντων, scilicet τῶν μεταβαλλόντων· εἴτε τοῦ αὐτοῦ. Siue sit vnum, quod mutet, coquat, perficiat: quod sanè est, nempe calor: siue plura: quod sanè non est essentia, sed ratione tantùm: propterea quòd alius quodammodo calor est in tempore, vt ita dicam, odorificationis; & alius, cùm perficitur sapor. Τοῦτο μὲν οὖν. Nunc demittit orationem ad causam particularem. Quippe hactenus vsus est vocibus amplioris ambitus.

Σκληρότης ἢ μεταβολή. Ratio demonstratiua exigit: vt non solùm ex primis deducamus, sed etiam ex immediatis. Quamobrem: iam arctiore gyro præscribit disquisitionem: scilicet coctione, succi incrassatione, dulcedine: vnde sapores ostendat. Vt ostendat odorē: eiuscemodi coctionis, densationis, dulcedinis præuentionem. Ergo duo diuersa erunt, & à diuersis & in diuersis. Ideo dicit: Πέψις δὲ ἡ νῦν. Et dulcedo, & omnino saporis qui vsui habetur. Propterea quòd non omnis maturitas in dulcedine. Sunt enim esculenta quædam alius saporis: vt suprà dicebatur. At tam in dulci quàm in alio illo sapore commēdatio, ac perfectio paratur densatione. Quod & in libro De affectibus mistorum. Διὸ καὶ γηράσκοντες. Vbique docuit, in arbore coqui succos à parentis calore: exemptos nihilosecius percoqui à proprio calore. Adiuuari à sole & aere, tam pendentes fructus, quàm in tabulatis. Propterea dixit, γηράσκοντές τε καὶ ἡλιούμενοι. At sanè tum densantur. verò, cùm insolātur, simúlque rarefiunt. Absumptis enim partibus aqueis subsidunt coria, & contrahuntur in rugas: vnde passas vuas appellamus. quę remanent partes, euadunt crassiores.

Παχύνονται. Modus densationis, ablato aqueo humido vetustate. Hæc ergo perfectio est in vltimo tractu operæ naturæ. At odoris alia ratio. Propterea dicit: Ἡ δ᾽ ὀσμῶν. Odoris autem generatio in priore ac defecta coctione potiùs quàm perfecta. Σημεῖον δέ. probatio à sensu. Mala, fructus quæ alios non perfectè maturos perfectiùs olere. Cuius odorationis qui periculum fecerit, inueniet huius sententiæ peri-

A culū. Non enim vera est. Quī ipsa quoque Pruna, quæ suapte natura carent odore, tū verò nōnihil, idque non obscurum aquirūt ex ipsa maturitate. De floribus eadem ratio. Vel ipsam Flammulam videamus, quam cognominarunt ab odore. Caryophyllum, nunquam validiùs spirat, quàm cùm fecit progressus suos ad maturitatem. Rosę etiam non nisi perfectæ perfectè olent. Quin, vt de quibus iam suprà dixi, taceam, etiam Iuglans ipsa maturitate sola consequitur odorem. Item Castanea nihil penitus olet, nisi posteaquam matura facta est. Καί τι τῇ τε χυλοῦ. Atqui tunc potissimùm excoquitur sapor. Sunt ergo diuersa tempor: quare & principiorum modi. Propterea quòd concreatur odor in primis saporum muta- B tionibus. Hoc est quod dicebat: καὶ ἔοικε.

Πλείους γὰρ εὐοσμίαι. Simul tractat & odoris opificium, & tractum generationis saporis. Inquit: Dum sapor gignitur: in eo aditu multi fiunt odores, id est multi gradus. Καθάπερ ἅμα. mendosus codex. Sensus tamen est: agitatione succi, quæ fit per spiritum naturalem in opere ac tractu coctionis, excitari qualitates odorabiles.

Καὶ ὅπως. sensus est. Fructus vbi eò peruenerit, vt saporis nactus sit naturam; densatus, & coctus minus trahit alimenti. Τὰ τῆς τροφῆς ἐλάττω λαμβάνει, quod & suprà dicebat eodem verbo τροφὴ, & altero ἀφρόν. Quia perfectus est, minus trahit alimenti. Simul adipiscitur inspissatione dulcedinem. Τὰ μὲν οὖν ἄγρια. C Conclusio, sic: odor est in succo inchoato: Succus inchoatus est in agrestibus: quia proportione ad mitia, propter duritiam videntur incocta: ergo magis odorata mitibus. Μέχρι τῆς πέψεως: scilicet πέψεως. Κατὰ λόγον. Secundum proportionem, quæ debetur inchoato succo, participant odorem. Proportionis ratio hæc: Sicut in eodem fructu tempus acerbitatis odoratum magis ostendit succum quàm tempus maturitatis: sic species quæ acerbæ erunt, erunt etiam odoratæ magis. Καὶ ἀτροφώτερα. Mitia, cùm multo alantur succo, magis hebetantur. At agrestium succus ille terreus est, &, vt suprà monebat, κατεσκληκὼς καὶ βλοσυρός. Μεταβάλλει. Quin vua ipsa acerba nihil penitus olet: matura suum quiddam. Etiam ex partibus aliud argumentum: Acerbæ succus vuæ odorem præsefert inchoa- D tum: de vini odore, qui est maturæ succus, nihil dicam. Sic & Cucumeres, & Rapa, & alia insipida. Acria verò omnino longè plus olent matura quàm immatura. Sic & austera omnia, Sorba, Glandes, Mespila. Ocymi quoque flos, qui est omnium, quos equidem gustarim, dulcissimus, admodum redolet. Ἅμα δέ. sensus patet. Sed videntur otiosa verba, & sententia repetita, & corruptus codex. Μιγνυμένη γάρ. Vult dicere: mitia esse humidiora. quæ sequuntur, plana. Illud obstrepit: λεπτοχυλότερα esse odoratiora. Non negamus odorem ipsum esse in partibus tenuioribus. Cæterùm in multis eæ partes paucæ sunt, & multis crassioribus admistæ.

admistæ. Vide Cinnamomum, & mande. Plurimùm est in Rosa terræ, plus in Lilio. Præterea dico: matura esse seipsis immaturis tenuiora. Nam tametsi vulgò dicatur: coctionem incrassando fieri: tamen aio, partes omnes simul sumptas in fructu maturo longè esse tenuiores partibus omnibus simul sumptis in acerbo. Quem latent exempla, Malorum, Pyrorum, Cydoniorum, Vuę, Sorbarum, Prunorum, Persicorum: quæ per initia saxea sunt? Amygdali alia ratio, & Iuglandis & Tritici. Terreum quod in acerbo erat attenuatum est: aqueum auctum: aereum additum: igneum impositum. Neque illius effati fundamentum bonum est. Aiunt enim calore fieri coctionem: calore aliquid semper exhala- B re: demptione illa igitur tenuiorum exhalantium crassiora relinqui. ridiculé. Nihil exhalat, à calore attrahitur alimentum: à retentrice retinetur: tum conficitur. Ἰδεῖν δέ. Tertia Capitis pars, quæ est asseueratrix Probationis, tota in vini similitudine, quam & suprà tetigit. Eodem tendunt omnia, dulcia & mollia non esse odorata: tenuia esse odoratiora. Est enim odor ignauus in crassis, quia nihil vibrant. Talia sunt dulcia quædam vina. Sunt alia dulcia ignea, vt Pramnium siue Maluaticum. Rœtica verò nostra (quæ nunc *Vernaciæ* dicuntur) etiam nares feriunt. Sunt tenuia ignea, vt Vasconica, quæ non solùm caput inuadūt illico, sed etiam multas corporis partes. Aquea verò longè ignauissima: adeò verò tenuia vt excepta vix maneant: illico enim lo- C tia cient. Talia sunt quę ad Noualesiam bibuntur, oligophorotata. Καὶ θᾶττον. Tenuia vina celerius purificātur quàm crassa. Nota πόνων. Aliud enim est pingue apud nos vinū, aliud crassum. Pingue est vitium: aut à solo, vt hi secundum naturam: aut à subuersione, quæ euenit nostratibus albis ita, vt ab oleo nihil penè differant. Id fit vbi ignea vi extranea cum fæce miscetur aqueum. Λεπτότητος. Suprà ἀπνοίαν & ἀτροφίαν odoris causas statuebat: nunc iisdem insistit væstigiis. λεπτότητι, vt suprà, in tenui. χωρισμὸν, sicuti dicebat ἄκρατον. Et impedimentum agnoscebat illud, μιγνυμένη ὑγρότης. Hīc ἀπνοὴ καὶ διαπνοὴ τοῦ ὑγροῦ. Ad hæc χωρισμὸν, quod eodem tendit, nempe ad puritatem: quæ & ignauo carent crasso & compedibus aquei. Ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ. Ostendit inutilium D partium vtilem separationem. Crassum ineptum esse ad odorem: argumento esse cadum, cuius fundus oleat minus. Ignea sursum: in igneis odor.

Ἡ αὐτή. Aliud iudicium, à crasso hebetari odorem. Percolata vina celerius purificari: quia tenuius transmittitur. ἠθικοὺς, διηθουμένους. ἠθμός colum. Συνεπιμαρτυρεῖ. Verbum ei vsitatum. Testimonium à locis & agrorum tenuitate. Καὶ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων. Ab ætate, quia procedente ætate sint validiora: puriora enim. Acriori autem esse odore & minus suaui: quoniam suauitas sit mediocritas, quæ cum excessu nequeat esse πολυοσμία καὶ εὐοσμία. Hoc dicit, vt ostendat odores acui sicco. Facit hoc ad rem: quia respon-

A sionem fundauit in siccitate ac duritia. Negat itaque vetusta vina continere τὸ μαλακόν. Ἐπὶ τῶν μύρων. Ab vnguentis argumentatur, acrimoniam cum suauitate non consistere. Itaque miscent vnguentarij, vti diluant. Noua vox εὐοσμώδων. Πάντα γάρ. Etiam hīc in vnguentis excludit ab odore dulcedinem. Ait enim δύσχυλα. Sic etiam mōtana vina odorata esse, quia acria. Attulit etiā Amygdali exemplum commodissimum. Dulcia nanque non sunt odorata, sed amara. Ridiculè verò probare conatur, amaris Amygdalis nō esse perfectam decoctionem, quòd sint odorata, si dulcibus comparentur. Sata enim proueniunt. Quid, nónne Persicorum natura talis? Ἐξ ἁπάντων. Conclusio B responsionis. Quærendum enim proponebat, vnúmne esset, an diuersa principia saporis & odoris. Aliud esse ait quod odorem faciat. Requirit tamen temperaturam conuenientē. Hoc significant illa συμμετρίαν λαβὼν τῆς κράσεως. Ἥδιον δέ. Suauissimum ex vtroque, scilicet extremo. Ἄλλως τε. Nā in agrestibus minor suauitas, quòd vergāt ad extremum, scilicet δριμύ. Addit καὶ ἄκρατον. Quoniam vnum extremorum minus sit cum altero mistum. Suprà (cui neutrū extremorum admistū esset) pro mediocritate. Inconstanti vsu. Propterea dixit λυπεῖν, tristitia offendere. Contrariū est medio cōtrarium. Medium est ἐξ ἀμφοῖν, & est ἥδιστον, quod extremum est λυπηρόν. Ideo vult naturalē humiditatem altera ex parte afferre tēperationē. Ita concludit, maiorē agrestibus odorē, mitibus suauiorem. Ἐὰν δ᾽ ὑπερβάλλῃ. Si alterū exuperet ἐπιζητούμενον: suauis oratio, requirēs quantū deest. C Ἅμα γάρ. Quia suprà dicebat, τὸ τῆς ἀϊδίου προσφέρειν: & in superioribus, finē fructuum esse animalis alimentum: hīc dicit, fruitionē esse in mediocritate. Χρὴ δὲ πειρᾶσθαι. Concludit, quærendum differentias in odore & sapore. Ἐκεῖνο δ᾽ οὖν. Ostendit se persoluisse fidē. Absolutum quod proposuerat. quęnā essent differentiæ vtriusque. Φαίνεται δέ. Appendix asseuerationis. Apparet τὴν εὐοσμίαν esse in imperfectiore: quia potissimùm existat in amaris, acribus, acerbis. Quo loco tria consideranda. Primū, non esse verum, acerba & astringētia esse odoratiora dulcibus, vt in Peponibus. Alterum, nō esse verū esse hæc στερητικὰ, vt vocat: nā & suprà impugnata est hæc opinio. Et satis patet in multis hunc esse naturæ finem, vt aromatibus, aloe, allio. Tertiò, D quid sibi velit illud ἀσθενῆ. Est enim priuatio hęc saporis, at odoris non minus. Nunquam enim insipida deprehendi dulcibus odoratiora. Δυσχέρειαν. Sicut & suprà, insuauitatem. Οὐκ ἀλόγως. Ratio, quia magis spirant. De odoribus & amaris, verum. Plus enim obtinēt partium tenuiorum & mobiliorū: at de acerbis & astringentibus falsum: nihil enī emittūt: cōstāt sanè aqueo terrestri. Tanto minus ἐν ἀσθενέσι, quæ recensebat nihilominus inter hæc. Καὶ οὐκ ἂν δόξειεν. Vides incōstantiā: Negat enī quod dicebat, hasce esse priuationes: sed agnoscit pro naturis, quas appellat εἴδη. Εἴδη ἔνια. Ratio: à priuatione actio nulla: ab iis actio. Ἡ μὲν οὖν εὐοσμία. Concludit per contrarium: nam de odore

disceptabat. Concludit de odoris priuatione quã statuit in dulcibus, & quæ vocat ἄχυλα. Memineris esse pisces odoratos, sanè Thymulum: mensis verò expetitum.

Lego στρυφνότατα, non στρυφνώματα. Et δύναιτο διελθεῖν, non δύναιντο. Et ὅπως, non ὅπως. Et καὶ ὅλως ἡ ἀχυλία, non ἀοσμία. nam sibi contradiceret. Et καὶ γλυκύτητα καὶ εὐοσμίαν, non ἀοσμίαν. Vtrunque enim vbique coniungit. Sic infrà, ὅλως εὔοσμοι, non ἄοσμοι. Sic in extremo γλυκέσι καὶ εὐχύλοις, non δυσχύλοις. Nam δύσχυλα vehementissimo dicebat odore prædita sic, ἀτεροφοῦντα, non ἀτερφοῦντα: quia succo nimio hebetantur mitia.

Theodorus secutus librariorum fidem, non sicut emendauimus, sed sicut vulgò legitur, vertit sic, Et ex toto odoris suauitudinem fieri, nonnisi crassescente. At non perspexit, Philosophum nunquam coniungere ἀοσμίαν cum dulcedine. Is primus error: alter in Philosophia. Non enim est in humore crassescente dulcedo, sed in eo qui iã crassefactus est. Ideo Theophrastus dicebat ἐν πάχει, non autẽ ἐν παχύνσει. Quòd si velimus eum tueri, vt certè vellemus, vsum esse verbo tractus & generationis (ait enim fieri) tũ erit falsum pro odore. Nanq; odor consistit ita, vt iam factus sit in eo in quo dulcedo nondum consistit, neque facta est, sed fit. Πνευματική, flatilis potius spirituosa.

Μᾶλλον ἐν ἡλιώσει, feruentius, non. Feruor enim est excessus odorem tollens, sicuti calor statuit. ἡλίωσις, apricatio. ἀφεικία, apriciora loca. Παριστάμενον, consistit atq; perficitur. Non explicauit τὸ παρὰ, quod significat mutationem. Quod mutatum cõsistat. Quod egressum à priore temperatura consistat pingue. Ἠθικὸς, morale, παρὰ τὸ ἦθος: ego à colo potius. Λυπεῖν, tedio. imò triste. Tediũ enim est ex mora. Sed vt Media fert tristes succos. Et tristi contingere amurca. Ἐπιζητοῦμεν, quærimus. Omisit ἐπί. Insuper ac porrò quærere iubet. Δυσχέρειαν, tedii: suprà dicebat difficultatem. Neutrum placet. Sicuti suprà malè legebat ἀοσμία, pro ἀχυλία: sic in fine Capitis æquè malè, δυσχύλοις, pro ἀχύλοις. Sic enim vertit, insuauibus. Quin etiam legit ἀοσμία, nõ autem ἀοσμία: pessimé. Nam in vnguentis erat δυσχυλία, quum separabat ἀπὸ τῆς ἀοσμίας, sicut ἀοσμίαν ἀπὸ τῆς πολυοσμίας.

CAPVT XXXIIII.

XXXIIII. *Capitis argumentum. Quare quædam procul melius oleant. Mistiones adiutare vires odorum imbecilliorum. Discussio naturarum in odoribus à partibus diei & anni, ab ætate, à locis frigidis, à temporibus in genere secundùm frigus & calorem. De Iridis incubatu. Vstione aut vstorum admistione odores intendi.*

Ὅτι μὲν ἀλλ' ἔνιά γε. Postquam constituit odores in fructibus per sua principia: nũc eos comparat & inter se & sibiipsis. Primùm, idem odor spirat aliter procul, aliter propé. Vnum tamen hîc modum ponit, cũ scilicet qui sit admirabilior. Nam propè olere, procul non item: translatitium est. Omnis enim actio naturalis finita. Quamobrem & gradus & progressus habet secundum spatia atque interualla. Patet in sensibus. At è contrario, procul melius olere quàm propè: id verò vt exit ex ratione illius axiomatis, ita est admirabile. Aggreditur ergo causam. Odorem in quibusdam situm esse minus sinceris partibus. Quare cùm propè sentitur, procedit odor ille mistus ab omnibus, quarum quędam obtundunt aut deprauant: nam etiam terrestres subeunt. Vbi corpus illud fit longius, tum ignauæ illæ progredi nequeunt eò, solæ igneæ sese eiaculantur. Pulcherrima profectò ratio. Itaque & pars hæc & totum Caput elegantissimum. In secundo loco narrat quasi appendice dictorum, imbecillos odores non habere opus mistione. Sanè effatum in natura valde commune. Omne imbecillum egere adminiculo, aut supplemento, aut refectione. At hîc contrà, quia superantur à validioribus imbecilli: non igitur extant amplius. A cui tamen modicis portiunculis vulgò patet apud pigmentarios. Idcirco matronalium sincerior odor à terrestribus liberatus. Liberatur autem cùm fit remotior. Acriores autem mistionis indigent, non ad augendas vires, sed vt remittant ad mediocrem temperationem, quam esse propemodum formam quandam diximus τῆς εὐοσμίας. Ponit ad hoc quod faciat ciborum similitudinem. Nam cibis acrioribus, nonnisi pro condimentis vtimur. In tertio comparat odorem pro seipso, pro ratione temporis. Tempus autem hoc Capite tripliciter consideratur. In vniuersali affectu, calido & frigido. In minus vniuersali, scilicet ad anni qualitates. In particulari, secundum diei partes. De his omnibus rationem quidẽ reddet, sed præposteré. Prius enim de die, mox de anno: tum interiectis aliis, agit de tempore. Quarto loco dat differentias suiipsius secundum ætates, nouellam, vetulam, mediam. In quinto repetit (quod iam toties dixit) in mediocri temperamento certo & æquabili sitos odores esse. In sexto de Iridis incubatu tractat ea quæ accepit à Præceptore. In septimo concludit, omnem calefactionem odoribus conferre. Sanè (vt loquuntur nostri barbari) actuatur odor: vt nos facetè diximus, animatur à calore. Ἐξ ἀποστάσεως. Ex distantia. Alius huius verbi vsus suprá. Καθάπερ καὶ τὰ ἴα. Intelligit violas matronales. Nam Martiæ iucundissimè spirant propé. Quanquam hæ quoque suauius halant, qua consitæ sunt deambulantibus, quum in fasciculis naribus admotæ: Proximæ enim sensui palustre nescio quid obstipant. Συναποῤῥεῖ τι. Terestria hæc esse neque promouere longius posse. Concidere igitur in ipsis interuallis. Καθόλου γάρ. Appendix. Tenues odores atque suaues societatibus vitiari. Exemplum ponit Myrti. Maceratas bacas mulso aut musto suauius olere. Addit etiam (sicut & suprà) dulcius. Cęterùm videtur exem-

exẽplum hoc importunum. Vbi negauit suaues egere mistionis: audet exemplum dare suauis & mistionis. Suauissimus sanè odor Myrti, atque etiam maximè imbecillus. Quare opus habere arbitror vehiculis igneis à vino. Ταὐτὸ δέ. Hoc etiam saporibus ait euenire. Sic modò dicebat, καθάπερ τοῖς χυλοῖς. Ὡς δ' ἁπλῶς. A partibus diei differentiæ. Manè melius spirare puriores: meridie minus: post id tẽpus minimũ. Huius posterioris causam solis vim dat qua exiccentur. De matutinis causa: quia sunt recẽtibus viribus integri: deinde abit eorum gratia simul cum partibus tenuioribus. Πλεῖσται. Quia sanè matronales omnes sub meridiẽ melius spirãt: etiã Lilia. Ratio, quia terrestre attenuatur. Ὡς δ' ἐν ταῖς. Proportionem eandẽ in partibus anni. Nã Ver est anni manè, Æstas meridies. Propterea dixit κατὰ λόγον. Deinde dat exceptionem herbæ cuiusdam, quam vocat Hesperidẽ. Eam noctu melius olere. Vt quemadmodũ sunt animalia nocturna quędam, sic & herbæ nõnullæ sint. Dat rationem, πέψιν τοῦ ἀέρος συμμέτρου. Quasi noctis vdum atque in calore remissum quęrat tẽperamentum. Κατὰ δὲ τάς. Nunc ab ætate quæ respondẽt superioribus. Est enim Ver ætas animalis prima. Iuuentus, Æstas. Hîc aut omnibus eundem statuit odoris terminum & saporis. Sed quibusdã saporem in vigore: paululùm porrò in odore: quoniam fiat siccitatis accessio. In aliis vtrũque simul Æstate ipsa stata. Ideo in vniuersum dicebat, οὐκ ἐν ταῖς ἀκμαῖς: non in extremis ætatibus: quia in prima nimis humoris, in postrema siccitatis. Priuatĩ pro prima classe dicebat, μικρόν γε παρεγκλίνοντα: paulò pòst vigorem inclinatiore Æstate. Quare? Nam videtur potius in vigore: quo etiam tẽpore perfectus sapor. Respondet (quod & suprà) οὐ γὰρ ἴσως ἡ αὐτὴ χυλοῦ. Fortasse non est eadem saporis & odoris tempestiuitas. Fortasse, quia etiam post vigorem illum etiam succi ipsi sunt sapidiores. Τὸ μὲν γάρ. Ratio primoris ætatis. A succo nimio hebetatur odor. Τὸ δὲ γεγηρακός. Alterius extremi ratio. Diminutionem caloris assignat in vetulis. Nos dicebamus, nimiam siccitatẽ. Vtraq; militat aduersus odorem. Οὐ μὴν ἀλλά. Comparat vetula nouis. Exuunt de humore quantum odorem obtundebat. Ὥστ' ἐπικρατεῖ. Minor propositio syllogismi. Vincit in vetulis siccitas: quod firmat similitudine proposita à terra tenui. Ita etiam loca tangit, queadmodum & tempora & ætates. In ea terra iam dixit fructus arborum meliores. Ὡς δ' ἁπλῶς. Pro altera parte diuisionis ait, in quibusdam illud ita esse, vt odor subsequatur saporis maturationem in ipsa inclinatione. In vniuersum autem ea duo consentire simul atque vtrique eundem esse finem. Ἐν δὲ τοῖς ψύχεσι. A tempestatibus nunc. Obscuriores tum succos esse, tũ odores frigidis temporibus. Διὰ τὴν πῆξιν. Percommodé. Sunt enim sensilia διαδόσεις quasi quędã: quia segregãtur partes tenuiores à calore. Si frigus ingruat, obstipabit. id est πεπηγότα γὰρ οὐ διαδίδωσι: compacta non diffunduntur. Ἅμα δέ. Alia ratio. Si quid exhalat, interimitur à frigore, tanquam ab aduersario præualente. Simul etiam sensus obtundit frigus: reciprocare nanque cogit interdum spiritus. Ait enim Aristoteles, spiritum esse quasi animal: proinde refugere noxia. Κἀκεῖνα, id est πεπηγότα, siue αἰσθητικά. Ἀφανίζεται. Abolentur sensilia: spiritus abiguntur: de medio tolluntur. Aliud verbum ἐξίστησι, mouet è natura sua. Ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον. Vtrunq; dicebat frigoribus obtundi. Nunc inter se comparatis, ait sensilia plus retundi. Quoniam egẽt actu quodam qui calore fit externo. At suum sensus internum motorem habet. Ἐπεὶ καὶ τῶν καρπῶν. Ostendit τὸ ἀφανίζειν. Quia frigus quoq; fructus exuctos reddit. Cogit enim humidũ, vt in libro de affectibus mistorum: tanto magis flores. Ἐξατμίζον. Cogendo & constringẽdo premit: vnde facit exhalare. Modus hîc est. Huius causæ causa πῆξις, cõpactione. Adhuc quærã, nã cõpactio videtur obsidere, non euocare. Responsio iã dicta, vt de spõgia compressa. Itaq; dixit ἐξαίρειν. Ὡσαύτως δέ. Alteram cõtrariam ponit tẽpestatem, καύματα. Alio verbo vtitur λυμαίνεται, deprauat, vitiat æstus. Modus, κατακάει. Exurit humidum quod est innati caloris fundamentum. Tres noxæ ponit modos: primus est is: partim comburit ἢ πήξει: partim tametsi non comburit, tamen non coquit. Vtrunque hoc anno contigit hîc: vnde nouum in Philosophia disceremus axioma. Nam μώλυνσις à frigore solo fiebat in libro de affectibus mistorum. At hoc autumno fructus edimus lapidea duritia, succo cassos: friabiles Pepones quasi in pollinem mandendo: sine sapore omnes. Summa rationum. Quia sola mediocritate opus est ad maturationem. Sic ignis solus vrit carnes, cùm aqua non vrit. Temperatur enim illa quam hîc vocabat κατάβολον. Τὰς δ' ὥσπερ σήπει. Tertius modus. Partim etiam quod putrefacit. Quomodo? διυγραίνει. Mirum, calorem qui humidum dissoluit atque consumit, humidum adiicere. Ita est: quoniam naturali absumpto subit non naturale. Ergo putrida prius, fiũt sicca sibi. Sic abolito illo naturali humido perit calor naturalis, & sese infert peregrinus. Fiunt ergo prius etiam frigida sibi. Τὰς δ' ὀσμάς. Exceptio. Tametsi etiam quarundam odores æstu conseruantur. Tum explicat quinam ii sint. Τάχα δέ. Efficax explicatio. Tantum abest, vt omnes ęstus consumat odores, vt etiam conseruet aliquos: etiam nonnullos creet: ποιεῖ, scilicet in siccis corporibus. Itaque Cinnamomum non nisi æstu ac siccitate fit odoratum. Ἄκρατοι γάρ. Reddit rationem, quare in siccis ab æstu creetur odor. Quia non quæritur in hisce mediocritas, sed puritas. Πολλὰς δέ. Intellige in iisdem siccis. Alioqui frustra regurgitaret oratio repetita. Nisi dicas prius dixisse λυμαίνει: nunc autem φθείρει. Tamen iam dixit σήπει. Τοῖς καρποῖς. Etiam producit æstus effectum ad fructus ipsos. Ait ergo, Quanquam in aliquibus siccis, quia sunt puriora, fiunt odores ab æstu: tamen in quibusdam siccis efficit temperationem. Hoc est illud, ἐγχυλοτέρας καὶ μεμιγμένας.

A Patet in Peponibus & Persicis, quia moderatur nimiã humiditatem. In his ergo (nisi coquantur) non fit odor. Hoc est illud πεπαινομένων οὐ γίνεται. Non coquuntur in excessu humida, nisi ab excessu caloris. Hoc in quibusdam. Nam in vniuersum alia ratio est: quippe in symmetria: quod & suprà dixit. Proinde ait, τὸ δ' ὅλον ἡ συμμετρία. Pendere autem magnam partem à sicco. Quod & suprà docuit, & hîc probat argumento terræ. Nam terra squallida vbi perfusa est imbribus, imbres concalefiunt: atque inde cietur odor.

Ταῦτα δέ. Calor etiam in aliis atque alio modo creat odorem. Ita transit ad Iridis historiam, quam accepit à Præceptore. Primùm dicit rem ex aliorum sententia, τὸ λεγόμενον, & ποιεῖ δ' ὅδη. B Deinde dicit, quomodo: non semper: non vbique: non in omnibus. Igitur hasce statuit conditiones, quas diligenter perpendimus in exotericis. Prima,

Ἐὰν ὕλη. Vbi sylua exusta fuerit. Ecce vult antecedere seminia caloris & siccitatis: & νεόκαυτος, ne exhalarint tempore dilapsa: recens vsta. Mox reddit vstionis rationem. Οὐδ' ἴσως καθ' αὐτήν. Hæc non est conditio separata, sed explicatio modi, quo causa est vel non est. Non enim affirmat, Iridem odoris esse per se causam, sed per accidens. Potius attribuit hoc humori. Quia, inquit, ἐφύει. Compluitur sylua. Quasi ex præcedente calore ab vstione & imbre fiat odor: sicut è terræ squallore suprà & pluuia. Ideo dixit:

Πεπυρωμένη. Igni concepto, terra compluta, fit mistio quædam, atque ex ea odor.

Οὐδὲ γάρ. Optimè statuit in mediocritate. C Ait enim, si largiores incesserint imbres, non fit odor: sed si rores. Cuiuscemodi veteres tempestatem à guttis, substillum tempus appellabant. Hæc igitur est alia conditio. Item illa alia:

Δεῖ δὲ καὶ αὐτήν. Non quamuis esse aptam materiam, sed quarundam: idque duplici respectu: οὐ πᾶσιν, vt species denotet: οὐ πάντως, vt etiam in iis speciebus certi sint affectus. Aspalathum ponit Philosophus. Ὅλως δέ. Concludit, ab igni, vt calorem designet autorem: odorem vel bonum vel cuiusque modi ingenerari: idque suffimentorum exemplo: quæ igni halent odores iucundos: igni molli, non vrente, sed actum quempiam apponente. Ita sibiipsi constat: quia iam dicebat τὸ σύμμετρον.

Lego ἐξ ἀποστάσεως, non ὑποστάσεως. Et μυρρίνη, non μυρλύη. Et ἕως μὲν αἱ ὀσμαί, non autem ἕως ἂν καὶ ὀσμαί. Et οὐ γὰρ ἴσως ἡ αὐτὴ χυλοῦ, non autem αὐτοῦ. Et πλείω τροφήν, non ἡλίῳ. Et ἐφύει γὰρ, non ἐφύη. Quo verbo suprà quoque vsus fuit. Et οὐδ' εἰ γίνεται, non autem οὐδέ.

Theodorus συναπορρεῖ, effluunt. Omisit σύν.

Περιούσης δὲ τῆς μεσημβρίας ἧττον: παρελθούσης γὰρ τῆς μεσημβρίας, ἥκιστα. Theodorus aliter, crescente die minus, meridie minimé. malé. Nam manè ad meridiem vsque bene spirant: etiam meridie. Post meridiem minus, vt Rosa, Violæ.

Δι' ἣν ἔνδειαν θερμότητος. Theodorus addidit nescio quid, insita est. Ἐν τοῖς τοιούτοις ὕεσι. Theodorus omisit.

CAPVT XXXV.

XXXV. Capitis argumentum. Animalia non esse odorata, quia constent materia elaboratiore & puriore. Plantas esse odoratas, quia sunt materiales magis. De humanorum sensuum hebetudine. Odores consistere in mediocritate. Ab aere & solo potissimùm pendere.

ΠΑΡΕΡΓΥΣ δὲ καὶ τὸ ταυτό πως. Caput hoc quot constat partibus, tot obstrepit repetitionibus. Proxima tractatione ostendit, à siccitate plurimùm pendere odores. Nunc ait, aliunde quoque odoris huius rationem cognosci posse. Quippe animalia non esse odorata, plantas esse. hoc primo loco. Quod sanè patitur multam dubitationem. Nam suprà solum tenuius & siccius creare dixit odores: itẽ ab æstu cõstitui quosdam. Præterea post maturitatẽ nonnullos. Ad hęc vetulos flores plus olere quàm inchoatos: hæc omnia propter siccitatem. Hîc cõtrà, Sicciora esse animalia & calidiora: idcirco minus odorata. Dicendum, addidisse: etiam puriora. Nihil igitur halare, quia non sunt excremẽtosa. Contra quod rursus instare posit aliquis. Esse animalia longè humidiora: quod & verũ est. Quare si ab eiusmodi qualitatibus elici queat sententia quę ab animãtibus excludat odorẽ, potius obtusũ dicamus ab humido quã priuatum à sicco. Quinetiã illud addẽdum, inter animalia quędã omnino sicciora, quędam humidiora quibusdã esse plantis. Puto, nullã plantam æquè esse aqueam ac piscem, vt Liparin: adde etiam limacem. Nullam æquè siccam, atque Gurgulionem: vix enim tactum soluitur in puluerem. Siccissimum etiam aliud animaliculũ, quod in iisdem versatur horreis. Postremò, nequid agamus violentius, esse etiam quædam arbitrŏr quorum temperamentum cum alicuius temperamẽto plantæ, pro æquali comparari queat: neque tamen erit illud animal odoratũ, & planta fuerit odorata. Sunt insecta multa paulò intra modũ siccitatis: nẽpe musca fœmina, cui detur eius naturæ comes Hyssopum aut Ocymum. Ne repetamus quod suprà dicebatur, falsam esse hanc sententiam. Item D siquis volet, apponet illud quoque. Non esse tam supinè existimandum, odorem excrementum esse: qui res adeò diuina sit, vt in suffitionibus apparare creditus sit iter diis priscis ad humanos cõgressus, quoties euocarẽtur. Diuinã esse potius partẽ eius maximè corporis in quo sit. Fœtida excremẽta esse & à natura aliena. Bonum odorẽ expeti natura sua, nõ repudiari. Non igitur esse rem superfluam. Hæc est prima discussio Capitis huius. In altera parte subdit huic enunciationi tanquam nimis vniuersali, aliã. Quippe ait, subesse debere aliquod principium præter id quod de humiditate, siccitate, puritate, excrementis, dictũ est. In tertia repetit animalium cũ plantis comparationẽ, eodẽ

filo

filo quo suprá. Fortasse inter se habere animalia A notos odores naturæ communione mutuis sensibus. Nobis esse deterrimos sensus. Atque ibi pergit (quod & suprà faciebat) Democriti figuras. In postrema repetit quæ suprà dixerat, ab aeris aruique temperamento plurimùm statui, addi, demi plantis ad odores. Hoc intelligendum est præter illud primum principium, quod necesse dicebat προϋπάρχειν. Non enim faciet aer odorem aut terra, nisi nacta fuerit in suis speciebus odoris principia. Παρέργως δέ. Dicit suo more, aliquo modo simile, aliquo modo idem: quòd animalia ne sint odorata, plantæ verò sint. Hoc iam discussimus. Dicit autem πάρεγγυς, sicuti παρόμοιον. Nam etiam differentias διαστήματα vocabamus. Satis est B ὅμοιον & ἐγγύς: additur præpositio ad efficaciam, vt vsqueadeo autem orationem ταυτὸ, vt non solùm simile sit, sed etiã idem. Etiã notabis tumultuosam orationem, καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων: addit, καὶ ὅλως τῶν ὑλημάτων. Quare omisit herbas? Τοῖς θηρίοις. Quoniam panthera sit aliis feris odorata, non nobis. Quod & suprà iactabatur. Τὰ μὲν γὰρ θερμά. Reddit rationem. Propterea quòd animalium calor aptior fuerit ad officium coctionis: atque ita sint purificata, queadmodũ excoquuntur metalla. Inde vapores & exhalationes, quas hîc vocat ἀναπνοάς, quia sunt spirituosæ, sunt dilutiores. At plantis naturam plus in humido esse & crassam magis. Verbũ vsitatũ ὑλωδέστερα, sicut alibi σωματωδέστερα. Quod ab eis spirat iure simile esse. Prius vocauit ἀναπνοήν: C nunc ἀποπνοήν. Alibi quoque dictum est, animalia excrementis exonerari: plantas non item. Itaq; illa puriora: minus hæ. Hæc à constitutione: nunc ab externis, nempe cibo. rectè quidem. Scriptum est à Philosophis, feras muliebri lacte educatas cicurescere. Saxones non cremore aut pulte infantes alunt, sed carne præmansa. Pythagorei à carnibus abstinebant. In Magorum libris scriptum inuenimus, oportere sapientiæ sectatores à piscibus abstinere: propterea quòd tales sint animantes, quales cibi. Idcirco ab alimentis quoque deducit argumentum. Alteris esse alimentum simplex absq; excrementis: alteris multiplex, variũ, mistũ. Quid hîc dicemus? Veráne sunt illa, an illa? Nam si plantis agnoscat alimentum simplex, sanè erunt puriores atq; excrementosæ minus. Id quod & suprà dicebat. At hîc modò, animalia calidiora esse ac puriora. Nequit alia se tueri fuga, quàm quòd plus excernunt. At tunc inter se colludunt rationes.

Συμβάλλεται δέ. Hæc est secunda pars, in qua infrenat licentiam superiorem. Laxior nanq; sententia est, quę à sola puritate deducit odorem: quin in mistione consistit, quin in mediocritate: at hæc in animalibus exactior. Itaque limites præscribit arctiores à principiis aliis naturalibus, quę nobis incomperta sunt, neque alio quàm temperamẽti nomine designantur. Hanc ipse primo loco naturam vocat talem aut talem. Hoc ære non signato tale tantúmque debitum persõluere putauit nobis: nempe illis verbis, ὅταν μὴ φύσις προϋπάρχῃ ποία τις. Quomodo προϋπάρχει? Non enim mistio hæc antecedit vel tempore, vel loco siccitati, vel caliditati. Dicendum, existere præ odore, quia sit eius causa. Ideo appellauit ἀρχὴν & πρῶτον. Et prudentissimè inclusit in verbo tum rem tum causam, ὑπό, ἀρχή. Atque hîc (sicut & alibi habes fundamenta habituum) atque effectionum ab occulta proprietate, quæ sit à tota specie. Est enim ποιότης, nota qualitatis substantialis.

Ἐπεὶ οὐδὲ τὰ δένδρα. Ratio. Si ab illa vel caliditate vel siccitate procederet odor, odor esset in plantis omnibus. At non est. Igitur aliud subesse necesse est. Itaque planius atque explicatius nuncupat naturam illam κρᾶσιν. Intellige causam proximam illam elementorum harmoniam. B At hanc causam esse fortuitam, neque à substantia pendere, sanè ridiculum est. Τάχα δέ. Hæc est tertia pars, in qua repetit quæ suprà dixerat. Fortasse odorata esse etiam animalia, sed à nobis non sentiri. At quare sentiuntur plantæ? Quare equi, canis, muris, felis odorem sentimus? Quare corui, picæ, coortalium, omnes separatos? neque eorum sapor carnium, neque color vllius partis fallit nos: cur fallat odor? Ἐπεί τά γε ἄλλα. Alia rationum fultura. Nobis esse odoratum imbecillum: quia cæteræ animantes longè sentiant. sanè: quid tum? Non comparamus: sic enim in aliis omnibus, præterquam in intellectus diuino munere vincimur. At à nobis tollere sensilium perceptionem, amentia est. De C fele suprà diximus. Καὶ τὰ σύνεγγυς. Pulchram Philosophiam. At sensus præstantiam tribus cognoscimus rationibus: aut quia celerrimè, aut quia longissimè, aut quia exquisitissimę.

Ἢ τὰ μὲν ἴσως. Pergit venari. Fortasse priuatim alios eis gratos odores esse, alios ingratos. Nihil ad rem. Quærimus enim de eis non an sentiant, sed an sentiantur. Nisi sic tueamur. Hoc eò tendere, vt panthera non sit ἄοδμος, sed vt talis animalibus videatur. Hoc etiam contigit hominibus quibusdam, partim vt fœterent Cydonia & Rosæ, partim vt beneolerent fœtida: vt illi, polypus Agnæ. Ἀλλ' ἐκεῖνο. Non improbat illam sententiam, aliis alios cordi esse. At illud quod nobis fœtet, illud eis beneolere: neutiquam locum habet inter probabilia. Hoc enim significat illud ἄτοπον. Τάχα δ' οὐκ ἄ- D τοπον. Meritò subdit: non esse mirum, propter temperamenta. Res sanè sic se habet. Quis enim porcorum volutabra Cyprij bouis nescit merendam? Ἐν αὐταῖς ταῖς τροφαῖς. Probatio est ab historia naturali. Ἐπεὶ τά γε σχήματα. Democriti figuras improbat apposita nulla ratione. Neque nos apponemus quam suprà apponebamus: ne repetitio nostra calumniam pariatur, vt eius inculcatio reprehensionem. Ἀλλὰ ταῦτα μέν. Hæc est postrema Capitis pars, quæ super illo principio, quod appellabat ἀρχὴν, & πρῶτον, & φύσιν, & κρᾶσιν, fundat aeris & soli vim ad odoris cõfirmationem, obliterationem, deminutionem, auctionem. Quod toties repetere non puduit. Post tot appellationes ipsius principii,

etiam qualitatis nomine agnoscit hîc. Dixit autē πνεῦ, certum: iccirco partietur ac moderabitur tribus conditionibus. addidit τεσφῆς. Quia explicat quamobrem egeant locorum, cæli que facultatibus: quo scilicet alantur: ità quod & aiebat suprà: talem esse ἀποπνοὴν, quale alimentum.

Δεῖ γάρ. Hæ sunt conditiones. Mediocritas, amoto excessu, ac defectu. nihil alieni. Sanè vides morborum circumscriptiones in quantitate, & qualitate deprauata, alimenti circumstantiæ, debita quantitas, & qualitas hîc. Sunt & aliæ nobis declaratæ suo loco. Vt facilè concoquatur: vt multùm alat: vt perparum habeat excrementi.

Ὡς τὸ μὴ πλῆθος. Explicat proposita. Quantitatis excessus suffocat: defectu non habetur vnde alatur: ex alieno nullam naturam constituí posse. Ad hæc temperanda multùm facere tum solum tum cælum. Ipse vni tantùm delegat, πρὸ ποιόν τι ποιεῖν. Id est ad suppeditandum quid, quale sit conueniens. At nos etiam ad quantitatis mediocritatem: quod & ipse iam suprá. Itaque & ἅλας & ὅσους τὰς τεσφάς. Περὶ ἐνέργειας δέ. Neque solùm hæc, sed etiam species diuersas fundi. Sic enim addimus nos: tametsi ad odores ipse, & ad odores astringit solos. Nam si certis locis certas fouet cælum species, quia creat: quanto magis accidentia variabit? Id quod in exemplo innuit quum ait, κάρπιμα καὶ ἄκαρπα. Hoc enim est substantiæ, non accidentis. Sed mirum illud.

Βλαστικὰ καὶ ἀβλαστῆ. Quibus locis arborum trunci edantur nudi sine aliquo germine, doceri equidem vellem. Nam etsi alibi fructus vocat βλαστήματα, hîc tamen haud potest: iam enim dixit κάρπιμα. Nam de Ebeno (quod nugati sunt aliqui) fabulosum. Ἀέρος κρέσσον καὶ εὐδίους τεσφοῦ. Duo constituit, quasi seperatis causis separata: non tamen sunt, sed vtrunque vtrique commune: nam & in solo crasis est, & in aere alimentum: id quod iam toties dictum est.

Lego ὡς πεπότερα, vel λεπότερα: aut vt cuique melius aliud: non autem χαπίπερα. Et ὑλαδέστερα, non μηλοδέστερα. Et ἀνεμώδη φαίνεται. Deleo nanque φάντα: aut scribo φάντη. Et ἐν αὐτοῖς ὑδροῖς, non autem ἑαυτοῖς. Et ἐν ταυτόποις. Deleo το, initio capitis.

Theodorus ὑλαδέστερα, naturaliores. Corrige, materialiores. φαίνεται, autem interpretatus est, concurrunt. Ἐπεὶ τό γε χήμαται. Theodorus illa addidit, efficere posse arbitrandum. Sicut illis, τῷ θερμότητα τῇ ἡλίου: addidit frigóra.

Οἱ χυλοὶ πολυειδῶς, varia difformatura sanè difforme.

CAPVT XXXVI.

XXXVI. *Capitis argumentum. solutam esse quæstionem, quare non omnia odorata in calidis. Quare quæ alicubi odorata, sine odore alibi. De Ægypti & Cyrenes soli ad odores. De Myrto.*

Θαυμασιώτερον. Quia dixit, odores in Ægypto imbecilles esse: dat exceptionem. Myrtum ait in Ægypto esse suauissimam. Conuenit hæc disquisitio superioribus: vbi dicebat, quibusdam locis esse quædam peculiaria. Neque dat rationem: & tamen auget dubitationem: quum ait: Myrti caliditatem & siccitatem maiorem, quàm in aliis quibusdam: quòd & sensu pateat: neque tamen illis odore cedere, sed excellere. Omnino sic argumentandum. Ægyptii flores & coronamenta quædam esse calidiora & sicciora, quàm Myrtus Ægyptia: quædam etiam minus: & omnia tamen illa à Myrto superantur odore. Soluet hoc, quod & de sapore fecit, per crasseos conuenientiã.

Ἐ'στι μὲν δή. Quia dixit, peculiares plantas agris. Nunc ostendit aliarum regionum quarundam vim. si in eas transferantur, odores retinere. Nominat Cyprum, Rhodum, Cnidon. Ægyptiã Myrtum esse angusto folio. Latifolias verò translatas, odoratas quidem esse: verùm nihil ad illam. Hoc est quod dicebat: πολυπυρηνότερα γίνεται: ἢ τὴν ὀδωδὴν ἐκ ἐγγὺς ποιεῖ ἐκείνου. Illa verò est parenthesis: (λεπτὴ γὰρ ἐκείνη.) Corruptum tamen ibi videtur exemplar: οὐδὲν μέντοι ἧσσ' ἀνθεῖ. sic & quæ sequuntur. μήτε καρπὸν ἔχ). sensus tamẽ patet. Neque sterilitatem, neque fructus colorem, esse argumenta valida ad obiectiones. Omnia enim cuiusque cuiusque sit modi, siccam esse. Τῶν θαυμαζομένων. Ægyptiæ proprietatem. Ἀμφοῖν γὰρ ἔνεστι. odiosam breuitatem. Αἰτιῶνται δέ. quare sit odorata: quia pumila. hoc enim est, μικρόμυρτον. quia careat alimento: non enim complui, illa obscura. ὡς ἐπιζητοῦντα τὸν καρπόν. Obiectio. at supplẽt rores pluuiæ vicem. Occurrit. τὰς δὲ διέσους μὴ ἐνδεῖν. Videndum quare in eodem casu posuerit μικρόμυρτον καὶ ἐπιζητοῦντα τὸν καρπόν. Potiùs videtur dicendum ὡς ἐπιζητοῦντος τοῦ καρποῦ scilicet imbres: quia rores haud satis sunt. Οὐ γὰρ κοινόν. Repetit: locorum esse communes quasdam rationes, calorem, siccitatem, ὕπνωσιν, alias: præter quas oporteat quiddam accedere peculiare.

Ἐ'οικεν οὖν. Probat comparatione. in Lycia Punicis sapor excellit. vnde & Sidiæ dictæ. Item locis aliis odor: ita aliis ὀδωδίμεις. In Lycia causam agnoscit, fluuii vicinitatem. ab arte probat. rigatione fieri dulciores. De hac mutatione, suprà nõ semel. Ἅμα τῷ πλήθει. Cautè ad materiam adiungit qualitatem: vt illius aqua fluuii, non vt aqua, propter humiditatem, sed vt hæc aqua, propter talem quandam humiditatem, adiumento sit.

Ἐ'νδυτέα δέ. Hîc in Myrto, videndum, num qua subsit causa peculiaris ad odorem. Componit autem causas omnes quas suprà statuebat: cõmunem à calore & siccitate: propriam duplicem, vnam in ipsa planta, naturam illam, id est essentiã, simul qualitatum mistiones: aliam exteriorem, à loco & aere. ideo dicebat. Κοινοῦ, ἰδίου γένους, τῆς μυρρίνης, εὐδώδους καὶ ἀέρος. Vt ἴδιον hîc sit, & speciei, & loci, & artis. Αὐτὸ δέ. Incipit ab ipsa planta plus aliis siccam esse. Probatio à foliis, γενοφυλλία. à fructu, μικροκαρπία: à colore, ἢ χρόα ἢ καρποῦ. Deinde procedit ἀναλυπτικῶς. Τὸ ξηρὸν ὀλίγον ὑγρόν. siccũ parũ habet est humidi. figurata explicatio. alioqui ridicula περιεργολογία, vel ἀλογία. de hoc alibi. siccum est quod parũ habet humidi. at tale est ἄποπον. at εὐωδία in ipsa coctione. Addit deinde quod & suprá. Αὖτη ἀχλυνεῖς, ἢ ἐκ ὀλυγίνος. Quia non vult hic esse πέψιν ad saporem, sed odorem tantúm. Myrti tamen baccæ sapidæ, atque ex iis vinum olim factitatum: quod Murrhinam vocabant, non à Myrrha qua diluerẽt. nemo enim biberit. At Murrhina in vsu erat Romanis mulieribus. Ἀπὸ μὲν οὖν. Vtinã tam ordinatè omnia tractaret. Transit ad agri & aeris naturã. Ὁ μὲν πρὸ ζωπέψιν. soli siccitas. Ὁ δὲ καθυγραίνειν. aeris malacia. Vtrumque enim requiritur ad coctionem: humoris, caloríque, quantum satis. Quare potiùs dixissem θερμὸν quàm ξηρόν. Et nota vel abusum vel mendũ codicis. Ὁ μὲν γὰρ δή: tam de neutro quàm masculino. Ἐ'πεὶ δὲ ἐνταῦθα. omnia sunt hæc repetita. sicciora esse odoratiora. Quare & agrestes, & quæ in apricis, & quæ ad meridiem. Quia minus succi melius coquitur, minore & opera, propiore fine. Διὸ καὶ ὠδειεῖς. omnia repetita. Non sunt proceræ: quia non subest succus: sed fruticosæ & crassiusculæ. Succus enim exiguus magis diffunditur quàm subit. Quæ succi effusio causa item est quare sunt ramosiores. Διὰ τὸ πολλὰς. causa efficiens. calor potẽs est, & quasi plures calores, qualíque multiplex principium: vnde procedere propterea queant multæ actiones.

Τῶν δ' ἐν τοῖς παλισσίοις. hoc etiam suprá. Λοιπὸν δ' ἐπανῆν. Claudit. Caput soluẽdo quæstionem: quare in AEgypto non sunt odorata. ad hoc enim refero. qui ad παλίσσια malit: non repugno. Περίσσιον. Rorem qui post solem discẽdit. Quasi velit: Rori vis deleri solis opus. Vt quantum laborarit solo, tantum re crudescat nocte roris appulsu. quasi sit Penelopes tela.

Τὰ μὲν ἄνθη. Quia & flores & coronamenta dicebat inodora esse in AEgypto. Ros, inquit, adhuc humectat magis flores, qui per se tamen humidi sunt: alia verò quę sunt imbecilliora ficca, facit imbecilliora. Appellat hæc, vt suprà, ἄμικτα: quod minus humoris habeant, non quòd mista non sint. Κρατεῖται μᾶλλον. sua humiditate. Ratio est: quia dissonam affert qualitatem. non enim talia volunt esse. Ὁ δὲ μυῤῥίνος. idem de Myrto quoque dici posse videbatur. Respondet, mutila sanè aut perplexa oratione: si non est mendosus codex. non domari eo rore: quia non sit satis. Κατὰ κεφαλῆς ὕδωρ. Quia non complitur de superiore loco. dicendi modus obseruabitur. Quòd verò affert, μικρόκαρπον: id non est causa sed effectus: quia non humectatur: non quare nõ humectetur à roribus. Ego verò censeo dispiciendum: rosarine folia, an rubi sint humida minus. Nam Myrti fructus longè minus est siccus quàm rosæ fructus.

Videtur ita legi oportere: μήτε καρπὸν ἔχ), μήτε λιθῶδη, ἀλλὰ μέλαν. Μικρόκαρπον legit Theodorus, non μυκρόμυρτον. Item ἐν κιδοῖ, non κισσῷ.

Vbique lego μύῤῥινος & μυῤῥίνης, atque eiuſmodi, non per aliam vocalem. Et τοῖς δ' ἐν τοῖς παλισκίοις.

Theodorus, διόδιμων τῶν θερμῶν τόπων. odoris fertilia ludit nos. Παραπλησίαν. ἢ χείρω κρέσσιν ἔχουσι, minus ſufficiũt. Omiſit παραπλησίαν. In Cõmentario oſtendimus, non eſſe fruſtrà. Ait enim: aut non ſuperare in aliis odoratis, aut ſuperari. Præterea non rectè dixit: χείρω, minus ſufficiunt. & ſubticuit, κρέσσιν. Τὰ δ' ἐλάττονος. omiſit, τὰ δὲ, confuſa ſententia. Καταξήροις: aridis. malé. Aridum eſt quod penitus humore caret, vt area, & ara. Vt vulgarem euitet eloquutionem, ſæpe ita obſtrepit. Sic feruidum pro calido. at feruor generationis hoſtis. ſic mox ἀνύγρῳ, ſitienti. Nimis atrox vox: nihil enim gigneretur.

Καὶ γὰρ ἡ ξηρότης, καὶ ἡ θερμότης οὐχ ἧττον. Theodorus addidit illa (nec quicquam iuuat).

Πρόσηλον. Theodorus aliter videtur legiſſe. qui abundè deſcendens.

CAPVT XXXVII.

XXXVII. *Capitis argumentum. Quæ calidis locis odorata naſcuntur, eorum cauſa eſt ſoli calor. Cuiuſmodi oporteat eſſe terram, quæ calorem tum recipere, tum retinere queat.*

ΤΩ˜Ν δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς. Quia dixit à calidis locis eſſe quoddam ζωαίτιον ad odores: vult obiectionẽ diſſoluere, quę narret etiã frigidorum locorũ plantas odoratas. Oportet igitur horum quoque cauſam reddere. Indidem ſanè deducit: aiſque nihilominus à calore, qui intra terræ gremium concludatur. Is vel ſubito euentu fieri: veluti, verbi gratia, quum externis flatibus miteſcit frigus, aut aliqua ſolis vi: aut quod certius eſt, vt à circumſtante frigore obſideatur. Hoc vt contingat: non qualemcunque terræ agnoſci conditionem. Declarabit ergo cuiuſmodi eſſe cõueniat, quæ recipiat calorem, & quæ receptum ſeruet. Ἐν τῇ γῇ νομιστέον. quónam modo? Num diſtingit ita res: aliud vt terram faciat, aliud locum? Nam terram calidam facit hîc, locum frigidum. Dicendum: locum eſſe frigidum à ſtatu cæli, & quas vocant inclinationes: vt eſt Pontus & Scythia ad Euxinum. Ea tamen regio calida multa fert: idque tam noxia, quàm ſalubria: vt Air, Aconitũ, Toxicum. Terra eſt ibi per ſe frigida, calida per accidens ab aere frigido, quàm toties appellauimus ἀντιπερίστασιν. Ita etiam videtur in plantis aquaticis calidis. Cæterùm obiectio noſtra nullo modo tolli poteſt. Si enim eſſet hoc ab ea obſeſſione: radices omnes ibi eſſent calidæ. at ſunt frigidiſſimæ quædam. Quare dicendum à forma fieri hoc: vt etiam in frigidis calida naſcantur. Alioquin æſtate illa euaderent frigida laxato calore, qui obſidebatur. ſic in calidis frigida, Opium, Mandragora. At frigus ibi non eſt ſub ea terræ cruſta: multis enim cubitis effoſſis opus eſt priùs quàm ad frigida

A terræ viſcera perueniatur. Πανταχοῦ γάρ. Æquè in locis frigida, atque calidis neceſſe eſt à calore fieri coctionem. Ἀλλοτρίων. Duos modos ponit, quos dicebamus: vnum, caloris repentini extrinſecus ingruentis: alterum caloris incluſi à frigore circumſtante. Dat ſimilitudinem ex Autumnali maturatione. ideo dicit.

Ὥσπερ ἐν τῇ τῆς ὀπώρας. quia tum calor introrſum adigitur. illud eſt, συνελαυνομένη. Deinde obſidet. illud eſt ἀντιπερισταμένη. præpoſterè ſuo more. Prius enim obſidet, quàm aſpellat. Item prius dixit: εἰς τὴν γῆν, quàm, συνελαυνομένη. Δεῖ δέ. Declarat cuiuſmodi terram oportet eſſe, quæ in frigida regione calidos odores ferre queat. Non lutoſam: quia non cogitur. Non pinguem: quia

B etiamnum minus cogitur. non viſcidam: quia longe minimè cogitur. Hæc tria ſoli genera ſua pertinaci humiditate ſoli calorem obtundunt. Hoc eſt quod aiebat: διὰ τὴν θερμότητα οὐχ ὁμοίως ἐργάζεσθαι τὸ θερμόν. Ἀλλὰ μὴ τοιαύτην. Aliam proſequitur circumſtantiam. Quippe ne admittit aeris circumſtãtis frigus. Hoc primum. Quare non oportet vt ſit tenuis, rara, laxa. Item:

Τὸ θερμὸν ἀποστέγειν, καὶ τηρεῖν. Intruſum vt calorem ſeruare queat, quaſi ſub tecto, ἀποστέγειν: ne exhalet. Διὰ τοῦτο. Cùm dedit præceptum vniuerſale, ponit naturalem priuati loci narrationem. Talem eſſe in Illyrico tractu, vbi ſit Iris optima: non talem in Macedonia, vbi ſit non optima. Minus talem in Thracia, vbi etiam ſit inodora. Sic apud nos quoque minus odorata eſt.

C Καὶ γὰρ ἡ πίειρα. Explicat quod proponebat. Nolebat eſſe pinguem: at in Thracia pinguis. Vetabat humidam: in Thracia humida, & aer infeſtus frigoribus. Illud eſt, καὶ ὁ χειμὼν ἔκτοπος. iucunda vox. imò ἔντοπος. Sed eſt, vt dicimus, ἄτοπον: ſic ἔκτοπος, immanis, qui ab omnibus locis excludendus eſt. Quoniam loci prærogatiua eſt conſeruare. At is nocens eſt. Ἐν δὲ ταῖς ἀλεειναῖς. Videbatur locis tepidis eſſe optimam debere. Ita, inquit, erit niſi ſolum ſit tenuę: quemadmodum in Africa. minus enim proba Iris ibi. Ratio: διὰ μαλακότητα τοῦ ἀέρος. quaſi exhalet robur.

Οὐκ ἴση γάρ. Quia non cogitur intrò calor, ob terrę laxitatem. haud tamen ſine iudicio prætereundum. Quandoquidem non videtur o-

D pus habere illa circumſiſtentia. Communicatur enim calor extimus ſubditæ radici. Sic etiam quæ ſupra terram ſunt odorata, nihiloſecius aeris beneficio talia exiſtunt. Enimuerò in ſolidiore ſolo meliorem videmus Iridem euenire, quàm in terra ſoluta. Siquidem in Illyrii mediterraneis commendabilis illa Iris oritur, non ad litora. & in muris noſtris ſata infelici: pabulo multo eſt odore firmiore, quàm in hortis. Sicca enim omnino quærit.

Lego ὅλως ἄοσμος, non ἄλλως.

Theodorus: τὴν θερμότητα, τὴν ἐν τῇ γῇ. Calori in terra concluſio. Malè addit (concluſo) nam mox dicet, περιστῆλον. Quomodo igitur concluſum diſiungit, in concluſum & non concluſum?

ſum? Sic & illud ὅτε δὲ κατακλειόμενον: alias. ſe telluri inſinuat. Nam etiam qui calor περιστίλει, is ſeſe terræ inſinuat: ſiquidem coquit quæ ſub terra ſunt. At aliud eſt, κατακλειόμενον. Vt non ſolùm ſit inſinuatus, ſed etiam retentus. Iccirco mox docet cuiuſmodi eſſe oportet ſolum, quod efficiat vtrumque, & recipiat, & receptum contineat.

Περιισταμένη. circumobſiſtens. maximus error. Non enim περιστᾶσα: ſed paſſiuè, à frigore circumobſeſſus calor. ἀντιπερίστασις fit à contrarió. Quomodo calorem calor obſidebit? Καὶ διὰ τὴν ὑγρότητα. Theodorus addidit, lentoris. malé. Namque ὑγρότης omnia comprehendit, limum, pinguedinem, lentorem. Ἀποστέγειν. obturare. malé. nemo dixerit, obturare calorem. obturatur hiatus, Græca vox θύρα.

CAPVT XXXVIII.

XXXVIII. *Capitis argumentum. Neque fructus, neque plantæ partem vllam ab alio vel fructu vel planta trahere. Iuxta plantas ſeri, Cepe, Allium, & eiuſmodi quò fiant odoratiora.*

ΤΑ`Σ δ' ὀσμάς. Non poteſt quin ſit contradictio. Primùm ait: adſeri acria, vt comparetur odoris vis. Simul negat quicquam aliarum plantarum à planta vlla, plantæve parte trahi. Trahunt enim, ſi fiunt odoratiores. Quin in ſolutione dicit: acria illa trahere quod ſit in plantis fœtidum. Tametſi nobis aliter videtur. Attenuantur enim humores acrium ſpirituum ſubitione atque admiſtione. Ipſe tamen ſic ait. Ex alterutro cauſa ducenda eſt. Prima: fœtorem ab illis tollunt acria quæ propter ſata ſunt: quia ſunt ipſa fœtida. Vnumquodque enim alitur ſuo ſimili. Hæc ratio nulla eſt. Propterea quòd plantę illæ non ſunt fœtidæ, ſed odoratæ. Non ergo trahitur extra illas fœtor. Ideo addit alteram cauſam. Quia, inquit, exiccant locum. Hæc pendet à ſuperioribus. A ſiccitate namque ducebat odores. Vera tamen cauſa eſt: calor acris, aereus, ſubuiſcidus, qui ab illis in haſce transferatur: vnde illarum odor (vt loquuntur vulgò) acuetur. Sic Cebi ſeſe affricant Cepullis, vnde contentiorem odorem halant. Cętera omnia penè repetuntur. Hoc autem Caput huc introductum eſt: propterea quòd à terris & aere odorem dabat poſt principium quoddam naturale. Nunc oſtendit, aliunde: ſcilicet à vicinia. Eſt tamen loci analogia, ſi locus, vt hîc vult, ab illis alteratur. Commodè igitur Caput hoc abſcidimus: quum ſit alia natura. Ὥστε γε. Nullus Philoſophus cautiùs hoc loquitur, quòd alicuius appareat momenti. Ἀφαιρεθέντος. Appellat ἀλλότριον, nõ fœtidum ſolum, ſed quodcunque alius naturæ impedire odorem poteſt. Tametſi non erit συνῳδὸς, ſi non ſit fœtidum. Omnino ratio non placet. Διὰ τὴν θερμότητα. Duæ cauſæ deſiccationis. Πολυτροφία, ſibi tra-

A hendo: & calor: reſoluendo: vtroque humor eximitur.

Theodorus, πολυτροφίᾳ, edacitate: duriſſimé. Aut quod exiccant locum, tum calore, tum humoris attractione ad ſui alimentum, quo egent plurimo.

CAPVT XXXIX.

XXXIX. *Capitis argumentum. Qui plantarum ſucci à plantis exempti attrahant odores. Siccæ res quomodo ſibi trahãt odores. De leporum veſtigiis.*

OI` δὲ χυλοί. Explicatiorẽ facit diſquiſitionẽ. Cùm odor ſit in ſucco, de odore in ſucco qui in plãtis eſt, egit.

B Nunc de eo qui eſt in ſuccis extra plãtas. Quare neceſſariò fecimus aliud Caput. Habet autem partes duas. In prima de liquidis loquitur, ſcilicet de ſuccis ipſis. In altera de concretis. Omnia perſpicua, & de ſuperioribus repetita. Non ſolùm autem proprios odores narrat. ſed etiam oſtendit, qui ſucci propenſi ſint ad peregrinos odores conſequendos.

Ὃ δὴ καὶ ἄλογον. Obiectio. Si vinum & Oleum trahũt, quæ ſunt craſſiora: quamobrem non admittit aqua, tenuior alioqui. Hæc prima ratio: λεπτομερές. Altera: ἄοδμον. Vt & locus ſit inter laxas partes partibus ſubituris, & priuatio qualitatis introducendæ. Tertia ratio ſecundæ ſimilis: ἄχυλον: inſipida. Quarta διειδὲς: eadem cum prima aut ſimilis: perſpicua. Tranſmittit radios viſuales, apud Opticos: vt eſt in Problemate de ma-

C ri: ergo & odorem. Mihi tamen videtur aqua denſiſſima. De perſpicuitate longè alia ratio.

Τὰ δὲ ἔγχυλα. Vt abſtulit ab aqua, perinde quaſi recipere deberet; ſic aliis attribuit, à quibus videbatur recipi non debere: ἔγχυλα. ſuccoſa & ſapida. Quare non deberent admittere: Habent enim. Opponitur illi ἄχυλον. Ὀσμώδη. Si ſunt odorata, quomodo fiunt odorata? quod fit non eſt. Παχύτερα. minimè apta.

Δέχεται δέ. auget δῖον. Tanta vini poteſtas eſt, vt non ex iniectis tantùm, variis & odoribus & ſaporibus imbuatur: verumetiam ex affinibus. Ἕλκει γάρ. Eloquentiam ſpecta, & candorem puriſſimæ orationis. Non dicit τῇ θερμότητι, ſed τῷ ἔχειν. quaſi forma trahat, & calor ſit inſtrumentum. Mox alio genere: τοῦτο γὰρ τὸ ἕλκον. Verbi repetitio facit πρὸς τὴν ἀφέλειαν.

D Τὸ δ' ὕδωρ. Aqua non trahit: quia frigida. Contraria naturæ, trahit enim calore, quod trahit. Τὸ δὲ δεῖ. Sicuti ſupra terræ ponebat conditiones, quæ arceret frigus, calorem admitteret ac ſeruaret: ita hîc de liquore. Μὴ οὕτω στεγνόν. Non adeò denſum: vt etiam tenue ſit certa tenuitate, qua poſſit etiam conſeruare.

Τὸ μὲν γὰρ λεῖον. Quod rarum eſt ac tenue, tranſmittit & quaſi percolat. Moderatus eſt metaphoræ coli: quum dixit ὥσπερ. Τὸ δὲ σωματωδέστερον. Parentheſis eſt illa tota: φυλα-

κπινὸν δέ, ὡσὲ ἀμφω συμμετέχειαν, ἔχον. Ὅ ἐστὶν ἀμφότερα. tale est vinum. Καὶ οἱ μυρεψοί. Ab vsu artis probat, Oleum esse tale. Tum quia sit vtile ad liquorem, tum quia commissos odores seruet. Ὡσπερ ὑπαλυώει. Aqua statim halat ac diluit. Faceté. Eluit quidem ab aliis, sed non retinet. Καὶ δίεσιν. transsistit, transmittit. δίεσιν. Vt & tractum dicat, & quod est trans, designet. tamen ipsa in alio non statuit. Ἡ δὲ λεπτότης. Inutilem esse tenuitatem, palàm est ex aere. Non enim retinet, sed διαπέμπει: ad vnguem Latinè, transmittit. Ita plures habemus voces: δίεσιν, ἰδρὼς, διαπνεῖ, διίησιν, διαπέμπει. Τῶν δὲ ξηρῶν. Altera Capitis pars, extra quidem hoc institutum. Pertinet enim potiùs ad librum de odoribus. Sicca, inquit, admittunt, & retinent, vt lanæ Ratio: quia laxa. Laxitas igitur causa, non siccitas. Atque adeò retinent, vt ægrè aliud admittant.

Iccirco in pestilentiis ne letali halitu inficiantur, perfundimus odoramentis, aut suffimus. Οὐμὴν ἀλλά. Exceptio ad illas conditiones. Nam etiam sapida quædam susciptunt odores, atque etiam succosa, quæ sicca non sunt, vt Mala. Acutam addit rationem. ἐγχυλεῖ μᾶλλον. Quæ inodora sunt, odorata fiunt: quæ odorata, odorata magis. Not abis verbum ἐγχυλεῖ. Non enim verum est, acquirere succum, sed odorem. Quin aliquid potiùs amittunt succi. Χρὴ γάρ. porrò magis moderatur. Neque penitus oportere siccum esse, vt cinerem & arenam: neque humidissimum (κεδυνγες) vt aquam. Minus accuratè digerit. Namque Acetum est liquidissimum & tenuissimum, & omnem acquirit odorem.

Τὸ μὴ γάρ. Ratio de sicco qui transcurrit odor, non tangit, aut vix: & sanè in cineris partibus dissitis non est fundus retinens. Ἐνδὲ τῷ. Ratio de liquido: quia eluitur. De his suprà quoque. sic de leporum væstigiis. Neque humida neque sicca, vel aeris constitutione, vel anni parte, vel diei. Ὑπογράφονται, væstigia irrorata, diutiùs hærent, ἀπορεῖσθαι: quia non deterguntur.

Καὶ εὐχ ὥσπερ. Aufert sicca & limosa. In sicco puluere, aut auferuntur dissipata flatibus, aut alio puluere inducuntur. In limo, non halant.

Καθάπερ. Ad sententiæ perspicuitatem ponit similitudinem.

Lego ἐγχυλα ἢ ὀδμώδη, non ἐγκυλα. Et ἥκιστα ἕλκει, non ἔχει. Et τὸ δὲ δεῖ δεξάμενον, non δή. Et διαπέμψαι, non διαπνεῦσαι. Et διακρύλων, non διακρυλίων.

Theodorus, δίειδες: sincera & munda. non. sed perspicua, ad verbum. Multa sunt sincera, vt Saccharum recoctum, cuius massa non erit δίειδες. Τὸ μὲν γὰρ δίεσιν ὥσπερ ἰδρὼς οὐκ ἔχον, ᾧ στέγει. Odor enim receptus in eo delabitur atque effunditur: quasi fundus nullus sit, quò obsistere possit. Non tamen dixit οὐκ ἔχον ἰδρὼν: sed δίεσιν, ὥσπερ ἰδρώς. Non dixit: non habens fundum: sed transmittit vt colum. non est ἰδρώς, sed ἰδρώς. & vinum callosum dixit. ridiculé. Διὸν ἐχ' ἁπλετου. Nullo odoris transitu affici potest. Imò verò adeò transit, vt etiam pertranseat: sed tam celeriter, vt ne attingat. Afficitur adeò transitu: vt odore affici nequeat. Ἀπρεῖδητοι εἰς ἑαυτούς. Theodorus totam illam addidit ambitionem: nec sublimiter euagantia delitescunt.

CAPVT XL.

XL. *Capitis argumentum. Non omnia sylvestria odoratiora. Ratio à mediocritate. Quædam sylvestria nimis acriter olent: culta diluitius. Redit ad leporum væstigia.*

Περὶ δὲ τὰ μὴ ἥμερα. Redit ad plantas. Et quia in sicco statuebat odorem: sylvestria quæ sicciora essent, odoratiora viderentur. Rosam excipit: quia egent ad mediocrem suam temperationem paulo meliore humoris conditione. Ita videmur prudenter hîc nouum auspicari Caput. Est enim omnino alia materia. Quæ verò sylvestria sint acriora, ea cultu deponere quantum nimis est: & quasi feritatem illam. Ita reducit ad medium. vtrinque. Οὐκ ἀκολουθεῖ. Non potest in speciebus omnibus fieri conclusio ex vniuersali axiomate sumpto à siccitate. Ideo dixit ὅλως: quia vniuersale est ὅλον: & dicitur καθόλου. Ἐνταῦθα δὲ τὸ ἄγειον. Alius dixisset: ἐνταῦθα μὲν τὸ ἥμερον, ὡς τὸ ῥόδον: ἐνταῦθα δὲ τὸ ἄγειον, ὡς τὸ ἴον. Ita neque pro sylvestribus, neque pro mitibus procedit toto genere, sed aliter alii. In iis autem modi multi. Namque Rosa suauis, & mitis tamen melior. Serpyllum & Ruta agrestes deponunt cultura quod est insuaue. Ὡς δὲ καθέκαστα. prosequitur particulatim. Ἐξαίφνης δ' ἐκγελῶ. Neque alieni egent, & sui satis habent. Deest verbum, aut à librario aut ab autore. satis odiosé. Κεφαλόῤῥιζα. quare de suo satis habeant quia radix opulenta.

Ὡς δ' ἐν τοῖς. Quare in hortis luxuriant, minúsque sunt odorata. Διὰ τοῦτο. Vt ea luxuries humoris castigetur, addunt cineres Violis: Croeum autem conculcant. Τὸ δὲ ῥόδον. E contrario, si qua sunt sicciora, vt Rosa, Ruta, ea temperantur addito atque comparato è cultura succo. Οὐδὲ γάρ. Sic neque alba Viola in siccioribus odoratior: quia sicca suapte natura sit. Ἡ δὲ συμμετρία. Repetita omnia, tum hæc, tum quæ dudum super leporinis væstigiis. Περὶ μὲν. Epilogus. hæc vniuersalia. Quæ verò pertinent ad plantarum facultates secundum species, in aliis declarandum. Vbi vides scientiarum coniunctionem. Agit enim Philosophus de potestatibus plantarum, vt eam partem tradat medico. Medicus enim nescit quid sit temperamentum, nisi edoctus à Philosopho. De his autem à Galeno curatum est: quòd à Philosophis relictum videbat. Sic etiam Præceptor ait, vbi finem facit Philosophus, inde medicum institutiones auspicari suas.

Lego κεῖσθαι, non ἔεσθαι.

Theodorus, ὃν ἀκολουθεῖ κατὰ τὸ γένος ὅλως τὸ εὐοσμότερον. Præstantia odoris non alterius generis est, aliter nos. Non in quauis specie per totum generis ambitum, esse odoris excellentiam.

Τὰ δὲ καθάπερ. Theodorus intellexit Cineris aspersionem, καθάπερ: nos Croci conculcationem, sicut & alibi, καθῦσαι. Itaque dixit τὰ δὲ, non autem τοῖς δέ.

SEXTI LIBRI ET VLTIMI FINIS.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

TOTIVS HVIVS OPERIS
SEX LIBRORVM DE CAVSIS PLANTARVM,
ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. LIB.

PRINCIPIA Generationis tractat, & quid cuíque ſpecici debeatur, deducit ad cauſas vſque. Sementiferis omnibus communem eſſe naturam, vt è ſemine proueniant. TVM vnde ſumenda ſint argumenta & inueſtigationis & cognitionis naturæ PLANTARVM, in iſſne quæ ſponte proueniunt, an in iis quæ ab arte, explicat

II. LIB.

PRIORE parte docet quibus rebus naturalibus plantæ bene habeant. Quæ illis conferant & incommodent: inde ad earum officia, quippe fructificãdi. Poſtea tam ipſæ habitudines quàm earum officia quibus de cauſis mutentur, ſcilicet ad fœcunditatem aut ſterilitatem. Deinceps de natura ſeminũ ac de fructuũ mutationibus. ¶ Altera verò parte, Quæ fiant ab arte mutationes. Ab his regreditur ad naturas, & agit de accidentibus, nempe de odorum cauſis. Tum de ſpecierum mutatione. Inde, quam ob cauſam in aliis quędam innaſcantur in terra verò ſatæ non item. Hinc de mutuis inter plantas officiis, aut noxis. Poſtremò de mutatione foliorum.

III. LIB.

AC cùm duplicem plantarum naturam poſuit, agreſtem & mitem, déque agreſtium cauſis egit, mites fieri per artis acceſſionem: diſquirit an ſint agreſtes omnes aptæ ad recipiendum hoc artis beneficium. Ait non omnes vel opus habere vel appetere finem hunc: ſed quaſdam à natura quemadmodum habẽt principium, ita quoque nactas eſſe finem. Poſtmodũ oſtendit culturæ opus atque vtilitatem quibuſdã, aliis damnum adferre. Poſtremò affert exempla multa huius exceptionis: & quæ abhorreant à cultu, quæque ſibi depoſcant manus hominũ. Partitur autem hæc in duas omnia tractationes: in prima de Arborum cultu: in ſecunda de aruis & ſegetibus. Inter vtramque naturam per huius initia conſulit olitoribus. In vtraque autem & terras eligit, & tempora deſignat, & operarum modos explicat, & morborum cauſas narrat. Pleniſſimis autem commentationibus præcepta ſtatuit quibus vineæ curentur.

IIII. LIB.

POST duplicem cognitionem, vnam ſimplicem ipſius naturæ plantarum, alteram quæ eum arte cõiungitur, agit de ſeminum degeneratione: de rubigine, ac de temporibus ſationum, déque ſeguminum floribus. & quibus iuuentur fruges. Pergit porrò ad longè diuerſum argumẽtum, nempe de ſeminum duratione, & plantarum fructificatione, quarum finem partitur, tum ad ipſam generis propagationem, tum ad vſum noſtrum.

V. LIB.

PERTRACTATIS quæ pertinent ad naturam quandã ordinariam, aggreditur ea, quibus cognoſcatur in plantis aliquid quod communibus legibus neutiquã comprehẽdatur. Id cùm eſſe poſſit vel à natura vel ab arte: priorem partem explicat primis ſeptẽ Capitibus: artis vim duobus ſequentibus. Poſt hæc de affectu plantæ ſimili poſt mortem, nempe quòd è lignis cæſis prodeant germina, vt præter naturæ leges, inſtauratio naturæ appareat. Inde declarat quibus modis fructuum mutentur partes: eorúmq; colores quemadmodũ mutentur. Altera libri parte narrat plantarum morbos quorum quidã habent principia interna, vt vermiculatio: quidam externa, cáque duplicia, vel à cælo vel à caſu: à cælo, vt ſideratio, rubigo: à caſu, vt ſi vulneretur arbor, aut à capra mordeatur.

VI. LIB.

SAPORIS & odoris oſtendit affinitatem, deinde quibus in miſtis inſint naturalibus, quorũm modos ponit, & à fine metitur naturam. Saporum cauſas & affectus dat, ac mutationum modos. quaſdam fieri per ſeparationem partium, alias per coactionem: alias à calore fieri, alias à frigore. Porrò docet vſum medicamentorũ à plantis. Inde odorum principia. priuatim de florum odoribus, tum de Sylueſtrium. odores variari ſecundum anni & dici partes. repetit à locis odorum varietates.

INDEX

Index eorum quæ in his Scali-

GERI DOCTISSIMIS IN

Theophraſtum Commentariis continentur: non is quidem quem tam exquiſita & multiplex rerum ac verborum tum Græcæ tum Latinæ linguæ varietas poſtulat: ſed quæ Lectori Philologiæ ſtudioſo ſufficere poſsit: qui & longè plura in vſum ſuum ex his colligere, & componere poterit.

Prior numerus paginam: alter eiuſdem columnam: a. b. c. d. columnæ ſeriem indicant.

A

Abdo quid ſonet 15,1,b
Abellina 30,1,b.c. 82,2,b
Abellina 222,2,c. qualis 239,1,a. duriſsima d. minus pinguis iuglande 223,1,a. cur diu duret Ibidem
Abellina quando fœcunditatem amittat 178,2,c
Abellinæ nuces quomodo infœcundæ fiant 141,1,a
Abies 152,1,c.& 154,2,a. 137,1,d.4,2,c. 12,1,d. 92,2,a.106,1,d. 121,2,b. Pinui quibus rebus eſt affinis 122,1,b. eius vertex 126,1,b
Abieti quorſum excremẽtum turdus ſuggerat 154,2,b
Abiſsini populi 55,1,c
Ἀβλαστὶ ἢ ἄμορφος quomodo differunt 120,2,b
Aborſus Plinio 265,2,d
Abrotonum 12,1,a. nec æſtum nec hyemem fert 224,1,d. eius imbecillitas vnde iudicanda 2,a
Abſynthium 161,2,c. ad eſcam inutile 228,2,c
Abſyrtus Medęæ 75,2,a
Abundè eſſe quid dicatur 155,2,a
Acacia 13,2,d
Accidens cur ἐνδεχόμενον dicatur 160,2,c
Accidentis accidens propriè non eſt ſubiectum 173,1,b
Accidentia ſunt à formis 149,1,d
Accidentia ex ſubſtantiis naſcuntur ac pendent 191,1,a. 212,2,d
Accidẽtia cum ſuis ſubiectis quandam habent affinem relationem 83,2,a. vnde fluunt 91,1,b
Accidentium hoſpitium 160,2,c
Accipiter & cuculus qua parte differant 150,2,a
Accipiter vorax & infœcundus 83,2,c
Accretio quid ſit 105,2,a.& 48,1,d
Acerbitas vnde 177,1,d
Acetoſa 178,1,d
Acida omnia actu ſunt humidi, poteſtate autem ſicca 122,1,d
Acidæ perpetuò ſunt agriotæ vt ceraſa 146,1,b
Acidula 186,2,a
Acidularum tria genera 146,1,a
Acini 133,2,d
Acini caro à medulla prouenit 197,1,a
Ἄκμὴ in ſeminibus 225,2,c
Ἀκμαῖα non eadem quæ ὡραῖα 200,2,d
Acor differt ab acrimonia 15,1,a
Acre omne calidum 224,1,a
Ἀκρέμονες, κλῶνες & πόρθοι quid differant 265,2,a
Ἀκρέμονες vnde dicti 265,2,b
Actio quid 229,1,a
Actio quomodo in eodem ſubiecto comitem ſibi habeat paſsionem 7,2,a
Actionum ante & poſt partam artem diuerſitas 160,2,b
Actionum humanarum legitimus finis 164,2,d
Acuere vinum 276,1,a
Adamas 128,1,c
Additio Mathematica quid à Phyſica diſcrepat 23,1,b
Adiantum 18,1,b. 57,2,b. 128,1,c
Adminicula quænam egeant 156,1,d
Adium extruendarum occaſio 175,2,d
Ager, vox 60,2,c
Agilops 233,2,b.c.d. 234,1,a.b.2,c. 235,1,a. 2,c. d. 236,1,a. d. eius granum 241,2,d
Ægyptia arbor centeſimo quoque anno fructum ferre ridiculè dicitur 75,1,d. 2,b
Ægyptia ſpina 54,2,a
Ægyptiæ ſationes 1248,2,c
Ægyptus expers frigoris, lætiſſimas arbores parit 100,1,c. ANilo magnoperè iuuatur 108,1,a
Ἀείκαρπα 45,1,a
Ἀείφυλλα 45,1,a. 2,c
Ἀείφυλλοι, plantæ cur ciborum auctores 156,1,c
Aenenſe triticum 247,c
Aenon cuius regionis ciuitas 247,1,d
Æquale ad pondus 94,1,a
Æqualitas in ſubſtantia eſt identitas 78,1,a
Aeris etymon 111,1,a
Aer, multarum facultatum 16,1,a ſolus eſt ſeminum principium, Anaxagoræ 17,1,b. qualis Peripateticis 33,2,d. Tepidior qua eſt facultate 46,1,c. cum ſole non ſemper conuenit 57,1,b. à ſideribus interdum mutatur 37,1,b. eius qualitates ab aſtris pendent 87,2,d. Auſtrinus implet 100, 2, b. Temperatus mirificè prodeſt 106,1,b. eius qualitates primæ 114,1,b. virtutes 166,1,b

Aër Bœoticus 243,1,c
Aër crassus, siccus, pinguis, tenuis: pinguis vnde & vbi 258, 1,b
Aes Cyprium ex quibus constet tur 208,1,b
Aestas factiosa 166,2,a
Aestas qualem affert calorem 169, 2,c
Aestatem pati quæ plátæ nequeat 168,2,a
Aestate multa creantur 40,1, d. cur mulieres magis libidinosæ: viri minùs. Ibidem,2,a
Aestiuæ sationis causa 256, 2,d
Aestus vehemens florida reddit cichorium, maluam, batrachium 30,2,b. sæuiens nihil producit 38,1,b. eius vis in quas res imperium habeat 55,1,b
Aetas quæ sicca 171,1,b
Aeternæ species in Philosophia, quæ 108,2,d
Aethiopia quomodo morbosa 213, 2,d
Aethiopis alba nata filia, ex vino albo parit Aethiopem 37, 1,a
Aethiopum capillic ur flexuosi 92, 2,b
Affirmatio negationem antecedit 28,2,c
Affligi arbor quando dicatur 138, 1,b
Africæ situs 105,2,c. quales elephantos & homines pariat 143,1,a
Africus ventus vnde spirat 105, 1,b
Agaricum 101,1,b.
Ager quid 143,1,b
Ager restibilis 241,2,b
Ager in Cilicia & Aegypto mutat, licet non mutatus 276, 2,b
Ager ob qualitates efficiens concausa cæli, materialis autem propter alimentum 77, 2,d
Agere quomodo in seipsum nihil, verè dicatur 66,1,c
Agere an idem quod facere 103, 2,c
A'γράειμ quid 135,1,b
Agmen, vulneris labiis ineptè cur tribuatur 182,2,c
Agnascentes fructus 270,1,b
Agnascentia membra 270,1,b
A'γογος ἢ ἀβλαστὴς quomodo differunt 120,2,b
Agrestia mitibus robustiora 229, 2,b. iisdémque sicciora 148, 2,a
Agrestia quædam mitescunt 135, 1,c
Agrestis surculus in mitem arborem insitus 27,2,b
Agrestis planta effundendo fructu festinat 61,2,b. eadem largè fructificat 63,1,a. fructus quam habeant pulpam 6,2,d
Agrestitas quid 37,2,b
Agricolæ circa plantas studium 181,1,c. In quo à Philosophi industria differat 178,1,b
Agricolarum consuetudo 1,2,b
Agricultura nec generat nec parit 97,2,a
Agricultura quarum rerum est medicina 166,1,a
Agrimoniæ diuersa folia 42, 1,c
Agriotæ perpetuò acidæ 146, 1,b
A'γρειν verbum Thucydidi frequentissimum 11,2,c
A'γροικον quid antiquis 9,2,d
Albara quid Italis 148,2,d
Albarum plantarum natura 211, 1,a
Albertus barbarus 236,1,d
Albumen calore ignis cur coeat 250,2,d
Alendi autor calor 120,2,a
Alexander vbi cum Dario conflixerit 36,2,d
Alexandri deliria 85,2,c
Alga 116,2,a
Alga nullo cultu mitescit 161, 1,c. falsis prouenit 262, 1,b
Alica & fecale circa triticum sata, habitiora fiunt 187,1,d
Alica quomodo interdum absumatur 29,1,a
Alienum omne in plantis est noxium 205,2,a
Alimentum copiosius à quibus requiratur 191,1,b. quomodo idem cum eo quòd alitur 213, 2,a
Alimentum, materia incrementi 16,2,d. seu apparatus 33,2,b. eius causæ φιλοσοφωτέρως dicitur 34,2,c. non est à sapore sed à substantia 120,2,b. vberius, cur arborum proceritatem impediat 126,1,b. eius finis vltimus aut in suo genere præcipuus 128,1,c. medius, Ibidem. Alimentum similitudinem conciliat 141,2,b
Alleluia barbarorum 146,1,b
Alliaria & apium hortense vicissim commutantur 141,2,d
Allium & eius spica 11,1,c. est lentum, Ibidem 2,a. 13,1,d. cur ei cortex serendo detrahitur. Ibidem. Eius tunica 15,1,b
A"λση quid 203,1,d
Alnus arbor 111,2,b. 116,1,d sub aquis non producit 192, 1,a
Aloe 68,1,a
Alsine nomen vnde deriuatur 122, 1,b. herba quibus locis gaudeat Ibidem & c. frigida Ibidem.
Alterario quas in res facilè cadat 31,2,a. nomen est barbarum 76,2,b. In plantis cur multo tempore egeat 98,1,d
Altitudo an solo rectè tribuatur, 79,1,a
Altrix facultas nobilissima 49, 2,a. ductricis ministra tamen 105,2,b
Alumen calidam quidem sed sterilem terram reddit 114, 2,c
Aluus quando maximè cietur 55, 2,b. cur non à flore Persico 59, 2,c
Amaraci natura 12,1,c
Amaronæ 146,1,b
Amarum in fructu antequam maturescat 76,1,c. sapor est affinis salso 117,1,c. hoc tamen illud potentius est, Ibidem d. Inutile ad alendum. Ibidem. Non semper est à calore 125, 1,b
Amaritudo 146,1,c
Amaritudo quomodo semina conseruet 261,1,c
Ambulacra Aristotelica 160, 2,b
Amicitiæ & inimicitiæ inter plantas 156,1,b
A'μπελουργία quid 195,1,d
Amputare, magis est quam putare 194,1,d
Amurca 83,1,b
Amygdalus 7,1,d. 19,1,b. 35, 2,b. fructus vestigia prius quam frondem edit 41,2,c. Noua totam hyemem frondes retinet 56,1,d. Ampla & sicca 57,2,a. 59,2,b.c. 76,1,a. 77,2,b. 82,1,b. Auara est ac iniqua 88,2,b. 89,2,b. ei quid & quomodo decedat 127, 1,a. Eius natura 137,2,b. 148, 1,c. 222,2,c. 238,1,d. & 239,1,a. & 276,2,c. Quo pacto degenerat 36,1,b. & 144,2,b.c.d. 145, 1,a. Quomodo ex amara dulcis reddatur 186,1,c. Valida 189,2,b. Innoxia d. 238,1,d. floret etiam flante Borea 249, 1,c
Amygdalum an lacte præditum 29,2,c. Cur durum 36,2,c. Cur

cur amarum 76,1,c. cur multiplici tegumento 82,2,b. eius pulpa & medulla 82,2,c. 126,2, c. eius succus Ibid. d. & luxuria effrenis 176,1,c
Amygdalorum affectus, sterilitas 151,1,c
A'νακομίζεσθαι quid propriè 112, 1,c
Anadendras 190,1,b.c. & 151. 2,c
Anagallis 159,2,a
A'νάλημψις quid 62,2,b
Anates buffonibus vescuntur 242, 1.b
Anceps ductio tanquam scopulus declinanda 177,2,c
Anemone 38,2,c
A"νεμος, πνεῦμα ἢ αὔρα quomodo differant 105,1,c
Anethum 72.2,c
Angot regio prodigiosè fœcunda 53,2,a. 87,1,d. 117,2,d. & 216,1,c. quomodo ab æstu recreetur 2,a
Anguillarum strigmenta 28, 1,d
Anguria 224,2,c
Angustum quid sit 191,1,c
Anima est materiæ expers 136, 1.b
Anima simplex & multiplex 42. 1,d
Animal post partum ad venerem initigatur 198,2,d. tribus modis mutatur. 231, 1,a
Animalia quædam ex putredine nascuntur 2,2,a, & 149,2,b. plantis longè præstantiora 19, 2,a. quædam sine semine producuntur, Ibidem. Genere diuersa tertium procreant 24, 1,b. Perfecta quomodo alantur 49,1,b. Imperfecta quomodo, Ibidem. Horum ordo conueniens 51,1,c. horum in lucem emissorum à productis frugibus discrimen 79, 2,d. Triplicia sunt ratione locorum vbi degunt 94,1,c. Pusilla fœcundiora 260, 2,b
Animalium quorundam transmutatio 149,1,a
Animalia omnia vbi candida 273, 1,c. colorem quomodo mutent 273,1,b
Anisso quorsum vtimur 66, 2,c
A'νισορῶσα quid sit 19,2,d
Annicaulia 11,2,d
Annus in seipsum reflectitur 40, 2,c. quo fine circunscribendus, Ibidem. vnde à quibusdam inchoatus 46,1,a. quando est in senio, Ibidem. Eius ἀφειόδος 53. eius partes, præsertim altera alteri succedentes debent aliqua qualitate consentire 55,2,d. clemens parabiliorem fructificationé reddit 87,1,c. varius varios gignit fructus 108,1,c
Annum ferre non aruum 216, 2,b
A'νώμαλος & ἀνόμοιος differunt 217,2,b
A'νωμαλία quid propriè 217,2,b
A'νθῆ, quæ sint semina 249, 2,b
Anthosmia vinea quæ dicatur 197, 1,c
A'νθικὸν μέρος quid sit Aristoteli 210 1,a
A'νθίλημψις quid 21,2,c
A'νθαίρεσις 48,1,d. quid sit 120,1,c
A'ἀνθέμελατα quæ sint 2,2,c
Apes vnde oriantur 154,2,c
A'πέπαντος & ὠμὸς quî differant 109,1,c
A"πεπον est naturæ imperfectio 222,1,c
A'φαιρέω 205,2,a
Ἀφαιρετὸς & διαιρετὸς differunt 181,1,a
A'φαίρεσις & ἐξαίρεσις quî differant 207,1,a
A'φαυανόμενα quæ dicantur 15, 1,b
A'φισταμένη vsitata vox Medicis in absccessibus 205,2,c
Aphrodisiacis quomodo insaniuit 68,1,b
Apium 13,2,b. 18,1,b. 224, 1,a
Apium hortense & alliaria vicissim commutantur 141,2,d
Apii radix magna quomodo fiat 284,2,a
Apium sub terra coercitum crispari 285,2,c
A'πὸ quid interdum significat 188, 1,d
A'πὸ & πρὸ quid habeant discriminis 25,2,d
A'πὸ τούτου pro ex eo tempore, apud historicos 59,2,b
A'ποδηλοῦν 262,2,b
A'ποιμισθοῦν quid 138,2,a
A'πόξυσις quid 27,1,b
A'ποσήγειν quid sit propriè 15, 1,b
Appetentia est soboles defectus 121,2,d. causa motus 128, 1,c
Appetunt omnia bonum 161, 1,a
Appetunt omnia finem suum 160, 1,a
Apricus locus quis 121,1,a. ei quis contrarius 121,1,a
Apuæ ex spuma nascuntur 16,1, d. & 280,1,a
Aqua quomodo alere possit 142, 2,d. cur feruens in vaporem citius quàm oleum soluatur 7, 1,b. 73,2,c. 111,2,d. Per se qualis est 56,1,b. plantarum alimentũ 96,2,c. distribuitur variè 115, 2,b. noxia 119,2,a. fluuiorum & fontium quales, Ibidem b. contumax quomodo emolliatur. Ibidem, c. quæ potabilis 120,1,a. liquorum mater 83, 1,b
Aqua in quibusdam causa nigredinis 158,1,d
Aqua maris vbi dulcescat 174, 2,b
Aquæ in rigationibus vtilitas 143, 1,d
Aquæ omnes specie conueniunt 186,2,c
Aquæ diuersorum fluminum distincto colore 282,1,d
Aquatilium differentiæ 202, 2,b
Aquila rapax & infœcunda 83, 2.c
Aquilo 98,1,a
Aquinæ vocis quanta absurditas 159,2,b
Arabes quidam magistelli reprehenduntur 40,2,d
Arancia 156,1.c.163,1,d.
Arancium 42,2,a. In eadem arbore duplex 44,2,a. horum superfœtatio 45, 2,d
Aranei 154,2,d. è situ nascuntur 16,1,d
Araneus esca similis 242,1,b
Araneus oleis inimicus 214,1, d. & viti Ibidem
Arare bene, cur Cato præcipit 209 1,b
Aratio calidas regiones cur vrat 216,1,d
Arbor vnde robusta fiat 183,1,c. cur valentiore fimo offenditur 186,1,b. quando turget 194,1,a. eius vita quid sit 195,2,c. cur serò fructus edit 220,2,d. quomodo succum è terra trahit 221,2,a. quædam aliàs fructifera cur nullum edit fructum 228,1,c
Arbor penè omnis secta pullulat 12,1,d. grandis est Empedocli ouipara 28,1,b. In pappos soluitur 35,2,c. bifera 43, 1,b. cur interdum eius partium aliæ citius; aliæ seriùs fructificant 45,1,a,b
Arbor perpetuifolia 53, 2,a. bifera 56,2,c.

maximè fertilis bis fert eodem anno 57,1,c. ægrescens Ibidem, 2,c. munienda â gelidioribus flatibus 59,1,d. quòdnam eius est maximũ opus 64, 1,d. duabus maximè causis offenditur 100,2,c. quando generatur 101,1,a. quid in suis radicibus desiderat 114,2,a. vbi sit ciuis 126,1,d. eius affectus 132,2,a
Arbor insita quem fructum afferat,152,1,d. culta ab agresti quid differat 264,1,b
Arbor quando affligitur 138,1,b. Quomodo terræ vicem gerat 151,2,b
Arbores amputatæ laborare dicuntur 180,1,d
Arbores cur in vinetis serantur 156,1,c. Cur putatione fortiores reddantur 135,1,d. Quando & cur pangantur 166. 2,c. putatio illarum quantùm valeat 147,1,b
Arborum translatio quomodo fiat 28,1,a
Arborum mutatio aliarum in alias quomodo fiat 288,2,c
Arbustum quid 187,1.c
Arbustiua vitis 41,1,c
Arbutus 245,1,c
Arbutea poma 124,1,a
Ἄρχη quid 292,2,d
Arcturi exortus quid notat 23,1, c. cur eo elapso oliuarum caro, non oleum augetur 84,1,d
Arduenna sylua vt constiterit 18. 2,b
Arescunt facilè plantæ ob gracilitatem 182,1,d
Ἀρέτη vox quàm latè pateat 115, 1,b
Ἀρχὴ quid 194,1,c
Argilla 25,1,a & d.& 251,2,a
Ἄργιλος vnde nomen inuenit 208, 1,c
Ἀργὸν quid 208,1,c
Aristæ sæpius ademptæ 287,2,b
Aristodemus vir fortissimus 37, 2.b
Aristoteles concisus 8,2,a. Industrius 68,1,b. Deum causam vniuersi agnoscit 87,2.c. Mundi vniuersalitatem inducit 132,2,c
Aristotelis de semine animalium sententia 205,1,b
Aristotelica ambulacra 160,2,b
Armenicum 81,2.c
Armoracium 135,1,d
Ars quid 175,2,d
Ars ἀγεσφος imitatur 96,2,b.c.& 156,1,d
Artis quis finis 160,2,d.
Ars sine opera 160,1,d. quid ea sit 2,a
Ars quomodo propagatur 36,1, b. eius principia sunt homines 97,1,c. quid agat ad frugum procreationem 97,2,a. optimum quodque conatur 100, 2,c
Ἀστρα & Musicis & grammaticis θέσει contraria 11,2,c
Artemisia 151,1,c. 234,1,b
Arteriarum munus 48,2,d
Articulorum Græcorum vsus 38, 2,d
Aruerni montes inter Vulturni exortum & Vasconiam 104,b
Arundo 11,1,b.12,2,b. eius spongiæ 30,1,c.radix 32,1,d
Arum 185,2,d
Asia rei frumentariæ ditissima 158,2,d
Asparagus 11,1,c.135,1,d.eius spongia 30,1,c
Asparagus quomodo mitescat 203 2,d
Asparagos sylvestres cicurari 275,1,a
Asper sapor,terreus 143,2,a
Asperum, ad generationem ineptum 6,2,c, propinqua est natura cum sicco 7,1,a
Aspiratio in reciproco Græco an omittenda 31,2,c.76,1,c
Asteismus Græcis 7,2,a
Astrorum in aerem imperium 57, 1,b
Asylum humanæ imbecillitatis in scientiis 247,1,d
Ἀτέρμων quid 250,2,b. & 255, 1,a
Ἀτερμονία 224,1,b
Atherina 158,1,c
Athleticæ habitudines 70,1,c
Ἄτμις quid 215,1,a
Ἀτρεφία βλάβη δὲ 119,2,a
Atticismus 192,1,a
Atticorum idioma 22,1,d
Attonsio plantarum non idè quòd purgatio 206,1,d. eius quadruplex vtilitas 2,b
Atriplex 224,2,c
Atrum à pullo quid differat 115, 1,a
Auarcæ Vasconum 80,1,c. 124,1,b
Auctio & crementum differunt 52,1,c
Auellana 223,1,a
Auena 199,1,c.234,2,d. & 29, 1,a
Auenæ steriles quæ dicantur Virgilio 236,2,c
Auena vetula 262,1,c
Auerrois lapsus 87,2,a
Auerrois vacillat 227,1,d. quî putet omnia ab hominibus nosci 238,2,d
Augmentum non est sine generatione 47,2,b. quanquam non est ipsa generatio,Ibid.est perfectio 49,1.a
Auium coloris immutatio 150,2,c
Auium, quod semen sit genitale 152,2,b
Aues 93,2,b
Αὖρα vnde cõponitur 105,1,c. quid differat. ὑπὸ τ ἀέρων ἢ πνευμάτων,Ibid.
Aura vnde deriuatur 105, 1,c. A flatu quomodo differat Ibid.
Aureliana vina 135,2,b. vites aurelianæ cur non sint vetulæ, Ibidem.
Auster, vnde nomen traxit 104, 2,a. Quomodo afficit plantas in Francia 33,2,d. grauis 100, 1,a.ab eo flante qualis sit pluuia 103,1,d. cur humidus 104,2,a. Aliis saluber, aliis pernicios 105,2,c.d.qualem reddit aerem 123,2,d
Autumnus honori syluarum contrarius 22,2,c. cur insitioni aptus Ibid. d. semina terræ inclusa scitè continet 23,2,b. qualis 54,2,b. morbos pestilentes quidem inuehit 55,2,b.alnos proritat & febres accendit Ibidem.
Αὐτὸ & ἐκεῖνο quid differant 184, 1,b
Autumnus tempus putationis 181, 2,b.198,2,c
Autumnus & ver quomodo differant 166,2,a
Autumnus cur idoneus ad arbores tum serendas tum pangendas 167,1,c.2,d
Autumni siccitas vnde 166,2,a
Autumnalis æstus quibus vmbraculis cõmodè tèperetur 189,1,b
Autumnalis satio 168,1,b
Ἀξαείροις vox, quid sibi velit ne scire se fatetur Scaliger 29,2,a
Ἄζωον 261,1,c

B

Babylonica spina 155,1,b.c
Baccæ varii apud varias gentes coloris 252,2,a
Balsamum 14,1,b. pusilla arbuscula 15,2,a
Barbariæ nomen vnde 216,2,c
Barbaria sententiarum est non minus quàm vocum 76,2,b
Barbarorum alleluia 146,1.b
Barbulæ olitorum 13,1,d
Batratachium æstuosissimo anni tempore florens 30,2,b.94,2,d
Bdellium 14,1,b
Belli finis pax 92,1,d
Benioin 16,2,a
Beta 66,1,d.154,1,a. qualis 206. 1,d.
Bulapathum qua est radice 161, 2,d
Bulbus est capitatus 11,2,b. radicis rationem obtinet 13,1,c. fibris facilè caret Ibidem. vide 236,2,b
Bulbacea quæ dicantur 11,1,d. sunt glutinosa 30,2,c.radix est integra 32,1,d. sunt valentissima 40,1,c
Buxus 141,1,b.& 178,2,b
Buxus est densa 33,2,108,2,a
Byzantium quomodo à Straronico nominatur 23,2,c

C

Cachrys 42,1,c. 44,2,a.101, 1,b
Καχεύλλιον 284,2,a
Cado verbum vnde 130,1,b
Cæcare vitem quid Columellæ 198,2,b
Cæcos fœtus cur animalia quædam edant 167,2,a
Cælũ nisi moueretur, corrumperentur omnia 22,2,a. decimũ & eius progressus non ita pridem ignorabatur 23,1,c. causa est generationis rerum, vt solum 77,2,c.cur est motu infinito 87,2,b
Cæsaris genus in quo defecerit 248,2,a
Cæsura quibus plantæ partibus & quomodo noceat 196,1,b.huius meta 2,b
Καὶ particula expositiua 247, 2,a
Καιρὸς est pars naturæ 215,1,d
Calamitas nomen ab agricolis sumptum 195,1,d
Calamus 92,2,a
Calculi qua sunt natura 174,2,b
Calcis ardentis tumor 257,2,c
Calculo tollendo quid prosit 66, 1,c
Calidum cum humido est generationis principium 3,1,c. si excedat in plantis,sunt minus fœcundæ 91,1,c. vt etiam animalia 93,2,a.d
Calor est instrumentum ad fœcunditatem 8,2,c.naturalis est industrius 13,1,d. minister secretricis ac expultricis facultatis,Ibid.2,d. eius in vniuersum munus 15,1,d. cælestis pro anima sumitur aliquando 21,1, a.genitalis materiam suam non consumit 28,1,c. autor incrementi 34,1,d. elementaris est formæ instrumentum in viuentibus præsertim 44,2,b. eius minister aer 45,1,d. comes accretionis 48,1,d.duplex 51,1, 1,d
Calor peregrinus quo anni tempore aduehatur 169,2,c
Calor pro radice habet humidum 202,2,c. euocat 213,2,c.per se agit 216,1,c
Caloris vis & natura 257,2,c
Camelloti panni 142,2,c
Camolanga 161,1,d
Κάμπη 214,1,c
Cancellus quem vitæ socium sibi requirat 151,2,c
Canchrydias 211,1,c
Cancritio quid 48,2,b
Cancrorum incessus 48,2,a
Canella ignea & dulcis in acrimonia 33,2,a
Canibalorum mos 225,1,c
Caniculæ tempore & autumni plantæ cur inserantur 22,2,d
Canis vterum gerendi certum tẽpus non habet 79,1,d. 93, 2,a. duplex Philosophis ad res cognoscendas 113,2,c
Cani cum fele cur non bene conueniat 189,1,a.in coitu multùm trahit moræ 220,2,b. altero post conceptum mense parit c. Laconica 246,2,a
Cannabis 132,2,c
Cannabinum semen gallinas fœcundiores reddit 242,1,b. hominis absumit geniturам Ibidem
Cantharos vitis 144,2,a
Capella sydus aerem mutat 57, 1,b
Capilli cur flexuosi 92,2,b.
Capitis præcipuæ partes tres 250, 1,c
Capitis amputationem an dyscrasia comitetur 291,2,b
Capito cui simillimus,& dissimillimus 150,1,d
Capnia vitis 271,2,c
Capniæ color 272,1,a
Capo albus è nigro 273,1,c
Capparis 68,1,c.& 162,1,a
Caprificus 35,2,b. 80,2,a.127,2, a.b.c.131,2,a.266,1,a
Caprifici fructus 228,2,b.c.
Caprificatio vbi non quæratur 128,1,d.2,a,b
Carbonum aliquot differentiæ 160,2,a
Cardines 201,2,b.206,1,c
Cariophylla 161,2,d
Caricæ 266,1.a
Caryophyllata flores duarum specierum gerit 42,1,d
Carnosa semina lacte sunt 29,2,

b. Inter fructus multa succo ſunt ingratiſsimo 26,2,a
Caro quid dicatur in fructibus & radicibus 11,2,b
Κάρπιμα 214,1,c
Καρπόω ſimplex verbum non eſt in vſu 205,2,b
Carpere verbum vnde manat 89, 2,c
Carpeſii feſtucæ 161,2,d
Καρπίζειος quid ſit 239,2,b
Καρπὸς & ἀκαρπότερον quî diſcrepent 63,1,c.d. & σπέρμα Ibid. 2,b. 89, 2, b. Nominis deriuatio, Ibidem, c
Καρποτοκία quid 292,1,c
Caſia 68,1,a.94,2,a
Caſſab 92,2,a
Caſſyta 152,2,d
Caſtanea 133,2,b. 223,1,a.238, 1,d.239,1,a
Caſtanea antequam matureſcat, qualis ſit 146,2,b
Caſtanea quali eſt corio 28,2,b. 30,1,b.c. 73,2,b.82,2,b
Caſtanea viſcum edit 152,1,c
Caſtigator aliorum caſtigari merito ſuo ſuſtineat 76,2,c
Caſus fructuum cauſa 127,1,a & 2,1,a
Κατὰ præpoſitio quid ſignificat 48,1,a. ſæpe deteriorem reddit ſignificatum compoſiti 73, 2, b
Καταβάλλειος, verbum eſt fundamentorum 48,2,d
Καταχεῖν ſignificat potentiam 19, 2,c
Κατέχειν eſt obtinere 16,1,a
Catelli Melitæi 151,2,c
Catelli,ſimi quomodo fiant 286, 1,b
Catelli olim Melitenſes nũc Lugdunenſes 68,1,d
Catellorum incrementum quomodo impediatur 286,1,a
Κατεργάσια quid ſit 210,1,a
Caterua,dictio recipitur ad ſupplementum penuriæ Latinæ 124,1,b
Κάθαρσις quid 146,1,d.2,a
Καθῆκον quid 54,1,a
Cati homines qui olim dicerentur 113,2,c.
Cato ſenex 155,2,b
Catulire quid 24,2,c
Cauernoſa terra qualis 111,1,a 112,2,d
Caules bruma quoque florent 30, 2,b. vnde dicuntur 81,1,c
Cauſa eſt aliqua omnium quæ in natura fiunt 16,2,a, externa plantarum 91,1,d
Cauſæ multæ nos latent 162, 2,b
Cauſas θερμαπτικὰς quas vocent Medici 136,1,d
Cedrus 92,2,a
Cedri cortex 205,2,c
Centaurium 161,2,c
Centaurium minus 150,2,c
Cepe quando ſemen edit 40, 1,b
Cepullæ bulbus cur potior eſt fibris 12,1,c
Ceraſus 133,2,b.168,1,d
Ceraſo cortex findendus 205, 2,c
Ceraſum 38,1,c. 63,2,d. eius ſemen & medulla vtilis ad calculum 66,1,c.124,2,b
Ceraſa cur in Septentrione aciditſima 173,1,d
Ceraſa ſemper acida ſunt 146, 1,a
Ceraſa ſunt viſcida 240,1,a
Κεφάσβολα 254,2,c
Ceratia 41,1,d
Cerebrum vt cor eſt κύειον 1,2, a. In plantis eſt ipſa medulla 5,1,d
Cerui cornibus hærens edera 153, 1,b
Ceſpitare quid ſit ignorat Scaliger 71,1,c
Chaldæorum & Syrorum linguâ quis in Græciam deportarit 115,1,b
Channæ ſine mari concipiunt 2, 2,a
Chaos nomen vnde 130,1,b
Χάραξ 265,2,c
Χάριν τούτου ἢ πρὸς τοῦτο idem 1, 2,b
Χειμάζειος quomodo dicuntur naues 97,2,c
Χέρσος quid ſit 194,1,c
Χιασμὸς ſeu antitheſis 113,2,a
Chloris eſt vxor,comes aut ſoboles zephyri 105,1,b
Χώρα ἢ τόπος quomodo differant 243,1,a
Chorographia & topographia quomodo differant 143,1,a
Chryſalis 149,1,d. 150,1,d. 231,1,b
Χύλωσις quid 187,1,d
Chymiſta 160,2,a
Cibus cur debet eſſe friabilis & tener 117,1,b. eius princeps affectus,ſapor, Ibidem. eſt poteſtate corpus animalis 121, 2,a
Cibi delicatiores quibus incommodi 242,2,a
Cicer 223,1,b. qualis aquæ affuſionem requirat 186,2,c. 213,1,c. eius acrimonia 223,1,a. calor b. vrinam ciet ac abſtergit, Ibidem. nigrum qua eſt facultate 223,1, b. columbinum 239,1,b. eximendum è leguminum claſſe 240,2,a. quali ſolo lætius excreſcit 140, 2,a. eius corruptio 259,1, d. & 261,1,b
Cicer arietinum non eſt πολυφόρον 139,2,a
Ciceronis munditiæ 26,2,b
Ciceroniani taxantur, 293,1,b
Cichorium æſtuoſiſsimo anno florens 30,2,b
Cicindula poſtridie quàm concepit parit 220,2,c
Cicuratio 143,1,d
Cicures plantæ quomodo valentiores 61,2,d
Cicuta venenum eſt 242,1,b
Cidonium 82,1,d
Κίες 261,2,a
Cinara 40,1,a.96,2,c. quomodo miteſcat 203,2,d
Cinaræ conſeruatio per hyemem 287,1,a
Cinis ficuum vt iuuet 202,1,d. Cinis ſalem gignit Ibidem.
Κίνησις & μεταβολὴ differunt 29, 2,c
Cinnamomum diuino odore eſt 148,2,b
Cipirus 92,2,a
Citatio crebra locorum oſtentationem vel ſuperſtitionem prodit 1,1,c
Circumablatio,in arboribus lerta-lis 316,2,d
Citrium tenui eſt cortice 20,2,b. 42,2,a. eius ſuccus 95,1,a
Citros 156,1,c
Citrus 245,1,c
Citri cortex mollis 24,1,d
Clades, vnde deriuetur 195, 1,c
Κλάδευσις quid 195,1,c
Κλάσις quid 195,1,c
Clauus ferreus in media quercu 274,1,d
Clauiculæ apud Ciceronem 156, 2,b
Clidemi opinio 215,1,a
Κλῆμα eſt vitium 9,2,d. à Latinis variè nuncupatur. Ibidem, 265,2,b
Κλῶν quid 6,2,c
Κλῶνες cur dicti 265,2,b
Κλῶνευ, πόρδοι, ἀκρέμονες quid proprii quid commune habeant 265,2,a
Κνᾶν quid & vnde deducatur 112, 1,d
Κνίζειν quid ſit 112,1,d
Coctana 266,1,a
Coctio cuius cauſæ effectus 8,2, c. quid 71,2,b.72,2,b. quas habeat ſibi obſiſtentes qualitates

74,2,a.94,2,b,& 98,1,c. d.
Coctio fructuum 161,1,d
Cocta aqua attenuatur, & citius gelaſcit 311,1,d
Coeunt facilè,natura & ætate ſimilia 24,1,c
Cœtus,à coeundo 2,1,c
Cognoſcendi duplex ratio 91, 1,d.
Coitus varius animalium 220, 2, b
Κόλασις in plantis quid 205,2,d
Colendi terram leges ab ipſis locis accipiendæ 208,2,d
Colocaſium 228,2, c
Coloni in Italia quales 135,1,d
Color quibuſdam plantis mutatur 142,1,c
Color cerni non poteſt niſi intercedente luce 74,1,a
Coloris fructuum mutatio 271, 2,c
Colorem animalium quid mutet 141,2,c
Colorum diuerſitas ex locorũ varietate 152,2,a
Κόλουσις quid 146,1,d.2,a. & 200, 2,a.206,2,b. quos pariat commoda ibidem.
Columba 40,1,d. eius ſimus quàm ad rem vtilis 59,1,d. huius idea 93,2,b
Comici quomodo peccata excuſent 153,1,b
Commentari quid ſit 20,1,b
Compilare quid 71,1,b
Complexio non eſt mixtio 250, 1,a
Compoſitio a pluribus contrariis obſidentur 150,2,b
Concauſa 315, 1,a
Conceptus ſine mari 2,2,a. arborum in ſe 59,1,a
Concluſiones artium quibus gradibus natæ 160,2,a
Concoctio vbi melior 66,1,c
Congenerem eſſe & ſocium differunt 26, 2,b
Κοινάσις 201,2,d
Coniungi aliud eſt quàm miſceri 226,2,d
Conſeruatio quæ habet principia 22,2,a. plantarum ſit aëris ſolíque beneficio 36,1,d. quid ſit 92,1,c. fit à ſimilibus 94, 1,d
Conſtitutio 46,2,b
Conſtituendi & conſeruandi lex eſt eadem 92,1,c
Conſuetudo quorum lex eſt 164, 1,c
Conſuetudo res valida & violenta 184, 2, b. altera natura 242, 2, c
Conſuetudinis vis 171,2,c. eius & naturæ affinitas 187,2,b
Contemplatio iudicium præcedit 91, 2, a
Continui ſolutio lædit animantes 61,1,a
Contractio & effuſio contraria 61,1,b
Contradictorio vero falſum eſt quod dicitur 56,1,c
Contrarium eſt vnum vni non pluribus 54,1,c
Contraria quæ ſint 54,1,c. 94,1,d
Controuerſiarum plenæ ſunt omnes penè præceptiones 174, 2,d
Conuoluolus 156,2,a
Conuoluoli apud Catonem quid 214,1,b
Copia ſuffocat 188,1,b
Copiæ vocis etymon 112,2,c
Cor, vt cerebrum eſt κύειον 1,2,a. priùs quàm iecur creatur 28,1, a. membrum eſt primarium 47,2,d. & inter partes corporis præcipua vitæ cauſa Ibidem. quas tamẽ momento paruo in ipſa creatione antecedit 48, 2, c. circunuallatur munimento & arteriis 48,2,d
Cordis proportionem quid in plãta habeat 134,2,d
Κάρη. nomen officii 115, 1, b. hoc nomine materiam cur vocat Plato Ibidem.
Coria calfacta 158,1,c
Coriandri tarditas vnde 224, 1,a
Coriandro quorſum vtimur 65, 2,c
Corinthiacæ vites 97,1,b
Cornix infœcunda eſt 93,2,d
Cornicis pes eſt ὄνυξ λαγάνειος 140, 1,c
Corna 41,1,c
Cornopoda 117,2,a
Cornua cur animalibus tributa 67,1,b
Cornu cerui 117,2,a
Cornus quo pacto ægreſcat 188,1, c. ab hominum manu & opera abhorret 208,2,d
Cornus robuſtiſsima inter arbores 31,2,c. cultum reſpuit 70, 2,b
Corollarium quid 135,1,b
Coronariæ herbæ 12,1,a. d
Coronariæ ſunt ficciſsimæ 224, 2,b
Coronas quæ arbores olim darẽt 223,2,b
Corporis teretis dimenſiones 169,2,a
Corpulentior aqua, magis obnoxia putrefactioni 311,2,d
Correctio duplex 96,2,c
Corruptio 229,2,a
Corruptio duo habet principia 28,2, d. fit à contrariis 94, 1,d
Cortex eſt plantis principium vitæ conſeruans 5,1,d. 13,2,a. eius officium 23,1,b. 25.1,c
Corticis ſcabritia vnde 171,1,b
Corticis natura 284,1,c
Corus 98,1,a. vnde perflat 105,1,b
Coruus infœcundus 93,2,d fabuloſum eſt quod nonnulli tradũt de eius viuacitate, Ibid.
Coruus omnium animalium tenaciſsimo eſt colore 141,2,c
Corylus 147,1,a
Corylus 2,2,d. 3,1,a. 4,1,b. ſemen eſt ei alio qui fructus 18, 1,a.19,1,c, eius fructus duplex 42,1,c, ſtolones exeuntes 130, 2,c
Coſsi 154,2,d
Coſsi ex terræ putredine proueniunt 2,2,a
Cot Vaſconum 194,1,d
Cothurnix veneno veſcitur 242, 1,b
Cotula 206,1,c
Crabrones nunquam manſuefcũt 68,1,d
Κράδη 265,2,b
Κράσις quid 115,1,d
Craſſum & denſum differunt 149, 1,c
Craſsitudinis natura latè patet 16,2,b
Κρατεῖν 241,2,a
Crementũ & auctio quid habeant inter ſe diſcriminis 52,1,c. 102, 1,b
Crenides,locus in Thracia à fonticulis dictus 322,1,d
Creſco verbum vnde deriuatur 52,1,c
Creſcendi ratio in iumentis & infantibus 49,1,b
Cretacea terra ſterilis plànè 208, 1,a
Cretenſe ſolum cupreſſis procreandis aptum 4,2,d
Cretimon 151,1,c
Κρίσεις in morbis 12,2,d
Crithmos vrinæ aſperſione lærior euadit 186,1,d.e
Crocum 144,2,b
Crocum quomodo transferri oporteat 11,1,c
Cruditas vnde 62,1,a. quid 128, 1,b
Cuculus & accipiter qua parte differant 150,2,a
Cucumis 39,2,a. 41, 1, b.c. 76,1,c
Cucumer quomodo dulcis paretur 186,2,a. quomodo alendus 201,1,c. qua arte tener reddatur 2,b. eius firmitas vnde, Ibidem. qualis 224,1,a.d. 2,a.c. 245,1,b. cucumeres hyberni 285,2,b

Cucumerum semina cur & quomodo præmacerentur 143, 2, d
Cucurbita 39, 2, c. 224, 2, c. vbi maturè nascitur Ibidem, d. 41, 1, c. duplicem gerit florem 42, 1, d. 79, 1, d. tegumento est duplici 82, 2, b. 124, 2, c. opacat 156, 2, c
Culex 128,1,a.b
Culices 154,2,d
Culices in lentisci folliculis quomodo nascantur 279,2,d
Culinæ rem culinariam edoctæ 53,2,b
Cultæ arbores 61,2,c. 64,1,b
Cultæ arbores cur citiùs senescãt 135,1,c
Cultura cornus cur damnanda 162,1,a
Cultura quomodo effœminat 66, 1,a
Culturæ species aut leges 206,1,c
Cultus nimius quibusdam terris nocet 208,2,d
Cultum quædam plantæ appetũt, aliæ omnino respuunt 68,2,a
Cumulationis frumenti vtilitas 257,2,d
Cupressus 178,2,b.c
Cupressus 4,1,b.c. 2,c.d. 18,1,b. c. eius semen furfuri simillimũ 19,2,c. 34,2,a.b. 35,2,c. germinans octobri 47,2,c. quæ succulentior 56,1,d. 57,2,b. 74,1, c. 81,2,c.d
Cupressus rectissima 137,1,d
Cupressus & eius radix pauca & minus profunda 183,1,b. 240, 1,b. 2,a
Curguliones 261.2,a
Cursus quid 100,2,a
Cuscuta 153,1,b
Cuspis 27,1,c
Cyclaminus quomodo transferri debeat 11,1,c. 32,1,d
Cyclamini qualia folia 158,1,d
Cydonium ac pyrum commune genus habent 21,1,a. quod mas, quod fœmina 132,2,d
Cypressus 45,2,c.
Cyprus insula est velut horreum quoddam 89,1,a
Κύειον quid sit 1,2,a
Cytinus 60,1,b. c. 126,2,d
Cytini quomodo magni fiant 283, 2,d
Cytisus quandiu floreat 236,1,c
Cyzicena faba 223,1,d

D.

Dæmones, quod falsa quædam potestas iis affingeretur, insanos quosdam deluserunt 68,1,c. an sint, Aristoteles in medio relinquit 94,1,c. Platonica pecora: varia potestate armati 123,1, a. Dei ministri sunt Ibidem.
Datio quid 17,1,c
Daucus 91,1,c
Debile quid 72,2,a
Debilibus parcendum 181,2,c
Decutitur fructus, non arbor 88, 1,b
Defectus qua re emendatur 112, 1,b
Definitio conuerti debet cum definito 63,1,d
Degeneratio plantarum 252,1,b
Degenerantium quarundam plantarum causæ 159,1,c
Δεῖ verbum assertiuum 185,2,b
Δεινὸν in vtranque partem accipitur 88,2,c. vnde fluat Ibidem.
Democriti de alendis plantis sententia 138,2,d
Democriti de flexuosarum arborum radicibus sententia 136, 2,c
Democriti oculi 198,2,b
Densa pluribus constant partibus 191,1,b
Densat tum calor tum frigus 13, 2,d
Densatio & stipatio quid differũt 292,2,b
Densescendo res intus augentur 34,1,b
Densitas plantarum humidum intus continet 7,1,d. eius facultas 8,1,c. quomodo tum iuuat tum nocet 10,1,d.
Densum ægre ad incrementum promouetur 33,1,d. non continuò est quicquid durum 105, 1,d
Densiora & solidiora plus calida aut frigida 312,2,c
Densum & crassum quomodo differant 149,1,c
Deponere verbum quid signet 15,1,b
Desiccantia 199,1,c
Desiderium & voluntatem inanimis quoque rebus tribuunt Plato & Aristoteles 7,2,a
Detergentium facultas 118,1,d
Deus ab aristotelica familia agnoscitur vniuersi causa efficiens 87,2,c. æternus 108,2,d. deprecanda eius ab ipso ira 123,1,a.
Deus solus verè & simpliciter perfectus 227,2,a
Διὰ quid notat 62,2,b. 290,2,a
Διὰ nonnũquam nota mediæ causæ 203,1,a
Διάδοσις quid 37,1,d
Διαιρεῖσθαι & ἀφαιρεῖσθαι differunt 181,1,a
Διακάθαρσις quid 187,2,a. quibus conueniat 206,2,a
Διαμένειν 233,1,a
Διάπνους 251,2,b
Διαστέλλειν quid 200,2,a
Διαστολὴ 200,2,a
Διαταράττειν 242,2,c
Διὰ τέλους, cur mira loquutio 24, 2,b
Διαφέρειν quid sit 242,1,a
Διαφορὰ 26,1,c. 27,2,b
Διαίρειν & διείρειν quomodo differãt 144,1,a
Διεσθίειν quid 209,1,d
Διεπίζειν vnde 290,2,a
Dii philosophorum 236,1,d
Διήκειν quid 88,2,a
Dilabi 99,2,b
Diluuio obnoxii Abissini 55,1,c
Dimensiones teretis corporis 169, 2,a
Διοίκησις Galeno quid 166,1,b
Diophanes lunæ domiciliis vniuersa præsagia eruens 46,1,a
Dipsas 107,2,d
Dirum quid 226,2,b
Disponere, distribuere, & attribuere vt differant 187,2,a
Diuersitas causa multitudinis 44, 1,c
Diuersitatis quæ sit causa 263,1,b
Doga canis anglicus 80,2,d
Dolare quid 281,1,c
Dracontium capitatum 11,2,b
Δρᾶν, πράττειν & ποιεῖν differunt 103,2,c
Δριμέα 262,1,c
Δριμύτης ἀπὸ τῆς ὀξύτητος quomodo differat 15,1,a
Druidæ 154,2,a
Druidarum superstitiones 164, 1,a
Dryopteris 37,2,d
Dulcia minus sunt quæ sicca 162, 1,b. item quæ strigosa Ibidem.
Durantes parum fructus 124, 2,b
Durateus equus 28,2,b
Duriæ fluuii aqua fœcundissima 119,2,c
Duri, proprium est resistere 250, 2,d
Duritia accretioni apta 200,1,c. vnde nascatur 239,1,d. 243,1,d
Durum quid 105,1,d. ægrè crescit 33,1,d
Δύναμις 52,1,a
Δυνατὸν frequentius passiuè sumitur 196,2,d
Δυσκρασία 293,1,b
Δύσκρατον quomodo temperatum sit 199,2,a. 293,1,b
Dysenterici 112,1,c

E.

Ἐκ præpositio miræ efficaciæ 24, 2,c. quid significet 100,2,a. 264, 2,c

Ἔκβασις 291,1,d, 292,2,c
Ἐκεῖνο & αὐτὸ quomodo differunt 184,1,b
Ἐκθηλύνεσθαι 161,2,b
Ἔκλιμνος vox, an apud probatum autorem vsurpetur 113,1,a
Ἔκλιμος quid 113,1,a
Eclipsis Attica 22,1,d
Ἐκρήγματα 17,2,a. 19,2,c
Ἔκστασις corruptio secundum quid 229,2,a
Ἐκτοπιστικὰ animalia quæ 300,1,b
Ἐκτροφὴ 167,1,a
Ἔκφυσις 50,2,a
Ἔδαφος 241,1,d
Edax non continuò est qui edit 190,2,a
Edendo non est ilex 156,1,c. nec laurus nec myrtus Ibidem.
Edera 12,1,a. diutissimè viuit 31, 2,c. dicitur non viuere in Asia 58,1,c. miri caloris 92,2,a. calida sicca 122,1,b. quibus locis læta est, Ibidem, c. exugit 156,2,c. & 316,1,b. hærens cerui cornibus 153,1,b
Effusio & cõtractio cõtraria 61,1,b
Egestas causa appetentiæ 128,1,c
Ἐγχώρια 307,2,c
Εἰργασμένον quô pertineat 64,1,b
Ἐλαύνειν verbum equisonum 27, 1,c. 55,1,d.
Elementa 109,2,a
Elementi Stoica quædam etymologia 213,2,b
Elephãti albi vbi homines nigerrimi 142,2,d. illorum peculiaris color, Ibid. vbi sint nigerrimi 143,1,a. 273,1,d
Ἔμβιον quid sit 7,2,c
Ἔμβολος & ἔνθεμα quomodo differant 25,1,c
Empedocli pisces ignei 92,1,a. naturæ illusit: proinde refellitur 94,1,b.
Ἔμπειρον duo includit 18,2,d
Ἐμφυτεία quid sit 20,2,a
Empiricorum cæci ac periculosi errores 164,2,a
Emplastratio maiorum nostrorũ 20,2,b
Ἐμποδίζειν quid sonet 184,1,a
Ἐν quid notat 62,2,b
Ἐνασθενεῖν 135,1,b
Ἐνδεχομένου voce cur accidens intelligatur 160,2,c
Ἐνέργεια quomodo est δύναμις 220, 1,c
Ἑνόφορα 190,2,a
Ens apud Latinos exoleuit prorsus contra Græcorum loquendi ratioñe 17,1,a. an æquiuocè dicatur 91,1,b. reciprocatur cũ vno 119,1,a
Ens omne quomodo bonum 179, 1,d. entium affinitas 161,1,b
Entitas causa vnitatis 68,2,c
Ἔνθεμα quid differat ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου 25,1,c
Ἐπάγειν verbum mercatorum & nautarum 17,2,a
Ἐπαγωγὴ quid 204,2,d
Ἐπανάληψις apud medicos quid 180,1,d
Ἐπαύξις accretio 16,2,d
Ἐφάπτεσθαι quid Ciceroni 11,2,d
Ἔφαλμα & ἄφαλμα quid differant 296,1,d
Ἐπὶ quid significat 43,2,a
Ἐμβάλλειν verbũ militare 180,2,c
Ἐμβλάστησις quid 194,1,b
Ἐμβολὴ 201,2,c
Ἐπίκηρον quid Theophr. 140,2,b
Ἐπικνίζειν 197,2,a.b. 198,1,b
Ἐμβύειν duo significat 104,1,a
Ἐπίφορος quæ sit fœmina 167,2,d. 168,2,d
Epiroticus tractus 223,1,d
Ἐπίρρυτα quæ dicantur 184,1,d. ἀπὸ τῶν ὀχετευομένων quomodo differant Ibidem.
Ἐπιρροὴ quid 245,1,c
Epithymum 153,1,b. vnde nascatur 151,2,d. è thymbra 279,2,d. semper alio nexum enascitur 37,2,d
Ἐπιθυμία plantis non cõuenit 123, 1,b
Ἔποχον 310,2,d
Ἐπομβρίαι 292,1,a
Equus durateus 28,2,b. 16,1,d
Equi inculpatiores qui 249,1,a. quomodo colorem mutent 273, 1,c
Erasmus ineptit 216,2,b
Erectum quid 176,2,d
Ἔργα καὶ ἡμέραι Hesiodi cur coniunctim dicantur 195,2,d
Ἐργασία 207,1,b
Ἐρινοὶ 267,2,b
Eruca 117,2,a. & 154,2,d. figuram mutat 150,1,d. in arrosione frõdium, sonum edit 300,1,a
Erucæ omnes sunt τῶν λαχάνων 140,1,c. quas plantas infestent 214,1,c
Eruum contra quæ animalia valeat 156,1,d
Eryngii radix 240,2,a
Erythrinus sine mari concipit 2,2, a. mas enim seminis est expers 28,1,d
Ἐρυσίβη 259,1,a
Esse quid propriè dicatur 61,1,a
Essentiæ facultas 22,1,d
Etesias Italiæ gratus 105,2,d. quid afferat AEthiopiæ, Ibidem.
Ἑτερόχροοι fructus 272,1,d
Ethici quidam vnde fiant 112,1,b
Ἔτος φέρει οὐκ ἄρουρα 216,2,b
Εὖ particula quid sonet 179,1,c. superlatiuum quando aduersatur 242,1,b
Εὐβία quænam sint 9,2,b
Εὐβλαστία medium, quibus extremis contrarium 88,2,d
Εὔβοτος terra quæ 5,1,a
Euentus & effectus quid differant 304,2,d
Εὔσειον quid 308,2,b
Εὔχυλον quid medicis 11,2,b
Εὔδιον quid sit 215,1,b
Εὔχροια nõ est nisi sit sanitas 112,1,a
Εὔλογον & τάχος 22,1,b
Εὔηλος terra quæ 211,1,c
Εὐεξίαν olim quærentes, duabus rebus vtebantur 112,1,d
Eupatorium 234,1,b
Euphorbium 13,2,d
Εὐθὺς quid significet 291,1,c
Εὐθὺς & ὀρθὸς vt differant 137,1,c
Εὐτροφία 133,1,a
Euripidis consilium 10,1,c
Ἐξανθήματα, vlcuscula, vnde dicta 297,2,b
Εὔξυλα quæ 86,2,d
Ἐξαίρεσις & ἀφαίρεσις quid differãt 207,1,a
Excessus naturam omnem vitiat 25,1,a. excessui & medio contrarius 54,2,b. quibusdam rebus gratus est, modò ne nimius, sed finitus 106,2,a
Extrema duo in virtutibus 36,1,d. inter se aduersantur, & ipsi medio 72,2,b
Excessus omnis præter naturã 205, 2,a
Excessus tum frigoris tum caloris vnde 314,1,d
Excrementum duplex 113,2,c
Ἐξέρυθρος 310,1,c
Exhibere quippiã sibi impropriè dicitur 183,1,c
Ἐξομοίωσις quid 37,1,b
Exuctio leguminum quando commodè fiat 256,2,b

F.

Faba quando serẽda 217,2,c. flores quid amet d. eius farina 223,1,c. corium 239,2,b. quando serẽda 243,2,b. multis incõmodis obnoxia 245,2,a. imbecillitas eius vnde deprehendatur 252,2,b. quomodo corrumpatur 259,1,a. Cyzicena 223,1,d. Thessala & Tarentina 262,1,b
Fabæ quali solo surgunt lætiores 140,2,a
Facere & agere differunt 103,2,d
Facilitas naturæ est in tenera ætate 23,2,d
Facilitas & celeritas disiũcta sunt tum notione tum natura 313 1,b
Factionis nomen vnde 17,1,b
Factiosæ duæ anni partes 166,2,a

Falda,vox vetº Germanica 307,1,a
Famem quindecim dierum potest homo ferre sine interitu 315,1,d
Fari quid 32,1,c
Farra trimestria 199,1,c
Fatum quid 275,1,b
Fauonius vnde spirat 105,1,b. cur in Vasconia tam perniciosus Ibid.2,b.
Febres quo anni tempore maximè accenduntur 55,2,b.75,1,a
Felis cum cane cur non conuenit 189,1,a. lacertos vorat 242,1,b
Felis paruus magnos habet spiritus 31,2,c
Feracem esse, plus est quàm ferre 190,2,a
Ferae arbores robustiores 26,1,c
Feritas 36,1,d. est quoque in arboribus Ibidem. fœcunditatem non impedit 116,1,d
Feritas terrae castiganda 169,2,b
Ferocia quid propriè 37,2,a,&b
Ferox aliud quàm ferum 218,2,a
Ferri acies calore obtunditur 95,1,a.& citriorum succo Ibid.
Fertiles maximè arbores bis in anno ferunt 57,1,c
Festucae carpesii 161,2,d
Fibra quando radicis rationem & partes obtinet 13,1,c
Fibrillarum iniquitas 188,2,c
Ficus arbor 1,2,c. 3,2,a. 6,2,b.c. 7,1,d. propriè quae dicatur 265,2,d. triplex genus 265,2,d. humidior quàm olea Ibidem,2,b. & eius stipes quàm oleaginus Ibidem. humidissima 25,2,d. 30,1,c.34,2,a. non facilè coquit cibum 35,2,d. eius succus 67,2,a,72,2,c. multas continet species 73,1,b. quomodo melior fiat 76,1,c. 79,1,d. flos Ibidem. quae fœcundissima aut quando 88,1,d. 89,1,b. cur in AEgypto bona non est 108,1,a,b. vbi optima Ibid. vbi deterrima Ibid. Succus cur perfacilè aduratur 108,1,c. 124,1,a.126,2,b.d. 127,1,d. 2,a. syluestris 130,1,d. mitis Ibid. Indica Ibid. 2,c.d. 131,1,a.b.2,b,& 133,1,d. 170,2,d. Laconica 175,2,b. quid ex cinere capiat commodi 202,1,d. 245,1,b. eius scarificatio 143,1,c absque flore fructú edit 152,1,b
Ficus fructus 20,2,b. nudis fructibus est affinis 71,2,c. putamen ei ineptè tribuitur 77,1,a. cur & quomodo cadit 128,2,a.b. ferus 129,1,c.d
Flos ficus 136,1,a
Fœtificatio ficuum 263,2,c. dignitas 266,1,a
Figuræ animaliú & plátarú 286,1,b
Filix 28,1,c
Fimetum muscas producit 16,1,d
Fimi natura 173,2,d. 174.1,a. quid plantis conferat 96,2,b. cur in arcuum inferatur 185, 2,d. quid incommodi arboribus afferat 186,1,a.b. 314,2,c. inuehit luxuriam aut vrit,largè appositus 315,1,c
Fimentorum est leuissimus 2,d. quomodo temperetur 187,1,a. contrarius est macro solo 208, suillus quid afferat punicae 202,1,d. columbinus ad quid vtilis 59,1.d. coriarius fimus 314,2,d. ex balneorum strigmentis,& lixiuiorum cineribus 315,1,a
Fimº acerbº 174,1,c. acer 186,1,a. b.314,2,c
Finis humanarum actionú 164,2,d
Finis sui omnia sunt appetentia 160,1,a
Flaccum aliud quà flaccidú 138,1,a
Flagellum in vite 265,2,b
Flammulae 238,2, a
Flatus & aurae differentia 105,1,c. frigidus quomodo iuuat Ibid.à
Flatus cur cuiq; regioni peculiares 299,1,d
Flauities faciei ex aura marina 273,1,d
Flexi vel ligni vel metalli pars exterior, rara magis 8,1,a
Flexuosa radix cur sit 8,1,a. cur tã robusta Ibidem, c
Flexuositatis in plantis duae causae 8,1,b, quibus accedit tertia quaedam externa Ibid.
Florent pleraque hyeme 38,2,c
Florentes quaedam herbae æstuosissimo anni tempore 30,2,b
Florétes vites spondent columellae 205,2,a
Flores,coloris mutatio 150,2,c.qui odoratiores 148,2,b.varii 136,1,a
Florétinorum respublica 240,1,a
Flos cur ex pulegio erumpit summo cum frigore tum calore 31,2,b. hyemalis,autumnalis,æstiuus 38,1,b. duplici constat genere 42,2,b. flos fructus inchoatus atque adeò res imperfecta 60, 1,a
Flosculacea semina 32,2,a
Fluminum duplex finis 33,1,b
Fluuii, nobiliores aluei 17,2,a. apud quos nulli 55,1,c
Fluxionis facilitas 33,1,b
Fodiendum quo pacto 193,1,b
Fœcunda minùs sunt robustiora 145,1,c
Fœcundae plantae minùs viuunt 135,1,c. & 301,1,b.c
Fœcunditas ex humore proficiscitur 3,2,a. in plantis humiditaté desiderat 56,1,c. in germinatione ex duabus causis pendet 56,2, b. finis terrae ad alendum 77,2,d cum calido duobus tantum animalibus inest 93,2,a
Fœcũditas sẽsim interimit 135,1,d
Fœmella cur in vtero seriùs moueatur 211,2,a. cur celeriùs crescat,Ibid. cur naturae dicatur θῆλυς 230,2,b
Fœmellae in quo animalium genere sint maribus maiores 34,1,d. in omnibus ferè humor calorẽ vincit,Ibidem. per metaphorã plantae appellantur 132,2,a
Fœniculum 66,2,c. 72,2,c
Fœniculum qua arte dulce paretur 186,2,a
Fœniculi duplex vsus 152,1,a
Fœnum 178,1,d
Fœnumgrœcum 239,1,b
Fœnumgrœcum 144,2,b
Fœtus cœcos cur animalia quædã edant 167,2,a
Fœtus cur certo tempore ex matrice exeat 249,1,c
Fœtus materia 166,1,b
Fœtus plures sunt in piscibus quã matrici sinus 42,2,d. nomen, quid à partu differat 86,1,d
Fœtui in vtero matris vnde sucus amandetur 62,2,b
Folia cur diuersa eidem plantae aliquando nascantur 42, 1, c.d. quomodo in arboribus retineantur 45,1,a. cur cadant 47,1, b
Folia quibus arboribus necessariò insunt 152,2,a
Fontium ex scaturigine varia aquarum diuersitas 119,2,b
Forma ad generationem actiuè cõfert 2,1,a. vt in materiã introducatur, quid antè requiratur, Ibid.c. in alienam materiam agens quid moliatur 8,2,c. autor germinationis 13,1, a. plantarũ à surculo 26,1,c. eius quòdnã sit primarium instrumentum 44, 2,b. 71,2,d. quomodo & quam causam constituat 49,2,c
Forma origo accidentium 149,1,d
Forma plantarum sol 166,2,d
Forma quomodo agat 161,2,c
Fortiores arbores vnde reddantur 135,1,d
Fossio quãdo instituenda 187,2,c. quid sit & quis eius vsus, Ibid. & d.188,2,b. cur arationevtilior 207,2,c.209,2,b.287,1,d
Fossionis duplex finis 96,2,c
Fraga 1,2, c. & 227,1,c
Fragor nomen vnde 178,1,c
Francigenae Vestales 161,2,d
Fraxini semen 94,2,d
Frequentare & occupare quid interest 19,2,c
Friabile quid 78,2,a
Frigida loca cur fertiliora 216,1,a

Fri-

Frigoris origo, vnde 305,1,b. effectus 158,2,a. & 306,2,c
Frigus est rigori cognatum 43,2,a perfectas radices impedit 52,2,a densat 95,1,a. inclusum terrae semen detinet 98,1,a. quomodo coquat Ibidem. eius vis ἀντιπαρεκτικὴ 100,1,b. per se ad naturae opera ineptum 105,1,a. quomodo humorẽ eximat 108,1,c. cur densat 103. vrit 123,2,c. mitiùs desideratur à siccis fructibus Ibid. cur horrorem inducit 125,2,d
Frigus per accidens agit 216,1,c
Frondes,partes plantae 38,1,a. retinentur totam hyemem à noua amygdalo 56,1,d. minùs operosae fructibus 59,2,c. partes habẽt penè vniformes 59,2,d. eædé specie alibi amittuntur, alibi non 87, 1,c
Frondium iniquitas quae 139,2,b
Frõdes simi vicé præstãtes 156,1,c
Frondes paucae & imbecilles fœcundarum arborum 277,1,a
Frondet citò morus,fructum serò edit 41,2,b
Fructus absque flore 152,1,b
Fructus an pars arboris 173,1,c
Fructus duo in se habet 36,2, a. è planta,vt fœtus ex animali 38,1, a.non gignitur instar frõdium Ibid.cur varius eidem nascatur plantae 42,1,c.d. duplicé ob finem à natura dari solet 43,1,c. secundus est vendibilior 57,1,a. eius partium sunt & multae & magnae differentiae 60,1,a.nullus germinationé antecedit 60, 2,d. eius operimentũ quãdo est osseum 67,1,d.nudus quis 71,2,c aqueus procul à coctione 73,2,a duplicé ob finé dari solet Ibid. 1,b. amarusantequã maturescat 76,1,c. qua arte melior reddatur Ibid.b. collectus ab animali in lucem edito quid differat 79, 2,d. varia habet ac multiplicia tegumenta 82,2,b
Fructuum coloris mutatio 271,2,c
Fructus magis elaborato succo eget quã folia 186,1,c. eius vniuersae conditiones 188,1,c. operimenta 222,2,a.genera 227,1,c. maturatio vnde iudicanda 2,b. quis viscidus 240,1,a
Fructus non sunt partes plantarũ 151,1,a
Fructº parsquoties mutetur 273,1,a
Fructuum coctio 161,1,d. finis duplex Ibidem.
Fructuum suauitas vnde 147,2,b
Fructuũ teneritudo vnde 147,2,b
Fructuum varia genera 152,1,a
Fructificatio ficuũ diuersa 267,1, d.& 64
Fructificationis extraordinariae causae 263,1,a
Fruges quibus constent radicibus 208,2,a. serotinae 215,1,b. sunt simplici natura 229,1,d
Fruges incorruptae quae 262,1,b
Fruges quoto anno tum mutant tum seruntur 37,1,a
Frugi quis sit 79,1,b
Frui & potiri differunt tanquam species & genus 104,1,d
Frumentacea 30,1,c cur maturè serenda 237,1,b
Frumentaceorum spica 258,2,c
Frumentacea corrupta nõ omnia animal gignere 261,1,c
Frumentaria res in Asia 158,2,d
Frumẽtũ 28,1,b. hyeme aspera plº agit radices 48,2,a. aliis fructibus anteferendũ 77,2,d. radices multas in læto solo agit 78,2,c
Frumenti granum 238,2,c. esu iumenta pereunt 241,2,c
Frumentum expansum cumulato peius afficitur 257,1,c
Frutices quô accedant naturæ 206 1,b
Frumenti calor & vapor 257,2,c
Fruticum soboles cur parenti æqualis 9,2,b. generalis maximè generatio,variúsq; ortus 11,1,b
Fugere bibentem vt canem ad nisum 31,1,d
Fulminis sono moles nequaquam dissici,sed aeris motu 299,1,d
Fundi vocabulum vnde 5,1,c
Fundi nomen vnde 137, 2,a
Furunculus quid 194,1,d
Furũ inexplebilis impbitas quod prouerbium dederit 52,1,b
Fuliginosa vitis 271,2,c
Fusca vitis 276,1,a

G

Γελάκτωσις 233,1,a
Galen plurimũ debet Arist. 213,2,b
Galla 42,1,c. 44, 2, a. in saluia & quercu 101,1,b. vnde proueniat 153,1,d. eius fructus 152,1,b
Gallina cur omnia sua oua nõ posit perficere 44,2,d. fine mari parit 45,1,a. pinguis sterilescit 62, 1,c. eius quemadmodum galli, natura fœcunda 93,2,d. quo cibo fœcundiores reddãtur 242, 1,b. etiã vescũtur scorpiis Ibid.
Γαστέρες ἀργοὶ 60,2,c
Gazæ χαλιζηλία 290,1,b. tam multis locis & toties notatur vt indicare non sit necesse
Ge particulæ in afferenda rara natura momentum 9,1,a
Gelatio an sit affectus aeris crassi 311,1,d
Gemmæ vitium quomodo habitiores fiant 199,1,b. & 306,2,c
Gelu causæ 307,2,d
Gelicidium terræ 309,2,b
Gemitus à χάσκειν quum plenũ mœrore pectus erumpit in sonitũ 306,2,c
Generandi vis vulnere tardatur 59,2,a
Generatio ἄλλο fit à priore 2, 1, c. ex quibus principiis perficiatur 3,1,c. naturæ opus, Ibidem, 2,c. plantarum earundé fœdere ac societate operosior 23,1,b. partim ex ente partim nõ ente 32,1,b. non vniuoca 35,2,b. non absque quãtitate 47,2,b. varios eius effectores fingebat Empedocles 49,2,c. illius duo autores & tantùm vnus Ibidem. frigiditas illi contraria 54,2,c. maximum eius opus in arbore 64, 1,d. ob quam rem 63.2,b. opus habet præsidio 100,2,d. particulatim compleri potest 103,2,d
Generatio fit in momento 136,1,b naturalis quæ 248,2,b. eius ordo 149,2,b
Generantes partes semen proferre 287,2,c
Generabilium rerum tẽpora duo 290,2,c
Genitalis humor 21,1,a. pars in seminibus 29,2,b
Genuenses & Placentini 150,2,a
Genuensium Therfitica capita vnde 287,2,b
Γένος quid declarat 22,1,c
Genus est τὸ ὅλον specierũ 251,1,d
Genus secatur à speciebus 81,1,b. est speciei totum & pars 97,1, differentiæ 113,2,d
Γεωρρύμιον quô pertineat 64,1,a
Germen ex humiditate prodit 2,2, d. multis ex plantæ partibus erumpit 5,2,b, & 310,2,d
Germina an ditanda 206,1,b
Germinandi tria tempora & quæ 54,1,c
Germinantes plãtæ necessariò humidum habẽt 3,1,c. quales sunt penè omnes 41,1,a
Germinatio vnde fiat 8,2,b. quid sit 37,2,d. verna 40,2,b. est generatio 51,2,a. eã fructus nullus antecedit 60,2,d. cur tardatur culturâ 61,2,a
Germinationi quando ineptæ arbores 167,1,c
Geteum 224,1,b
Gigartum 30,1,c. 63,1,d. 90,1,c. & 221,1,d. in vuis quando frequẽtius Ibid.2,c
Git 238,2,a
Glans 219, 2, a. omnium penè minimè durat 223,1,a.229, 1,a

Glandis medulla 30,1,c. humida 38,1,d. 41,1,c. 42,1,c. frigida 74,2,a. 76,1,c. 82,1,c. 2,b. 130,2,c
Glarea quot vtilitates plantis afferat 175,1,b
Glebæ vber apud Virgilium 6,1,c
Glebæ concretæ frigore, quomodo ab eodé resoluantur in puluerem 310,2,b.c
Glisc ere verbum, vnde 77,1,c
Γλίσχρον quid dicatur 7,1,b
Glumus vnde dicitur 296,2,c
Glutinosa sunt quæ bulbacea 30, 2,c
Γνώμων 276,1,b
Graciles arbores cur putádæ 182, 1,d
Gracilitas ariditatem plantis inuehit 182,1,d
Græcia moderatè humida 130,1,c
Græcorum gestandis coronis insania 224,2,c
Gramen 96,2,b. 206,1,c. 234,1,a
in Sarmatia quomodo tú oriatur, tum legatur 209,2,a
Grammaticè multi, Latinè pauci loquuntur 77,2,a
Grana fluuius 19,2,d. aqua eius mirificè fœcunda 119,2,c
Graphium 20,2,a
Grauitas in cibis quid 243,1,b
Grellare verbum Vasconicum in defluxione acinorum 296,2,d
Grossi 265,2,d
Grossorum maturitas imperfecta 266,2,b. 267,1,a
Grossos in ficu nasci non mirandum 269,1,b
Gubernaculorum inuentendorum quid præbuerit occasionem 175,2,d
Gulonum prodigiosa gulositas 52,1,b
Gummi nobilissimú medicamentum 13,2,c. quid sit 15,1,c. excrementum arborum 13,2,b
Gummatio morbus in arboribus 298,2,c
Gurgulio quomodo gignatur 128, 1,b
Gymnastæ quomodo circa olei naturam decepti 124,2,c

H

Habitus & priuatio nihil habent medii 134,1,c
Habitudo nimis bona castiganda 182,1,c
Halcyones plena bruma procreát 40,1,d
Halcyonii dies 39,2,b
Halicarnasseus reprehendens, reprehenditur 133,1,b
Hectici quomodo refrigerentur 202,2,c
Hederæ & quercus coniunctio 282,2, b
Heluola vitis 271,2,c
Heluolus color 272, 1,a
Hemerocales 102, 2,d
Herbarii nostri 41,2,d
Hercynia sylua 18,2,b
Heroicus habitus 36,1,d
Hipparis quædá vt oriatur 37,2,d
Hippocrates breuiloquus 8,2,a. in quo castigatur eius simplicitas 79,2,a
Hippocratis diuina, quasi naturæ ipsius loquentis sententia 184,
Hippocratis hæresis 164,1,c
Hircos mulget, prouerbium quô detorquendum 19,1,b. 76,1,a
Hirquitallire prisca vox 296,2,d
Hirundo nunquá mãsuescit 68,1,d
Holeracea 29,1,a
Homo, causa cur cætera condita sint 225,1,b. μικρόκοσμος Ibid.
princeps animalium 242,2,c
Homo cur inuersa arbor dictus 23,2,c. virtutum atque vitiorú subiectum 35,1 d. 40,1,d. 89,2,d
Homeri locus à Virgilio versus 18,1,c
Homines proceri, nonnunquam imbecilliores 178,2,c
Homines quid maximè spectare oportet 164,2,d
Hominum cura 151,2,c
Hordeum 151,1,c
Hordeum in vinea satum 188,2,d. 199,1,c. in quo solo melius proueniat 211,1,b. quando serendum 217,2,c. duplici tegumento munitur 223,1,b. 241, 1,a. leue 242,1,a. quando rursus serendum 243,2,b. aereum 247,1,a
Hordeum terram frigosam desiderat 106,1,a. vnde lædatur 256,2,c
Horror cur ex frigore 125,2,d
Horriditas plantarum 148,2,b
Horti pensiles 48,1,c. minùs fructuosi Ibid.
Humanæ imbecillitatis asylum 247,1,d
Humanarum actionum legitimus finis 164,2,d
Humanarum rerum epithetó Heraclito 40,1,a
Humidi est implere 289,2,c
Humidi quid proprium 162,1,b
Humidiores quædã plãtæ 172,1,a
Humidissima quarundam arborum natura 25,2,c
Humiditas quid arboribus conferat 191,2,d. duplici genere contineturr 7,1,b. ad germinandum requiritur 31,1,b. 33,1,d. cur aliquando à naturali calore modificatur 64,1,b
Humiditas quâ vim habeat 156,1,a
Humidum cum calido generationis principium 3,1,c. facilius vt rarum crescit 34,1,c. quomodo sit ignis pabulum 94,2,c. facilius putrescit 111,2, a. causa vnionis partium 128,2,c. radix caloris 202, 2, c. quomodo afficitur in magnis æstibus 214,1,b
Humor autor fœcunditatis 3,2,a quomodo vitale principiú contineat & vicissim ab eo cõtineatur 7,2,c. genitalis 21,1,a. in arbore vices gerit solius materiæ Ibid. b. in viuétibus est caloris pabulum 54,2, a. materia 91,1,c. nimius actionem impedit & putredinem gignit 103,2,a. quomodo à frigore tollitur 108,1,c. aptus ad patiendum 111,2,a. ficcitate acuitur 112,1,c
Humor externus cum interno leguminum humore coniunctus quomodo ea lædat 256,2,d
Hyacinthus 102,2,d
Hyades aerem mutant 57,1,b
Hydropés qua re absteneát 29,1,c
Hydroselinum 221,1,c
Hyems factiosa 166,2,a. nullú germen fundit 38,1,c. si sæuiat, nihil oritur Ibidem, b. pleroſque flores emittit 38,2,c. plena procreat halcyones 40,1.d. aspera quî frumentis, psit 48,2,a. quomodo causa coctionis 98,1,b. vbi vuas maturat 123,2, c. Quid vitibus afferat 198,2,c. mutilatrix & velut carnifex plantarũ 205,2,c. quomodo calori vim faciat 216,2,b
Hyoscyamus 68,1,b. 107,2.d venenum continet 242,1,b

I

Iactura quando fiat 284,2,b
Iam aduerbii vis 195,2,c
Iaſo, ex Plinio 156,2,a
Iaua insula velut horreum quoddam 89,1,a
Ichnemnon exiguus maximos habet spiritus 31,2,c
Ἰχνογεγραφία vulgò modella 3,2,a
Idem genere esse plus est quã idé qualitate 21,2,b
Iecur cur primùm membrorũ formari censuit Hippocrates 28,1, a. falsò quidé & ridiculè 47,2,d
Iesemini ramus 4,2,a
Iesemini florem sine fructu edit 152,2,a
Igni quomodo vtatur natura 92,2, b. 109,2,b. & 213,2,a. quis ad generationem ineptus 114,2,c
Ilex 46,2,c. & 219,2,a. non est edédo 156,1,c
Ilithya arborum 278,2,b
Imbecillæ plantæ 38,2,b. & c
Imbecillitas in quo sit prædicamento 239,2,b. fundamentum est patiendi 252,2,a. ignorantiæ humanæ quod asylum habeat 247,1,d
Imbecillium duplex causa 135, 1,b
Imber 16,1,b.2,b. 17,1,b. cur largior & maiori cum impetu irruat æstate summa & autumno 55,1,b
Impar numerus quomodo diuisibilis 120,2,d
Imperfecta cur facilius gignuntur 143,1,d
Imperfectarum specierum ideæ 16,2,a
Inanitio duplex 300,2,a
Iuæqualitas omnis offensionem creat 33,1,c. duplex est, Ibidem.
Incalmare quid 20,2,a
Incoctilia vnde sint 251,2,a
Incorrupti seminis causæ 262, 1,c
Incrementum frumenti 257,2,d
Incrementum vnde 116,2,d
Indi quid dicatur 187,2,a
Indica ficus 133,1,d. & 170,2.d
Indomitus quid 307,2,a
Indorum nux magna 161,1,d
Infantes iuuenibus humidiores 202,2,c
Infantes quomodo crescant 49, 1,b
Ingenium vacors muliercularum 146,1,c
Ingressus & accessio quid differunt 305,1,b
Inoculatio 20,2,b. c. 21,1,c
Insectorum coitus 220.2,b. & præcox partus Ibid.c
Inserendi opportunum tempus 22,2,c
Insita arbor quem fructum effundat 152,1,d
Insitio, vox pecularis Plinio 20, 2, a. habet quod alit & alitur eiusdem naturæ 20,2,d. huic non omnis arbor apta est 32, 2,c
Inspicare vnde deriuetur 15,1,a
Instrumentum formæ primarium 44,2,b
Intempestiuè erumpentium pœna 39,2,c
Interitus plantarum aut naturalis aut præter naturam 300,1,d
Interlucare 126,1,a
Interpretis quam fidem vult esse Galenus 10,1,c. 37,1,d
Intubus 29,1,c. 118,1,d
Intuba nouella 147,2,b. 201,2,b
Intuborum & myrti species quomodo differant 159,2,a
Intubus 135,1,d
Ioannes Duns barbarus 236, 1,d
Ἰ ὅτι, quid sint 214,1,b.c
Ipse pronomen, & eius vsus 309, 2,c
Iracunda quæ vehementer sint animalia 162,2,a
Iridis natiua solertia 156,1,c
Iris 144,2,b
Iris quando & cur tum hiat tum contrahitur 158,2,b
Ἰσχάδες 266,1,a
Ἰσχὰς quid 10,2,c
Ἴσχω verbum agricolis familiare 181,1,a
Itali vexantur Februariis frigoribus 100,1,c
Italicæ mali cur semper frondosæ 152,2,a
Italorum albara 148,2,d
Iudicium, posterius contemplatione 91,2,a
Iuglans 19,1,b. lac habet sed non verum 29,2,c. eius putamen 30,1,b. 36,1,b. odor & sapor 46,2,c. eius germinatio copiosa 57,2,a. 59,2,c. putamen & medulla 63,2,d. succus cur ægrè coquatur 73,2,c. 83,1,b.c.d. corium 82,2,b. 86,2, d. 89,2,b
Iuglans magna 133,2,b. 183,1,a. quomodo recidenda 187,2,b. 188,1,b. vnde nascatur 219,2,a. quando & cur rancidescat 222, 2,a. c. tenerrima d
Iuglans in salice 153,1,c
Iuglans quando pangitur 166,2,c
Iuglandis panis 143,1,c
Iuglandis qualis medulla 146,2,b
Iuiubarum vt sanæ quãta vis 222, 2,d
Iumenta quæ leuissimum fimum exhibent 186,2,d. tritici pabulo pereunt 242,1,a
Iumenta quomodo crescunt 49, 1,b
Iuncus odoratus 92,2,a
Iuniperus 47,1,a. 92,2,a
Iuniperi carbones 160,2,b
Iureconsultorú amplificatio 114, 1,a
Iustum agere & iustè in quo disideant 164,1,c
Iuuenes sunt infantibus sicciores 202,2,c

L

Labrusca 41,1,c. cur plures quàm vitis edat fructus 62,1,b
Labruscæ natura 190,1.c
Labruscarum gigarta 153,1,d
Lac verum non est in iuglande aut amygdalo 29,2,c
Lacertos vorant feles 242,1,b
Laconica ficus 175,2,b
Laconica regio 167,2,d
Lacryma Iob 240,2,a. qualis 154,1,a
Lacrymæ statuarum 279,1,b
Lacrymæ in plantis 14,1,b. vnde & quomodo defluant 103,1,d
Lacrymatio quandiu durat 27,2,a
Lactuca 29,1,c. 39,2,a
quando amara 147,2,b. quibus iuuetur 186,2, a. etiam hyeme viget 224,1,d. princeps olerum 2,c. quam ad rem vsui d. 243,2,c
Lactucæ proprius succus 148,1,a
Ladanus 326,2,a
Læuor cuius accidentis subiectũ 173,1,a
Lambrusca 40,1,a
Λάχανα 140,1,c
Lanæ tonsæ crassior succedit 142, 2,c
Lanæ tenuitas ouium Narbonensium 142,2,c
Lapathum 132,2,c. 161,2,d. 203 2,c.d
Larix 219,2,a. nulla est in tota Græcia 20,1,a. 46,2,c. 77,1,b
Laser 14,1,b. 15,2,c. 16,1,c. 2,a
Laserpitium prodigiosè ortũ 16, 1,b
Latinitas non recipit multas Græcas voces 100,1,a
Laurus 7,1,d. 9,1,d. 177,1,c.d. eius natura 294,2,b.c in platano & quercu 153,1, b. & 155,2,c. minus fœcunda 135,2,d. cur vitiis obnoxia, Ibidem, non est edendo 156,1,c an ficu calidior 309,1,c. cur hyeme frondes retineat 152,2,a quantumuis procera, infirma & breuis vitæ 31,2,c. 34,2,a. 46,2,c. 72,2,c. 82,2,c. humiditate ab olea vincitur 94,2,d. eius stolones 130,2,c
Laxiores plantæ imbecilliores 136, 2,b
Λεπάνιον quid 327,2,c
Λεπυδέτης, in prædicamento passionis 327,2,c
Λέπυρις non solùm defectus sed etiam omissio 304,2,b
Λεπυρότης Ibidem
Leges colendi terram ab ipsis locis accipiendæ 208,2,d
Legumina 30,1,c
Legumina fœcundiora quàm frumentacea semina 139,2,a. cur maturè serenda 209,1,d. quando 231,2,c. 237,1,b. cur fœcunda 239,2,a. excrementosa 240, 1,c. quem suggant succum, Ibidem. cur duræ coctionis 242, 1,a. cur flatuosa 2,a. incoctilia

250,1,d. quædam quò diutius coquuntur eo duriora 2,d
Legumina rubigini quomodo obsistant 258,2,b
Leguminibus triticum agricolæ in aruis sufficiunt 287,1,c
Lens in bubulo stercore 287,1,b
Lens plurimùm astringit 223, 1,c
Lenticula 122,1,c
Lenticula nullo cultu cicuratur 161,1,c
Lentiscus 40,1,d.128,1,b
Lentitudo coctionem tardat 73, 2,c
Lentor quid 30,2,b. cur pertinacius resistit Ibidem. c
Leo non iubatus 248,2,c
Leo cur nobilis 16,1,d
Λεύκη, λεύκεα 302,2,a
Λεπτὸν 215,2,d
Λεπτὸν duo significat 18,1,c
Lepus 40,1,d.43,1,a
Lepores alpini quando candidi fiant 142,1,a
Λεχαῖον quid sit 210,1,b
Libido in mulieribus quo anni tempore magis acceditur 40,2,a cur ita Ibidem
Librariorum quorundam perfidia 76,2,a
Libri de plantis falsò Aristoteli attributi 27,2,b.32,1,c.116,2,d
Librorum Græcorum menda 9, 2,c
Libri arborum densi & sicci 28, 2,b
Lichen 37,2,d. 116,2,a.122,1,c.153, 1,a
Ligna quædam germinare naturaliter 277,2,d
Lignorum nerui ac venæ 195,1,a
Lignosum quid denotet 7,1,a
Lignum, pro vinaceo 281,2,c
Ligures Taurini hyeme vites ex arbustis detractas terra operiunt 303,2,c.d
Lilium 12,2,a.13,2,b.30,2,a.60,1, c.102,2,d
Λιμάλεος, quis 113,1,a
Limaces 154,2,d
Limus 25,1,a
Linea recta quæ 136,2,d
Lingua ceruina 57,2,b
Linum 199,1,c. in lolium degenerat 229,1,b
Limonium 42,2,a
Λιπαρὸν quid dicatur 7,1,b
Liquor siccus 121,2,c
Locus, par locato 7,1,c. principium primarium conseruationis 22,2,a
Locus à graduum comparatione fallit 94,1,a
Locorum duæ differentiæ 68,1,c natura duplex 104,2,c.161,1,a
Locorum ex autoribus nimis crebra citatio vel ostentationem prodit vel superstitionem 1,1,c
Locustarum attritio 300,1,a
Λόγος origo & anima legis 10,1,d
Lolium 150,1,c. vnde dictũ 151,1,a
Lolium & triticum vicissim commutantur 141,2,d.274,2,c.275, 2,b. capiti noxium 221,2,d. 247,2,c. veluti triticum sylueſtre 221,2,d.229,2,b.230, 1,a.2,d eius acrimonia 262,1,c
Λόφος quid significet 174,1,a
Λόπος quid 296,2,c
Loquendi modus Theophrasto vsitatus 48,2,c
Lotium suillum cui plantæ apponi M. Cato iubeat 186,1,d
Lotio quid 329,2,a
Lotos 158,2,b.& 236,1,a.c.2,b
Lotos Euphratea 158,1,a.2,d
Lumina duo maxima probandis rebus 1,1,c
Luna quid seminibus & plantis conferat 286,2,b
Luna plena 213,1,a
Lupinus 154,1,a. amarus 223, 1,a. calidus b.237,1,b.c.d eius importuna luxuries 162, 1,b. & durabilitas 261,1,b. quando colligitur 256,1,d
Luscinia diuersum à verno suo cantu canit sub autumnum 290 2,a.b
Lusitani mercaturæ dediti 143, 1,b
Lutum quo chymistæ vtuntur 25, 1,d
Lutosa tellus 214,1,2,c
Lutoso solo non panguntur arbores 100,1,b
Luxuria amygdali 176,1,c

M

Macedonia frigida 252,2,b
Macerata omnia citius prodeunt 224,1,a
Maceratio vnde 226,2,d
Macrum solum & fimus contraria 208,1,a
Μακροτομίαις quid obtineatur 199, 1,d
Mador vox Latina Græcis orta parentibus 114,1,c
Mandragora quomodo germinat 38,1,c.68,1,b.107,2,d
Magnitudo animalium & plantarum 286,1,b
Magnitudo oleæ 172,2,d
Mahometi nequitia 152,1,b
Maiz Indicum 248,1,b. duas gerit florum species 42,2,a
Mala aquea 240,1,a
Mali vermibus infestantur 294, 2,a
Mali Italicæ cur semper frondosæ 152,2,a
Mali quædam per interualla cessant parere 133,1,b
Malleolus in vite 265,2,b
Malua æstuosissimo anno florens 30,2,b
Maluæ folium 159,1,a
Malus verna 136,2,a
Malus viscum emittit 152,1,c
Malum boni succi, malæ carnis 36,2,b.c.126,2,c. agreste 124,1, b. pumilum 68,1,c. vbi & quomodo dulce 71,1,d. granatum 90,2,a
Malus quando serenda 167,1,c
Malus quomodo putanda 182,2,a. innocua arbor 189,2, d. qualis præterea 219,2,c.223,1,a. eius semen 221,1,d. verna calidis rigatur 204,1,c. agrestis quomodo mitescat 203,2,d
Malus arbor 7,1,d.38,2,d.43,2,a. 79,1,d.80, Imbrium vbertate non gaudet 99,2,d. Non amat loca calida 107,2,b. quomodo sterilis 132,2,c. eius succus est multus 39,1,b. Malus agrestis plures, mitis maiores fructus edit 62,1,b. suburbana 87,1,a. nana quando fert fructum 79,2,c. Punica 2,2,d.3,1, a. Persica 43,2,a. Medica 42, 1,c.2,a.b. 43,1,d.2,b. nulla in Græcia visitur 44,2,c. 45,1,c. 58,1,c.87,1,d
Μαγοῦ quid sit 210,2,a
Μάγουσι 302,1,a
Manſuescere nequeũt hirundines nec crabrones 68,1,d
Manus, instrumentum instrumentorum 67,2,b
Marasmus 293,2,d
Marcus Manlius cur interfectus 104,1,a
Mare an fœcũditatem afferat 116, 1,d. reciprocat Ibidem
Marinæ aquæ quomodo dulces reddantur 116,1,d. plantæ, Ibid. 2,a
Mares plantæ per metaphoram appellantur 132,2,a
Marisca 266,1,a
Marmorea signa & statuas sudare 279,1,b
Marna 207,2,d
Martia 150,2,c
Mas homo ad sexagesimum diem in vtero formatur 220,2,c
Μεσοχέλη quid sit 23,2,b
Mater vera, terra 151,2,b
Materia seipsam nec mouet nec regit 214,1,b. vt materia vnum tantùm patitur 220,1,a
Materiæ elaboratio est operosa 137, 2,c
Materia in cõposito quem teneat locum 1,2,a. ad generationem paſsiuè valet 2,1,a. cur χώρα à Platone dicatur 7,1,c. est commune fundamentum 90,2,b. prima non augetur 16,1,c. est æterna 108,2,d. nihil capacius ea 83,2,b
Materiatæ bene aut ædes aut naues quæ dicantur 88,1,a
Mathematicus fine nullo ducitur 164,2,c
Matrix à vulua quid differat 167, 2,b
Matrix qualis videatur Platoni 166,1,b
Matrix fœminarum est latè fusa 13,1,a. alia in satione, alia in insitione 20,2,c. non semper habet tot sinus quot fœtus 42,2,d
Matronalis viola 150,2,c
Maturè satum maturè exit 249,2,d
Maturitas fructuũ vnde æstimada 161,1,d
Maturitas, cur coctio 71,2,b. tempestiua quibus competat 71,2, b. fructuum amaritudinem corrigit 76,1,c. quibus fructibus inesse nequeat 124,2,c. diuersa 125,1,d
Maturum quid 77,1,d. vnde vox 77,2,a
Maus seu Muha Aegyptiorum 10, 1,b
Meatus affectus duplex 32,2,c
Medeæ Ablyrtus 75,2,a
Medica 178,1,d. & 221,1,c
Medica malus 42,1,c. 2,a,b.43,1, d.2,b.45,1,c. 58,1,c.87,1,d. nulla in Græcia videtur 44,2,c
Medici vna hora creati quid mereantur 164,2,a
Medici quas res falsò non naturales appellant 9,2,b
Medicina quorum dici iure possit agricultura 166,1,a
Medicorum vna iudicatio 20,201, 1,c
Medicamentum quoddam est dulce, aliud acre 68,1,a. Exempla aliquot, Ibidem.
Medulla fructuum qualis 67,1,c
Megarenses experti 201,1,d. horum consuetudo 208,1,d
Mel aliquando vappescit 84,1,c
Melanis & Cephisi concursus aquam nihilominus bicolorem seruat 282,1,d
Melissa est φιλάκαγνον 140,1,c
Melitæi catelli 151,2,c
Menestoris sententia 91,2,d.92,1, a.d.2,c.95,1,d.106,2,c
Menta 232,2,b.234,1,a
Menta gentilis seu nobilis 149, 2,d
Mentæ profunda radix 150,1,b
Mercurialis odor in vineis aut iuxta laurum 148,2,a
Mespilus 188,1,d
Mespilum 38,1,d. 41,1,d.124,1,b. tricoccum Ibidem 2,b
Μεταβολὴ est velut genus κινήσεως 29,2,c
Metalla plantis sunt simpliciora 107,1,c. & tamen homini minus nota. Ibidem.
Metamorphosis vera quorundam animalium 149,1,d
Μεταχηματισμὸς species μεταβολῆς 149,2,b
Μεθυσκάνει 298,1,c
Methodus à priscis docetur ab ipsis neglecta 148,1,c
Metunt & ferunt toto anno in Angot regione Aethiopiæ 53,2,a
Μηδὲν ἄγαν 101,1,c
Midus 261,2,a
Mileto cur peculiares erucæ, quæ flores absumunt 299,1,c
Milium vnde dictum 140,1,a.82, 1,c. 199,1,c.221,1,b.222,2,a.240, 1,a. eius radix 2,a.140,1,a
Milium vbi & quando maximè est subsidio 140,2,a
Milium solis, quale 154,1,a
Milii radices 260,1,a
Miliacea 30,1,c
Misceri & coniungi differunt 226 2,d
Mistio quid 250,1,a
Mites arbores 61,2,a. multæ non coluntur 135,1,c
Mitescere quæ plantæ nequeant 161,1,c
Mitia sylueſtribus sui generis sũt humidiora 148,2,a
Modicum, vocis etymologia 112, 2,c. minus est quàm mediocre 132,1,b
Modus dicitur quasi medius 18, 1,b
Mollities vnde 239,1,d
Mollitudo vnde 143,2,a
Mollitudo 27,1,b
Μόλυνσις quid 243,2,d.244,1,d
Μόλυνσις in vite 299,1,a
Monachi continentiam non seruant 19,2,d. ignari sunt & sibi viuunt 132,1,b
Monedula est infœcunda 93,2,d
Monedulæ quædam quãdo & qua causa fiant candidæ 142,1,a
Μονόφορα 190,2,a
Μονοφυῆ quæ sunt 2,2,c
Monstrum quid 272,1,c
Montana loca sicciora ferè sunt vallibus 121,1,a. eorum partitio, Ibidem.
Mora tota sunt edendo 207,1,c
Mora Aegypti quomodo matureſcant 124,2,c
Morbus & mors idem habent etymon 134,1,b
Morbi plantarum partim præter naturam, partim secundum naturam 290,2,b.c.d. & 191, a.b
Morbi à duobus causarum generibus 5,2,b
Morborum causæ in vite 297,2,d
Morborum causæ in fructibus 98, 2,a
Morborum causæ duæ 213,1,b. horum materia Ibidem,
Mors quid 134,1,a. habet idem etymon quòd morbus Ibid.b
Mors plantarum quomodo ab animalium diuersa 136,1,a
Morsus gallinæ 159.2,a
Morus ac eius fructus qualis 137, 2,c
Morus 2,2,c. exiguum fert semen 35,2 c. citò frondet, serò fructũ edit 41,2,b. sapienter cunctatur 45,1,a. 71,2,d.72,1,b.c.d. vbi sit crebra & pulcherrima, Ibidem. Fructum edit penè nudum 71,2,c.86,1,c. 128,2,a. Aegyptia 129,1,a
Moschus 148,2,b
Motus omnis fit in tempore 246, 2,c
Motus, externus 3,2,d. exiccat 33, 2,d. rectus cur finitus 87,2,b. fit in tempore 98,1,c. calorem gignit 127,2,d. nominis etymon 113,1,d
Mucro 27,1,c
Mugil cui tum simillimus tum dissimillimus 150,1,d
Muha Aegyptiorum 10,1,b
Mulget hircos, prouerbium quò detorquendum 19,1,b
Mulier citò adolescit 220,2,c
Mulier semen habet 28,1,d. eius superfœtatio non pendet à tempore, vt arboris 42,1,b. cur ætate ad venerem procliuior 40,2,a. septenos vtero gestans 42,2,d. cur eius obesitas nõ perpetuò nocet gestando vtero 62, 2,b. ad fœtus sui commoditatem necesse est vt habeat rarum corpus Ibidem.
Muliebre ingenium 249,2,c
Muliercularum præposterum & vecors ingenium 146,1,c
Multitudinis causa 44,1,c
Mulus vnde procreatur 21,1,a.b. 40,1,d. quomodo crescat 49, 1,b
Mulus quidam glaucus ac idem excellentissimus 142,1,b
Mundus nonnullis cur videatur æternus 16,1,c
Mundus cur Empedocli imperfectus videatur 16,1,b

Mundus quomodo vnus 289,2,c
Mus è fumo bibulo sæpe prodit 15,2,b
Musca quot pedibus constet 158,1,a
Muscæ ex fimeto prodeunt 16,1,1,d. ex vermiculis 28,2,a
Muscæ 149,2,b
Muscus non nisi in aliis prouenit 37,2,d
Muscus vnde oriatur 153,1,a
Muscus vbi ferè reperiatur 138,2,c
Muscus & argilla 25,1,a.&2,a
Mutatio omnis passio est & contra 302,1,d
Mutatio omnis est corruptio 149,1,a
Mutatio & eius autor 37.2,b. earum quæ in aere fiunt causæ duæ 55,2,c. fit semper in contrarium Ibid. magna multum passionis naturæ inducit 94,1,d. fit inter contraria Ibid.
Mutatio plantarum duplex 229,1,c. ex occulta vi cælorum 245,2,d. omnis in quod fiat 247,2,c
Mutatio duplex 141,1,d. 142,1,d.2,b
Mutatio quarundam plãtarum ex albis in nigras 149,1,b
Mutatio nulla est prorsus repentina 144,2,d
Mutationes variæ 150,1, c.d. in plantis 141,2,d. 149,1,b.
Mutationes naturam debilitant 292,1,d
Mutationis duplex causa 143,1,c
Mutationum modi 290,1,d
Mutilatione non interire arbores sed sterilescere 317,1,a
Myrobalani astringunt 68,1,a
Myrrha 141,1,b
Myrrhis 91,1,c
Myrtus 2,2,d. 3,1,b.13,2,a. incoata tantum turget 57,1,c. densa & sicca 122,1,d. opacis locis gaudet Ibid. quos appetat soles Ibid. 2.b. ficiorem fert fructum 123,2,c.309.2,d luxurians quomodo compescatur 181,1,d. cognata est oleæ 188,2,d. qualis præterea 203,2,b. eius mutatio 204,1,c.& 142,1,c
Myrti fructus qualis 177,1,c non est edendo 156,1,c
Myrtus alba 141,2,c. in nigram mutatur 149,1,b
Myrti & intibarum species quomodo differant 159,2,a

N

Narcissus 14,2,c. 40,1,b. 102.2,d
Nardi odor 148,2,c
Natura 160,1,d
Natura consulta 155,1,b
Natura artium parens 175,2,d
Natura & eius τὸ ἐργον 181,2,a. semper intendit quod melius 213,1,d. imbecillioribus præsidia adhibet 219,2,d. eius lex vsque duplex 248,2,c
Naturæ & consuetudinis vicissitudo 287,2,b
Natura & Deus vnum quibusdã, 1,1,c. nihil facit frustra Ibid. 96,5,d. 97,1,b. antequam radices fundat, duabus in rebus occupata 5,2,a. sagax 8,1,b.41,1,a.44,2,d. 47,2,c.127,2,c. semper sibi consona 45,1,a. quàm maximè potest, seipsam fœcundat 9,1,d. plus est quàm ὅσια 47,1,c. operum suorum conseruationem quærit 47,1,a. in se habet ὁρμὰς 50,2,a. prouida in vniuersum genus animalium 53,1,a. Oeconoma 54,1,b. eius proprium munus 63,1,a. quid sit, 69,1,a.91,1,b. semper intendit quod optimũ 69,1,c. principium generationis & motus 121,1,c
Naturæ in minimis quibusque rebus nihilo minor prouidentia 159,2,b
Naturam ars imitatur 156,1,d
Naturalis Philosophus artificum omnium velut doctor 159,2,d
Naturale est quicquid est in natura 125,1,b
Naturalia omnia quibus constent 220,1,a. sunt quæcunque in natura existunt 240,2,b
Naturalia sunt quæcunque in natura existunt quædam tamen non naturalia 179,2,b
Νεῦρον verbum est artis 209,1,c
Νευρικὸν quid sit in plantis 196,2,d
Nebulæ rubiginem creant 218,2,a
Necesse, vox Dictatoria 231,1,d
Νέκρωσις quid 293,2,d
Negantis notæ duplex vsus 17,2,d
Negationem antecedit affirmatio 28,2,c
Negligere quid dicamur 62,2,d
Negligere quas res dicamur 147,2,c
Nequam hominum pœnitentia 128,1,a
Nilus 55,1,c.167,2,d.168,2,d
Nili beneficium 108,1,a. 216,2,a
Nitor cuius accidentis accidens 173,1,a
Nitrum calidam quidem sed sterilem terram reddit 114,2,c 98,2,a.b
Nix quare non congelat quum pruina quæ minòre sit quantitate congelet 130,1,a. eius vtilitas 98,2,a.b
Nobiles species 16,1,d
Norma 276,1,b
Νόμος & πόνος 299,2,b
Notiones quid 97,1,b
Notius nobis esse nihil deberet quàm nosmetipsi 155,2,a
Notus flans quid agat 98,1,a. quibus pestilens & quos oblectet 105,1,d
Νοῦς Anaxagoræ 300,2,c
Nouellæ plantæ 24,1,a. sibi & vivunt & crescunt 56,1,c. quæ dicantur 58,2,a. germinationes sunt nitidissimæ 27,1,a
Nouellæ arbores qualem radicem desiderent 183,1,c
Nubes quomodo gignãtur 56,1,b
Nuces abellinæ quomodo infœcundæ fiant 141,1,a
Nucipersica Italorum 109,1,b
Nucleus quando luxuriat pulpa mucilentior 65,1,a. eius testa 67,1,a
Nudus fructus quis 71,2,c
Nugari turpe est Peripatetico 43,1,c.
Nugatio philologiæ quid sit 2,2,c
Numerus impar quomodo diuisibilis 120,2,d
Numeri mutatio classicis autoribus frequentissima 29,1,b
Ninibus vermes nasci 209,2,a
Nutriens idem est potentia cum nutrito 94,1,b
Nutrimentum quid 63,1,d.115,2,d
Nutritio quomodo fiat 64,2,b. nulla absq; generatione 121,1,d
Nutritiua facultas 62,1,c.
Nucula seu nucis os 30,1,b.42,1,c
Nux 18,1,c.239,1,a. quomodo nascatur in salice 97,1,a. Persica 136,b.109,1,b. Tarentina 36,1,b Indica 161,1,d

O

Obiectum Philosophis quid 210,1,a
Obloquutio quid 91,2,c
Occasio quid 112,2,a,b
Occatio 207,2,b. eius etymon 210,2,d
Occidens tres vẽtos emittit 105,1,b.
Oceani Germanici plãtæ 161,1,b
Ὀχετεύματα quatenus ἀπὸ σχιστῆς ῥύτων differant 184,1,d
Ὄγμια θεῶν 55,1,c
Oculus vitis 198,2,b
Oculus plantarum 21,2,a.23,2,c.25,1,b
Occupare non idem est quod frequentare 19,2,c
Ocymum 12,1,b. 39,2,a.224,1,a. d.a. siticulosum Ibidem b. 41,1,b. quid proprium habeat 118,2,c
Ocymum quemadmodum perpetuò rigetur 184,2,a. qualia qua 186,2,c. cur æstate gaudeat 2,a. omnium flaccidissimum Ibidem
Ocymi degeneratio 289,1,d
Odor & sapor eiusdem, non semper consentiunt 349,2,c
Odor Mercurialis 142,2,a
Odor florum 148,2,b
Odor sisymbrii degenerãtis 289,1,c
Odor suauis temperatum calorem designat 9,2,a.
Odores varii 148,2,b.c
Oenanthe 58,1,b.
Officia naturalia quare cõcilientur 190,2,d
Οἰκεῖον magis est quàm suũ 95,2,c
Οἶκον θεῷ οἰκεῖν prouerbium 21,2,d.& 130,1,b
Οἰναίθης quid sit 197,2,a
Οἶναρες 277,1,b
Olea 6,2,b.168,1,d.170,1,b. ficcior vite & ficu 7,2,b. Eius dẽsiores meatus, Ibidem. 9,1,d. quomodo feratur 12,2,b. eius cortex 13,2,a. fibræ non sunt partes κύκλαι, Ibidem. Partibus mutilis sublatis æquè germinat 13,2,a. eius insitio 24,2,a.30,1,b. taleæ, Ibidem. c. 30,2,b. 34,2,a.38,1,c.41,1,c. 46,2,c. 63,1,d. fuscus cur ægrè coquitur 73,2,c.76,1,a. 82,2,b.c. quousque oleum parit 82,2,d. cur decuti perticis non debeat 83,1,d. 86,2,d. 87,1,a. fert quotannis 88,1,c.90,1,d. humidior lauro 94,2,d. imbrium vbertatem non amat 99,2,d.109,2,a. cur nec in Germania est nec Aethiopia 107
Olea fœcunda frondes exiles edit 276,2,c. minus valida quàm Oleaster 305,1,d
Olea qua est magnitudine 272,2,d
Olea quibuscum genere conueniat 157,1,d
Olea serò maturat 169,1,c
Olea quando fructum maturat 181,2,d. myrto cognata 188,2,d. luxurians quomodo coercenda 182,1,d. omnium arborum refugit viciniam 189,1,b. quando nimis coquit 190,2,a. erucis infestatur 214,1,c. araneis inimica d.219,2,c. eius femen cui sit cognatum 221,1,b.
os penè inuictum 222,2,d
Oleæ flos 136,1,a
Oleastri radix cur auara & tyranna & cur vexatur 76,1,a.& b
Oleositas quomodo femina conseruet 261,1,c
Olera 148,1,c. cur expetantur 147,1,c
Olera quomodo stercoranda 186,1,b. quibus iuuentur 2,a.ob sola folia quærũtur 193,2,d. quibus sint cõsentanea 206,1,b
Olera secta rursus pullulant 12,1,d. horũ vtilitas à salsis 117,1,a
Olerum mutatio 276,2,a
Olerum radices magnæ quomodo fiant 283,1,d
Oleracea 147,1,b
Oleum nõ putrescit 222,2,c
Oleum, cur feruens non soluatur in vapores instar aquæ 7,1,a. 73,2,c.75,2,d. quando fiat deterius 83,1,a. eius natura 83,1,b. quando ueraus 90,2,c. quid sit 111,1,a. an soluitur in vapores vt aqua, Ibidem. 2.d. eius facultas 124,2,b. diffugiens 55,2,a
Oleum in sole albescit 158,1,d
Ὀλιγοχρόνια gradus ad τὸν ἀκάρπιαν 134,1,c
Oliua quomodo fœcunda 9,1,a. ne perticis decutiatur 86,2,d
Oliua vnde tenerior fiat 189,1,a. in cibum à veteribus adhibita 204,2,b
Ὅλως pro vbique 198,1,a
Olimpias ventus 303,1,d
Olympiodori error 17,1,a
Ὄλυνθοι 266,1,a
Olynthus 228,2,c
Omnia bonum appetunt 161,1,a
Omnia, & maior pars contraria cur sint 74,2,d
Ὠμὸς & ἀπέπαντος quomodo differant 109,1,c
Ὀμόγυμα 80,1,b
Opacantes quædã plantæ 156,2,c
Opium frigidum 13,2,d. 68,1,a. amarum 33,2,a
Oppilare quid 71,1,b
Opus quotuplex 51,1,d. maximum in arbore 64,1,d
Ὦον quid 54,1,a
Ὠραῖα non eadem quæ ἀκμαῖα 260,2,d
Orchomenus, lacus in Bœotia 303,1,b
Orion aerem mutat 57,1,b
Oris officium in animali vt radicis in planta 48,1,b.134,2,d
Orobanche strangulat 156,2,c
Ὀρθὸς & ἴσιος quomodo differãt 137,1,c
Ὀρθότυποι qui 300,2,b
Os leonis 150,2,c
Ossa animalium cur condita 67,1,b. qualia sint, Ibidem.
Ossa plura colligata & defossa coalescere & vnam stirpem edere 286,1,d
Osseum fructus operimentum 67,1,d
Ossifragus rapax & infœcundus 93,2,c
Ostentum 279,1,d
Ostrya 306,1
Ouis cur diutius gerit vterum quàm canis 220,2,c
Ouorum & seminum discrimen 260,2,c
Ouorum perfectio 260,2,c
Οὐσία minus est quàm natura 47,1,c
Ouum cur plantarum semini simillimum 225,1,d. an alitur 235,1,c. quò plus coquitur eò magis indurescit 250,2,d
Ouum similitudine accedit ad plantæ semen 27,2,d. quomodo in piscibus præsertim ex infœcundo fit fœcundum 131,1,b
Ὀξὺ quid 207,1,c
Oxygalacte 326,2,b
Ὀξύτης & βριμύτης quî differant 15,1,a

P

Πάγος 302,2,d
Palilogia Peripateticis detestabilis 8,2,d
Palma 4,1,b.c.2,d.5,1,b.c.d. 2,d. 9,2,d.85,2,b.86,1,a.106,1,d. 113,2,d.127,1,d.2,a.130,2,d.131,1,a.b
Palma salsis oblectatur 202,1,b. 2,a. eius radix reficcanda c. sale iuuanda 203,1,a. 221,1,a. ex fato esse optima b. huius semen qui cum affine, Ibidem.
Palma rectissima 137,1,d.& 178,2,c
Palmea ex ara 280,1,c
Palmes 265,2,b
Palmes quid 9,2,d
Palmites sunt tanquam tyranni 196,2,b. quomodo fiant robustiores 198,2,b
Palmula 90,1,c
Palmibus 93,2,b
Pampinarium 270,1,b
Pampinarius surculus 200,2,c
Pampinatio quid 197,2,d. quàm valeat 199,1,a
Pampinationes, ἀποφλοιώσεις 297,1,b
Pampinus 9,2,d.265,2,b
Pampini castigandi 197,2,a
Pangi quando debeant arbores 166,2,c.167,2,b
Panis vbi excellentissimus 243,2,a

Παντοχεῦ aduerbium 196,1,c
Papauer 238,2,a
Par nomẽ vnde deducitur 79,2,d.
Παρὲ præpositio 25,2,b.59,1,b. cũ quarto casui iuncta quid significat 121,1,b
Παρὲ qualis nota 188,1,d.& quid significat 251,1,a
Παρεγκλιτικὸν generationis affectus est,non causa 7,2,d
Παρέβασον quid vocat Aristoteles 10,1,d
Παρεγκρεῖν quid significat 188,1,d
Παρεγλλαγὴ verbum Aristotelis 22,1,d. quid significat. Ibid.
Paralogum quid 10,1,d
Paraphrastæ munus 47,1,d
Paraphrasis & versio 26,2,b
Παρεμπαξὶς 20,2,d. verbum militare 263,2,a
Pardus affinis leoninæ speciei 248,2,c
Pariendi leges diuersas fixit natura 80,1,d
Parietaria 270,1,d
Parietum cum tritico συμπάθεια 262,1,a
Πάσσχος quis sit propriè 183,1,c
Πάτωσις ficus 266,2,a
Partes emortuæ quando amputandæ 308,2,d
Particularium cognitio vnde pendeat 107,1,a
Partus variorum animalium 220,2,c
Partus frequens quid efficiat 134,2,a
Partus & fœtus quomodo differant 86,1,d
Pars alia aliam trudit 196,1,d
Pars omnis tam plantarum quàm animalium duplicem obtinet rationem 11,2,b. vetula non coit 23,2,d. est in triplici genere 68,2,d
Pastinatio quantum iuuet 199,1,a. 200,1,b. 207,1,b
Pastio duplex 31,2,a
Peccata quomodo à Comicis excusentur 153,1,b
Peciolum quid vocat Theophrastus 209,2,b
Pecora Platonica 123,1,a
Pecorum vtilitas ad hominis vsum 250,1,b
Pediculi quomodo nascantur 151,2,c.d. vnde gignuntur 128,1,d. cur sanguinem fugunt Ibid.
Pellafiga quis 266,1,b
Περυκένου 181,1,d
Περυκὸς quid 63,1,c
Pepin 171,1,a
Pepin Gallorum 84,1,b
Peplion 159,2,a
Pepo 201,2,c.224,2,c.238,1,d.245,1,b
Pepo loco iniquo satus 36,2,a. 79,1,d. eius pulpa & medulla 82,2,c. 125,1,b. suum habet ζῶν 132,2,d.142,1,c.
Peponis maturitas vnde perspicienda 161,2,a
Πέπυς quid 213,1,d.226,2,c
Περκάζειν quid 201,2,c
Perdix & gallinaceum genus, tértium quiddam generant 246,2,b
Perdices candidæ vbi 142,1,a
Peregrinus calor 169,2,c. ramus 171,2,d
Peregrinorum ingenia 252,1,d
Perenne quid 138,2,d.
Perfecta quomodo sint omnia 227,2,a
Perfectum quod non est nondum est 130,2,b
Perficitur verbum, quid Philosophis 215,2,d
Περίκαρπον quid 63,1,c.d. æquinoctio vsurpatur 81,2,d. variũ est ac variè affectum 82,1,c.82,2,a. 89,2,a.b.c.d. eius finis 90,1,c
Periclis perfugium 247,1,d
Περιέργειν naturæ opus præcidendum 181,2,a
Περισσεύμασι verbum militare 135,1,a
Peripatetica tum veritas tum veritas 10,2,c.
Peripateticorum error 227,1,d. 247,1,c
Peripateticis detestabilis pallilogia 8,2,d. nugari turpe 43,1,c. horum eorundem mos in docendo 96,2,a. 113,1,c.
Περισκελεῖς quinam sint 106,1,c.
Περισσάσεις Græcis 21,2,c
Περιττὰ 264,1,d
Perpetuum, vox augurum 138,2,d
Perpetuifoliæ plantæ 41,2,a.d.45,2,c.53,2,a
Persea 109,1,b.107,2,c
Persica 42,2,b. eius vtilitas ad calculũ 66,1,c. 86,1,c. quæ mas aut fœmella 132,2,d. 109,1,b
Persica quo sint osse 222,2,c. quo nucleo 223,1,a. aquea 240,1,a. 244,2,b
Persicaria 221,1,c
Persicum 33,63,2,d.81,2,c. 82,1,b.d. 89,2,b.109,1,b.124,2,b. flos 59,2,c. nuclei 90,1,d. pulpa & nucleus, Ibid.
Pertusum triticum calida perfusum germinare 262,1,b
Pertusu facilius hordeum quàm triticum 262,1,b
Peruinca 96,2,b
Petroselinum 19,1,b
Πέπειν & κελεύω in fructu, idem 80,2,b
Φαίνειν, verbum Athenienſibus odiosum 141,1,c
Philosophi munus circa proportiones tractandas 12,2,b
Philosophia soboles admirationis 305,2,a
Philosopho bono sub cuius signis militandum 164,1,c
Philosophorum studia 223,2,d. leges vnde cudantur 230,1,b. dii eorum qui 236,1,d
Phocensis pyrus 144,2,a,b
Φοερὸ quid propriè 307,1,d
Φθόγγος & τρισμὸς 300,1,a
Phylira 24,1,d. 25,1,c.d
Φύσις pro generatione 39,1,d
Φυσεία vox quid significat 181,1,b
Φυτάλμιον quid 173,1,a
Pica infœcunda 93,2,d
Picea 74,1,c.& 119,2,a
Picea crassescit in tedam 300,2,b. tedara radice absumitur 301,2,a
Piceus imber 16,1,b
Picturæ origo 175,2,d
Πίεσαι quid 135, 1,b
Pilinon sunt penitus excrementa 67,1,b
Pinastrum non potest degenerare 36,1,c
Pingue plus aeris habet quàm terræ 30,2,c. omne humidum 100, 1,d. cur arboribus inimicum, Ibidem. cur non lædit segetes 100,2,a. quomodo à frigore afficiatur 114,2,d
Pingue putredini quomodo resistat 261,1,b
Pinguedo & lentor quid differant 30,2,b. 83,1,d.
Pinguedo in vino 317,2,d
Pinnæ 154,1,b
Pinnam quid sibi conciliet 151,2,c
Pinus 4,2,c.34,2,a.b.35,2,c. sterilis quædam species ac vbi 36,1,c. 45,2,a. 46,2,c.57,2,b.74,1,c. 81,2,c.d.92,2,a. 93, 1,b. pinguis est 95,1,a.2,d. humida loca quærit 121,2,b. quibus rebus consentit cum abiete 122,1,b,d
Pinus natura 137,1,d. & 152,1,c. & 154,2,a.178,2,c. cur radice pauca & minus profunda 183,1,b. cur innoxia 189,1,b.2,b.219,2,a. radix qualis 240,1,b,2,a. vult transferri 171,2,a
Piperis vsus 156,1,a
Piper igneum 33,2,a, rarum, Ibid. salis vicem præstat 213,2,d
Pisa 239,1,b
Pisces quidam ὀπποδῆς natant 8,2,b. horum fœtus 42,2,d. vbi degunt 115,2,c. vbi sole siccati seruentur 189,1,a, duplici genere constant 202,1,b. quomodo coeunt 220,2,b
Pistacium 30,1,b
Pisum 259,1,b
Pix 16,2,b. ex pino. 81,2,d.121,2,c
Placentini & Genuensis cohærés natura 130,2,a
Πλάγιον quid 6,1,a
Planta 2,1,b. 2,2,d. eius natura 5,1,c. eius substantia, quid 13,2,c. nonnulla sine semine producitur 19,2,a. multa vocabula ab animalibus ducta sibi accommodat 23,2,b. homo inuersus 23,2,c. valida quid possit 38,2,b. debilis, Ibidem. perpetuifolia 41,2,a.d. temperatæ facultas 42,1,c. quæ no bilissima 46,1,b. cur cicur valentior 61,2,d. diuersi generis 96,2,b. qua re alatur 1,d. quomodo cicuranda 100,2,c. simplicior animalibus 107,1,c. aqua sola non alitur 119,1,c
Planta habitior abstractione castigatur 182,1,c. vsque producatur 183,1,a. radicem habet pro sui principio 2,b. in sicco solo quando putanda 198,1,d. eius primaria capita 206,1,b. quomodo sexum habere dicatur 228,1,d. humectari appetit 244,2,c
Plantæ Oceani Germanici 161,1,b
Plantæ quædam cur degenerent 159,1,c
Plãtæ laxiores imbecilliores 136,2,b
Plantis nasci plantas, naturale 279,2,a
Plantarum cultus & vitia 264,2,b
Plantarum horriditas 148,2,b
Plantarum quarundam coloris mutatio 149,1,b
Plantarium quid 171,1,a
Plantaria, Gallis Pepiniere 84,1,c
Platanus ex æreo tripode 280,1,c
Plato quid de matrice sentiat 166,1,b
Platonica pecora 123,1,a. dæmones. Ibidem.
Pleiades aerem mutant 57,1,b
Plethora 37,1,d. & 205,2,a
Pleuriticis cur triticei panis vsus remouendus 239,2,d
Plumbi in aurũ imaginaria transformatio 68,1,c
Pluuia ex animaliculis 16,1,a. borealis sine gelu esse nequit 97,2,d. æstiua 99,1,b. arbores iuuat, Ibidem. Tempestiua 103,1,a. Austrina. Ibidem.d.
Pluuia deficiens quomodo supletur 184,1,c
Πνεῦμα, ἄνεμος & αὔρα qui differant 105,1,c
Πνευματώδη 257,2,d
Ποιητικὸς quid 209,1,c.210,2,a
Pœnitentia improborum 128,1,a
Ποιεῖν ὁρᾶν & πασχεῖν differunt 103,2,c
Potiri qua re propriè dicamur 104,1,c
Polleo verbi vsus 10,2,a.95,2,d
Πολυβλαστία quid 206,2,c
Πολυχαιτωνία feminum 261,1,b
Πολύχουν quid 185,2,c
Πολυχύσεες femina quæ 139,1,b
Πολύφυτα animalia esse vitæ brevis 300,2,b
Πολύλοπον quid 247,2,d
Polypodium 153,1,a
Polypodium quomodo nascitur 37,2,d
Πολύῤῥιζα verè seruntur 247,1,b
Πολύφορα quæ 225,2,d
Pomorum semina 239,1,a
Pomum quid 81,1,c.d. cur frondibus multùm prominet 123,1,b, arbuteum 124,1,a. Persicum 109,1,b.
Ponticum frumentum 243,1,d 2,a
Pontus regio qualis 216,1,d
Populus arbor 3,2,a.4,2,a. alba, viuax, & odore suaui 9, 2,a. multo humore lento prædita est, Ibidem. b. vbi fera 116,1,d. qualibus locis recta, alta, flexuosa, strigosa 126,1,b. faciem non mutet 132,2,d. 229,1,b
Populus alba in nigram mutatur 149,1,b.159,1,c.& 289,2,b. 288,2,b
Populi materia qualis 149,1,d
Populi albæ & nigræ natura diuersa 289,2,b
Porrum 217,2,d. 224,1,a. 2,a.b. capitatum 11,1,d
Portulaca 39,2,a. 41,1,b.59,1,d. 140,1,c. 186,1,a. 221,1,c.224,1,d.2,c. syluestris 159,2,a
Præcepta ex euentis sæpe instituuntur 215,2,b
Prægnans quid sit 167,1,d
Præposterum quid 43,2,c
Prasium nullo cultu mitescit 161,1,c
Prata quod solum amant 111,1,a
Πρασσειν, ὁρᾶν, & ποιεῖν differunt 103,2,c
Principia quot habent species 1,2,a. 2,2,a.3,1,c.22,2,a. corruptionis 28,2,d. quædam sunt axiomata velut nobiscum nata 65,1,c
Principium vitale quomodo humorem contineat & ab hoc contineatur 7,2,c. primarium vnicum, forma 44,1,c
Principium plantæ 183,2,a.b. totius compendium 204,1,b. plantæ quod primum, quod item secundum 231,2,a
Prisci in quo vecordes 152,2,c
Priscorum distorta oratio 137,1,b. methodus 148,1,c
Priuatio & habitus nihil habent medii 134,1,c
Priuatio formæ πρεσυπαρχούσης 2,1,c. quo sensu est principium 22,2,a
Πρὸ quid designat 160,2,a
Πρὸς & ὑπὸ quare dissentiant 25,2,d
Probabile quid 242,1,c
Προβολὴ verbum militare 123,1,c
Procatarcticum causæ genus 5,2,b
Proceritas aliquando nocet 178,2,c
Proceritatem arborum quid impediat 126,1,b
Prodigium quid 279,1,d
Προέθεσμος ficus 265,2,d. & 266,1,b
Προθέσμων & πυρόρων ficuum differentia 266,2,b
Profunda loca plus alimenti plantis cur præbeant 9,1,d
Profundæ radices 8,1,d
Propagines 172,1,c
Prophylactica, medicinæ pars 296,1,a
Proportio inter causam & affectum 186,2,d
Proportio quid requirat 151,2,b
Proportio cultæ arboris ad inculta & mitis ad feram 64,1,b
Proportiones quid contineant 12,2,b
Πρὸς 27,1,c
Πρὸς τοῦτο & τοῦτου χάριν idem 1,2,b
Proserpinaca 234,1,a
Προσφέρειν quid 242,1,c
Προσθεσμία 267,1,a
Pruina, ros concretus 30,1,b. Vnde dicatur, Ibid. c.
Pruina quomodo fegetes afficiat 209,1,d. vrit pruina plantam humidum 210,2,a.& 307,1,b
Pruinis quid efficiatur in hominum vtilitatem 97,2,c
Pruna magnitudine ouorum 151,1,b

Prunorum differentia 267,1,c
Prunus 219,2,3,c. prolixa eius radix 8,1,d.59,2,b. 79,1,d. flores 79,2,b. 81,2,c.82,1,b.c. quibus regionibus optima 108,2,b. viscum gignit 152,1,c
Prunum 63,2,d. eius pulpa & testa 90,1,b. 2,c. 125,1,b. 126,2,b. Damascenum 22,2,a
Psitthaco cum turture vt conuenit 189,1,a
Ptisanæ nomen vnde 223,2,a
Ptisana dum elixatur qua re opus habeat 145,2,b
Πτέρδοι, κλῶνες, ἀκρέμονες quid differant 265,2,b
Πτέρδον vnde dicti 265,2,b
Publicum quid 198,1,b
Publicè & vulgò quî differant 181,1,c
Puellæ cur celerius crescunt 34,1,c
Pulchritudo quid 206,2,d
Pulegium 29,2,a. 30,2,a.d. 31,1,b.c.d
Pulicaria quam terram appetat 151,1,c
Pullulantes plantæ 3,1,d
Pullulatio ab radice 9,1,a
Pullum ab atro quid differat 115,1,a
Pullus intra oui putamen 28,1,a
Pulmonaria vbi prouenit 37,2,d
Pulpa, aliud à fructu 81,2,b
Puluis 201,1,d
Puluis tritico quomodo obsit 261,2,c
Punica malus 2,2,d.9,1,b. 136,2,a.143,2,c.144,1,b.147,1,a. astringit 25,2,d. 30,1, b.33,1, c.34,2,a.35,1,a.36,2,c.41,1,c. inchoata 57,1,b.a. auara & ficca 122,1,d. quibus locis gaudeat, Ibidem. quos soles quærat, Ibidem. 2,b.eius cytini 127,1,a. stolones 130,2,c. vmbrosis gaudet 177,1,c. 2,c. luxurians quomodo reprimenda 182,1,d. quomodo stercoretur 186,1,c. amat lotium suillum d.& 202,1,d
Punica sunt tantùm edendo 152,1,a
Punicæ eiusdem diuersi fructus 288,2,a
Punicæ grana 143,2,a
Punicæ mutatio 27,2,c
Punicæ fructus quales 177,1,c
Purgationis definitio 206,2,d
Purum, nomen vnde 140,2,d
Putare minus est quàm amputare 194,1,d
Putatæ arbores 180,1,d
Putatio arborum quantùm valeat 135,1,d.& 147,1.b
Putatio cuius rei causa 143,1,d. quando opportuna 181,2,b.c. non æquè ab omnibus plantis fertur 182,2,b cur graciles arbores iuuet 1,d. duplicé finem sibi statuit 183,2,d.cur sibi succedentem stercorationem requirat 185,2,a.b. prudentiá requirit 195,2,a.b.
Putatio vitium quando instituenda 196,1,b. autumnalis 198,2,c. locis vdis quãdo instituenda 199,1,b
Putatione cur fortiores reddantur arbores 135,1,d
Putatione, quæ plantæ opus habeant 179,1,b.180,1,c. ea vbi parcius vtendum 180,2,a eius duo fines 140,2,d
Putei cur maximè instituantur 55,2,b
Putredo cui plantarum parti primùm accidat 136,1,b
Putredo quæ animalia producat 2,2,a
Putredo quorundam animalium mater 149,2,b
Putredinis materiam quæ loca aferant 134,1,d
Putredinis mater 146,2,c
Putrefactum triticum non germinare 262,1,b
Putrefactio vnde 169,2,c.2,1,c.16,2,c. 100,2,a
Putrefactio frumentorum 261,2,c.262,1,a
Pyrethrum 94,2,d
Pyri germinatio 288,1,c
Pyri tum pulpa tum semen quorsum comeditur 152,1,a
Πύρωσις quid 250,2,c
Pyrum & eius grana quomodo seruentur 222,2,b.245,1,b
Pyrum sæpe boni succi ingratæ carnis 36,2,b. 56,2,c. cur ei pulpa data 82,2,a, 126,2,c.
Pyrum humanam faciem repræsentans 264,2,b
Pyrus 2,2,d.3,1,a.7,1,d. radix eius 7,1,d.9,1,b.genus cum cydonio commune habet 21,1,a. 82,1,c.d.62,1,c. cùlturam quærit 70,2,b.79,1,d. falsis offenditur 117,1,a. ei quid & quomodo decedat 127,1,a.130,2,c. syluestris 61,1,d. multos sed non magnos fructus edit 62,2,b. est prælmida & frigida 74,2,a. quod locorum genus auersatur 107,2,b. Moschata 79,2,c
Pyrus quando serenda 167,1,c
Pyrus viscum profert 152,1,c ætatem pati non potest 168,2,a
Pyrus Phocensis 144,2,a.b. quomodo putanda 182,2,a.b. agrestis quomodo mitescat 203,2,d. eius semen 221,1,d
Πυθμένα quæ dicuntur 194,1,d
Πυθμενόθεν quid significat apud Hippocratem 194,2,a

Q

Quæstio nodus dicitur 154,1,b
Qualitates instrumenta formæ 91,1,b. 161,2,c
Qualitates vnde impulsæ agunt 22,2,b
Qualitas nihil habet contrarii 54,1,d. non nocet 119,2,b
Quantitatis nulla actio 190,1,b
Quantitatum continuæ ac deiunctæ proportio 139,2,d
Querculæ minoris varia folia 42,1,c
Quercus 133,2,b. 152,1,c. & 154,2,a. diu viuit 137,1,c.2,b
Quercus è salice 279,2,b
Quercus & hederæ coniunctio 282,2,d
Quercus flos 136,1,a
Quercus Lusitanæ quas Porphyrius Græca fide commemorat 116,1,c
Quercus vlmo insita 24,1,c. eius radix pretiosa 27,1,a. perfecta & adulta 27,1,a. quos fructus edit 42,1,c.44,2,a. qualis 57,2,a. 86,2,d. 97,1,a. 113,2,d. eius proceritas 126,1,b. obnoxia culicibus 128,1,b. Lusitana & fictitia 116,1,c
Quicquam, nominis vsus 233,2,a
Quies finis motus 16,2,d
Quies inter duos motus 220,1,c
Quoddam, quale nomen 155,2,b

R

Racemi 42,1,c. grano intus carentes 197,1,c
Racemi eiusdem acini albi & nigri 265,1,a
Radices quibus minus profundæ 170,1,b
Radices cur non putrefiant 285,1,d
Radices ad germinationem quam do ineptæ 167,1,c
Radices, vitæ primordia 171,2,d
Radicibus quomodo germinum magnitudo cõmunicetur 286,1,d
Radicum magnitudo quibus artibus paretur 283,2,b
Radix quem succum habeat si contorta 8,1,a, flexuosa, loco multarum, Ibidem. quo magis flexuosa eo minus robusta, Ibidem,. c. quæ viuacior, Ibidem. robustæ duplex causa, Ibidem.d. cur inæqualiter porrigatur & profunda quærat 9,1,c. cur eius incondita soboles 9,1,d, bulbacea 32,1,d. genera duo habet 32,1,d. 44,1,b. 48,1,a. eius munus, Ibidem.b. prolixitas 51,1,a. perfecta quare impediatur 52,2,a. multùm nacta multùm trahit 78,1,a. refrigeratione egens 118,2,c.
Radix vt descendat, curandum 182, 2, d. plantæ principium 183,2,b. 186,2,a. 178,1,b. ergo eius partes non recidendæ 183,2,c. quòd hanc eæ semper sugant 185,2,d. robore duplici pollet 231,2,b. valida multùm quærit alimenti 239,2,d. tres affectus 241,1,b.
Radix principium plantæ 178,1,b
Radix cur cordis, oris & ventriculi rationem obtineat 134,2,d
Ῥ'άνειν quid sonat 29,2,a
Rami in arboribus 23,2,a. quomodo vocantur à Dioscoride Ibid.c
Rami plantarum an sint principia 183,2,b. qui putandi & qui non Ibid.d. c. 195,2,b.
Ramorum vocabula 265,2,a
Ramorum natura 265,2,a
Ramos summos aliquando gelascere, radicibus illæsis 308,2,c
Ramus peregrinus quis 171,2,d 173,1,c
Ranæ efformantur potius quàm generantur 290,1,a
Ranunculæ crescunt partium numero 149,2,c
Ῥ'αφὶ quid sonet Syris 202,1,c
Rapum & brassica vicissim commutantur 141,2,d. 149,1,b
Rapum latius quomodo fiat 286,2,a
Rapum quomodo transferédum 11,1,c. citò rugatur, Ibidem. 2,a. 14,2,c.19,1,b.40,1,b,57,2,b
Rara corpora 113,2,a
Raritas cur terræ nociua 209,1,d
Raritas cum humiditate augendis corporibus confert 34,1,c
Raritas terræ cur probanda 169,1,c
Ratiocinatio motus quidam est 16,2,d
Rectissimæ omnium quænã sint arbores 137,1,d
Rectum, è ratione est 25,1,b. est norma obliqui 80,1,c
Redditiuum Grammaticorum 230,2,b
Regiones macræ quomodo annonæ inopiam sustineant 140,2,a
Regionis conditio aut à cælo aut terrarum qualitate aut à situ 105,2,b
Regulus auicula in veruculo igni apposita, tametsi nemo vertat, per se conuertitur 158,1,b
Rei, etymologia 274,1,a
Religiosiores sunt qui remittunt de superstitione 146,2,c
Remorum inueniendorum occasio 175,2,d
Resex quid olim diceretur 200,2,b
Resina quid 121,2,c
Resolutio duplicem in eo quod resoluitur naturam indicat 3,1,b
Restibilis ager 241,2,b
Resumi quæ corpora proprie dicantur 112,1,d
Retentrix facultas à quo soluatur 127,1,a
Rhamnus 41,2,d
Rhaphanum citissimè rugatur 11,2,a. 14,2,c
Ricini varia folia 42,1,c
Ridica 265,2,c
Ricini quomodo viuant 151,2,c
Ricini folia 149,2,b
Rigationum vtilitas 59,1,d
Rigatio quomodo temperanda 185,1, b. frequens quam afferat incommoditatem, Ibidem. pluuiarum inopiam supplet 184,1,c
Rigidum 43,2,a
Rigor & frigus cognata sunt 43,2,a
Ῥῆξις & τομὴ differunt 173,1,a
Ros 166,2,d. alit 167,1,a. ver miculos parit 16,1,d
Roma suis viribus ruit 28,2,c
Romanorum prætorum loquendi ratio 48,2,c
Rosa 12,2,a.57,2,c. 59.2,c. quid agédum vt hyeme afferuetur, Ibidem. qualis flos 60,1,c
Rosæ quomodo in hyemem parandæ 183,2,a. quæ odoratiores 148,2,a
Rosariorum affectus 206,2,b
Rubiginis in ferro & frugibus ab ærugine discrimen 259,2,b
Rubigo in vite, Latinè Discoctio 299,1,a
Rubigo plantarum quid 212,2,b. creantur à nebulis 218,2,a
Rubigo frumẽtis infestior quàm leguminibus, & quibus frumenti speciebus inimicior 258,2,b
Rubrica 208,1,a. lenta 151,2,a
Rubus 75,1,a. eius fructus, Ibid. b.c, 96,2,b.c.130,2,c.133,2,a
Runcatio quid 210.2,a. tantùm est dumorum, Ibidem.
Runcias cur Galli vocant quòd Latini sentes 210,2,a
Ruo verbum vnde deducitur 99,2,b
Rus quid sit 20,1,b
Rusticæ rei tripartita diuisio 207,1,d
Ruta 12,1,a. 204,1,d. eius affectus 206,2,b.c.a. ei addendus cinis 207,1,b
Rutæ semen in ficu 286,2,d

S

Sabulum alimenti expers 109,2,d
Saccharum candidissimum quomodo nigrescat 158,1,d
Sagitta in vite 265,2,b
Sal è cineribus 202,1,d. quale 2,c. qualem terram reddat d. quales radices, Ibidem. eius facultas, Ibidem. iuuat palmam 203,1,a, mordet d.
Salgamazum cultu nullo curatur 161,1,c
Salsis oblectatur palma 202,1,b
Salis actio 116,2,d. à calore manat, Ibidem.
Satis aduerbium, nota mediocritatis 111,2,c. vnde, Ibidem.
Saliua purpurarum 28,1,d
Salix 2,2,c.d.3,2,a.4.2,a.15,2,b. 18,1,a.b. 279,1,b. obscurum eius semen 20,1,b. 30,1,c. nucem producens 97,1,a.vbi fera 116,1,d. quo odioso epitheto ab Homero notatur 130,2,c. eius quædam genera 132,2,c. cur non sit ὄδυς 137,1,d. non omnis fert fructum 228,2,a. nec vllum ad escam idoneum b.
Salsedo quomodo semina conseruet 261,1,c
Salsugo est qualitas 203,1,d. impedit putrefactionem 213,1,d
Salsum & amarum sapores sunt affines 117,1,c
Saltuarii qui dicantur Iureconsulto 20,1,b
Samara quid sit 227,1,b. 228,2,c. Vlmi semen 306,1,c
Samaram quid prisci vocarunt 18,1,a
Sambucus 3,2,a

Sanguis vltimum animalis nutrimentum 141,2,b
Sanguinis riui apud Sophoclem 179,2,d
Sanguinis crassi animalia quæ 162,2,a
Sanitas vnde 206,2,d. 213,1,c
Sanitatis latitudo 94,1,a
Sapientis munus 52,2,d. 65,1,a. ei multa licet ignorare 106, 2,d
Sapor varius fructuum eiusdem arboris 144,2,a. cur cibis inditus 117,1,b. eius iucunditas ad endi facultati amica, Ibid. 2,a. an de aqua dicatur 120,2,b
Sapor asper terreus 143,2,a
Sapor & odor eiusdem non semper congruunt 149,2,c
Sarmatiæ gramina 209,2,a
Sarmentum 9,2,d
Sarmenta quæ importuna & quæ non 179,2,c. in vite 265,2,b
Sarmentum μονόκλονον 194, 2,b
Sarraceni infatuati 152,1,b
Sarrire quid 209,1,c
Sarritio 207,1,b.2,b
Satio per taleam 12,2,b
Satio quid requirat 207,1,d
Saturea 224,2,a
Scabiosæ varia folia 42,1,c
Scaliger equorum studiosissimus 49,1,b. ingenuè fatetur quod nescit 81,1,d. 104,1,a. 135,2,d. modestè de se loquens suam probat diligentiam 113, 1,a. Gazæ fauere se profitetur 225,1,c
Scaligeri de Theodori oratione iudicium 150,2,c
Scaligeri in interpretādo fides atque consilium 177,2,c
Σκαλίσας quid 209,1,c
Σκαπάνη 200,2,c
Scapus 225,2,c
Scabiei causæ 297,2,b.c
Σκέσις 51,1,c
Σκελετός quid 19,2,a
Scientia, perfecta quid doceat 8, 2,d. quid à ratiocinatione 17, 1,a. ex quibus constituta sit 69,1,b. quodnam habeat fundamentum 107,1,b
Scientia omnis bonum pro fine habet 164,2,c
Scillam reposcam germinare 278, 2,b
Σκίλλον scillam antiquis dictam fuisse 286,2,c
Scire quando propriè dicamur 164,1,c
Scirrus ventus 303,1,d
Σκίζειν ἢ τέμνειν differunt 195, 1,a
Scrofa Scaligeri villa mire fœcunda 87,2,b
Scolymos 40,1,b. 135,1,d
Scolymi terra 201,2,b
Scorpioides 40,1,b
Scorpiis vescuntur Gallinæ 242, 1,b
Scotia excellentissimo pane nobilis 243,2,a
Secale & alica circa triticum sata, habitiora fiunt 287,1,d
Secale quandiu floreat 236,1,c. 245,1,d. quale sit 244,2,a quomodo interdum absumatur 29,1,a. 103,2,d
Secta vnde deriuatur 20,1,a
Sedum quale est 94,2,a
Seges constat radice parua & superficiaria 185,2,d. cur ab herba præuertatur 209,2,c. quot de causis tondeatur 215, 2,a
Seges cur matrem habet hyemē 97,2,c. cur pingui nón offendatur 100,2,a. quomodo fiat 128,1,c
Semen auium quódnam genitale 132,2,b. 152,2,b. 134,2,a
Semen Syricum 152,2,d
Semen speciem perpetuò seruat 152,1,c
Semen plantæ 139,1,b
Semen arboris, est arbor poreſtate 134,2,a
Semen, principium dicitur 1,2,a. insitam gignendi vim habet 2,1,a. ab eo prodeuntium differentiæ 10,1,a. quid sit 15,2, b. 64,2,b. 101,1,a. comparatum ouo 27,2,d. separatum diu durat 28,1,c. habent quoque mulieres 28,1,d. non illico animal facit, Ibidem. 2,a. In duo genera tribuitur 21,2,a. animalis cōtinet partes ascititias 29,2,c. quoddam non nisi vetulum terræ mandatur 37,1, a. plantæ quomodo planta 38, 1,a. diuersum facultate in eadem planta 42,1,d. in se actu animam habet 66,1,b. pusillum cur citò perficitur 78,2,c. eius finis 89,2,d. 90,1,c
Semē est quasi totius plātæ compendium 215,1,c. 225,1,d. plantæ imbecillioris cur robustius quam robustioris 219,1,a. annuum cur robustum 2,d. cur à natura institutum 220,1,b. arboris satum cur degeneret 221,1,b. cur seruandum 224, 2,d. quandiu generandi vim habeat, Ibidem. Varia ætate variis quoque est aut inæqualibus viribus 225,1,c. in vtero fœmellæ non corrumpitur sed perficitur 234,2q
Sementiferis omnibus natura cōmunis 1,1,b
Semina quædam integrum annum incorrupta manent sub terra 154,1,b
Semina colligata linteolo & defossa coalescere 286,1,d
Semina conseruatu facilia quæ & quare 261,1,a
Seminalia vasa vnde nutriantur 133,1,a
Seminis duo vitia 322,1,a
Seminum & ouorum discrimen 260,2,c
Seminum alimentum, vita, forma 258,1,b
Seminum corruptio & pestis 261,1,b
Seminum perfectio 260, 2,c
Seminum paruorum fructus cur multiplex 260,1,d
Senecio 94,2,a
Senectus quas arbores citius inuadat 135,1,c
Senectute animalium quædam chartilagines in ossa mutantur 191,1,c
Senectutis tabe cur animal perit 300,2,c.d
Sensus alterum maximum lumen 1,1,c. cùm fit species recipitur 95,1,b. quomodo ad vniuersa nos prouehit 91, 2,a
Sensilia an à formis elementaribus ducenda 325,2,b
Seps 107,2,d
Sequor vnde deriuatur 29, 1,a
Ser 111,1,d
Serendi pro terrarum varietate tempus varium 192,2,b
Seri quando debeant arbores 167, 1,c. 168,1,b
Sericum 111,1,d
Serpentaria integram habet radicem 32,1,d. eius varia folia 42,1,c
Serpyllum 12,1,a. 206,2,a. eius duplex genus, Ibid.b 156,2,a
Seruorum quorundam conditio 106,1,d
Sesami natura 260,1,a
Sesamum rancori obnoxium 261, 1,b
Sicca, minus dulcia 162,1,b
Siccitas, nascendi tempus differt 224,1, a. Inepta ad generationem 6,2,c. an sit actiua qualitas 17,1, a. an passiua 25,1, a. effectus caloris aut frigoris, Ibidem.

interna quid incommodi possit hominibus afferre 112,1,c. in animalibus præsertim humores acuit 112,1,c
Siccitas cuius ætatis est affectus 171,1,b
Siccitas quomodo semina conseruet 261,1,c. 2,c
Siccitas florum hos reddit odoratiores 148,2,b
Siccitatis causa 261, 2,c
Siccioris plantæ ramus ad futurā arborem inutilis 2,2,c
Siccum plantæ cur tribuatur 3,1,b quid sit 39,1,c. propinqua est natura cum aspero 7,1,a
Σῖκυς quid 2,1,c
Sicilia est velut horreum quoddā 83,1,a
Sidera sua plantis quibusdā 46,1,b
Siderationis causæ 293,2,a. b.c
Siderum quorundam vis 158,2,d
Siligo 199,1,c. 234,2,d. 245,1,d
Silphium 16,1,b. 68,1,c. & 161,2,d. 162
Σημεῖον 279,1,d
Simiæ nulli araneo parcunt quin edant 242,1,b
Simile simili facilè coaptatur 21,2, a. omne cur est alio modo diuersum. 97,1,b. simili augetur 117, 2,b. à simili appetitur 121,2,b. & iuuatur 105,2,a
Similitudo quib⁹ in rebus spectatur 21,2,b. 54,2,d
Similitudo summa dissimilitudóque insignis inter aliquas easdem res 150,1,d
Similia sunt quasi vnum 191,1,a
Similitudinis finis 290,1,c
Similitudinis & dissimilitudinis notæ quomodo accipiantur 159,2,a
Simpliciora quænam sint, genera formis, an formæ generibus 97,1, d
Sinapi non est cibus, sed condimētum 224,2,d
Sinapi quorsum adhiberi soleat 66,2,c
Sigularia quæ philosophis 165,1,d
Sipare verbum vetus 13,1,d. 37,1,d
Sisennæ sputatilica 227,2,c
Sisymbrium quō propius natura accedat 150,1,a
Sisymbrium 12,1,a. 206,2,a
Sisymbrii in mētam commutatio 288,2, d
Sisymbrii radix 150,1,b
Sisymbrium quomodo mutetur 148, 2,d
Sisymbrium in mētam facilè convertitur 141,2,d
Siti assueta animalia 248,2,b
Σίτησις prior quàm τροφὴ 247,2,a
Situs araneos gignit 16,1,d
Smilax 75,1,a. 156,2,c. topiarius 156,2,a
Smyrnium 142,1,b
Societatis nomen vnde 20,1,a
Socius propriè quis 26,2,b. vnde dicatur 81,1,b
Sol quid præstat in rerum generatione 17,1,a. eius facultas nūnquam victa 57,1,b. 90,1,c. quem humorem vrat & corrúpat 103,2,c. & 166,2,d. quomodo & in quo putredinē gignat 212,2,d
Solida corpora 113,2,a
Solonis leges 214,2,d
Solum mutatur nonnunquam facie 17,1,b, concausa cum cælo 77,2,c. à superficie quomodo distinguendum 109,2,c
Solum macrum & fimus contraria 208,1,a
Solutio continui animantes lædit 61,1,a
Solsequii flos 159,1,a
Somnum plantis tribuebat Anaxagoras 134,2,c
Sophistarum contentiosa nugacitas 164,2,c
Sophoclis poema 10,1,c
Sorbus 154,2,a. & 41,1,c
Sorbus viscum parit 152, 1,c
Sorte nihil euenit in natura ex peripateticis 6,1,a
Sphacelismus an in radice tantum sit 296,2,a
Sphacelismꝰ ab animalibus ad plátas tranſlatus morbus 293,2,d
Σφακελισμὸς & μαρασμὸς differentia 295,2,c
Σπάνις quid 185,1,c
Σφάκελος vnde dicatur 295,1,c
Spatha 265,2,b
Species à quo artifice cōdatur 181, 1,c. nunquam interit 190,1,a, hæc aut illa deseritur nonnunquam ab animalibus 248,2,b
Species totum essentiale 19,1,c. genus secat 20,1,a, à duobus indiuiduorum generibus non prorogatur 56,1,c. quomodo incorruptibilis 63,2, a. quomodo & quare prorogatur 64,2,c. quid sit 80,2,c. æterna est quælibet 108,2,d. realis est 109,1,a. ab aliis speciebus distat potius quā differt 127,1,d
Specierum mixtio contra Peripateticorum placita 143,1,d
Σπέρμα ἢ καρπὸς quomodo differant 63,2,b. 89,2,b
Spica frumentaceorum 258,2,c
Spicæ cur sic dictæ 15,1,a
Spiculi nomen vnde 15,1,b
Spina regia 40,1,b. Ægyptia 94, Babylonica 55,1,b.c
Spinachia 42,1,d. 91,1,c. 132,2,c. 178, 1,d. 224,2,c. 229,1,a. 178,1,d.
Spinus 31,2,c
Spirandi & vitæ idem finis in animalibus 300,2,b.c
Spiritus quales in vacca ingenti 31,2,c. in animali quid sint 92,2, b. autores operum animæ 124, 2,c. 127,2,c
Spiritus natura 257,2,c
Sponte multa prodeunt 1,2,c
Spuma apuas gignit 16,1,d
Squilla 30,2,a. b. & 172,2,d. eius radix integra est 32,1,d
Squadra 276,1,c
Staphysagria & eius folia 42,1,c. 94,2,d. & 221,1,b. 323,2,a
Στάσις 304,1,c
Στέγειν verbum quam vim habeat 15,1,b
Stercorandi vtilitates 100,2,d
Stercoratio quid sit 156,2,b. quorsum adhibenda 143,1,d. cur post putationem instituenda 185,2,a. b. aliter arboribus, aliter aruis, Ibid. crebrior quibus tum locis tum temporibus vel idonea vel inutilis 186,1,a. eius vtilitas 59, 1,d. fines 173,2,b
Stercus non aliter quàm animal multas habet species 186,2,c. alimenti nimium plantis suggerit 210,1,b
Steriles plantæ 3,2,a. terræ 114,2,c
Sterilitas vnde 73,2,d
Στήθειν 125,1,a
Strangulat orobanche 156,2,c
Strigosa minus dulcia 162,1,b
Stipites ad quid facti 139,2,c
Στίφος 125,1,a
Stipitis vnitas signum est, non causa ineptitudinis ad generandū 7,2,d
Stirps quid olim significaret 177, 2,c. vocis origo, Ibidem.
Strigmenti vox vnde 52,2,a
Stolones 8,2,d. 11,1,b. 15,2,a
Strobilorum grana 238,2,a
Sturnus veneno vescitur 242,1,b
Suauitas fructuum vnde 147,2,b
Suauitas quarum sit qualitatum affectus 206,2,d. huius fundamētum, Ibid.
Subiectum & eius accidentia affini quadam relatione cohærent 83,2,a
Substātia hospitiū accidētiū 160, 2,c
Substantiæ sunt actionū principia 328,2, d
Substilla pluuia 299,1,a
Sudum quasi sine vdo 307,2,c
Succus lactucæ proprius 148,1,a
Succꝰ viscosus ægrè coquitur 239, 2,d. Succus plantarum est earum pars interna 249,2,a

Succus in contortis radicibus 8,1,a quomodo in plantis coquitur, Ibid.2,b. eius tum varietas tum multiplex facultas 42,1,d. cur in planta coercetur 55,2,a. lentus ac viscidus ægrè coquitur 73,2,c. seruandus idoneam habet ætatem 82,2,c. multus multam co ctionem expetit 122,1,a
Sudor marmoreorum simulachrorum 279,1,b
Suillus fimus quorsū valeat 202,1,d
Sulphur igneum ac spongiosum 33,2,a. calidam quidem, sed sterilem terram reddit 114,2,c
Superfœtatio arborum à tempore pendet 42,1.b. eius imago 45,2,d. 46,2,d
Superflua in plantis 62,2,a
Superficiariæ radices 8,1,d
Superficiei à solo discrimen 109,2,c
Supergerminatio fit autumno & sub cane 22,2,c. quando fiat 45,2,d. imago superfœtationis, Ibidem.
Superlatiuum non iudicat de duobus 211,1,c
Superstitiosa imaginatio de Deo 122,2,d
Superstitio non prodit verā homi num religionem 146,2,c
Superstitiones Druidarum 164,1,a
Supina cæsura cauenda in vite 298,1,a
Surculatio species insitionis 21,1,d
Surculus pampinarius quid 200,2,c
Surculus 21,1,b. eius vigor 23,2,a. cur ἔνθεμα dicitur 25,1,c. soboles aliarum plantæ partium 26,2,c. quid sit 62,2,d
Sus 93,2,a
Σύκολις 266,2,a
Sycomorus 75,2,c.d
Sycomori cum ficu affinitas 270,2,c
Σῦκον 265,2,d
Σύγχυσις quid 115,1,d
Σύγχυσις 291,1,d
Syluestria ficciora sunt 130,1,d. quomodo sese ferant 130,2,c
Syluestria mitibus sui generis sūt ficciora 148,2,a
Σύμβασις quid Thucydidi 2,1,b. quid Paulo iureconsulto, Ibid.
Συμβεβηκὸς quid 16,1,a. & 304,2,c
Symboli nomen vnde 17,1,c
Συμπίπτειν 190,1,b
Σύμφραξις quid 301,2,b
Συνδεσμὸν quid vocant medici 2,1,b
Συνεκτικὸν apud Stoicos quid 256,1,a
Σύνεσις quid 1132,b
Συνεχὲς aliud quā ἀπτόμενον 19,2,d
Συνεχῶς quid significat 185,1,d
Syngrapha cur dicatur 138,2,b
Syria maturiùs fructus effundit quàm Francia 22,2,a
Syricum semen 152,2,d
Syrochus ventus 122,2,c
Syrorum elegans loquutio 242,2,a
Syrorum paronomastica dicendi ratio 16,2,d
Syrorum apertio & halitus cauēdus 257,2,d
Συῤῥοὴ quid 2,1,c.17,2,a.19,2,c. 45,1,a
Σύστασις 46,2,b.47,1,d

T

Tabes à Græca voce τηκτικὸς 328,1,a.
Τάχος & εὔλογον 22,1,c
Talea 12,2,c.15,2,a
Talea & termus quid differant 265,2,b
Talpæ oculi perfecti 130,2,b
Tamarindi acidi 68,1,a
Tarentinæ nuces 36,1,b
Tarentinus ager 299,1,d
Taxus 46,2,c.75,1,a
Tegumentorum differētiæ 30,1,a
Τελειότης finis τῆς τελειώσεως 227,2,b
Τελεσφόροι terræ quæ 216,2,d
Telephion 159,2,a
Tellus matrix plantarum 96,2,c
Τέμνειν aliud ab σχίζειν 195,1,a
Temperamentum quid 45,2,b
Temperatæ plantæ facultas 42,1,c
Tempestiuitas varia 200,2,d
Tempus assecla & mensura quantitatis 190,1,b
Tempus nihil agit 22,2,a. idoneū ad plantas plantandas tum inserendas, Ibid. 2. non patitur 30,2,d. cur poetis genitabile, Ibidem. generationi aptum 31,1,c. variè variis rebus idoneum 38,1,b. quid sit 48,2,d. quatenus tempus nulli est contrarium 54,1,d
Teneritudo fructuum vnde 147,2,b
Tepidioris aeris facultas 45,1,c
Tepor laxat 98,2,a. & 100,2,b
Termes 9,2,d
Termus quid à talea differat 265,2,b
Τέρμονα legumina 251,1,d
Τέρατα 279,1,d
Teretis corporis dimensiones 169,2,a
Terminus in mutatione duplex 54,2,b
Terra, vera mater 151,2,b
Terra humida scrobes magnas nō requirit 192,2,d. 211,1,b. plantis velut vterus 249,1,c. lemnia leuis 251,1,c
Terra bona quæ 151,1,c. & qualis 26,1,a. autor mutationis 37,2,b. purissima 67,1,c. contumax 78,1,b. exuctior, Ibid. quomodo corrigenda 96,2,c. cauernosa 111,1,a. calida, Ibid. c. humida quid requirat, Ibid. nunquā ex se calida 114,2,c. ejus vis 167,1,c
Terra mortua quid priscis 291,2,d
Terræ feritas castiganda 169,2,b raritas quot de causis commendanda 169,1,c
Terram qualē esse expediat 169,1,c
Terrestrium differentiæ 202,2,b
Terreus asper sapor 143,2,a
Terror vnde dictus 279,1,d
Testa nuclei 67,1,a
Θάλλος de olea dicitur 9,2,d
Thapsia est ignea 33,2,a. rara, Ibid.
Thasii 138,1,c, & 133,2,a
Θε in verbo θεραπεία superstitiosè explicatum 202,1,c
Theodorus & ipsius populares taxantur 138,2,c. & 135,2,d
Theodor⁹ nimis crebrò rerū quas tractat ordinē peruertit 139,2,a
Theodori candor 176,2,c. eius euagatio 162,2,c. lasciuiens 14,2,c. 15,1,d. 81,1,c. audacia 10,1,b. 182,2,c. sibi canit 201,1,b. ambitiosus 177,2,c. cùm penè toto libro reprehenditur tum 10,2,a. variis verbis orationem suam pingit 19,2,c. barbarus, Ibid. d. eius cincinni 26,2,b. 47,1,c. à Scaligero nō intelligitur 26,2,c. verborum flexu sæpe abutitur 27,2,a. eius lapsus fatalis 35,1,b. 112,2,d. trita verba defugit 37,2,a. eius oratio 43,2,d. perplexa 51,1,d. vbique paraphrasten agit 52,1,c. variationis studiosissimus 71,1,d. in solutionibus penè semper fluctuat 79,2,a. in quo se & alios fefellit 81,2,a. interpretis fidem excedit 108,2,d
Theophrastus modestus 1,1,c. accuratissimus philosophus 5,2,c
Θεῶν ὄχημα 55,1,c
Θέμα idem quod thesis apud Oratores 295,2,a
Θερμὸν principium germinationis 309,1,c
Theriacæ incrementum vnde 257,2,c
Θέσις contraria ἄρσει 11,2,c
Thracias ventus 307,1,c
Thracium triticum 211,1,c. 221,2,b 247,2,c. 248,1,c
Θεία 277,1,b
Thucydides immeritò ab Halicarnassæo reprehensus 277,1,b
Thymus 1,2,c. 206,2,a. eius flos 18,1,a. b. semen 20,1,b fructus vbi latitet 228,2,c. 249,2,b
Tilia 93,1,b. frigidis locis gaudet 106,1,d. & 157,1,d
Tiliæ cortex 205,2,c
Tiliæ inferiora cur exalbida 158,1,d
Tipha aquatica 221,1,c. 229,1,d. 2,a
Tiphion flos 40,1,b
Tithymallus 59,1,d. 236,1,c
Tofus segeti in loco macro subiectus 215,2,b
Τομὴ καὶ ῥῆξις 173,1,a
Tonsæ lanæ crassior succedit 142,2,c
Τομὴ quando sit 187,2,a
Tonat sine nube aliquando in Vasconia 307,1,b
Topica Aristotelis defensa 14,2,a
Topographia & chorographia quî differant 143,1,a
Τόπος quomodo differat ἀπὸ τῆς χώρας 143,1,a
Torpor membrorum vnde 93,1,a
Totum partium conuentus finis 49,1,d. vt compleatur pars non sufficit 65,1,b
Τούτου χάριν καὶ πρὸς τοῦτο idē 1,2,b
Tragacanthum 13,2,d
Transferenda pinus 171,2,a
Transitio, figura 48,2,b
Translatio 21,2,d
Trāsmutatio quibus egeat 98,1,d
Transplantationis vis 289,1,c
Τρέχειν 48,1,c
Tribulus 206,1,c
Tricocca mespila 124,2,b
Trifolium acetosum 146,1,a
Trimestris planta hyeme non serenda 247,1,b. 249,1,d
Τρισμὸς & φθόγγος 300,1,a
Triticum nobilissima planta 46,1,b. annua planta 134,1,b. 211,1,a. cur in macro solo ali nequeat b. sibi ipsi fimus 2,a. quam habeat cum fœtibus proportionem. Ibidem. validius hordeo b. ad quas res vtile 228,2,c. in lolium degenerat 229,1,b. 247,2,c. cur 232,1,a. cur συνεχὲς 238,2,b. huius pabulo iumenta pereunt 242,1,a. 2,a. eius substantia 242,2,c. 243,2,c. quomodo nonnunquam absumatur 29,1,a cur καρπὸς & σπέρμα 63,2,b. eius tegumen 82,2,b. 90,1,d. quos sulcos poscit 106,2,a
Triticum & lolium vicissim mutantur 141,2,d. & 148,2,d. 274,2,c. 275,2,b
Triticum carptum & tonsum simile producit 287,2,d
Triticum pulueruleutum quomodo putrescat 261,2,c qua arte ne in lolium degeneret impediatur 151,1,a
Triticum vnde iuuetur 256,2,c
Tritici maturitas vnde iudicanda 161,2,a semen cur degeneret 159,1,c
Troglodytæ 213,2,d
Trudi quid 39,1,a
Trullissatio 261,2,d
Truncus cur in planta primùm putrescat 136,1,b
Truncus arborum quādo crassescere desinat 136,1,b
Truncum populi germinasse 265,2,a. 19,1,b
Tuber totum editur 227,1,c. 228,2,c
Tumere & turgere differunt 156,1,a
Turdus quomodo viscum ferat 155,1,a
Turdus quorsum excrementa sua abieti suggerit 154,2,b
Turgentia venerea 166,1,b
Turgere medicis quid 155,2,d
Turisanus monachus 305,2,d
Turtur 93,2,b
Turturi cum psittaco cur malè cōuenit 189,1,a
Turtures sua pinguedine suffocantur 300,2,b
Tusionis leguminum tempus 256,2,b
Τυρογλυφίς quid 112,1,d

V

Vacca ingens molles habet spiritus 31,2,c
Væapium 13,2,b
Validarum plantarum facultas 38,2,b
Valles humidiores mōtibus 121,1,a. harum differentiæ, Ibidem.
Vappa ex vino quoties fiat 82,2,c
Vaporarii non sano cerebro 16,2,a
Varietas mira 42,1,c. 44,2,a
Vasa seminalia 133,1,a
Vasconiæ vites quando frigoribus obnoxiæ 139,2,b
Vasiones Itali ignaui 135,1,c
Vastum quid 104,1,d
Vber glebæ quid Virgilio 6,1,c
Velorum inueniendorum occasio 175,2,d
Venarum alueus 179,2,d
Venarum oscula pinguedine obducta 301,2,b
Ventriculus plantæ 134,2,d
Venena quam ad rem vtilia 227,1,d. his quæ animalia vescantur 242,1,b
Ventriculus in animali, pro radice in planta 48,1,b
Ventus quid sit 104,2,a. incrementis an obsit 33,2,d. præcipui qui, ibidem. c. quidam alii è terra spirant, ibidem. d. qui calidiores aut frigidiores 105,1,a. 119,1,a
Ver non habet multùm humoris 26,1,b. maximam rerum partē gignit 40,1,d. plantas ad germinandum adducit 41,1,a. maximæ animalium parti ad generationem confert 52,2,d. 54,1,d. calidum, ibidem. 2,b. cur sanum dicitur 105,1,c. quandò minus siccum & vnde fiat 166,2,b. ab autumno quomodo differat 136,2,a. quale 212,1,a. 229,1,d. cur germinādis radicibus ineptum 167,1,c
Verbascum quandiu floreat 236,1,c
Vermem in sua quemque nasci arbore 299,2,c
Vermes in niuibus nasci 209,2,a
Vermiculatio leguminum & frumentorum 259,1,c
Vermiculationis causæ 294,b.c
Vermiculi non nisi iis aluntur è quibus enati sunt 300,1,c
Vermiculi ex rore 16,1,d
Vermium differentiæ 299,2,c
Vermicularis 159,2,a
Vermiculorum mutatio 150,1,d
Versio an mera paraphrasis 26,2,b
Veruactum quid 241,2,b
Vespæ ex terræ putredine 2,2,a
Vestigationis modi duo 159,2,b
Vetula arbor minus frondescit minúsque trahit 190,1,a. 197,2,b
Vetulæ arbores qua arte in iuuenile robur vindicentur 135,1,d
Vetulæ partes non coalescunt 23,2,d
Vinea macra quo pacto stercoranda 309,1,a
Vinea vno anno gelatione fructū ne ferat cohibita 19,1,d. vbi fera & tamen fructuosissima fit 116,1,d. quando in Italia putari soleat 181,2,d. anthosima quæ 197,1,c. cur ex consita arbore vel hordeo vtilitatē promat 199,1,c. quomodo syluescat 135,2,c
Vingus 228,2,c
Vinū cur odoribus facilè afficiatur 157,1,d
Vinum vdæ vineæ quale 191,2,c
Vinum qua arte paretur excellentissimum 135,2,b.c
Vinum vbi fœlicius 72,2,d. dilutius, Ibid. eius regimen 82,2,d
Viola 58,1,b. Martia 38,2,c
Vires permultarum rerum nobis ignotæ 227,1,d
Vires robustæ ex amplitudine corporis 31,1,c. dispertitæ, tenuiores 64,2,a

Virgas deponendi duæ rationes 172,1,c
Virgas ſalignas abiectas germinaſſe 265, 2,a
Virtus collecta firmior ſeipſa diſſipata 23, 2,b
Virtutum ſubiectum, homo 36, 1,d
Viſcum 30,2,c.37,2,d. 52,2,b. 97,1, a.151,2,d.152,1,c.153,1,b. vnde oriatur 153,1,d. vorax 2,c. quomodo inutile 152,1,a. nutrimẽti appetentiſsimũ 155,2,b. quomodo ferat turdus 155,1,a
Viſci & arboris vnio 280,1,b
Viſcoſitas maturam ſucci coctionem impedit 73,2,c
Vita fœcundarum plantarum breuior 135,1,c
Vita in arboribus quòdnam ſui cõſeruandæ principium habeat 5, 1,d. diuturna non iudicanda ex corporis proceritate 31,2,c. cuius rei finis 77,2,d
Vitæ generatio & prorogatio 167, 1, a
Vitale principiũ qualiter humor contineat, & viciſsim ab illo cõtineatur 7,2,c
Vitiatum & vitioſum quî differãt 217,1,d
Vitis 3,1,b. 2,a. 6,2,b.c. 7,1,d. 134, 2,b. 157,1,c. 2,a. ſuccoſiſsima eſt 7,2,b. luxuria ſterileſcit 19,1,a. 25,2,c. 34,2,a. arbuſtiua 41,1,c. 41,1,d. inſana 43,1,d.2,b.46,1,b. ea quid agat 80,2,b. quæ ferò putatur, ſerò germinat 57,2,c. 59,1,d. fructus eius 71,2,c. multæ ſpecies 73,1,b. 79,1,d. flores, Ibid.2,b. alba quando fœcundiſsima 88,1,d. 89,1,b. quomodo corrigenda 96,2.b. folia 111, 1,d. varia vitis fœlicitas vnde 113,1,d. 2,d. 123,2,c. 128, 2,a. quando ſtringenda 79,1,a. cur arbores poſcat 156,1,c. natura perhumida 172,2,a. 181,2,a. ficu rarior 182,1,b. vnde ea raritas, Ibid. adulta quomodo tractanda 183,1,b. quibus temporum interuallis ſtercoranda 187,1,a. quibus locis gaudeat, Ibid. cur à ficu & olea infeſtatur 189,2,a. eius ſuperficiaria accidentia 190,2,d. eius medulla c. putatio quorſum referatur 193,2,d. 194,1,a. ἁρμὴ eius 12,c. putatio in ſicca regione 196,1,c. eius partium multa nomina 197,2,a.198, 1,a. adminiculis eget 156,1,d. eius oculus 2,b. ἀμελωπὶς, Ibid. duo à frigore patitur, Ibidem. naſcendo qualis euadat 201,2, c. colorum partitio, Ibidem. ei, quæ planta inimica 203,1,c. eius cortex 205,2,c. multum ſtudii requirit 208,2,c. quibus animalculis infeſtatur 214,1,c.d. quæ infœlicior 219,2,a.c
Vitis eadem candidas & nigras vuas quomodo ferat 282,1,b
Vitis racemus Cantharos dictus 144,2, a
Viti quis locus ineptiſsimus 176, 1,a
Vitem fructus ſine frondibus non edere 276, 2,b
Vitem racemos ſuſtinere etiã lapſis foliis 276,2,d
Vitiorum ſubiectum homo 36,1,d
Viuaciores quænam radices 8,1,c
Viuiradices 230,1,d
Viuax & viuificum quomodo differunt 58,1,d
Viuens omne corpus meatus habet ad cutem aut corticẽ 123,2,d
Viuentium natura quot rebus conſtet potiſsimùm 175,1,d
Vlmus 18,1,a.133,2,c.306,1,c.227, 1, a. & 133,2,c. inſita 22,1 c. adulta 27,1,a. culicibus obnoxia 128,1,b quibuſcum genere conueniat 157,1,d
Vlyſſes errabundus 143,1,b
Vmbroſis cur gaudeat punica 177, 1,c.2,c
Vngulæ cur à natura animalibus conceſſæ 67,1,b
Vnio quid requirat 21,2,c. Mathematica 102,1,b
Vnum & ens reciprocãtur 119,1,a
Vnum Mathematicum 21,2,b
Voluenam quid Vaſcones appellent 188,1,a
Voluntas & deſiderium inanimis rebus à Platone & Ariſtotele tribuuntur 7.2,a
Vrina affuſa quam plantam iuuet 186,1,d. à quo cietur 223,1,b.c
Vrſi vbi albi 143,1,a.
Vſtio vnde 108,1,a
Vſu deleta reuocare cuius ſit ingenii 169,1,b
Vſus rerum duo requirit 161,2,a
Vſui ad aliquid ſunt quæcunque ſub ſole ſunt 227,1,c
Vua 30,1,b.c. quoddam genus non niſi hyeme matureſcens 123,2,c. vt hyeme matureſcat quid agendum, Ibid. quomodo à vitibus exempta dulceſcat 124,1,d. quomodo diutiſsimè ſeruetur, Ibid.2,a. paſſa, Ibid. Corinthiaca 90,2,a
Vua vinaceorum expers quomodo naſcatur 281,2,a
Vuæ ex medulla vitis oriuntur 197,1,a.152,1,a.143,2,a
Vuæ nigræ albi acini 272,1,b
Viuerra 31,2,c
Vniuoca cum æquiuocis quid cõmune habeant 95,2,b
Vulgò & publicè quomodo differant 181,1,c
Vulgus agreſtium circa plantas iudicium 18,2,d
Vulneris incommodum vim generandi tardat 59,2,a
Vulpes vbi nigerrimæ 143,1,a
Vultur rapax & infœcundus 93, 2,c
Vulturnus aliis calidus, aliis frigidus 104.2,b. cur Vaſconiæ frigidus, Ibid.
Vulturnus non obeſt plantis 33,2, d.98,1,a

X

Xanthus fluuius 141,1,a
Ξύλινα vnde dicta 279,1,a
Xylobalſamus 161,2,d
Xylocaſia 161,2,d
Ξυρὸν cuius qualitatis nota ſit 7,1,a

Z

Zaphera 117,2,b
Zea 229,1,d. 231,2,c. 232,1,c. in auenam mutatur 247,2,c
Zephyrus alit plantas 33,2, d. 105. eius vxor, comes aut ſoboles, Ibidem.
Zeli Tattarci 92,2,a
Zizipha quando fructum maturat 181,2,d
Zizipha 38,1,c.41,1,c.82,2,c.90,1,d
Zoroaſter 46,1,a
Ζωὴ cur arboribus conueniat non ζῶον 9,2,b. quid ſignificat, Ibid. vnde nomen deflectitur 17,1,b
Ζῶον plantam non complectitur 52,1,c
Ζωτικὸν actiuè aliquando pro viuifico 58,2,d

FINIS.

Extraict du Priuilege du Roy.

CHARLES, par la grace de Dieu roy de France, au Preuoſt de Paris, Seneſchal de Lyon, & à tous nos autres Iuſticiers, ou à leurs Lieutenans, S. L'humble ſupplication de M. Robert Conſtantin medecin auons receuë, contenant qu'il a compoſé, redigé & mis par eſcrit certains commentaires & corrections ſur pluſieurs liures, leſquels il ſeroit volontier imprimer & mettre en lumiere: C'eſt aſſauoir vn liure intitulé *Commentarii Iulii Cæſaris Scaligeri*: & *animaduerſiones in libros Theophraſti de hiſtoria plantarum*: & *De Cauſis*, &c. vn autre auſsi intitulé, *Iulij Cæſaris Scaligeri Commentarii in libros Ariſtotelis de hiſtoria Animalium, cum figuris*: vn autre intitulé *Iulii Cæſaris Poetices libri 7.* ¶ *Commentarius in Hippocrat. de Inſomniis*: ¶ *Nobilium exercitationum tomi*, &c. Mais d'autant qu'apres que ladite impreſſion ſeroit faite & paracheuée ſous ſa peine, trauail & correction, en beaux & bons caracteres par tels libraires & imprimeurs qu'il pourra choiſir, autres libraires ou imprimeurs ſe vouſiſſent efforcer de imprimer ou faire imprimer leſdicts liures & œuures de deſſuſdicts, ou aucun d'iceux, en priuant ledict expoſant de ſon labeur, frais miſes & deſpenſes qui luy conuient faire, & que cy apres pourroit ſouſtenir & ſupporter pour la perfection de ladite impreſſion, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu de nos cõgé, grace & permiſsion au cas requiſe & neceſſaire: Pource eſt-il, que nous ces choſes conſiderees, inclinans à la ſupplication dudict ſuppliant, à iceluy auõs de grace ſpeciale par ces preſentes permis & ottroyé, permettons & ottroyons qu'il puiſſe & luy ſoit loiſible faire imprimer par tels libraires & imprimeurs qu'il aduiſera, & verra bon eſtre, leſdicts Commentaires, liures & œuures ſuſdicts: Et ce iuſqu'au temps & terme de dix ans prochains, enſuyuans & conſecutifs: à commencer du iour & date qu'ils ſeront acheuez d'imprimer: ſans qu'autres libraires, imprimeurs, ny autres perſonnes que ceux choiſis & eſleus par ledit ſuppliant les puiſſent imprimer pendant ledict temps & terme deſſuſdits: ne iceux expoſer en vente en quelque façon & maniere que ce ſoit ou puiſſe eſtre. SI voulons, vous mandons & enioignons, & à chacun de vous endroit ſoy, & ſi comme à luy appartiendra, que de nos preſens congé permiſsion & licence, vous faites, ſouffrez & laiſſez ledit ſuppliant, enſemble les libraires & imprimeurs par luy choiſis, iouir & vſer pleinement & paiſiblement durant ledict temps & terme: en faiſant ou faiſant faire expreſſes inhibitions & defenſes de par nous à tous libraires & autres qu'il appartiendra, qu'ils n'ayent durãt iceluy temps de dix ans à imprimer, faire imprimer, ne mettre, ne expoſer en vẽte leſdicts Commentaires, liures & œuures ſuſdits, ſi ce n'eſt de la permiſsion & conſentement dudict ſuppliant. Et ce ſur certaines & groſſes peines d'amende, & confiſcation deſdits liures, formes & caracteres, qui ſe trouueront auoir eſté faits au contraire. Et en cas d'oppoſition, contredict ou debat, leſdites inhibitions & defenſes audit cas tenues. Et nonobſtant oppoſitions, appellations quelconques faites ou à faire, releuees ou à releuer, & ſans preiudice d'icelles faites aux parties, icelles ouyes, raiſon & iuſtice. car tel eſt noſtre plaiſir: nonobſtant quelconques lettres ſubreptices impetrees ou à impetrer à ce contraires. Donné à Fontaine-bleau, le xiii. iour d'Auril, l'an de grace, M. D. LXI. apres Paſques.

Par le Roy: M. Martin Fumée Maiſtre des requeſtes ordinaire de l'hoſtel preſent. *Signé*, De l'Aubeſpine.

Et ſeellé du grand ſeau en cire iaune.

CES commentaires & animaduerſions ſur Theophraſte *De cauſis plantarum* ont eſté acheuez d'imprimer le XXIX. d'Aouſt, M.D.LXVI.